COMMENTARIA
LUCULENTA · ET ABSOLUTA
In Universos Ritus M. C. V. Regni Neapolitani.

IN QUIBUS

PRÆTER ERUDITIONEM, AC RERUM NOTABILIUM copiosam suppellectilem, Jus commune per eosdem Ritus confirmatum, limitatum locupletatum, castigatum, aut quomodo innovatum declaratur.

CONCINNA

ET FACILI METHODO FERE OMNIGENÆ JURIS MATERIÆ, Pontificiæ, Civiles, criminales, & feudales, ac omnia, quæ ad praxim ejusdem Regni pertinent, explicantur.

VARIÆQUÆ SUPREMORUM SENATUUM, præcipuè S. R. Romana, & Civitatis Neapolitanæ. etiam [illegible] non impresse decisiones, reconditis Priscorum, Recentiorumquè Patrum doctrinis munita utiliter, & quam lepidè subnectuntur.

OPUS MAGISTRATIBUS, ET CAUSARUM PATRONIS PERJUCUNDUM Pragmaticis omnibus, atque in forensi Palæstra versatis, maximè commodum, studiosis, atquè eruditis insuisum.

A U T H O R E

D. CAROLO PETRA

Sacræ Militiæ Calatravæ Æquite

Duce Vasti Girardi, & Caccaboni aliorumque feudorum Barone, In Subselliis Neapolitanis, Jam olim Advocato, Postmodum M.C.V. Judice, Demum In Sacro Justitiæ Senatu Consiliario Decano Et Supremi Collateralis Consilii Regente.

TOMUS TERTIUS.

CUI LOCUPLETISSIMUS ELENCHUS ACCESSIT.







NEAPOLI. Sumptibus Nicolai, & Vincentii Rispoli MDCCXXI.

CUM PRIVILEGIO, AC SUPERIORUM FACULTATE.



D. CAROLI PETRA,

Sacræ Militiæ Calatravæ Equitis,

DUCIS VASTI GIRARDI,

ALIORUMQUE FEUDORUM,

In Subſellis Neapolitanis olim Advocati,

POSTMODUM

JUDICIS MAGNÆ CURIÆ VICARIÆ

DEMUM

IN SAGRO JUSTITIÆ SENATU

CONSILIARII DECANI,

ATQUE

SUPREMI COLLATERALIS CONSILII REGENTIS,

Luculenta, ac Apprimè Neceſsaria

COMMENTARIA

IN OMNES RITUS

EJUSDEM MAGNÆ CURIÆ VICARIÆ.

Tomus Tertius

RITUS CCLXV.



Item, ſi contingat, judicem ordinarium, vel delegatum allegari ſuſpectum: ſervetur in hoc edictum Majeſtatis noſtræ, cujus tenor ſequens, eſt tal s. Ioanna Secunda, Dei gratia, Ungariæ, Hieruſalem, & Siciliæ Regina, univerſis, præſentis ordinationis ſeriem inſpecturis, tam præſentibus, quàm futuris, Principis circumſpecta proviſio ad ſubditorum commoda ſuum frequenter convertit intentum, & nè in eorum litigijs per ſubtiles, & magis ſophiſticas, quàm veraces advocatorum, & procuratorum verſutias, veritas juſtitiæ lateat, nevè circa celerem exequutionem ejus, cujus debitrices exiſtimus: in diffinitione litigiorum numerus producatur, congrua, & debita remedia adhibet pro futuro, ſanè ſi cunctis noſtris fidelibus notorium eſſe debet, patulum, & manifeſtum, qualiter Neapolitana Civitas præterito tempore fuit decorata civibus, & ſpecialiter Doctoribus, & Juriſperitis, tam Juris Canonici, quàm Civilis: quia velut lilia pomariis floreſcere videbantur, qua-

tenusve ad præsens depopulationibus, amaritudinibus, alijs generibus, & mortalibus varijs sit imbuta, judicet animus cujuslibet judicantis, cujus rei causa, ipsorum doctorum, & juris peritorum numerus est totaliter diminutus: propter quod indignum censetur, & absonum, si tam pauco restanti dictorum juris peritorum numero, in causis, quæ inter partes plerunque verterentur, suspicio inordinata procederet: & quia contingit interdum ex quadam abusione observata, hic hactenus (prout clamorosa insinuatio nostrum pulsavit auditum) quod tam Judices ordinarij Curiarum nostrarum, quàm alij Judices per Majestatem nostram delegati, aut delegandi in causis, quàm omnes alij literati sistentes in Civitate Neapol. tàm juris Canonici, quàm Civilis nullo exceptuato, fuerant allegati suspecti, & etiam allegantur per alteram partium, interdum per vtranque partem litigantium (nulla causa suspicionis contra eos propriè expressa) ob quod causæ ipsæ longitudinem recipiunt, & etiam tarditatem, nec discuti possunt, & sinè dubio terminari, propter quod prorogantur causæ in litigantium præjudicium, contra nostræ Majestatis honorem: propterea nos cupientes maternè circa præmissa remediabiliter providere, & subtiles advocatorum, & procuratorum ipsorum in hac parte versutias amputare, & ora calumniantium (in quantum arbitrio nostro possumus) refrænare providemus, & hac edictali constitutione nostra, cum deliberatione nobis assistentis consilij, statuimus, & ordinamus, quod, non obstante dispositione juris civilis, qua cavetur, quod sufficiat, causam suspicionis simpliciter allegare, nec allegans teneatur ad probationem illius, sed sequendo juris canonici sanctionem, quæ in hac parte videtur æquiùs providere, quod quotiescunque occurrerit, aliquem nostrorum judicum ordinariorum, vel delegatorum, ac officialium cum eis deputatorum allegari suspectum: causæ suspicionis exprimantur coram viro Magnifico Logotheta, & Prothonotario Regni nostri Siciliæ, Collaterali Consiliario, & fideli nostro dilecto: vel ejus Locumtenente, aut alio cui ipse Logotheta duxerit committendam: qui extrajudicialiter, & sine scripturis (prout expedire videbitur) infra breves dies, de causa suspicionis hujusmodi se informet, oretenus: & siquidem secundùm ejus arbitrium esset justa: tunc recusationem dicti Judicis, vel alterius officialibus allegati suspecti admittat; Et ubi non judicaverit sibi causam ipsam suspicionis infra breve tempus prædictum, fore probatam, vel à principio non esse justam recusationem ipsam Judicis, vel alterius officialis, nullatenus admittat: sed ad ipsius Prothonotarii dictum Judex ille allegatus suspectus in causa illa procedat (non obstante allegatione prædicta.) Nos autem arbitrio discretioni, & voluntati ipsius Prothonotarii eiusque Locumtenentis, vel alterius, eligendi per eum, per præsentem ordinationem nostram inspiciendum committimus: si causa suspicionis justa sit, vel injusta: & in casu quo justa apparet: si probata sit, vel non; infrà tempus prædictum: eius Prothonotarii, seu eius Locumtenentis dicto super hoc stetur, absque aliqua contradictione quacunque; eiusque arbitrio committimus imponendi, & exigendi pœnas, quæ sibi videbuntur, ab allegantibus causam suspicionis: & ipsam minimè probantibus coram eo, ut autem edictalis ordinatio nostra: in notitiam deveniat singulorum: & ne ipsius ignorantiam valeant allegare membranam, ipsius seriem continentem, in porticibus Castri nostri Novi. Neapol. apponi fecimus, & affigi, quæ tenorem edictalis ordinationis affabre suo sonoto præconio, & patolo judicio publicabit, cùm non sit verisimile remanere incognitum, quod tam patenter, in oculis omnium divulgatur, in cujus rei testimonium, præsens edictalis nostræ ordinationis scriptum exinde fieri, & pendenti majestatis nostræ sigillo jussimus communiri. Datum Neapol. per manus Magnific. Viri Francisci Zurli de Neapol. Comitis Montis Auri Logothetæ, Prothonotarij Regni nostri Siciliæ, Collateralis Consiliarij, & fidelis nostri dilecti. Anno Domini M.CCCCXVII. die penultimo Septembr. rr. indictionis Regnorum nostrorum anno quarto. Adjicientes, quod in alijs Civitatibus, & locis Regni, suspiciones prædictæ modo, & forma prædictis debeant allegari coram Diœcesano loci, vel ejus Vicario, qui procedat in præmissis, sicut procedere debet Prothonotarius, juxta formam prædictam.

S U M M A R I U M.

1 *Excell. Prorex pro coercendis fraudibus, quæ in minutis vini vectigalibus, ac dolijs vino refertis extra Regnum trasmittendis, committebantur, Iunctam instituit.*

2 *Plures Author uti Fisci Patronus quæstiones agitandas in Juncta discutiendasque proposuit nonnullas, quæ ad Judicum recusationem pertinent.*

3 *Cur Author præsenti Ritui 265. partem alteram commentariorum addere voluit?*

4 *Mundum sæpè labi in deterius*, Seneca *optimis verbis conqueritur.*

5 *Recusationis Clypeus defensionis cardo dicitur Eoque adversæ partes ad dilationes, & calumnias abutuntur.*

6 *Iniquissimi litigantes sæpissimè in Senatoriam Majestatem effutiunt.*

Suspectus in una, in nulla recusantis causa judicare valet, etiam illius accedente consensu, ex vi Pragm. 20. *de suspic.*

Quoties agitur de observantia præfatæ prag. *lapsus temporis an officiat? & depositum requiratur.*

7 *Judex si sponte à causa excusaverit, & pravisæ partis precibus scrupulum iniecerit, potest in alijs causis intervenire.*

8 Pragm. 20. *dispositionem litigatorum astus, & nequitia difficilem reddiderunt.*

9 *Judices mulctare debent subscribentes suspiciones absque debita reverentia.*

10 Non

10 *Non probans suspicionum capita, depositi jactura punitur.*
11 *Judex adjunctus quomodo recusetur?*
12 *Rei, & obarati, qui pessimam causam fovent, suspicionem proponunt, & quare?*
13 *Judicem Reus in enarrata hypothesi proposuit suspectum, & simul fori declinatoriam.*
14 *An sit recognoscendum de fori declinatoria quàm de Judicis recusatione, si simul proponantur? Et an possint simul proponi?*
15 *Exceptio declinatoria fori ante omnia est proponenda, etiam ante Judicis recusationem.*
16 *M. C. V. nullam censuit confessionem homicidij, factam in Regia Audientia, pendente remissione ad Curiam Baronis, & fuit habita uti extrajudicialis.*
17 *Judex recusatus cur non cognoscat de recusatione, benè tamen de incompetentiæ exceptione.*
18 *Decretum adducitur Regiæ Junctæ.*
19 *Libellus, qui capita, causasque suspicionis complectitur, non esse obscurus,*
20 *Depositio judicis recusati paucis horis expleri debet, & parumper retardata habenda est pro confessa.*
21 Ex Pragm. *sanctionem, cum ante terminum, proponitur recusatio, subscribente patrono depositum erit ducatorum sexaginta subscribente verò principali erit ducatorum centum viginti, quid si impartiatur terminus? & alia ad rem.*
22 *A simplici, vel duplicato deposito faciendo, quis sit immunis?*
23 *Prorex quando removere valeat Judicem?*
24 *Iudicem removere non licet absque judicij tela, & causæ cognitione.*
25 *Testes in judicio recusationis examinandi, an examinari debeant coram fisci Patrono, eique liceat eos interrogare?*
26 *Testes inter se diversi in hoc judicio, inverisimiles, & vilès reijciendi, & alia ad rem.*
27 *Testes deponentes præmeditata oratione, & singulares, nullam faciunt fidem.*
28 *Testium conditio ingenti diligentia, ac solertia investiganda est, & cur?*
Divus Januarius qua ex causa Neapoli exactus, se Beneventum recepit?
Quare tanta perjuriorum labes in hanc Urbem emanavit?
29 *Jure communi valent partes appellare, ac de nullitate dicere de decreto, admittente, vel reijciente Judicis recusationem, & num. 83.*
30 *Incidentia, & emergentia, quæ in sententia definitiva reparari nequeunt, nullitatem, & appellationem admittunt.*
31 *Axioma ab* Authore *traditum in* rit. 19. sub nu. 9. *fuit revocatum in dubium in S. C. & quæ decisiones prodiere?*
32 *Quoties suspicionis causa non est rite proposita, admittitur nullitas, ac recursus.*
33 *Ex statuto exclusa non censentur nullitates juris naturalis.*
34 *Rejectis suspicionum capitibus in Judicis personam, non poterunt denuo in medium afferri.*
35 *Judex pro suspecto propositus, sed habilis declaratus, non poterit alijs ex capitibus recusari.*
36 *Judici recusato an liceat appellare, recursumque petere?*
37 *Liceat ne tertiò à decreto recusationis inter collitigantes appellare?*
38 *Tempus elargitum actori, & reo ad Judicis recusationem proponendam, currat ne pupillo tutore carenti, & quando in integrum restituatur.*
39 *Suspiciones Judicum patentes, semper proponi possunt ex inconcussa observantia Regni.*
40 *Forma capituli Regni in suspicione notoria non est servanda.*
41 *Judicis recusatio si esset a lege, nullo præscribitur tempore, at pro notoria habetur, nec indiget, ut proponatur, & quod dicatur notorium?*
42 Pragm. 15. §. 6. de suspic. official. *de quibus suspicionibus loquatur?*
43 *Propositis suspicionum capitibus intra quadraginta dies, illis elapsis, possunt & alia addi.*
44 *Pars si compareat coram judice recusato absque protestatione, recusationi tacitè renunciare videtur.*
45 *Judicis interventus in una causa an pariat parti præjudicium, quominus in alijs suis causis illum recusare valeat?*
46 *Acta facta coram Judice, in suspicionem adducto, sunt annullanda remedio appellationis: Coram Judice, declarato jam suspecto, sunt nulla.*
47 *In recusationis judicio reus dicitur ille, contra quem judicis suspicio educta est, non verò reus in causa principali.*
48 *Opposita sententia reijcitur.*
49 *Actor in hoc judicio est recusationem proponens. Et terminus 40. dierum, præfixus ad removendum judicem, currit à die invalidæ subscriptionis.*
50 *Ipsum Judicem recusatum esse reum in hoc judicio, dicebant, nonnulli.*
51 *Collitigantes an valeant Judicem recusare, ab altero recusatum?*
52 *Judicis recusatio jure naturali fuit inventa; ac proinde Principi eam auferre non licet.*
53 *Recusationis causa an sit favorabilis?*
54 *Recusatio non est prorsus exceptio, nec est exceptio, nec exceptio declinatoria.*
Et quare excommunicatus possit Judicem recusare?
55 *Declaratur decisio in principali thesi adducta. In Regia Camera tantum in paribus votis sententia fertur pro reo, etiam quando Fiscus est Reus.*
56 *In S. C. & Regia Juncta, ac in M. C. in paritate votorum dantur adjuncti, & quare?*
57 Dom. Reg. Tapia in dec. 46. *non meminit oppositum in illa thesi judicatum de anno* 1628.
58 *Articulus proponitur, qui novissimè emersit in Regia Camera.*
59 *Non est satis Judicis assertio, ac scrupulum, ut à causa se abstinere possit, & alia ad rem.*
60 Reg. Carolus Tapia dec. 46. & Præsid. Anell. de Amato cons. 27. *declarantur.*
61 *Judici integerrimo scrupulum attestanti, plena est adhibenda fides.*

62 *Creditores, qui Judicis scrupulo inhaeserint, non propterea vocari possunt actores.*

63 *Judicium recusationis cùm non adsit, attendendum est, uter Actor, & Reus sit in causa principali.*

64 *Pro integritate officialis, qui sponte fatetur, se esse suspectum, in dubio est judicandum.*

65 *Ipse Senatus quanam circa Judicis scrupulum perpendere debeat? quid ne agere debeant, Senatores.*

66 *Consilium* Matth. de Affl. in Constit. ut universis *ab Authore non probatur*

67 Text. in C. quod super, de major. & obed. ab Affl. *adductus, explicatur.*

68 *Durante suspicionis judicio, Commissarius suspicionis procedit in causa principali.*

69 *Causa in quibus interesse habent Regij Consiliarij, in eadem aula, in qua resident, arbitrio Praesidis committuntur.*

70 *Quinam Judices recusari possint.*

71 *Ordinario Judice suspecto, ejus locumtenens, ut suspectus haud recusatur.*

Episcopo suspecto, suspectus quoque redditur ejus Vicarius. Et e contra.

72 *Scholarius Doctorem de Collegio, vel Accademia, an possit recusare, ne interveniat in ejus examine?*

An requiratur causa; vel satis sit, si solo juramento recusetur?

73 *Capellanus Major jurisdictionem Magni Cancellarij exercet.*

A quo Rege institutum officij Magni Cancellarij fuit.

Sub Alphonso I. Aragonum Rege institutus fuit Judex in Regios Capellanos.

74 *In hujus Regni Regibus semper fuit facultas eligendi Cappellanum Majorem.*

75 *Quas prerogativas, exemptiones, & privilegia ille habeat? remissive.*

76 *Officium Capellani Majoris cujus voto utatur?*

77 *Hujus officij Consultor si in aliquid dubium incidat, ad Collaterale refert.*

78 *Hujus ordinarius Consultor qua jurisdictione fungatur?*

79 *Tempore, quo vacat officium Capellani Majoris, quid agendum?*

80 *Inter caeteras jurisdictiones Capellani Majoris, est, ut sit Regiorum Studiorum Praefectus.*

81 *In regijs studijs quot adsint lectores diversarum scientiarum.*

82 *Cathedra studiorum regiorum optantur per concursum.*

83 *Quomodo recusentur lectores?*

84 *Jura, quae ad suspicionem attinent, locum non habent in Curia praedicta.*

85 *Jure civili causa suspicionis non est probanda.*

80 *In curia praedicta tam consultor, quam caeteri recusantur absque deposito.*

87 *Stricto jure attento, suffragia in illo praestantes, videntur esse Judices Ordinarij.*

88 *Referuntur decisiones in recusatione proposita de anno 1653.*

89 *Et producitur alia determinatio, necnon quae in gradu appellationum subsequuta fuere.*

90 *Subnectitur aliud scitum in suspicione deducta in alios lectores confirmatum à judice appellationis.*

91 *Curator datur à Judice patrimonio decocto, an possit ut suspectus removeri?*

92 *Procurator electus haud poterit, voluntate constituentis revocari, lite contestata, absque causa, in qua cognoscenda judicis arbitrium satis versatur.*

93 *Decisio refertur de anno 1677.*

94 *Mandatum antè litis contestationem revocabile est ad libitum mandantis.*

95 *Arbitrium Gubernatoribus Arrendamentorum impartitum per Pragmaticas, non est absolutum.*

96 *Actorum magistri S.C. & alij similes quomodo recusentur?*

97 *Examinatores, seù commissarij destinati ad testium examen, quãdo recusentur? remissivè.*

98 *De calculatoribus, remissivè.*

99 *Consultor, & Assessor solo juramento, causa non expressa, removeri potest.*

100 *Quid dicendum de Assessore, & Consultore Principis?*

101 *Arbitri an recusari valeant? & num. 154.*

102 *Syndicatores Officialium solo juramento removentur.*

103 *Suspiciones officialium Baronum, tam ipsi Barones, quam Regij Ministri cognoscere possunt, quod declaratur.*

104 *Suspicionum causae ad duo principia reducuntur, nempè, ad amorem, & odium, ac minus rectè tertia species, nempe causa indifferens, additur.*

105 *Simplex recusatio nulla nota inurit Judicem absente culpa.*

106 *Faciliùs removetur Judex, quam testis.*

107 *Recensentur nonnulli Iuris CC. qui de recusationis causis pertractant.*

108 *Sub principio amoris primum locum obtinet interesse proprium.*

109 *Iudex minimè cognoscit, quando suum vertitur commodum circa sportulas.*

110 *Judex an valeat poenis afficere, qui sibi injuriam facit, vel ejus famulum?*

111 *Inter Judices civiles, & criminales M. C. nulla consideratur praecedentia.*

112 *Articulus hic praecedentiae erupit discutiendus de anno 1670.*

113 *Affertur decisio Coll. Consilij de anno 1662. pro Judicibus criminalibus.*

114 *Judices civiles fuerunt ab ipso conditae urbis exordio, creati ante criminales.*

115 *Judicum civilium labor longe praefefert labori criminalium.*

116 *Antiquitus non erat haec Judicum distinctio, sed ijdem utrumque munus exercebant.*

117 *Quilibet domi sua major est quovis extraneo.*

118 *Consilij si uniuntur cum Praesidibus R. C. in S.C. vel in quocumque loco pro causa quando, & quomodo illis praecedant in sedendo, & quid in R. C.*

119 *De anno 1670. Judices criminales praecesserunt civilibus, remansitque tantùm Judex civilis cũ campanula, tanquã caput, & quare.*

120 *Juxta opinionem Authoris nulla prorsus datur inter utrosque Judices praecedentia, nisi temporis dumtaxat.*

121 *Quid declaravit in hoc Excel. Comes de Castrilla,*

strillo, & noviter Excell. Marchio de los Veles?

122 *Ob proprium interesse nequit Judex judicare in articulo Juris, quando ipse met privatus aliam consimilem habet causam.*

123 *Statutum, ut Judex teneatur adhibere consilium sapientis, restringitur in casu claro, & pervulgato.*

124 *Scitum adducitur S.C. in themate enarrato.*

125 *Contraria S.C. determinatio in proposita thesi Consuetudines Neapolitanæ, quibus minimè ligatur, quoad bona antiqua disponens, habent proximum successorem Ecclesiasticum, locum vindicent, quando remota persona Clerici proximioris, superessent laici sequentes in gradu.*

126 *Ob interesse proprium possit nè litigans cum universitate recusare Judicem ejus Civem?*

127 *Obstat suspicio Judici, qui litem habet apud illum, cum quo quis litigium habet.*

128 *Consanguinitas Judicem suspectum, removet.*

129 *Ad quem gradum extendatur consanguinitas in hac recusationis specie, & multa ad hujusmodi rem.*

130 *Si ad recusandum Judicem satis sit quintus gradus mixtus cum quarto?*

131 *Judex consanguineus causa patroni ab illa removetur, & alia ad rem.*

132 *Conjunctus, si fuerit advocatus in prima instantia, si amplius non existat advocatus in secunda instantia, poterit Judex judicare, & adducitur dec. S.C.*

133 *Ex gratijs huic Civitati largitis Judex removetur, si filij vel ejus conjuncti non sint advocati in ea causa, sed in alijs causis.*

134 *Affinitas, & conjunctio spiritualis Judicem reddunt suspectum. Quid si elevamt, uti procurator alterius?*

135 *S.C. diversimode sancivit in enarrato facti themate circa suspicionem prætextu Cognationis Spiritualis.*

Quid si affinitas sit de recenti extincta;

136 *Judex recusari an valeat in causis Ecclesiæ, cujus Rector est illius consanguineus: Et an Tutor recusare possit in causis pupilli Judicem suum inimicum.*

137 *Est magna suspicionis causa, si Judex alterutri partium sit amicus, & multa de amicitia.*

138 *Quatuor modi à Divo Gregorio recensentur, quibus Judicis mens everti potest.*

139 *Magis amicitia, quam consanguinitatis conjunctus suspectus haberi debet.*

140 *Commensalitas nimia amicitiæ indicium est, & proinde commensales redduntur suspecti; quod diversimode in Regno fuit decisum.*

141 *Amicitia ex* Cic. & Div. Augustin. *quid sit?*

142 *Judicis arbitrium magnopere prævalere debet, ad excludendam suspicionis causam, & dolum, qui ex amicitia timeatur in Judice probo.*

143 *Non qualibet familiaritas est satis ad removendum Judicem, sed arcta, imo arctissima esse debet.*

144 *Unica commensalitas cum parte non est satis, ad removendum Judicem.*

145 *Author profert suam sententiam ad distinctionem* Anton. Fabri lib. 3. tit. 3. def. 3 C. ne quis in sua causa.

146 *Judices suspicionum causas declinabunt, si neminem litigantium in convictum, familiam, ac frequentem conversationem admittant; & Biantis monitum memorantes.*

147 *Munera, quæ accipit Judex ab alterutra litigantium parte, uberem suspicionibus segetem præbent.*

Antiqui justitiam manibus ortam pinxere, & quare?

Judicum imagines Truncæ manibus Thebis visebantur.

148 *Quid si Judex esculenta accipiat à litigante, & multa ad rem.*

149 *Consuetudo nutritiva peccati, etiam venialis non valet, etsi præsumptivè.*

150 *Judices justè removentur à causis illius, qui, beneficia contulit Ecclesiastica eorum filijs etiam præsentando.*

Quod in collatione, & concessione officij locum obtinet.

151 *Advocatus effectus Judex; in causa patrocinata non judicat, etiam de partium consensu, quidve apud Hispanos.*

152 *Consultor effectus Judex in illa causa judicare nequit.*

153 *Arbiter, & Arbitror in ea causa judicare non valent.*

154 *Arbiter, & Arbitrator, & tertius in casu dissentionis, ut suspecti, an recusentur?*

155 *Decisio de* Franch. 87 *examinatur.*

156 *Executores testamentarij, an possint Judices esse in causis hæreditatis.*

157 *Rex Phillippus IV. summis laudibus extollitur, ejusque littera sub die* 19. *Februarij* 1664. *interpretantur.*

158 *Iudex legatum sibi ex testamento relictum non prohibetur recipere.*

159 *Inimicitia inter recusationis causas principalem locum obtinet.*

160 *Inimicus omninò à judicando repellitur, nec illi demandari debent res humanæ, nec Ecclesiasticæ.*

161 *Quid si utriusque partis sit inimicus;*

Ad quem gradum extendatur inimicitia, & quomodo fieri debeat graduum computatio, remissive.

An satis sit quintus gradus mixtus cum quarto.

162 *Lis cum Iudice reddit illum suspectum, etsi si vertatur cum Ecclesia.*

163 *In locis Collectivis haud cadit familiaritas, amor, nec odium.*

164 *Suspicio generalis, & vaga non est admittenda, sed solum, quæ certa sit, & certa causa obstare videatur.*

165 *Lis facit iudicem suspectum, etiam si dignitatem, & officium concernat.*

166 *Modica non sunt in consideratione.*

167 *Iudex intervenire interdicitur in causis Advocati contra ipsum patrocinantis.*

168 *Iudex recusatus à patre, vel matre, est quoque*

filio

filia suspectus.
Pater, & filius pro una reputantur persona, & quod uni fit, alteri fit. Idem in matre.
169 *Consiliarius, qui vacante Præsidis S.C. officio, illius munus supplet, uti decanus, recusari an possit?*
170 *Judici an liceat mutare decretum, vel sententiam, postquam partibus innotuerit?*
171 *Iudex si nimia severitate, ac credulitate utatur, à causa est repellendus, & alia ad rem, potissimum de clementia.*
172 *Iudicis inurbanitas, ac rusticitas satis est causa recusandi eundem, & casus recensentur.*
173 *Removendus est Senator, qui patrias leges non observat.*
174 *Judex vitiasus bonam sententiam, ac rectum judicium proferre non potest.*
175 *Iudex quoque recusatur, si procedat in causa audacter, & non in tempere.*
176 *Iudices de congrua maturitate intelligant.*
177 *Voti propalatio judicem removet.*
178 *Tria tempora considerantur quoad voti propalationem.*
179 *Votum proditur ijsdem modis, quibus proditur secretum.*
180 *Iudicem garrulum, & rusticum jura abominantur, sicuti & mutos.*
181 *Affertur curiosa decisio ad rem.*
182 *Testis unicus quando probet in his causis?*
183 *Qui protulit votum in uno juris articulo valeat ne paritatem dirimere in gradu reclamationis, & appellationis.*
184 *Propalatio voti, quæ non est intempestiva, non inducit suspicionem.*
185 *Senator non removetur à judicando ex relatione Principi facta.*
185 *Sit Iudex, natura apertus.*
187 *Omni conatu studere debet, ut conjuncta simul habeat sex adducta entia.*
188 *Suspicionum causæ multæ sunt, durumque est coram Judice suspecto litem agere; proinde in hac materia multum Iudicis defertur arbitrio, qui uti debet extrajudicialibus informationibus.*



VM in minutis Vini vectigalibus, dolijsque vino itidem refertis extra Regnum transmittendis fraudes quàm plurimæ cōponerentur, Excell. D. Petrus Antonius ab Aragonia Regni clauum tunc sustinens ex primi fori Administris optimos quos-
1 dam selegit, qui coercendis hujusmodi incommodis præsiderēt: Junctāque, ut vulgo dicūt, instituit, & ordinis caput Dom. D. Frācifcus Ortiz Torres delectus fuit vir planè eximius, tùm rebus gestis, tùm sapientia singulari, cujus Divinā propè cōstantiā, & incredibilē legum, jurisque peritiā quotidiè in amplissimo Collat. Cōsilio attoniti suspeximus, stupentesque admirati sumus: quē Hispaniarum Monarcha motu proprio suū Advocatū in Supremo Italiæ Areopago creavit, & nuper in eodem Regens renunciatus est; tum alios destinavit Judices, scilicèt DD. Consiliarios Io: Baptistam Hodier nū, nùnc Aulæ Decanum, Franciscum Rocco, Josephum de Rosa, & Judicem M.C.V. Julium Cæsarem Cajafa (quorum postremi tres jàm vita functi) viros literis, & eruditione refertissimos, atque eximiarum virtutum prærogativa præclaros: In hujus ipsius muneris partem non exiguam ipse quoque, quamquam omniū minimos, & immeritissimos adlectus fui; Sed hoc habēt præstantissimi Principes cum Deo comune ut merita, quæ non inveniunt, faciant; Sic etiam ipsius, Excell. Domini factum est beneficio, ut in Juncta pro Fisco patronus accederem, vi diplomatis ex bellico Scriptorio expediti sub die 10. Aug. 1666., idque unum injunxit, ut jus, fasque servarem, ut prospicerem publicis damnis, ut in crimina peculatus inquirerem, ut animadverterem in publicæ incolumitatis eversores, ut demum foverem miserorum partes, qui præsidij plurimùm inopes à potentibus per juris speciem, re vera per summum nefas opprimuntur; Itaque tanto muneri equidem impar, nutibus, jussisque ejus sublevatus ingenti sarcinæ exiguos humeros accomodavi; fuit autem ipsius gloriæ appendix, si quid laude dignum aggressus fui, qui & laudanda facit, & laudandos. Et siquidem plures spar-
2 sim ex juris doctrina quæstiones agitandas in Juncta, discutiendasque in medium dedi: inter quas nonnullas, quæ ad Judicum recusationem attinent: placuit illas, aliaque dubia eandem recusatoriam materiam attingentia in unum congerere: & partem alteram Commen-
3 datariorū huic Ritui ducentesimo sexagesimo quinto addere; potissimum cum ea sit hac tempestate litigatorum iniquitas ut nihil unquam à legibus Orbi datum sit, quod ipsi in fraudis, ac dilationis argumenta per summum scelus, atque nequitiam non convertant. (Mundus enim semper labitur in deterius, conqueritur *Seneca lib. 1. de benef. cap. 10.* his verbis: *Majores nostri*
4 *questi sunt, nos querimur: posteri nostri querentur, eversos esse mores, regnare nequitiam, in deterius res humanas, & in omne nefas labi.*)
Hinc recusationis clypeo, quam uti defensionis cardinem tanti jura fecere, teste *Thoma Vale-*
5 *sca alleg. 96. num. 3.* nec non *Vermigl. consil. 432. num. 14.* ut asseveratint, omni exceptione, & defensione sublato à jure municipali, sivè ut vocant à Statuto, illam non censeri sublatam, *Intrigl. singul. 160. num. 6. Phœbus decis. 77. tom. 1.* alijque à me congesti in hoc *Ritu num. 6. lib. 2.* & quæ etiam jure Regni proponebatur nulla pœna adjecta coram Judicibus: qui, excepto suspecto, illam deciderent, ex Pragm. Invictissimi Caroli V. anno 1540., & est prima, *de suspic. Official.* ad dilationes, & calumnias adversæ partes abutuntur, & tàm facili negotio Judici alioquin æqui, bonique amantissimo judicia student adimere; & ad id assequendum falsis capitibus, causisque eum in suspicionem utrumque vocare facillimè conantur, quod ingemunt *Castill. decis. 75. num. 5. p. 1. Garon. de Senator. lib. 1. tit. 4. cap. 13. num. 7. Pereyra de revision. c. 24. nu. 11. D. Conf. Franc. Maria Pratus ad Muscatell. lib. 1. part. 1. glos. sententia la prima, & lib. 2 discept. forens. cap. 16. num. 4. D. Consil. Staiban.*

tu

*in observ. ad resol.*110.*num.* 22. *lib. Novar. in pragm.* 5.*collect.*3. *num.*1. *de suspic.Official.*& ante ipsos *Ferrett.cons.* 66. *num.* 2. *&* 3. *p.* 7. *Berous cons.*10.*num.*19.*lib.*3. *Gayll. observ.* 33. *num.*16. advertentes, quod sicuti providendum, nè quis compellatur coram Judice suspecto litigare: its etiam obviandum, nè calumniosè, & per falsas suspicionis causas expeditio justitiæ deseratur, *Larrea lib.* 2. *alleg.Fiscal.*118.*num.*19. notans, sæpè hoc procedere ex tabularum consilio intendentium judicia protrahi in longas moras.

Videre Majores nostri hanc labem; & ut prudentissimi, legibus, ac Regni pragmaticis illi consultum voluere sedulò adnotatis *in volumin. pragm. sub tit. de suspic.Official.* Quid nostris hiscè temporibus agendum; cum malum hoc
6 tam vulgare, & nulli non obvium videmus? Quid? non nè sæpissimè usu venit, ut iniquissimi litigantes suasione nonnullorum, quos Canes Curiarum appellitant, (ceteùm præstantissimi Neapolitani Advocati nobilitate, doctrina, ac morum candoribus prædicti ab ejusmodi causis, consilijsque penitùs se abstinent,) non modo facilitèr, ac dolo malo, sed etiàm absquè ulla prorsùs observantia contra Senatoriam Majestatem effutiunt! quod immeritò in Advocatos refundunt *Ammianus Marcellinus lib.*30.*fol.*665. quem refert *Petr. Fabr. lib.*3. *semestr.pag.* 374. *Et rupta maledicendi ferocia, ut dictum est, multos offendunt; quam tunc effutiunt, cum commissarum sibi causarum infirmitatem orationibus validis convelare non possunt*, nec non *Barclai in sua Argeni. lib.*3.*pag.*661. his verbis. *Eò pejores, quòd quæ peccant ipsi, justitiæ imputant, imò multoties judicum injustitiæ imputant suam avaritiam, & prava consilia*, quæ fusiùs rescribit *Larrea lib.*2.*cit.alleg.Fiscal.*118.*nu.*19.

Non nè id in ipsis etiàm interdum causis agunt, ex quibus vix commodum aliquod litigator sit percepturus, vel remotissimum illi cessurum sit interesse: eo consilio, ut Judex non in illa tantummodò causa, sed in alijs etiam omnibus, summo adversæ partis malo, removeatur; cum suspectus in una, in nulla causarum recusantis judicare possit, accedente quoque illius consensu, ex vi pragm. editæ tempore Excell. Comitis de Onnate, & est 20. *de suspic.Offic. tom.*2.; cujus observantiæ bene memini in hoc *Rit.num.*98.*lib.*2., quem locum laudat *D. Altimar. ad Rovit.cons.* 10. *num.*3.*&* *consil* 19. *num.*2.*&* 3.*lib.* 1. *ac cons.*2.*num.*18.*lib.*3., improbans *Scialoy.de foro compet.lib.*1. *c.*9. *num.* 181.*&* 198., & hanc legem, moremque confirmant alia S. C. scita apud illum, qui à secretis est S. C.; maximè in causa D. Virginiæ de Duce cum Alphonso Philomarino in personam Illust. Marchionis Latertiæ die 5.Novembris 1669. referente D. Consil. Cangiano cum interventu Spectab. Præsid. S.C., & DD.Consil. Prati, & Sixti adjunctorum. Etiàm Ecclesia recusante, decrevit idem Senatus in causa Gubernatorum Sac. Montis Pietatis suspicionem adducentium in D.Consil. Pratum uti remotum in una, die 11. Augusti 1670. relatore D. Consiliar, Erasmo de Ponte. Imò quoties agitur de obsecutione præfatæ pragm., nedum non officit temporis lapsus, sed nec depositum exquiritur; decernitque Tribunal, quod remotus jam in una, non interveniat in alijs, ut in causa Ill. Principis S. Georgij in personam Ill. Marchionis Oliveti die 31. Januarij 1662. referente D. Consiliario Jannettasio; & eodem relatore, in altera Ill. Ducis Jelzi, quam adduximus in hoc *Rit.cit.nu.*98. Verum hujusmodi scita infectatus non fuit idem Senatus in causa ejusdem Principis S. Georgij cum Ill. Marchione Fuscaldi; nam ab illo recusatus D.Cons.Marcianus uti Marchionis Advocatus replicavit; *Iam declaravi, non posse intervenire, quia Advocatus*, & commissa alteri causa, idem Princeps vi Regiæ pragm.petijt mandari, quod non interveniat in alijs suis causis, & die primo Februarij 1663.Commissario D. Cons. Hodierna provisum fuit. *proposita suspicione formiter servata forma Regia Prag. providebitur*. Quin recusatus, si remotus fuerit in una causa, ex officio obstringitur in alijs recusantis se abstinere, vi memoratæ Pragm.aliàs magis affectare videretur, ut decisum fuit per S. C. in suspicione à Gubernatoribus Montis de Ciarletta deducta in Personam D. Francisci Mariæ Prato die 19. Decembris 1667. referente D. Consil. Josepho de Rosa.

7 Restrinxit pragmaticæ sanctionem S.C. junctis classibus, & quæ nos diximus *cit.num.*98. *vers.etiam si prava*, nisi prævijs partis precibus, Judex sponte se in causa excusaverit, & injecerit scrupulum, in suspicione demanda 21 pro parte creditorum Patrimonij Illustris Principis Roccæ Romanæ in D.Consil. Scipionem de Martino, relatore eodem D. Consil. Hodierna *die* 3. *Martij* 1670. fuitque decisum, quod *interveniat in alijs causis, penes Mag.Secret.S.C.*

Et etiam quando Judex virtualiter remotus fuit, ut in casu suspicionis allegatæ à D Marcello Ceva Grimaldi in personam D. Cons. Iannettasij, qui uti consultor primarum causarum R.Fabricæ cum recusatus fuisset ab illo coram Excell. Regni Prorege prævio supplici libello ob nonnullas graves differentias habitas cum D. Iulio ejus filio Collaterale Consilium mandavit, ut illa in causa procederet Iudex secundarum causarum, sub die 11. Februarij 1677. penès Anastas. ob quod institit D. Marcellus in S. C. declarari illum suspectum in omnibus ejus causis, potissimùm in illa inter Ioannem Baptistam Ceva Grimaldi ejus fratrem cum D. Joanna Mastrillo vertente, in qua provisum fuit, licere ipsi Marcello assistere, si voluerit; factoque deposito, decretum fuit, quod *interveniat*, die 8. Aprilis ejusdem anni 1672. relatore D. Consil. D.Stephano Padilla.

Quod quidem peculiare Regni decretum in *cit. pragm.*20. *de suspic.Official.* litigatorum astus,
8 & nequitia durum, ac difficile satis, minùsque commodum reddidere. Nèc temere speraverim fore aliquando, ut Supremus à latere Senatus illi modum aliquem ponat, restringatque so-

lùm,

lìm, quando ſuſpicio concerneret inimicitiam,
vel cauſam gravem, & ſupplicia etiam tam ef-
fræni audaciæ cohibendæ præſcribat.

Quin advertant Iudices, ut mulctent ſubſcriben-
tes ſuſpitionum capita, abſque debita reveren-
9 tia, verborum modeſtia, ac animi demiſſione
arbitrariè pro qualitate perſonæ tàm injuriam
paſſæ, quam inferentis, ex l. 6 §. 1. Cod. de po-
ſtul. l. Iudici, 34. ff. de injur. l. 8 ff. de appel. arg.
l. prima, ff. de effracto. Rebuff. ad Conſt. Gall. tit.
3. de recuſat. Gl. 4. pag. 152. tom. 3. Speckan. qq.
jur. cent. 2. claſſ. 4. integra q. 40. ac centur. 3. claſſ.
3. q. 21. num. 3. Quintil. lib. 12. Inſt. Orator. c. 8.
eleganter docens, orationes non eſſe convicijs
adimplendas. Hinc S. C. die 18. Junij 1650.
referente R. D. Antonio Miroballo tunc Conſi-
liario mandavit, quod reijciantur capita, &
nihilominus V. I. D. Io. Dominicus Scappa per
menſes ſex ſuſpendatur ab exercitio procuratio-
nis. Et iterùm Commiſſario, tunc Conſiliar.
D. Antonio Fiorilla, nunc emeritiſſimo Regen-
te in ſupremo Italiæ Areopago, die 16. Iunij
1663. decrevit, quod Doctor Lucas Barletta
non accedat ad S. C., aliaque Tribunalis per men-
ſes ſex, penès S. C. Secretarium. Et aliquando
in carcerem per longum temporis ſpatium de-
truditur, quod annis elapſis ſervavimus junctis
M. C. Aulis, Commiſſario D. tùnc Iudice,
nunc R. C. Præſide integerrimo Marco Anto-
nio de Ritijs, & Excell. Dominus cũ Collaterali
Conſilio à nobis certioratus vi pragm. 15. nu.
48. eod. tit. de ſuſpic Official. confirmavit, & ap-
probavit. Uti legimus apud Symmach. lib. 3.
epiſt. 39. & lib. 9. epiſt. 28. Epictetum quendam
cauſidicum non ignobilem, qui dum vellet
impenſius placere clienti, Sabinum quendam,
probatum omnibus bonis virum, incauto ſer-
mone perſtrinxerat e togæ forenſis honore pri-
vatum, inconſultæ linguæ præcium tuliſſe: do-
nec amicorum interceſſione, veniam impetra-
verit, & ſic reſtitutus fuerit.

Imò non probans ſuſpicionum capita ultra depo-
ſiti jacturam à pragm. indictam, & nobis in-
10 dicatam in hoc Ritu num. 29. lib. 2. punitur
pœna extraordinaria ab hoc Ritu ſancita, ubi
Carav. num. 23. & prag. 40. de Offic. S. R. C. quę
minimè derogata eſt ex pœnis pecuniarijs im-
poſitis per alias pragmaticas; quia mulcta lege
antiqua indicta non tollitur lege nova impo-
nente leviorem, vel graviorem pœnam, l. qui
ſepulchra. C. de ſepulchr. violat. l. eum, qui, ff.
de exercit. act. l. 3. in princ. ff de libero hom. exhib.
l. quoties, ff. de act. & oblig. Clar. § fin. qu. 85.
verſ. debet etiam. Io. Grand. de bello exul. prædic.
pati q. 3. ſpecial. 77. nu. 1. Videndi Viv. comm.
opin. lib. 1. opin. 278. Caball. reſol. crim caſ. 2. Aff.
in conſtit. Regni ſi quis aliquem n. 13. de Nigris
in prælud. cap. Regni num. 47. & in cap. ut ſine
mortalis peccati 56. Reg. Rovit. in pragm. 35.
num. 2. & 3. de offic. S. C. Hippol. de Mar. ſingul.
491. Petr. Garz. à Toleto dicta 138.

Etiam ſi Judex ſit adjunctus datus à Principe in
11 cauſa ordinaria, ut apud nos ſervatur, vigore
pragm. 4. de dilat. cap. 1. & 4. cujus obſervantia
roboratur decreto S. C. in cauſa Gubernatorum
A. G. P. hujus Civitatis, in ſuſpicione allegata
in perſonam D. Conſiliarii Marchionis Later-
tiæ cum Hoſpitio Pauperum, in qua fuit datus
adjunctus; & illis opponentibus, adjunctos uti
delegatos ſolo juramento ſuſpectos allegari, ex
Bar. in l. duo Judices, ff. de re judic. Ann ſing. 397.
Reg. de Ponte dec. 20. n. 28. Ambroſin. dec. Peruſin.
50. n. 1. manavit è Senatu ſcitum die 13. Sep-
tembris 1677. quod propoſita formiter ſuſpicio-
ne ſervata forma Regiæ pragm., providebitur:
relatore D. Joanne Dura, penès Secret. & teſtis
eſt Dom. Conſil. Staiban. in obſer. ad reſol. 118.
num. 7. cent. 2.

Enim verò tritum, & vulgare eſt apud reos, &
obæratos, eos præſertim, qui peſſimam cauſam
12 fovent, ſuſpicionem proponere, ſperantque ex
illius interpoſitionis more, ſe tandem nonnun-
quam criminum impunitatem adepturos & ali-
quando nequaquam ſoluturos fore; nec ſpes il-
los interdùm fruſtatur: atrocia enim ex jure
conſilia primo impetu pertimeſcenda ſunt, ubi
moram ceperint pati, ſua ſponte labuntur.

Hac arte uſus fuit quidam Partitarius, ut vocant,
13 Regiæ Curiæ, qui juſtiſſimis preſſus crimina-
tionibus, adeoq; in carcerem ordine memoratæ
Regiæ Junctæ conjectus, Dom. Conſil. Franci-
ſcum Roccum Commiſſarium ſuſpectum eſſe
profeſſus, ſuſpicionis rationes, ac præſcriptam
pecuniam depoſuit aureorum centum viginti
(principalis cum capita ſubſcripſit) quæ in ma-
nibus dedit Dom. Reg. D. Franciſci Ortiz Cor-
tes juxtà pragm. 15. §. 11. de ſuſpic. Official. & eo-
dem tempore alio ſupplici libello petiit, ut ſuæ
cauſæ inquiſitio, uti annexa, connexa, & de-
pendens ex conventione, ſeù partito habito
cum Regia Curia in Tribunali Regiæ Cameræ
Summariæ, ab illo judicaretur ut Judice, cui
competeret illius cognitio, etiam ex vi con-
ventionum, ſeù capitulorum adjectorum in
oblatione locationis dicti partiti initæ in ipſa
Regia Camera.

Quarè illud quæri cæptum eſt: reſpondendum nè
priùs eſſet exceptioni, qua declinabatur forum,
14 an verò Judicis recuſationi, quæ duæ res ſimul
proponebantur? Et quamvis diceretur, priùs
ſtatuendum eſſe de ſuſpicione Judicis; etenim
cum Juncta conſtituta ex quinque conſtaret
Judicibus, inter quos idem ſuſpectus numera-
batur: ſi primùm actum eſſet de fori declina-
tione, cum prædictus ſuſpectus adeſſe prohibe-
retur, dirempta lis, ſolutaque quæſtio fuiſſet de
foro declinando, eodem ſuffragium non feren-
te. Vel ſaltèm de utraque ſimùl cognoſcendum
cum incompetentiæ, & recuſationis Judicis ex-
ceptio poſſit inſimul proponi, l. eum qui, l. can-
tra majores, C. de inoff. teſtam. Dec. in cap. nullus
pluribus de reg. jur. in 6. Pract. Papienſ. tit. de
declinat. juriſdict. verſ. & inquantum apparuit,
Scialoya de foro compet. cap. 8 ſub n. 63. & cap. 9.
num. 193. Tamèn adjuncti Judices præter re-
cuſatum ſtatuerunt, priùs agendum de fori de-
clinandi exceptione: ſiquidem objecta Judicis
recuſatio Judicem legitimum, & competentem
videtur ſupponere, cùm nõ legitimus ſinè amba-
bus per ipſam declinatoriam nequeat judicare;
ſecùs verò per recuſationem, quæ plures ex-
quirit ſolemnitates, propoſitionemque, & exa-
men

meo rationum, propter quas Judex recusatur,
15 & quod hujusmodi exceptio ante omnia,
etiam ante Judicis recusationem, sit propo-
nenda, notant Bal. in l. fin. num.6.C. de Judic.
& ibi Salyc. num.8. idem Bal.in l. exceptionem
19.num.11.C. de probat. nec videtur secùs sen-
tire Bar. in l. quidam consulebant 57.num.9 ff.
de re judic. Felyn. in cap. inter Monasterium
20. num.4.& 6.de re judic.Ripoll.var.resol.cap.
2.num.88.Consiliar. Carleval.to 2.de Judic lib.1.
disp.jur.tot.2.disp.5.num. 8. adjungens de hac
exceptione priùs esse cognoscendum, etiàm si
illa requireret altiorem indaginem, ex Jas. in
l.ait Prætor 7.num.52.ff.de jur. jur. Proposita
enim fori declinatione vocatur in dubium po-
testas Iudicis, & donec se legitimà judicaturum
ostendat, videtur prohiberi, nè vlteriùs per-
gat, Mastrill.dec.127.n.3.Regen.Rovit.in prag.7.
n. 16. de ord. Iudic. & acta omnia, omnisque pro-
cessus nullus esset. Suarez de Paz in prax.
1.tom.2 p 5.temp.num.36.Greg.Lop.in l 11. tit.
3.p.7.gl.1.Bal.consil.275.num.1.vol.5.Pacion.de
probat.cap.58.ex num. 23. de Franch dec. 294.
Giurb.dec.36.& 82.Nov.de elect.fori lib.2 q.16.
Nullam propterea M. C. censuit confessionem
16 ab Antonio Isidoro crudelis homicidij patrat;
factam in Regia Audientia Provinciali Thea-
tina, pendente remissione petita à Curia Roc-
cæ Moricis; & revocato decreto mortis, in
vim dumtaxat confessionis extrajudicialis jun-
ctis alijs indicijs, post acrem torturam non
confessus, ad triremes quinquennio damnatus
fuit, die 9. Decembris 1675.referente D. Ju-
dice D. Ioanne Galliego; quod ratum habuit
Collaterale Consilium coram Excel. Domino,
eodem Judice relatore, die 18. ejusdem mensis,
penès Harganum pro Ferrario. Confessio siqui-
dèm coràm Judice incompetenti habetur uti
extrajudicialis: facitque propterea inditium
ad torturam coram suo Judice. Bald. in l. Ma-
gistratibus de iurisd. omn.Jud. Clar. q. 21. nu.
32. Jo.Emeric.in process.Judic.cap.17.nu.10.
Expressa namquè requiritur determinatio in hu-
jusmodi exceptione Gabriel.lib.3.commun.tit.
de excep concl.1.à num.3.Scrader. de feud. par.
10. in preambulis num.39.Natta cons.271. nu.
3. Menoch.de præsumpt. lib.2. præsumpt. 64. à
num. 2. Carocc. de excep.22.except.q.8. num.3.
nec rejecta censetur per processum ad vlterio-
ra, prout aliæ censentur exceptiones, Felyn.
in cap. suborta 21.num.4. de re judic. Vent. de
nullit.tit.11. quib.mod.sententiæ nulla defendi
possunt, num.9. Afin.in prax. §.18. c. 6. quam
vis satis sit, si verbis generalibus interloqua-
tur, dicendo: esse procedendum ad ulteriora,
non addito, petita remissione non obstante,
Menoch.add.præsumpt.64. num. 5. Angel. cons.
200.num. 3.; & sæpissimè id ità fieri in hoc
Regno, notat Carleval.cit.loc.num.9. Et ipse-
met Judex, de cujus jurisdictione ambigitur,
discernere valet, vtrùm lis ad se pertineat, nec
ne? l. ex quacunque 2. ff. si quis in jus vocat.
non ierit; l. si quis ex aliena 5.de judic. c. pasto-
ralis 14. c. ex parte 33. de rescript. Affl. decis.
354.num.5.Tusc.lit.I. concl. 414. Cabedo decis.
41.par.1. Avil. in Cap.3.prætor.verbo Abogados,
Tom.3.
num.12.Marta de Jurisdict. p.2.c.4 Reg.de Pon-
te decis. 32. Reg.Valenz.cons 52.num.3. & cons.
200. ex num.53. Carleval. in dict. loca num. 10.
Mangil.de evict.q.6.num.29. P. Diana p.1. mo-
ral.tract.2.resol.27.Velasc. alleg. 44. à num. 10.
Nigr. Cyriac.controv.382.num.35.Tondut. tom.
2.de prævent.q. 12. num. 44. Episcop. Marant.
resp.29.num.30.par.1. Præsul.Sperel.tom.2.dec.
133.num.1.Quesada differt.18.ex num.3. apud
quos limitationes regulæ subnectuntur. Cur
17 verò Judex recusatus haùd cognoscat de re-
cusatione, benè tamen de exceptione incom-
petentiæ, si quæratur? in aperto est responsio
à me tradita in hoc Rit. sub num.72. vers. cur
verò Judex tam. 2. Hinc quotiescunquè nega-
tur qualitas iurisdictionem non habenti tri-
buens, Judex causæ principalis ad fundan-
dam suam jurisdictionem de qualitate illa co-
gnoscet, cap. super literis, de rescript. l. si quis
ex aliena, ff.de Judic. Judex enim causæ præ-
parantis, est etiàm Judex causæ præparatæ l.
ordinarij, C.de rej vendicat. Idque nominatim
tradunt Felyn. in add. cap. super literis, ex nu.
18.& in cap. si clericus laicum de foro compet.
Butr.num.6. Panorm. num. 8., alijque penès
Affl.decis.297.num.2., communem sententiam
præconizat additionis Author.ad Felyn loc. cit.
Carleval. alios adducens de Judic.tom.1. tit. 2.
disp.5.num.10. Undè si dubitetur, an concur-
rat qualitas loci, ubi est promissa solutio, ju-
dex causæ principalis in ea procedet Bal. &
Bar.in l.præscriptione, num. 9. C. si contra ius,
vel vtilit.public. Curt.Jun.cons.144.num.6. lib.
1. Si dubitetur, an concurrat qualitas notorij
tribuens jurisdictionem Conservatorij, idem
Conservator Judex erit, Glos.notab.in c. 1. de
offic.delegat. in figuratione casus, & in verbo
Conservatores, idemque post Innoc. annuunt
Jo. Andr.in cap.1.nu.4.in fin. & Geminian. in
c. sane, num. 8. de de censib. in 6.; & confe-
runt tradita à Romano cons. 322. num. 7. Clar.
quæst.16.§.fin.vers.sed quæro. Capyc.decis.112.
num.7.& decis.155.num.25. Grammat. vot.8.
& 11. Addit ad Dies in pract. crimin. q. 96.
vers. notabie tamen, Carrer. in ead. pract. pag.
139. à num.24.Bellug.in Specul.Princ.Rub.11.
sed quia loquimur, ex num.19. Remig. de im-
mun.Eccles.q.2.Suarez. de Paz. in prax. tom. 1.
p.5.cap 3 §.3 ex n.8.Vulpel.cons.130. n. 6. Fari-
nac.in tract. crimin.tit.de carcer. & carcerat.
q.28. nu.76 & in appendic. ad immun. Eccles.
cap.22.num.176.
Decrevit itaque Regia Juncta sub die 20.Augu-
sti 1666. judicandum, seù procedendum esse in
ea, nulla habita ratione petitionis, ut judi-
cium fieret in Regia Camera; penès Mag.Leo-
18 nard. de Vivo Actuar. assumptum: sufficit
enim quod ab Excell. Prorege ad id muneris
fuerit Juncta destinata.
Emanato è Regia Juncta scito, esse in illa proce-
dendum, cum quæstio esset de Iudice recusa-
to, dicebam, proposita capita minimè admit-
tenda, ut minus verisimilia, quæq; nec con-
cludentia; nec vera essent; & licet probaren-
tur, nihil tamen haberent momenti. Undè
servandam esse pragm. 5. & 10. §. 5.de suspet,

Officia l. sanctionem: mandari, quod reijciantur capita, & solvat pœnam.

Addebam libellum, qui capita, causasque, ob quas in suspicionem adducebatur, Judex complacte-
19 batur obscurum esse; in eoque describi debere locum, tempus, illosque coràm quibus allata dicta, factaque essent, nàm licèt in civilibus causis nedum jure nostro municipali, quo sufficit qualiscunq; petitio ex *cap. detestantes*, & *Rit. M.C.* a88. sed etiam ex lege communi satis sit in libello facti narratio; nec locus, ac tempus necessariò sint apponenda; solùm in libello criminali quis ad hæc adigitur in *l. libellorum*, *ff de accusat.* obstringiturq; libellans solùm mensem, personam, & locum (non diem, neque, horam,) nè tollatur reo defensio, apponere: ut probare valeat negativam cum suis requisitis coarctatam, sicuti post alios observat *Reg. de Marin. ad Revert. dec.* 541. *num.* 4. Attamèn municipales leges multis in rebus civilibus quæ jacturam, vel calumniæ suspicionem patiuntur, decernunt, libellum debere esse lucidum, & clarum, quod nulla penitùs indigeat declaratione, ut in novis conventionibus allegatis, *ex pragm.* 47. *§. item volumus. & mandamus, de offic. Mag. Just.* ex qua inolevit praxis in nostris subsellijs, quòd in hujusmodi libellis per Actorem, sivè Reum porrectis, debeant exprimi locus, & locos loci, dies, hora, & coram quibus testibus conventio facta fit. Pari modo sapientissimus Rex ille Robertus in *cap. Regni, incipit. prolixitatem*, idem mandavit fieri in Judicum recusationibus, dum voluit exceptionem suspecti Judicis non admitti, & omninò cessare: nisi sic lucidè liqueat, ut evidentèr, atque notoriè, notabilitèr se ostendat. Itàque si attentis memorat. *pragm.* 47. verbis, claritas dicto modo requiritur in novæ conventionis libello: quantò clarior libellus exquiritur, ubi agitur de Judice in suspicionem adducto, in qua re tantùm invaluit calumniæ præsumptio, ut subtilitèr in terminis arguit *Constant. Cafar. in Specul. pereg. quæst. q.* 1. *§.* 3. *num.* 39. & 40. etsi de jure communi qualem qualem in ejusmodi re sufficere postulationem, quæ pro libello habetur, speciatim dixerint *Bal. in c. suspicionis nu.* 7. *de offic. & potest. Jud. deleg. Farinac. in Pragm Crimin. par.* 2. *lit. L nu.* 703. & *D. Io. Ant. ab Ecclesia observat. forens. sacri Senat. Pedem p.* 2 *observat.* 69.

De hac thesi plenius fuit actum in Juncta, & scissa fuerunt vota, tandèm major pars prævaluit: prodijtque determinatio sub die 26. Augusti 1666. quod, *Consiliarius deponat super capitibus præsentatis*, penès Leonardum de Vivo, juxtà exarata à *Thesaur. dec.* 6. *Cavart. q.* 16 *num.* 3 *Intrigl. decis.* 47. *à num.* 2 *Merend. controv. iur. lib.* 22 *cap.* 28 *ex nu.* 1. & *Fontanell. decis.* 23. *a num.* 9. suffragia præstantibus Reg. D.D. Francisco Ortiz, DD. Consil. Hodierna, de Rosa, Judice M. C. Cosa, & in locum D. Consil. Rocco recusati adjuncto tùnc Consiliario D. D. Antonio de Gaeta, qui sacris ordinis Calatravæ Eques uno omnium disertissimorum ore collaudandus, cum injunctas sibi Fisci juta tendi partes in M. C. quà virtutum præstantia, quà morum innocentia, mirandum in modum jam pridèm explevisset, ut diximus in *Rit.* 18. *num.* 1. *lib.* 1., Regius deindè Consiliarius, Regiæque Cameræ Præses, nuperrimè ex Regente in Supremo Italiæ Consilio ejusdem Regiæ Cameræ Locumtenens fuit communi omnium plausu renunciatus.

Paucis horis expleta demandata per Regiam Junctam depositione, ut moris est sinceræ fidei Magistratuum hoc in Regno: (etenim ob re-
20 tardatam parumpèr depositionem, habenda sit pro confessa recusationis materia, notant *Thomas Vasq. alleg.* 96. *num.* 36. *Ignatius Pereira de revisione cap.* 24. *num.* 25. & decrevit S. C. in suspicione allegata ab Ill. Duce Balneariæ in quendam Consiliarium: qui diù retinuit supplicationem, cum decretatione, quod, *ostendatur*: quam deindè restituit, dicens Actuario: *che non vi replicava per ricordarsi di niente*, die 11. Ianuarij 1677. relatore D. Consil. Vargas penès Sec. S. C.) omnium sese inscium professus est recusatus Judex; adeò quòd iterùm institi, ut allata capita reijcerentur absque alio termino, uti per calumniam proposita nonsine evidenti falsitate ad decisa per *Reg. Sanfel. dec.* 80. *p.* 1. & tradita à me in hoc *rit. num.* 49. Tamen Regia Juncta mandavit die 2. Septembris 1666. quod, *capiatur informatio*,

Quarè a me postulatum fuit ut recusans deponeret in publico Banco alios ducatos bisentum
21 et octoginta, præter jam depositam pecuniam aliorum aureorum centum viginti; itaut tota depositi summa quadringentos aureos expleret. Mea autem petitio innitebatur *Regiæ pragm.* 15. *§.* 2. *sub tit. de suspic. offic.* emanatæ, dum huic Regno præsideret Excell. Comes de Lemos anno 1611. cum enim percepissent Collateralis summi Moderatores nimis frequentèr, nimisque audactèr Judices in suspicionem adduci; eò quod pœnæ per aliàs pragmaticas statutæ leviores essent, (licèt aliquas addidissent Excel. Comes de Miranda,) decrevere, quòd in posterum duplicarentur deposita; (ut servari in Senatu Pedemontano, & augeri pœnam ejus arbitrio, notat *Ab Ecclesia cit. tract. observ.* 69. *sub num.* 3. & in Regnis Hispaniæ ex pragm. Invictissimi Philippo II. de anno 1565. refert Præses Aragoniæ *D. Christop. Crespi de Valdaura observ.* 9. *num.* 67. *t.* 1.) ità ut sicuti antèquam daretur terminus, triginta per recusantem deponebantur aurei: deponerentur deinceps sexaginta; & ubi terminus daretur, ut antea centum aureorum erat pœna, ducentorum esset in posterum; quorum partem Fiscus, partem recusatus Judex acciperet; Addit Pragmatica libellos subscribendos esse à causæ patrono; quod si ille abnuat, liceat principali libellum, quo Judex recusatur, subscribere: qui si calamum tractare nesciat, ejus nomine liceat Notario: cum verò subscribit principalis, vel Notarius ejus nomine decernit Pragmatica ab eodem principali duplum pecuniæ deponendum esse; quam deponeret, si patronus subscriberet. Itaque si cum datur terminus, & subscribit causæ advocatus depositum est aureorum bisentum: dùm subscribit

prin-

principalis antè terminum, depositum erit aureorum centum viginti; & impartito termino aureorum quadringentorum.

Et quamvis adjuncti Judices meæ annuissent instantiæ sub die 2. Septembris 1666 mandando, quod facto deposito per recusantem ducatorum quatercentum, servata forma Regia prag. capiatur informatio; tamèn, cùm ab adversario allata esset fides D. Didaci de Mercatis, qui à secretis S. C. est, asserentis juxtà morem S. C. ducatos bifcentum tantùm deponi solere; recesserunt à decisis in gradu reclamationis, decernentes, die 7. ejusdem mensis: quod, visis scripturis præsentatis, memoratum decretum latum sub die 2 Septembris, exequatur, facto deposito ducatorum bifcentum; ea etiam ducti ratione, quod allata Pragm. in cit. § 4. duplex depositum statuit à Principali deponendum, ac deponeretur, si Advocatus subscriberet, ibi: Che sia obbligata di far deposito del doppia di che quella saria obbligato quando firmasse l' Avocato; Itaque tunc dùmtaxat præcipit Pragmatica, cum ante terminum proponitur recusatio, quo, subscribente patrono, depositum est aureorum sexaginta, & proindè subscribente Principali erit aureorum centum viginti, neque Pragmatica decernit aliquid dato termino, de quo meminerat, subscribente Advocato in antecedenti §. 2. Igitùr non protrahenda ad factum non prævisum, etiam si ex lata, & impropria verborum significatione in ejus valeat constitutione comprehendi, ut sigillatim observant Perez de Lara de Capell. lib. 2. c. 4 nu. 40. & 41. Reg Valenz. cons 90. n. 203. & cons. 91. n. 4. lib. 1. Episcop. Barbos. latè de offic. Episcop. glos. 27. à num. 57., cum indubitatum sit, Statuta esse stricti Juris, & uti odiosa arctè interpretanda, ad text. in l. 1. § hoc interdictum, ff. de fonte, l. cum quidam 12. ff. de liber. & posthum. l. 3. § hac verba, ff. de negot. gest. l. constitutionibus 14. ff. ad Municip. l. si vero 64. §. de viro, ff. solut. matrim. l. 1. C. de jur. dot. l. præcipimus, 32. C. de appell. l. sancimus, 27. Cod. de testam. Gerard. sing. 7. num. 20. Mexia ad leg. Tolet. 2. par fundam. 1. num. 20. & 21. Surd. decis. 191. num. 6. Gratian. dec. 45. nu. 14. Burg. de Paz in l. 1. Tauri, num. 554. Sarmient. select. lib. 1. c. 12. num. 5. Parlador. quotid. tom. 3. differ. 39. num. 10. Villagut. de extens. leg. quæst. unic. de extens. leg. correct. & pænal. simul. num. 92. 134. & 144. Affl. decis. ult. num. 6. Farinac. cons. 85. num 72. Clar. § fin. q. 89. vers. sed quæro numquid: Vndè dicebat Bald. cons. 452. lib. 5. quod in statutis verba magis; quam mens imaginaria, & incerta sunt attendenda, ipsum refert Reg. Sanfelic. decis. 62. num. 119. lib. 1. In primo enim facto Pragmaticæ Conditores, quia voluerunt, dixere: in secundo verò non dixerunt, quia noluerunt, l. un. § fin. autem, C. de caduc. tollen. l. cum Prætor, ff de iudic. cap. nonnul. de præsumpt. c. qualis, 25. distinct. c. ex eo 15. q. 13. l. ob res, §. 2. ff de pact. dotal. Trasul. Barbos. axiom. 136. num. 5. Reg Valenz. cons. 5. num. 83. & add. cons 91. num. 18. lib. 1. Escob. de purit. & nobilit. prob. q. 3. §. 2 num 10. & ubi pragmaticæ verba deficiunt, desistere debet & ipsius dispositio l. illam 19 ubi Bal in princ. C. de Collat. l. 4 § toties, ff. de damn. infect. Dec. cons. 669. num. 6. Paris. cons. 98 num 30. lib. 1. Cravett. cons. 161. num. 10. Burgos. de Paz cons. 28. num. 21. Paris. cons. 98. num. 30. lib. 1. Mex. ad l. Toleti p. 2. fundam. 1. num. 21. Reg. Valenz. cons. 4. num. 4. & cons. 76 nu. 54 lib. 2. Marc. Ant. de Amat. decis. March. 2. num. 38. & dec. 32. num. 23. R. Sanfelic dec. 27. num. 35. & 55. lib. 1. potissimùm cum habeat Juris communis moderationem (quo animadverso, nulla reperitur adjecta pœna, l. apertissimi, cum seq. C. de judic. c. postremò de appell. Giurba decis 66. num 1. cum alijs à me conglomeratis in hoc Rit. num. 8 lit. 2. l. 3. §. hac verba, ff. de negot. gest. l. constitutionibus, ff ad Municip. Petr. Gerard singul. 7. nu. 20. & explicat in pulchro casu Georg. Natta in tract. statut. repellen famin. q. 3. princ. num. 156. Valenz. add. cons 6. & cons. 55. num. 9 lib. 2. Reg. Sanfel. decis. 383. num 8. & dec. 393. num. 9. lib. 3. & uti pœnalis non extendenda de persona ad personam, nec de casu ad casum, Glos. in clem. 2. verbo eisdem, de ætat. & qualit. Aretin. in cap. per tuas, num. 18. de probat. R. Valenz. memor. cons. 4. n. 40. Novar q7. for. lib. 1. qu. 160. & in terminis pragm. de suspicionibus sermocinantur Reg. Sanfelic. decis. 287. num. 2. lib. 2. Præs. Merlin. lib. 1. controv. for. cap. 47 num. 9 & cent. 2. cap. 21. num 21. Cum in pœnis infligendis ea sit interpretatio capienda, quæ reorum conducit absolutioni, vel mitiori, l. favorabiliores, l. Præses l. si de interpretatione, l. absentem, l. sanctio legum, l. factum, §. in pœnal. ff. de regul jur. l. si verò, ff. de solut. matrim. l. 1. C. de mod. mulct. l. si certa ratione, C. quando provoc. est necess. c. statutum in princ. de elect. in 6 cap. in pœnis, de regul. jur. in 6. Dec. in l. semper in obscuris, num. 9. ff. de regul. jur. Escob. cit. tract. in 1. quæst proemial. §. 1. num 34. Reg. Valenz. cons. 91. num 52. admonens Judices, ut agant omni cum moderamine, & temperantia; quam ob causam extollitur Marcus Antonius Philosophus, quia omnia crimina minori punienda supplicio existimabat, teste Iulio Capitolino in ejus vita. Exclamat propterea Lactant. Firmian. lib. 6. divin. instit. cap. 14. Severitas, nisi se intrà congruentes nocentium pœnas coerceat, fit sæva crudelitas: Cassiod. lib. 1. epist. 12 Simanc. lib. 5. de Republ. c. 17. num. 26. & ex alijs Valenz. cit. consil. 91. num. 78 Hinc invictissimus ille Alphonsus V. Aragonum Rex, & Primus hujus Regni, de nimis leni, & mansueto Principe quærentibus, expectandum iè ijs esse dicebat, ut ursi, & leones quandoque regnent? hominis sanè clementiam esse, belluarum feritatem, Panor. lib. 2. c. 49. m. f. 54., & addebat justitia se quidem bonis gratum esse: at clementia etiàm malis; Pan. lib. 2. c. 48. m. f. 53. A Deo, (ajebat Fridericus Imperator) cum oro, misericordiam peto, non justitiam; cur igitur ma subditis clementem, atque misericordem non exhibeam? Æn. Sylv. lib. 2. cap. 48. Etenim neminem ex omnibus magis, quàm Principem, vel Regem decet clementia: utpotè cujus partes sint excubare prò salute singulorum; gloriaque est Principis, habere superstites sibi gratias agentes, quos vita privare potuisset, Gregor.

Syntagm. jur. lib.35. cap. penult. Sumpta etiam ratione ab animalibus ratione destitutis, cum apum Reges sint sine aculeis, quibus natura telum detraxit: voluitque iram eorum inermem relinquere. *Senec. lib.1. de clement. cap.19. Claudian. de natur. animal. cap. fin. Alciat. in Comment. ad Emblem. 149. num.2. vers. vesparum vocabula. Reg. de Ponte de potest. Proreg. de provit. fieri solit. tit.1. num.32. pag 8. Reg. Valenz. cons.164. num. 4. lib.2.* & in Trabomane Insula mos est eligi Regem inveteratæ clementiæ *Tiraq. de Nobil. c. 4. num.18.* & ego in paræncsi de transferendis Alphonsi Regis cineribus à Neapolitana vrbe ad Basilicum Majorum tumulum *num.87.*, & dicam alibi fusiùs.

Propter causæ opportunitatem, etsi adversus Junctæ decretum nihil actum à me sit; attamèn nec potui, nec possum eidem decreto acquiescere, cui (pace dixerim tot, tantorumq; virorum, quos ut apprimè doctos, meosque præceptores semper colui, semperque suspiciam,) & verba, & pragmaticæ finis, ac ratio adversantur; Verba: quia illa indistincta & universalia sunt, nec non amplectuntur qualcunq; facti circumstantias, quas in antecedenti §.2. prævideiat Prag. subscribente causæ patrono; atq; ità non id solummodò decernitur, cùm in suspicionem adducitur quis antè terminum; Quod si scopum, propositumque legis inspiciamus: quæ lata est, ut immodica litigantium audacia frænaretur: utque subscribentes principales, qui animo perturbato propriis in rebus solent esse, ab abducendis ex suspicione judicibus per calumniam, immeritòque, duplicatum depositum deterreret. Ratio hæc majorem habet vim, si terminus in suspicionis causa impartitur, ac si non impartiretur; nàm dato termino liberiùs poterit Principalis probare quidquid libuerit, adducendo testes seductos, emendicatos & falsos; & tùnc debet major apponi pœna: Vndè ex eadem, vel majori ratione extensio de Jure fit de facto ad factum, quià non dicitur propriè extensio; dùm ratio ipsa sequitur, quæ declarat verba legis de eodem facto, ubi eadem reperitur ratio, ut notat *Imol. in clem.1. n.18. col.3. vers. ex ista Glos. de elect.* & post *Anton. de Butria* addit, quod tùnc non verba rationis extenduntur, licet verba Statuti amplientur, advertens, hoc notandum esse proptèr Statuta, quæ in proœmiis utuntur verbis latioribus, quàm postcà repetant in Statuto specifico, sequuntur *Hippolyt. de Marsil consil.61. à n.1. & in l. si quis viduam n.13. ff de quæst. & in l. qui falsam, §. accusatio n.6. ff. de fals. Decian. lib.9. c.32 num.8. Villagut. add. tract. q. unic. in prima fallent. ex n.36.* quos refert *Reg. Rovit. dec.15. n.23.* Etiàm in Statuto concepto in personam, extendit *Farinac. cons. 85. n.73. in fin.* adeò quod haud nuncupatur extensio, sed comprehensio, *Anchar in cap. cum non ab homine, 3. col. vers. non obstat, extr. de Judic. Niger in cap. ad hoc. in prima concl. n.145. limit.1. de Franch. dec 570.*, qui testatur prag. editam sub die 13. Septembris 1595., qua fuit sancitum, ut confessio trium sociorum in furti crimine contrà socium, sufficiat ad condemnandum, fuisse extensam etiàm in furto facto sinè fractura, *di scassazione*, vel *di scaliamione*, ut loquuntur: quamvis prag. cum iis conditionibus loquatur, attentis simili ratione, & qualitate temporis, *Tassan. de antefat. vers.8. obs.1. n.10.*, notans, idcircò cum prohibemur frumentum alienare ultra præscriptam mensuram, id etiàm extendi ad farinæ venditionem, ex *Mastrill. dec. 138.* & observat *Reg. Sanfelic. dec. 164. lib.2.*, quod edictum propositum anno 1625. contrà milites stricto ense rixantes, comprehendat milites descriptos in libro Ducis, seù Capitanei, licèt non dùm in libro Scribæ Portionis, ex mente statuentis, quæ inspici debet, non verba, ex adductis per *Giurb dec.70. n.15.* quæ ità interpetranda sunt, ut ab ipsorum statuentium voluntate non discrepent, *Berart cons.33. vol.1. Giurb. cit. loco.*

Addas, hinc Deo gloriam, Civitati commoda emanare; cum ita litigatorum audacia, quæ hoc tempore adeò excrevit, ut nullum habeat modum, coerceatur. Et ad evitandum, quod absurdum est, jure fit extensio, *Cassan. in Consuet. Burg. verbo conclusa, & approbata*, tribus, & triginta allatis casibus, quibus ostenditur constitutionem de una ad aliam rem probè extendi, & si statuentes interrogati fuissent, verisimile est, eos ita fuisse responsuros, *Cacher. decis. Pedem. 67. n. 12.* & quando lex pœnalis fit ad evitanda delicta, scandala, peccata, & calumnias, uti favorabilis extenditur de casu ad casum *P. Franc. Meroll. in prima tom. Theolog. moral. pag.101. col.1 & tom.2. pag 613. n.89.* & in notabili facto observat *Cacheran. dec. 67.* & post *And. de Barcle, Reg. Rovit. cit. dec.37. n.11. & 12.* Rectèque posse fieri ex identitate rationis extensionem legis, dumodò constiterit esse legi adæquatam, ait *Suarez lib.6 de legib. cap.3. n.16.* subdens *num. 19.* duo necessaria esse ad hanc adæquationem: unum, ut ratio per se sola moveat sufficientèr, & efficacitèr legislatorem ad legem condendam motum fuisse: alterum, ut sit, sicuti finis unicus integrè, & adæquatè intentus per legem; quæ omnia hac in facti serie concurrunt: aliàs esset fraus legi, quæ evitari debet, *l. cum pater, §. dulcissimis ff. de legat.2.* Lex enim non consistit specialitèr in verbis, sed in sui ratione, quando verba deserviunt rationi, & non è contrà, *arg. c.2 requiris, de appellat.* Ratio legis ad verba se habet, sicuti anima ad corpus; & meritò, sicuti anima dominatur corpori, ita & ratio verbis potissimùm quandò ratio est finalis, *P. Merell. add. to.2. Theol. moral. disp.4. de legib. & constit. c.10. n.96. pag.616.*

Parùm verò obstat fides ejus, qui à secretis est S.C., de qua jàm loquuti sumus: siquidem hoc fuisse oppositum, & discussum, non testatur; adeòque decisum minimè dici potest, ad celebrem *Bal. doctrinam in l. receptitia, n.3. C. de const. pecun.* quam observatam in S.C. meminit *de Franch. dec.367. n.14. Consil 87. Prat. pract. obs.92. n.26. & lib.2. discep. forens. cap.5. n.56 cap.21. num. 2. & cap.26. num.20.* & non illius, quod fit, sed quod fieri debet, ratio est habenda, *l. nemo, C. de senten. & inter l. omn. judic. Cravett. cons.320. num.5. Feder. de Sen. cons.152. n.3. Alex. cons.3. n.5 lib.5. Rot. Roman. dec.252. n.2. p.1. in posthum. recollect.* per *Farin. alias p.3. in recent.* Sed,

Sed, ut clavum clavo truderem, hanc meam convallabam sententiam duabus decisionibus: altera S.C. in suspicione allegata per Ill. Principem Jeracii in personam Consil. Esquerra, pro qua fuit factum depositum aureorum quatercentum in Banco Sancti Jacobi, nempè ducatorum centum viginti in faciem U. J. D. Julii Cæsaris Caiafa sub die 13. Octobris 1635., & aliorum ducatorum biscentum octoginta eodem die in faciem D. Caroli Infante: altera verò Regiæ Cameræ in suspicione proposita ab Ill. Comite Celani in personam Præsidentis Jo: Baptistæ Amendola; nàm die 5. Octobris 1660., referente integerrimo, & numquam satis laudato viro Dom. Præsidente D. Didaco Ulloa, manavit decretum; quòd, *facto deposito per Ill. Comitem Celani aliorum ducatorum biscentum octoginta ad complementum ducatorum quatercentum, servata forma Regiæ Pragm., capiatur informatio*: penès Mag. Secr. R. C.; Idcircò cum in posterum quid simile res ferret, hanc aleam amplectendam esse existimo; quam sectatur *D. Constant. Cæsar. in Specul. qq. peregr. qu. 1. n. 14.* minùs tamèn constantèr in exaratis in *seq §. n. 40.*, quibus occurrunt notata à *D. Cons. Staib. in obser. ad resol. 118. ex n. 1. centur. 2.*, quæ deterrebit litigatores hac misera ætate nimium inverecundos, cum calumniæ moræ ità crebræ sint, ut ferri nequeant,

A duplici verò deposito præscripto à memorata pragm. anni 1611. excusantur Doctores proprias habentes causas, & illas ipsimet tutantes, & subscribentes suspicionum capita; qui dumtaxàt ad simplex obstringuntur, ut dixi in hoc *Rit. n. 21. lib. 2.*, quibus addo decisum aliàs in S. C. in causa D. Scipionis Theodori, deindè Consiliarii recusantis D. Consiliarium Gynesium de Proyda die 13. Aprilis 1616. relatore D. Consil. Aloysio Xavara: & in altera D. Parthenii Petagna, posteà Præsidis Regiæ Cameræ in personam D. Consil. Andreæ de Januario, referente D. Consil. D. Flaminio de Constantio, die 6. Martii 1632. & in causa U. J. D. D. Josephi, & Marci Antonii Albasii in Dom. Consil. Franciscum Antonium Muscettola die 20. Novembris 1631. penès Sec. S. C.

Patiturque jacturam depositi, etiam si quis renunciaverit suspicioni propositæ, ut dixi in hoc *Rit. n. 37. l. 2.*, & decrevit S. C. die 21. Aprilis 1622. in suspicione allata à Doctore D. Francisco Valcarcel. in causa habita cum D. Francisco Galluppo, relatore D. Consil. Aloysio Nicuosa; quod, *stante renunciatione suspicionis interveniat Magnificus Regius Consiliarius Joan. Andreas Georgius, & depositum liberetur servata forma Regia pragmatica*; quæ quidem pœna solvitur, etiamsi reiiciantur, vel non admittantur capita, uti non militantia, vel extrà tempus proposita, ex *prag. 16.* emanata anno 1616. *ead. tit. de suspic. offic.* Vidi propterea pluriès judicatum, quod non admittantur capita, & solvat pœnam; id quod majori ratione dispositum fuit in nullitatibus propositis adversùs sententias, & decreta S. C., aliorumque Tribunalium, ut depositum amittatur, etsi illis partes renunciarent, vigore novissimæ prag. editæ die 16. Maii 1666. cap. 2. tempore, quo Regni habenas sustinebat Excell. D. Petrus Antonius ab Aragonia,

A quo quidem simplici, vel duplicato deposito faciendo juxtà Regni sanctiones, nemo omninò
22 redditur immunis; quin nec Ecclesiastica persona, modò unus excipiatur pauper, qui suis privilegiis hoc ipsum adiunxit, ut insinuavimus in *Rit. 19 sub n. 9 lib. 1.* & in hoc *Rit. sub n. 29. lib. 2.* ità ut sub sequestro deductis bonis D. Pompeii Baldino suspectum allegantis D. Consil. Paulum Staibanum, decrevit S. C. sub die 22. Decembris 1661., relatore præstantissimo, omniumq; ævo summis extollendo præconiis Reg. Jo. Hieronymo de Philippo, tùnc Consiliario, quod, *ex pecunia perventa ex pensionibus domorum sequestratarum remaneant depositate ducati sexaginta pro pœna suspicionis*; & in suspicione allegata in D. Cons. Prato à Curatore patrimonii D. Caroli Philamarioi die 15. Maii 1673. referente D. Consil. Jannettasio; ac in alia in personam ejusdem Cons. Jannettasii adducta à Principe Casalis Majoris die 24 Martii 1673. relatore D. Consil. de Martino, penès Sec. S. C.

Et cum Universitas miserabilibus adnumeretur, *Novar. de elect. for. q. 20. n. 7 sect. 1. ac q. 14. nu. 7. sect. 2. & de privil. miserab. person. priv. 28.*, rationi innititur decisio S. C. apud *Giuazrel. 84.*, qua fuit admissa Universitas Cervinariæ ad recusandum absque deposito: quamvis non possit in eam cadere tanta paupertas *Girrarell.* sequitur *Scialoya in tract. de foro competent. cap. 9. n. 159.* Hinc suam præ se videtur ferre asperitatem altera ejusdem Senatus determinatio, (salva ejus pace,) quæ prodiit in causa Universitatis Terræ Barreæ cum illis de Melucio in suspicionem adducentis D. Consil. Rocco uti suspectum, & remotum in causis Principis Scanni præfatæ Terræ Baronis verum habentis interesse in ipsius Universitatis causis, tùm uti primi Civis, tùm uti ipsius creditoris; quæ cum libello recusatorio porrexit Excell. Domini rescriptum, quod S. C. super allegata paupertate servatis servandis de justitia provideret; & capta informatione, esse ingenti ære alieno onustam, nec habilem ad functiones fiscales persolvendas, & ob id assiduè vexari à Commissariis: sub die 22. Novembris 1672. relatore D. Consil. Jannettasio fuit provisum, quod, *facto deposito servata forma Regiæ pragm. providebitur*, & obtento alio Principis rescripto eidem S. C. remisso ad finem, ut admitteretur ad dicendum de nullitate hujusmodi decreti citra depositum ob ejus egestatem, ad tradita per *Novar. q. forens. 59. n. 4 lib. 1. Thor. in supplem. compend. verbo pauper, Consil. Arias de Mesa var. resol. lib. 2 c. 3. nu 9 Judic. de Angelis ad mox adduct. dec. 84 n. 27. Giuzarel.*, nulla interlocutione supèr petitis facta, censuit Senatus, eodem referente, sub die 18. Januarii 1673., quod, *stante lapsu termini interveniat*: penès eundem Secret.

Aliquandò Excell. Regni Prorex cum consilio DD. Regentium clàm non patefactis suspicionum causis absq; deposito mandat, quod recu-
23 satus non interveniat juxtà à nobis tradita in hoc *Rit. n. 40. lib. 2.* quibus addo *Cæsar. in Specul.*

cul. qq. peregr. q.48. n.8. D. Blasium Altomare summi ingenii ad Rovit.cons.9.n 3.lib.1.memorem pragm.13. & 14. de suspic. Official. & Mei cit.loco, & iterùm ad *Rovit.consil.2. n.18.lib.3.* Idem asserentes adsunt literæ S. C. Majestatis potissimùm sub die 5. Augusti 1646. *offic.lib.19. fol.241.* transmissæ ab Excell. tùnc Prorege Præsidi S.C.D. Andreæ Marchesio die 20. Octobris 1646., cujus ordine fuerunt lectæ in qualibet aula S.C. à Secretario, penès quem asservantur. Solet etiàm, quando in S. C., cæterisq; Tribunalibus proponitur caput aliquod denigrans ipsius Officialis authoritatem, non recipi; sed certior fieri debet Excellentissimus Prorex, ut mandavit cedula D. Prorex anno 1605. directa D.D. Petro de Vera, & Aragonia S.C. Præsidi, his verbis: *Dice S.E. que V.S. de orden, que en este Sacro Conseja no se reciba ningun cabo en materia de sujaechas, que toque en desautorizar ningun Ministro, sin que primero se dè quenta della à Su Excel., de que avisa à V. S., paraque assi lo mande executar, de Camara à 9. de Settiembre 1605.*

Et notandum, quod obtento rescripto Collatera-
24 lis Consilii a Francisco Sanseverino Barone Marcenariæ, nè D. Consil. Staibanus interveniret in causa cum Carolo Nobile, & aliis: ob quod illa fuit alteri demandata; habito recursu per Carolum ad ipsum Supremum Tribunal, obtinuit: ut denuò causa committeretur præfato D. Staibano, ipsique Francisco Sanseverino salva essent jura illum formitèr recusandi in S.C.; à quo deindè capita fuerunt cum deposito deducta, adiunxitq; esse actum consumatum, contractamq; capitalem inimicitiam cum illo ex capitibus porrectis: & per S.C., relatore præclarissimo viro D. Consil. D. Aloysio Sixto Duce Celiarum provisum fuit, quod, *interveniat*, die 30. Martii 1672. penès Secr. id quod idem Senatus servavit in causa Ill. Marchionis Fuscaldi, de qua meminit *Gypt. ad Capyc. Latr. dec.85 n.5. lib.1.*; quo in casu suspicio formitèr proposita non fuit. Lepidè igitùr Ill. Marchio de Centelles D. Antonius Joannes de Centelles Eques Ordinis Calatravæ, tùnc Regens in hoc Regno Regiam Cancellariam, & Locumtenens R. C., deindè emeritissimus Magnus Cancellarius Mediolanensis, nùnc in Supremo Italiæ Consilio motu proprio S M. ejus Advocatus, & Regens creatus, ad tuendam Officii Locumtenentis præeminentiam, & authoritatem, Papinianæo calamo scripsit, haud licere removere judicem absque judicii tela, & causæ cognitione; adducens plura Regis diplomata, potissimùm publicata in prag. Excell. Comitis de Castillo die 30. Aprilis 1655. sub *tit. de offic. Secret. in 3. tom. prag. cap. 24. pag. 155. & tom. 4. ordinum Regalium Reg. Cam. fol. 244.*

Recipienda dùm essent testium dicta in vim de-
25 creti Regiæ Junctæ, de quo paulò antè meminimus non immeritò verebar, nè illi pretio conducti falsa deferrent; adeòq; vehementèr institi, ut me, uti Fisci patrono præsente coràm causæ suspicionis Præfecto testes deponerent, & mihi interrogare liceret. Hæc postulatio subduriuscula primò videbatur; Enim verò, ut Adversarii summis viribus contendebant, causa recusationis erat: hisq; robur præstitit allata fides à Secret. S.C. Administro, id nunquàm anteà positum fuisse in morem. Ipse verò ajebam, inter quamplurima Fisci privilegia hoc quoque non obscurè adnumeraris: ut scilicèt ipsius Patronus adsit, dum testes examinantur: iisq; valeat dare interrogatoria, quod hoc in Regno certissimum esse, nullus dubitat; hinc inquisiti, & testes examinantur per causæ magistrum actorum, vel judicem; non autàm per Fisci advocatum, aut procuratorem; verùm, quod illis liceat adesse, statuit *prag.4.n.1. de Offic. Mag. Justit.* & *in margine ejusdem pragm.* adnotatur, quod in tormentis Fisci patronus potest interrogare, ut in *c.1. in Cur. fol* 52. Cum rei torquentur, nemo adesse debet, nisi judex, & Fisci advocatus, *prag.3.§.§.16 eod.tit.* Fiscalis audiatur in omnibus causis semper *prag.39.n.2.add.tit.* Articuli videantur, & designentur ab ipso. *cit. prag.39. n.7.* Videat, ut libuerit, inquisitiones; nec absolvantur, nisi ipse videat. *§.8. ejusd. pragm.*, Et tandèm eadem *pragm.39.n.9.§.5.* iterùm sanxit, quod valeat, si libet, adesse in examina testium ad defensionem partium: illoiq; interrogare, nè dùm in judicis domo, sed & Tribunali: et iàm in causis provocationum ad S.C., notat eadem *cit. prag 4. §.5.*, Istud fatentur facillimè nostrates, potissimùm *Foller. in prax. crim. tit. recip. defens num. 32. Reg. Rovit. pragm 5. de recep malefact. Borrell. in summ. decis. p.2. tit.15. Carav. in ritu 258. n.4.* & servari meminit *Clar. in prax. crim. lib 5. q.23. n.3.* dicens, quod Fisci patronus interrogat, prout sibi videtur; ut propterèà quod habeat interrogatoria, denegatur in Regno Fisco repulsa, ut ex *Paris. in tract. de syndic. verba, inquisitio, c.2.* deducit *Carav. cit. loc.*; cujus meminit Avus meus ad *Capyc. dec. 55. in fin.* laudans quoque *Campan. in cap plerique. Reg. de Marinis ad Ravart. dec. 393. sub n. 1.* & alii, quos adduxi eodem in *Ritu 258.n.4.lib.2.*

Atsi litigantium alteri jure licet, se adversario suspicionem objicienti opponere ex pragm., de qua inferiùs, & post *Reg. Rovit.* noto in hoc *Ritu n. 51. lib. 2*, cur pari ratione non dandum hoc Fisco? qui meritò potest, & debet sua uti facultate interrogandi; qui necessaria dicitur pars ne dum in criminalibus, sed & in civilibus, cum agitur de commodo Regio, *l. non intelligitur, §. Divus Adrianus. & l. si Fiscus. ff. de iur. Fisc l. 2. si advers. Fisc. Mastr ll. dec.214 num. 21. t.3. Senator Berart. in Specul. visita c. 18. num.11. Fontanell. dec. Cathal. 30. num 3. p. 1.* Hæc minima est, ut falsò aiebant, Fisci jactura? cui tantundem authoritatis perit, quantum suis Administris per levissimas suspiciones detrahitur; quibus, ut decus, & majestas servetur, summoperà eniti debet; iniuria enim afficitur judex recusatione, *Bal. in cap super quæstionum, n.2. de offic., & potest. Judic. de leg Viv. opin.866. num.14. Farinac. in pragm. lit. I. num. 704. Ab Ecclesia obs. forens. Sen. Pedemont. 69. n. 2.* Præterea quàm grave est, & discrimini obnoxium, Iudicem, qui causam jam benè novit, à causa propellere: atque alium undequaquè ignarum advocare, ad *text. in l. prætor. §. ultim. ff. de vacat.*

cat. numer. Deniquè non nè ex suspicionis causæ amissione Fisco perit mulcta, quæ ex Regni sanctione indè sibi perveniret?& *prag. 20. §. 2. & 7. de offic. Mag Iust.* præscr bit, quod advocatus Fisci adsit, in omnibus, ubi agitur de damno Regio, etiam ratione pœnæ.

Nequè eius, qui à secretis est S.C. fides ullam habet vim ijs in causis, quæ ad Fiscum pertinent, quibusque ipse suo jure adest; sed in iis dumtaxàt, de quibus agitur in S.C. inter partes, ex quorum controversiis nihil accidit Fisco, nihil detrahitur At in Regia Camera, in qua Fiscales agitantur causæ, aliter servari, testatus fuit illius à secretis in fide producta in actu suspicionis in Regia luncta vertentis, fol. 21. & discusso pleniùs articulo die 14. Septembris 1666. Regia Iunctà decrevit, quod, *cum effectu recipiantur testes coram Dom. causæ Commissario cum interventu Regij Fisci, qui volunt facere interrogationes, opp. sitis non obstantibus.* de qua *dec.* meminit idem *D. Consil. Rocc. in tract. de offic. tit. de mod. proced. in caus. controbann. num. 74. p. 379.*

Examinatis testibus, dicebam, nullam de eis hebendam esse rationem, qui inter se diversi, inverisi-
26 milia, & commentitia proferentes, ex ima plebe, atque hominum fæce accersiti, pretioque per summum scelus conducti essent; potissimum in suspicionum materia, non in quibus probationes claras exquirit *prag. 4. de offic. S.C.*, & non admittuntur fides authenticæ, etiam virorum in dignitate constitutorum, qui examinari debent cum iuramento, parte audita, ex altera *prag. 15. §. 21. de suspicione Official.*, quin nulli apertum non est, testem inverisimilia deponentem, non modò non probare, sed ingentem insupèr falsitatis suspicionem præferre, *l. ob carmen, §. fin. de testib. c. quia verisimile, extr. de præsumpt.* & cæteri apud *Mascard. de probat. concl. 1370 n. 1. Viv. dec. 199 n. 2. Laratha cons. 107. nu. 11., Surd. cons. 1. n. 10. vol. 1. & cons. 307. n. 16. vol. 3. Menoch cons. 98. n. 45. Bellon. dec. Iau 58. n. 9 Barrell. in summ. dec. cit. 14. nu. 14 p. 2. Reg. Valena. cons. 91. n. 211. lib. 1. Gramm. dec. 2. n 41. & dec. 28. n. 1. & a. Ambrian. de repuls. 2. n. 88* quod enim non est verisimile, nec credibile, neque animadvertendum est, *l. qui habebat de leg 3.* quod verò est simile, naturæ etiam cognatum est; quod autèm à veri discedit similitudine, naturæ adversatur, *l. 1. ff. de his qui sunt sui, vel alien. jur.* & falsitatis habet imaginem *Bal. in l. 1. C. de serv. fugit. Oldrad. cons. 13. de Franch. dec. 153. n. 6. Joseph Ludov. dec. Luc. 13 nu. 29. Cravett. cons. 26. Guid. Pap. singul. 809.* & in perquirenda veritate verisimile est considerandum, *Aretin. cons. 9. num. 2. Dana ad Gramm. dec. 28. n. 3.* Hinc rei vero minimè similis non admittitur probatio, *Tiraq. in præfat. l. si unquam, C. de revoc. donat.* Non verisimilia testantes, optimè concludere debent, ac omni exceptione esse majores. *l. fin in princ. ff. quod met. caus. l. si extraneus ff. ob turp. caus.* & alii penès *Mascard. add. concl. 1370. n. 9* Ex dicto testis inverisimilia deponentis minimè defertur juramentum in litem, *Bertan. cons. 452.* cum aliis apud *Farinac. de opposit. contra testes, n. 146.* Testibus negantibus magis creditur, quam affirmantibus, si deponant verisimilia *Mascard. cit. loc. num. 7.* Hinc confessio inverisimilis non officit *Tiraq. mem. loco, n. 40.* Tabulis, vel instrumentis à litigantibus exhibitis, fides datur verisimiliori, idem *Tiraq. n. 48.* qui plura alia notabilia exempla subnectit usque ad *n. 91.* & quæ verisimilia non sunt, nulla sunt, *Cravett. cons. 134. n. 36. Dana ad Gramm. dec. 2. num. 43. in fin.* neque probant: etiam si testes plures sint numero inverisimilia deponentes; numerusq; haud supplet verisimilitudinis defectum *Dec. cons. 94. Mascard. concl. 1366. n. 13. Caputaq; dec. 276. n. 6. Farin. cit. loc. num. 147.* cujus inverisimilitudinis tanta est vis, ut Pontifices in locis triginta duobus, & Imperator in locis sexaginta quatuor de illa meminerint, illaque coacervat memoratus *Tiraq;* Tullius eloquentiæ parens totam suam orationem pro Dejotaro ex verisimili composuit; ad quæ respiciens Henricus Imperator, cum Uxor ejus ea ætate esset gravida, qua minùs verisimile esset: voluit, ut ea palàm pareret; ne qua suspicio fraudis, aut suppositi fœtus subesset: Inverisimile verò dicitur illud, quod non convenit cum natura, & illam non imitatur; veluti si dicat quis, prudentèr aliquid egisse, quod prudentem virum non sapiat; vel si testis dicat, se audivisse aliquid, quod ut plurimùm coràm multis dici non solet, ex traditis per *Boss. de oppos. contr. test. n. 96.* & ex *Averrois*, quem laudat *Bal.* relatus a *Tiraq. n. 58.* sententia, quòd experimentum verorum sermonum est, quod conveniant rebus sensatis, seù verisimilibus, quæ omnia ex his, quæ in facto concurrunt, Judicis arbitrio relinquit *Menoch. de arbitr. Jud. cas. 85. num. 4.*

Deponebant eadem præmeditata oratione: & proindè nullam faciebant fidem, *Gramm. dec. 43.*
27 *num. 2.* & ibi *Avus meus num. 5.* laudat *Dian reg. 761.* Erant singulares; neq; conveniebant de loco, & tempore in auditu verborum prolatorum, *Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 909. Ricc. collect. dec. 193. p. 1. collect. 1104., & 2203., ac dec. 35. p. 1. Barbos. vol. 1. ex num. 113. lib. 1. & in axiom. jur. axiom. 05 num. 2. Cavall. comm. q. 117. n. 1 Scayn. dec. 102. Fontan. dec. 258. Morend. controv. lib. 1. cap. 49 Turres. cons. 100. n. 27. lib. 1 Jo. Bapt. Spada cons. 101. ex n. 23. t. 1. necnon cons. 50. n. 7. cons. 211. n. 21., cons. 307. n. 6. tom. 2. & cons. 247. num. 45 tom. 3. Andreol. controv. jur cap. 49 lib. 1. Neg. Cyriac. controv. 91. n. 9. Quesada, differs. 16. n. 98.*, cum testis singularis ille dicatur, qui in sua depositione caret conteste, ex traditis per *Papiens. in prax. in form. oppos. contr. test. vers. suntque etiàm singulares, n. 1. Pegna in direct. inquis. p. 3. comment 121. vers. testis verò singularis. Mascar. concl. 856. n. 2.*, & notat *D. Consil. Hodiern. ad Surd. dec. 12. n. 1.* Nec obstacem facit singulare *Glos. dictum in l. ob carmen, §. ult. ff de testib.*; quod testes deponentes de loci, temporisque diversitate minimè sint singulares, si in facto conveniant principaliter; nàm quidquid sit de veritate rei, de qua disputant *Farin. de test. q. 64. n. 8. & cons. 50. n. 17. Reg. de Ponte cons. 0. num. 94. vol. 1., Mascar. de prob concl. 856. n. 18. & concl. 1367. Gentilis meus Petr. Ant. Patra de fideic. q 12. ex n. 134. Giurb. cons. 50. n. 17. Gramm. cons. civil. 36. n. 4., cons. 39. n 6. &*

cons.

cr us.50. n.30. hoc non intelligitur, quandò locus, & tempus specialitèr sunt probanda; quin ex eorum testimoniis resultat inter eos simul repugnantia, ac facti diversitas, ex adductis per *Mascard. conclus. 379. n. 11. & concl. 480. n. 5. & 6. vol. 1. Gratian. dec. March. 139. de Ballis tract. var. lib. 1. q. 16. n. 4. Caball. resol. 298. n. 9. Vermigl. cons. 131. n. 8. & 12. Carena de SS. Inquisit. p. 3. tit. 6. n. n. 46.* notans, testes ad invicem adversari in substantialibus, quando in loco, & tempore discordant, ut in testibus Susannæ accidit, de quibus *Scaccia* quoquè loquitur, *de commerc. §. 2. Glos. 1. n. 19. & 20.* & magis in individuo *Glos. 2. n. 3. & de judic. lib. 2. cap. 8. n. 870. & c. 9. n. 583. & 542. Mantic. dec. 142. n. 10. Guazzin. defens. reor. defens. 19. c. 2. n. 9.*

Tandèm addebam, summa ope judicibus esse adni-
88 tendum: ut ingenti diligentia, atque solertia testium conditionem rimentur. Quid enim hac pestate crebrius? quid idem iniquius? quàm falsa deferre, & incerta fingere crimina; cum præsertim ea sint in copia venalis fidei testes; ut non pluris, quàm infima quæque emanatur perjuria, de quo testimonium perhibent *Ann. Robert. rer. judicat. lib. 1. c. 13. pag. 226. in fin.* his verbis. *Hoc enim seculo tanta est falsorum, & corruptorum testium frequentia, ut multò tutius sit non accusari, quam innocentiam suam dubio probationum, & judiciorum eventui committere*; necnon *Grammat. voto 14. sub num. 11. & 12.* quem refert *Spada cons. 172. num. 5. tom. 2. R. de Ponte de potest. Proreg. tit. 3. §. 7. num. 12. Cons. Carlev. t. 2. de Iudic. lib. 1. tit. 2. disp. 3. num. 58. in fin. & R. Tap. de jur. Regni lib. 3. de appell. pragm. 4. num. 5.* ibi: *Tanta enim est mentiendi facilitas tanta delinquendi in hoc Regno proclivitas, ut judicantes debeant maxima cum prudentia cernere qualis, quisve sit testis, qui examinetur.* Et quidem nefaria horum hominum mercede exactum se se Neapoli Beneventum recepisse, Divus Januarius Tutelarium hujus Urbis Princeps, mulieri apparens detexit, ut testis est *Iul. Cæsar. Capac. nel forastiero giorn. 9. pag. 814. & in H. st. Neap. lib. 2. cap. 6. pagin. 427.* his verbis. *Igitur tempore, quo Beneventanorum, ac Samnitum magnus Princeps Sica Neapolim obsidebat, tùnc cuidam fœminæ B. Januarius martyr apparuit, dicens: En migro de loco isto, quem cum fœmina percunctaretur, quò ire vellet! respondit: Beneventum; plebs enim mea est. Hactenus pro Urbe hac deprecatus sum, sed ferre illorum jam non valeo,* . . . . (hic Auctor pro verbis, quæ jam desiderantur, puncta apposuit,) *maximè cùm super tumulum meum tot perjuria perpetret*; quæ quoque rescribit *Jo. Vincent. Ciarlanti nelle memorie historiche del Sannio lib. 3. cap. 22. vers. non fè in questo modo fol. 210.* At non alio ex fonte tanta labes in sanctissimam Urbem, & quæ cæteras exemplo longè præstat emanavit: quàm ex facili exterorum frequentia hùc undiquè accurrentium, teste eodem *Reg. Tapia mem. loco de jure Regni, lib. 5. tit. 20. prag. 2. n. 2. de Sodomia,* ibi: *Quod præsertim in hoc Regno est animadvertendum, ubi abundat malitia, & ubi testium falsorum, & levis vitæ hominum magna est copia, propter multitudinem exterorum ad illud venientium*: Quod certè animadvertendum fuerat *Uberto Folietta*, cùm innumerabiles, jurisjurandi violatores Neapoli degere ait, *in libello, in universa histôria rerum Europæ suorum temporum de tumultu Neapolitano, typis data Neapoli 1571. pag. 47. à t. in fin.* his verbis: *Facile memineritis, quanta Neapoli, ut in magna Urbe, ac celebri, copia sit egentium hominum, ac profligatorum; quibus nihil religiosi, aut sancti sit; quique nullo Divini Numinis metu continentur, & exigua merce de fidem addictam habeant.* Quis enim non det exterorum vitio, qui facilè hoc scelus urgent, quod id ipsum Januæ, quæ Foliettæ patria est, (quamquam alioquin nobilem, & superbam Civitatem nuncupat *Bald. in l. 1. num. 6. ver.* ibi: *apud Januam, C. de sentent. ex brevit. recitan.*, ubi notat fieri de ipsa mentionem *ibi*, & in *l. 1. §. non fuit, ff. de dol. mal.* quod tamen in libro meo non invenio absolutè, atque simpliciter facillimè *Dantes Aligieri in sua Thusca poesi, cant. Inferni 33.* affixerit? & de Galliæ Regno testatur *Cassan. in Consuet. Burg. Rub. 1. §. 5.* ibi: *& s'il reachiet n. 10.*

At Beatissimus Januarius Beneventum veluti peregrè concessit; inà Benevento ad Virginis, ut ajunt, Montem se contulit; & hinc demùm Neapolim, quam sui ipsius ex asse hæredem voluit, instituitque. Est in primario templo corpus ejus, & sanguis, qui à recisa cervice effusus defluit, felicitatem Urbi portendens, si ad capitis conspectum colliquescat: sin secùs, calamitatem aliquã. Nobilissimum paritèr atque ditissimum Sacellum, quod Salomonis templum contractum, & adductum in angustum facilè dixeris, in quo unà cum cæteris Tutelaribus tantum pignus asservatur, locuples testis est pietatis Neapolitanorum, & magnæ in magnum Præsulem jam civem benevolentiæ.

Et per paucos esse processus criminales, in quibus falsi non reperiantur testes, conqueritur *Constant. Papa in tract. de praem. & arbitr. M. C. V. c. 4. num. 41. & Mensan. in tract. de contrab. q. 11. n. 1. q. 15. num. 22. & q. 16. num. 30.* ijque omnes falsidici testes dicuntur, qui vel falsa effingunt, vel vera depravant, vel incomperta affirmant, vel veritatem dolosè occultant; contrà quos peracritèr jura insurgunt, uti una, eademque opera lædentes quatuor: Deum nimirùm, partem, judicem, & semetipsos, quibus omnibus, & singulis satisfacere obstringuntur.

Tandem, re plenè, atque plenius ad libellam revocata, decrevit Regia Juncta die 24. Septembris 1666. relatore D. Consil. Hodierna: *Interveniat Reg. Consil. Rocca, & depositum liberetur servata forma Reg. pragm.*, penès Leonardum de Vivo; à quo decreto petitam reclamationem obtinere reus nequivit.

Etenim etsi jure communi valeant partes appellare, & de nullitate dicere decreti admittentis, vel
89 recijcientis recusationem Iudicis, *c. arbitris, ubi Gl. de offic. deleg. in 6. Gl. in cap. suspicionis causa, verb. ad quos, de offic. de l. Gayll. obs. 33. num. 18. lib. 1. Farinac. post alios p. 2. frag. crim. num. 927. Ripoll. var. resol. c. 2. num. 200. Gabr. de decis. 207. p. 1. Sola ad cons. Sabaud. tit. suspic. judicum*

dicum

dicens, quod proponantur, in glos. num. 19. Fab. defin. 6. & 7. C. nequis in sua causa Maynard. dec. 96. lib. 1. Valasc. consul. 51. num. 53. Thom. Vaz. alleg. 90. num. 10. Scacc. de appell. q. 7. num. 109. R. Rovit. in pragm. 1. num. 38. de suspic. offic., ex regula, quod liceat provocatio de quolibet gravamine, quam exornant *Trevis. decis. 4. Guid. Pap. decis. 75. Leo decis. Valent. 129. num. 10.*, & ex nostratibus *Maranta de ord. judic. tit. de sentent. num. 42.* & melius sit in tempore occurrere, quàm post vulneratam causam remedium quærere in ejusmodi re magni prejudicij, *Fontanell. dec. 9. num. 1.* tamèn attento nostro jure municipali vetitum omninò est in hujusmodi recusacionum decretis; & primus omnium hoc sanxit præsens Ritus, ibi: *Absque aliqua contradictione quacumque*, quem laudat præsertim *Sigismund. Scacc. lib. 1. de judic. cap. 101. num. 28. Reg. Tapp. de jur. Regn. lib. 3. de suspic. offic. num. 14. fol. 180. Apicell. de suspic. official. num. 68. & 77.*, quod ne confirmarunt, sed ex præsumpta recusantium calumnia ampliarunt, interdicendo nullitates, recursum, ac restitutionem in integrum alia jura Regni; nempè, *pragm. 6. & 11. de appell. & pragm. 15. num 23. de suspic. Offic.* hoc extendens etiàm ad incidentia, quæ extensio pro majori fuit cautela; namque privilegiata causa censentur eodem privilegio munita ejus incidentia, & dependentia, *Bart. in l. solent, num. 19. ff. de alim. & cibar. legat. Surd. decis. 36.*, quæ causæ principalis innuunt naturam, *Dec. in cap. pastoralis, num. 4. de appell. Lancellot. de attenta, cap. 12. limit. 8. num 9. Rota divers. 241. tom. 1. de Franch. dec. 408. 513 & dec. 637. Mastrill. dec. 243. nu. 11. Reg. Rovit. decis. 81.* cujus dictum *in pragm. 9. de appellat.* perperàm carpitur à *Luca ad Franc. cit. decis. 408. sub num. 2. vers peccare*, quibus juribus consonat Catha loniæ *constit. 2. de recusat. omn. Judic.* teste *Fontanell. cit. decis. 26. nu. 2.* memor hujus nostræ municipalis prohibitionis, *Ramon. consil 3. num. 127.* & servari in recusationibus Regentium SS. R. C. Aragonensium refert *Vicecancel. Crespi. observ. 9. num. 67.*, de jure Castellæ, notat *Monterof. in sua prax. tract. 5. tit. de las supplicationes, num. 9. p. 69.* in Lusitania *Ign. Pereira de revision. cap. 24. num. 1.* memor *decis. Præsid. de Franch. 408.* in Regno Valentiæ, *Morla in emptorio jur. tit. 8. de jurisdict. omn. judic.*

Verùm notabilis est distinctio, quod præfata Regn. sanctio comprehendat incidentia, & emergentia illata per interlocutoriam, quæ reparari

30 possunt in definitiva, non item ea, quæ nequeunt reparari; quo casu, & nullitatem; & appellationem admitti, tradunt *de Franch. mem. decis. 408, num. 2. & decis. 637. num. 6.* & ad eum addentes, quos sequuntur expresse *Dom. Pras. Merlin. controv. 15. tom. 1. Fontanell. decis. 96. num. 9.* & expendunt *Guasain. ad defens. reor. defens. 36. cap. 4. num. 1. Capiblanc. de Baron. tom. 2. cap. 50. Reg. Tapp. loc. cit. n. 14. Ricc. collect. 770. Reg. de Ponte decis. 30. num. 10. Novar. in d. pragm. 15. num. 47. Apicell. in dict. loco num. 77. Surd. decis. 36. n. 14. & ibi D. Cons. Hodiern. num. 2. Gratian. discept. 77. num. 6. lib. 1. Giurb. decis. 36. num. 10.* Hinc pluriès reclamationem admissam à decreto pronunciante non esse reci-

picnda capita absque deposito, diximus in *Rit. 19. num. 9. lib. 1.* nob adhærent *D. Altimare ad Rovit. decis. 91. num fin. D. Luca ad Franch. decis. 408. in fin.* sic à decreto denegante testium admissionem, scripturarum, seù aliarum probationum, insinuat *de Franch. pluries cit. decis. 408. ex num. 2.*

Hoc à me traditum axioma in *cit. Rit. 19. sub nu. 9.* revocatum fuit indubium in S. C. in Aula

31 tùnc D. Consil arij D. Io. Chysostomi Vargas. Etenim in suspicionc deducta in M. C. per Universitatem Terræ Montis Corvini in personam Illust. Marchionis Oliveti, Me relatore, die 20. Februarij 1676. fuit decretum, quod, *non recipiantur capita absque deposito*; à quo decreto petijt Universitas coràm Spectabili Præside concedi, verbum fieri in S. C.; & habito ab eo colloquio cum D. D. S. C. Aulæ prædictæ; (ut solet passim servari, quando D. Præs. a non nihil habet difficultatem) statuere D. D., non esse deferendum appellationi petitæ attentis forsan verbis *cit. pragm. 15. §. 23. de suspic. Official.*, qua denegatur appellatio, & reclamatio ab incidentibus, etiam quæ non possent reparari in definitiva. Verùm non esse recedendum censeo ab adductis à me: quibus vires adauget Collateralis Consilij decretum; etenim in causa Caroli Andreæ de Simeone recusantis D. Consil. Caravita, cùm ex decreto S. C., referente præclarissimo, & doctissimo viro D. Consil. D. Josepho Ledesma, die 10. Januarij 1675. fuisset provisum, quod, *non recipiantur capita absque deposito*: is autem petijsset verbum fieri loco reclamationis, fuit denegata reclamatio à Spectabili Præside S. R. C.; quamobrem uti passus gravamen obtinuit à Collaterali Consilio, fieri à dicto Præside, ut moris est, relationem in scriptis: illaque peracta, prodijt è Supremo illo Senatu consultum, his verbis: *Super relatione facta per Spectabilem Regentem D. Felicem Lanzina, y Ulloa Præsidentem S. R. C. in causa Caroli Andreæ Simeone cum hæredibus quondam Antonij de Francisco super petita reclamatione; Die 7. Februarij 1675. Illustriss. & Excell. Dominus Viceres Locumtenens, & Capitaneus Generalis providet, decernit, atque mandat, quod suspensa decretatione dicti Spectabilis Regentis Præsidentis S. C. sub die 10. elapsi mensis Ianuarij, reclamatio fiat in S. C., hoc suum, Galeota Regens, Carrillo Regens, Valero Regens, Calà Reg.*; penès Nicolaum Villano Reg. Scribam à mandatis. Et facta relatione in S. C. à D. Consil. Paulo Staibano die 20. Februarij 1675., fuit confirmatum memoratum decretum latum die 10. Januarij, penès Secr. S. C., & sic videtur ille §. 23. *pragm. 15.* non esse usu receptus quoad incidentia, quæ nequeunt reparari in definitiva, *Ricc. in collect. 83. ex decis. de Franch. 408.* potissimum in causis pauperum, quibus præcipuo studio est favendum, nè opprimantur, ex dictis à me in *cit. Rit. 19.*

Restringitur indicatatum pragm. dispositio, quo-

32 tiès suspicionis causa ritè, ac rectè non processerit ordine judiciario cùm depositoque mox diximus, tunc. n. nullitas, & recursus admittuntur; sic fuit admissa *in decis. 81. Reg. Rov.* nulli-

tas ex defectu jurisdictionis, id ipsum sentiunt *Novar. in mem. pragm. 15. num. 48. Scialoy. de foro compet. c. 58. num. 5.* ac memini in hoc *cit. sub num. 101. t. 2.* quem locum laudat *D. Judex. M. C. V. D. Hieron. Calà de rest. in integr. deneg. q. 32. n. 7.*, & apud eundem *Rovit. in prag. 1. num. 2. de suspic. official.* adnotata est decisio Consilij à latere die 1. Decembris 1575. quod *stantibus deductis post decretum, quod prædictus Mag., & circumspectus Præses S. C. non interveniat in dicta causa, ex quibus constat, causam suspicionis allegata non fuisse veram, interveniat, non obstante decreto interposito;* at ad hunc casum non sunt illæ extendendæ uti odiosæ corrigentes ius commune, *Alber. Brun. de Statut. artic. 18. num. 211. Cravett. cons. 3. num. 12. Scacc. de appellat. lib. 2. c. 8. num. 412., & lib. 3. c. 2. q. 17. lim. 47. mem. 1. nu. 121. Præs. Merlin. cit. cap. 15. num. 10. Præs. Ganaver. decis. R. C. 11. Reg. Sanfelic. decis. 287. num. 2. Joseph Mola ad Gizzarell. decis. 66. num. 3.* Duo etenim invicem specialia occurrent nimirum procedi absque ordine, formaque judicij, & posthabita appellatione; à quibus jura quammaximè abhorrent, *l. 1. C. de dot. promiss. l. 2. ff de pollicit. l. cum post, §. generaliter, ff de jur. dotium, c. singula 8 dist. Mantic. de conject. lib. 1. tit. 4. num. 5. Castill. de usufructu lib. 1. c. 49. num. 36. Theb. decis. 74. num. 10. Molin. de Hispan. primogen. lib. 3. c. 15. num. 6. Trentacinq. de subst. p. 4. c. 14. nu. 10. Barbos. axiom. 211. num. 1.*; & nunquam excluiæ censentur ex Statuto nullitates juris
33 naturalis, puta, ex defectu jurisdictionis, aut citationis, uti notorię, & claræ. atque ex revolutione velit minimum probatæ, *Grass. except. 20. num. 220. Affl. in Const. divæ memoriæ nu. 57. Gratian. discept. forens. cap. 516. num. 19. D. Consil. Staiban. in add. ad Consil. Pauli Staibani senior 95. num. 5. & in resol. 63. num. 4.* ac in ejus *obser. ex num. 2. t. 1.* necnon *in obser. ad resol. 113. ex num. 88. cent. 2.* advertentes *nu. 94.* hujusmodi nullitatem ex defectu jurisdictionis posse opponi etiam elapso termino à Statuto præfixo ad proponendas nullitates, ex *Surd. consil. 301. num. 8.* & ex adductis à se ipso ad *cit. consil. patrui 95. num. 8.*, id quod nostrum S. C. sancitum fuit in causa creditorum patrimonij quondam Fabij Fata; siquidem propositis nullitatibus adversùs Senatus decretum latum sub die 11. Ianuarij 1675. à Ioanne Nicolao Mercati, & Francisca Buonforte creditoribus, inter quas prima fuit ex defectu jurisdictionis, nempè in decreti propalatione votum præbuisse D. Consil. Caravita suspectum jam declaratum in causis Venerabilis domus PP. Theatinorum SS. Apostolorum hujus Civitatis creditricis patrimonij prædicti, S. C. scito sub die 26. Ianuarij ejusdem anni provisum extitit, quod, *non recipiantur nullitates*: erant enim subscriptæ à procuratore; non ab ordinario causæ patrono contra sanctionem *in pragm. 5. num. 14. de dilatione*, prout aliàs decisum fuit in causa Universitatis Terræ Palmę cum ejus Barone sub die 23. Iunij 1666., relatore D. Consil. Cangiano, & alio decreto in gradu reclamationis sub die 28. Ianuarij 1677. penès Lictum Actorum Magistrum, quod scilicet, *non recipiantur nullitates, ex quo non fuerunt subscripta ab Advocato ordinario causæ.* Undè denuo fuerũt illæ deductæ à Regali Monaster. Sancti Sebastiani etiàm creditore; & cum instaretur, non licere eas admitti, uti propositas elapso tempore dierum sex à *pragm. 4. §. 18. eod. tit. de dilation.* præfixo, manavit determinatio, sub die 26. ejusdem mensis Januarij, *procedi ad illarum discussionem.*; Quibus tandem ad libellam deductis opponente Olimpia Foglia, esse elapsum tempus duorum mensium ad illas discutiendas, in exequutionem sanctionis editæ tempore, quo Regni habenas regebat Excell. D. Petrus Antonius ab Aragonia, me relatore, die 20. Decembris 1677. provisum fuit, memoratam *primam nullitatem obstare*; in Banca Speræ, suffragia mecum præstantibus DD. Consiliar. Regente Aulæ præfecto Marchione Latertiæ, Consil. Scipione de Martino, & Carolo Vergara nùnc emeritissimo Præside Regiæ Cameræ.

Hinc cum D. Carolus de Tufo Marchio Terrę Tufi recusasset D. Consil. Scipionem de Martino in causa cum D. Julia de Tufo ratione patrocinij; & replicasset præfatus Consil., non posse intervenire, quia fuerat olim causæ Patronus; alteri fuit causa demandata. At verò urgente D. Julia, longè diversa esse judicia, obtentisq; Excell. Domini rescriptis, quod S. C. de justitia provideàt, ipsius Senatus consulto, relatore D. Consil. Herrera, die 13. Novembris 1666. provisum fuit, quod, *proposita formiter suspicione servata forma Reg. pragm., providebitur*, & altero decreto, die 26. ejusdem mensis, eodem referente mandavit: *ex quo non fuit suspicio proposita formiter, D. Cons. de Martino interveniat.* Et proposita deindè formitèr cum deposito, & capitibus, eodem Commissario, die 26. Januarij 1667. manavit scitum. *Non recipiantur capita, & restituatur depositum*; Quibus decretis haud perterritus D. Carolus iterùm ipsum recusavit cum deposito, eadem proponendo rerum capita atque argumenta iàm anteà reiecta, petens à Spectabili Præside S. C., ut juberet iterùm proponi in S. C., quod quidem fuit denegatum; sed mandatum, quod causæ Commissarius de iustitia provideret; verùm de his verba Commissarius habuit in S. C., à quo, die 4. Februarij 1667. jussa, & transcripta est alia sententia irritam reddens antehabitam, scilicet, *stante deposito facto servata forma Reg. pragm., recipiantur capita.* Huiusmodi decreti de nullitate dixit D. Julia, uti lata à Consiliariis non iudicibus, functis iam officio, vi *pragm. num. 15. de suspic. official* & post quindecim elapsos dies, intra quem terminum causa definiri debet, ex altera *pragm. 9. §. 3. & prag. 11. eod. tit. de suspic.* quo tempore elapso causa suspicionis, & iurisdictio in ea iudicantium est; extincta. Et quia Regiis Consiliariis nulla; est potestas reformandi S. C. decreta, nisi obtentis à partibus decretationibus S. R. M. pro revisione, & reclamatione, *pragm. 5. de offi. S. R. C.* non poterat revocari decretum cum decretatione, quod de iustitia provideret, quæ dumtaxat

iuris-

iurisdictionem excitat pro executione decreti, *pragm.5. de fid.memor.Franch.decis.* 700.*Ursill. ad Afflict. dec.* 53. *num.* 1. & 2. *Thor. p.* 1. & 2.*compend.verbo clausula in memorialibus Reg. Galeot. resp.fiscal.* 30. *num.* 83, *Consil. Prato discept.* 40 *num.* 45. *tom.* 3. *Giurb. decis.* 41. *num.*6. *Mastrill. decis.* 178. *Noguerol. alleg.* 26. *num.*385 Hæ nullitates fuerunt receptæ:illisque ad trutinam revocatis, prodiit decretum, eodem Herrere referente, die primo Aprilis 1667. *illas non obstare*; & tandem die 24. præfati mensis aliud manevit scitum, quod, *non interveniat. D. Cons. de Martino*. Fuit enim deductum esse eamdem causam, in qua parrocinium præstiterat, eandem actionem, inter easdem partes, de eadem re; & non fas esse, fuisse modum agendi variatum, ex *Ann. alleg.*8. *num.* 17., & *allegat.*48, *nu.*4.& 6., *R. Tapia decis.*38.

Observandum, quod quamvis propositis argumentis, seù capitibus suspicionum in judicis perso-
34 nam, illis reiectis, non liceat denuò easdem causas in medium afferre, *Muta dec.*15.*Novar.collect. super prag.*1.*n.*4.*de suspic.* mirabilis tamen est rescriptio apud *Reg.Sanf.in dec.*80.*n.*11.*lib.*1. si iterum proponetur suspicio, ex quo judex fuit eiusdē causæ patronus, quo casu tollitur a *prag.* edita die 3. Novembris 1611. potentia judicandi, etiam accedente certantium consensu, de quo in hoc *rit. num.*152 *lib.* 2.

Quid iudex pro suspecto propositus, & uti talis haud, ut habilis declaratus, aliis non poterit
35 ex capitibus recusari, *Muta dec.* 15. *Castill.dec.* 131.*to.*1.*D. Francisc.Rosecatus de statu homin.t.* 2. *tit.de Iudic. statu*, *cap.* 5. *pag.* 300. *lit. E.* judicans cum *Fontanell. decis.* 29. *num.*3. quod si suspicionis causa de novo interveniret, vel etiam si de præterito esset, ad recusantis tam in recens occurreret notitiam citrà culpam, & negligentiam recusantis, qua de re ante cum aliis illam non proposuerit, admitti debeat, ex notatis per *Mut.cit.decis.* 15.*n.*7. & 8.

An autem judici recusato liceat à decreto appellare, recursumque petere, casus à pragm. omissus
36 videtur, Annuit *Reg Rovit.in prag.*1.*num.*39. *de suspic. adversùs Alban.cons.* 92. affirmativam sectantem aleam; *Rovit.* sequitur *Mari ad Gizzarell. decis..* 60. *num.* 10. *Jacobum verò Mandelium Albensem* citatum laudant *Clar.* §. *fin.q.* 43. *num.* 13. *Scialoy add. tract. de for. compet. c.* 9. *num.* 133. *in fin.* advertit *Alban.* hactenùs non vidisse aliquam decisionem in terminis, sed apud nos extat *decis. Reg. Sanfel.* 86. *num.*3. *s.* 1, in qua Præses S. C. remotus conquestus fuit apud Proregem, & iterum relata fuit causa. *Ignatius verò Pereira in tract.de revision.cap.*24. *ex num.* 26. hæc admittit, si judex recusatus ex recusationis iudicatæ materia honoris, aut pecuniæ aliquod patiatur incommodum, & no. *Lancellott.de attentatis.c.*6.*num.*54. Et non mirum sit appellatio, recursus, & nullitas concederentur recusato iudici hisce casibus, quæ ex ritu, & pragm. ante adductis denegantur: quia Iudex ille venit uti tertius in causa, ut observat *D.Iudex Calà cit.loco num.* 23. Sed cogita; nam hoc in Regno difficilè est obtinere, nisi dicatur, cuilibet licere ad Principem supplicare, & ad querelæ formam libellos proferre, etsi provocare non liceat, *cap. querelam de procur. Bardani de offic.Gubern q.*5 *num.*80.*Mastrill. decis.* 188. *nu.* 13.*Sessa de inhibit.c.*2. §. 2. *num.* 21. Et nedum difficilè est obtinere, quin inolevit praxis illicò iudicari suspectum iudicem, qui ex depositionis, vel responsionis tenore colligitur, vel præsumitur avidus iudicandi litem, in qua recusatur: ut noster Senatus decrevit in recusatione proposita à Theresia Manco in personam D. Consil. Jovino die 18. Maij 1659., & in causa Ill. Ducissæ Magdaloni iunctis classibus die 22.Martii 1673. referente D. Consil. Vargas Machuca, & in altera Joannis Cardito Ducis Melveti die 6. Septembris 1673. relatore D. Duro cum interventu DD. Præsidis S. C. Consil. Hodiernà, & Ducis Campimele adiunctorum provisum fuit, *visa replicatione non interveniat*, penès Secr. S. C. & insequuta fuit M. C. in criminalibus die 20. Decembris 1677. relatore D. Consil. D. Fulvio Caracciolo uno ex duobus Consiliariis in ea residente, viro nobilitate, & doctrina præclarissimo. Quo spectant dicta *Vulpian.in l qua omnia* 25.§.1.*ff de procurat.* ibi: *Nec ferendus est procurator, qui sibi adserit procurationem, nam hoc ipso suspectus est*; *Pauli in l.Uxori* 10. *vers.quæ si filio, ff. de fals. l scire* 21. §. *vult.ff de tutor. curator.* atque *Trident.sess.* 14. *cap.* 59. *Ricc. in prax.resol.*513.*nu.*91. *Reg. Galeot. lib.* 1.*controv.* 39. *num.* 23. quod sanè *Crespi add observat.* 9. *num.* 75. & 76. notat haud procedere, quando Judex minimè causam affectat, sed ut pudorem suum purgaret, forsan si aliquem actum fecerit, quem alii Judices fecerint, qui non fuerunt ex illo actu declarati suspecti, vel si diceret se tali causa carere velle, si id, illæsa extimatione, suo fiat, ex *eod. text. in cit. l. qua omnia*, §. 1. & confirmat *Umm.in process judic.thesi* 1.*direct.* 1. *num.* 63. *in fin.* & de more Senatus Lusitaniæ, testis est *Pereyr.cit.loco num.*26.

Coercetur quoque pragm. dispositio; quando recusationis causa facta est, ad beneficium adversarii appellabilis; nam sicuti tùnc una pars obtinuit recursum a decretis, ita, & altera competere, cum actor, & reus ad imparia iudicari non debeant *c.* 2. *de mut. petit. c. non debet.regul.iur. in* 6.

Tertius verò, qui fuit in causa pro suo interesse admissus, valeat ne Judicem recusare? scripsi in
37 hoc *rit.nu.*25.*lib.* 2. & notat post alios *Scacc. de Iudic.lib.*1.*cap.*101.*num.*13. Addo huic licere à decreto recusationis inter collitigantes prolato provocare, cum prohibita appellatio ad terminum non extendatur, *c. super eo*, *de offic. delegat.Fontanell. de pact.p.*2.*caus.*6.*gl.*1.*p.*3.*nu.* 21.,*D.Calà.add. tract.q.*26. *num.* 21. & *q.*32. *n.* 26. *Basilica decis.* 11. *num.* 14. prout non reiicitur tertius, seù excusator post citationem emanatam contra reum, dixi in hoc *rit. num.* 26. cuius loci memor est *D. Altimar. ad Rovit.dec.* 1. *nu.* 42., & decisum scribit *Thor. in supplem. compend. decis. verbo tertius.* Et de tertio comparente pro suo interesse. *Ann.* loquitur *sing.* 500. *Ricc. collect.* 1612. *Reg. Rovit. cit.dec.*1.

Tempus elargitum actori, & reo, ad recusationem ponendum; tam iure communi, quàm muni-

cipali attentis, indicavimus ex asse admodum
38 in hoc ritu à num. 52. lib. 2. terminumque à mem. pragm. 15. c. 6. de suspic. præfixum non currere in damnum pupilli tutore carentis, decisum ibidem num. 61. meminimus; quibus addimus Cons. Casar. eamdem recensentem decisionem in Spec. peregr. qq. c. 13. D. Altimare mei add. loco memorem ad Rovit. decis. 81. n. 14 quin observat D. Calà add. tract. de rest. ini integr. deneg. q. 29. minorem non admitti tanquam actorem ad allegandum Judicis suspicionem post elapsum tempus a pragm. statutum, nec temporis obtinendam ampliationem, bene tamen uti reum, dummodò non sit conventus ab alio privilegio munito; & ind structà esse admittendum in quacumque Judicij parte ad illum removendum, in cuius iurisdictione ex errore consenserat. Minorem prætereà restitui in integrum, si eius curator expressè consenserit in judicem suspectum D. Luc. ad Franch. decis. 692. n. 2. resolvit, ex tex. in l. si minor, ff. de minorib. ubi Gl. & Alber. Pantanell. decis. 22. n. 10. Mastrill. decis. 151. num. 29. Cist. de iur. & fat. ignor. disp. 38 num. 7. cent. 1. etiam attenta nostra municipali sanctione in mem. prag. 15. de qua idem Luca ad Franch. decis. 341. nu. 2. hacque in thesi maiorem esse vim taciti, quam expressi.

Inconcussa observantia in Regno, quam recensuimus in hoc Rit. num. 64. lib. 2., quod suspiciones in propatulo habitæ, seù notoriæ
39 quandocumque proponi possint, in dies magis, ac magis cadit incrementum quidquid adversùs insurrexerint Consil. Staiban. in obseru. ad resol. 118. ex num. 9. tom. 2., & Cons. Casar. qq. pereg. c. 48. resellens. alleg. Cons. de Palma apud Thor in supplem. compend. verbo suspicio quando esset, cuius ibidem meminimus, insipidam illam vocans; tradeos, notoriam nullo pacto admittendam elapso termino; cum enim Judex est apertè suspectus, inquit, & pars non adversetur, nè in causa ille interveniat, & votum præstet, longè evidentèr consentire videatur; Cumque indubitati iuris sit posse iudicem suspectum in causa intervenire, accedente partis assensu, quomodo post assensum potest pœnitere; renervat decretum apud eumdem Thor. quod evenit, quia Ill. D. Marchio Oliveti Consil. Marcus Antonius Ciossi recusatus fuit uti causæ patronus, seù consultor, & proindè utraque parte consentiente intervenire in illa causa minimè poterat, ex pragm. 15. §. 18. de suspic. Offic.

At non recedendum è nostra propositione rationibus, rebusque iudicatis fulcita. In suspicione allegata per Ill. Principem Belmontis in D. Consil. Peato, qui quamvis in causa processerat, & in aliis causis, fuit remotus ex capitibus de præterito longè post decursum terminum decreto S. C., referente D. Reg. tùnc Consil. D. Francisco Ortiz Cortes. In personam D. Consil. Staibano die 10. Julii 165;. instante Principe Rocellæ in causa cum Principissa Cassani. In alia petente Francisco Tafuro cum Ill. Ducissa Alexogi. Et in personam eiusdem anno 1662. efflagitantibus Gubernatoribus Hospitalis Sedilis Nidi, & in altera insistente Scipione Braneaccio. In suspicione proposita in personam D. Consil. Antonii Miroballo, deindè Reg. insistente Illust. Principe Cursi. In personam eiusdem insistente D. Thoma Guindazzo, & in altera postulante Illust. Marchione de Oria. In personam D. tunc Consil. Reg. Antonii Fiorillo instante Ill. Marchione Laini, & in altera efflagitante Ill. Marchione Vici. In personam D. Consil. Caravita instante Illust. Marchione Fuscaldi, In personam eiusdem petente Ill. Marchione del Tufo. In personam eiusdem efflagitante Ill. Principe Cursi, & in aliis penès Secret S. C & tandèm in D. Præsid. R. C. D. Didacum Moles instante Pompilio Gigliano, penès Sec. R. C. Undè cum ita fuerit interpretata pragm. ex tot decisionibus, non èst ab interpretatione recedendum, ex l. si de interpretatione 36. ff de legib. ubi si de interpretatione legis quæritur, in primis inspiciendum est, quo jure Civitas retrò in eiusmodi casibus usa fuit, optima enim est legum interpres consuetudo.

Huius opinionis fuit iurisprudentiæ peritissimus Arnonus à nobis cit. loc. laudatus in sing. 76.
40 dicens, non servandam formam cap. Regni, in notoria suspicione. Addimus Mastril. decis. 151. num 97. Franch. Marc. decis. 708. num. 3. Farinac. in fragment. crimin. lit. I. num 903. Covar. tract. 99. cap. 26. num. 2., Ab Ecclesia lib. 2. observ. forens. 74. num. 4. Thoming. dec. 129 par. 2., quod quidem verum axioma optimo sim l. Fontanell. comprobat decis. 19. lib. 1. sermocinans de statuto terminum certum, ad reprobandum testes, & ad obiiciendum contra eos, taxante, ut non comprehendatur reprobatio de re notoria, ex doctrina Ias. in l. admonendi in 2. lect. nu. 64. ff de instit. & iur. Dec. cons. 6. num 8. Io. Ricar. in add. ad comm. opin. Io. Bapt. Villalob. verbo testes, & de nullitatibus nulla indigentibus probatione, quas Statutum etsi generale non complectitur, sermonem habent Reg. Sanfel. dec. 199. Episc. Cavens. Asyl. contrav. iur. cap. 11. 19. & cap. 48. Reg. Marcian. tom. 1. disp. 31., & tom. 2. disp. 86. Consil. Prat. resp. crim. 23. num. 23. Cæsar. Barz. decis. Bonon. 153. lib. 2 Gypt. ad Capyc. Latr. decis. 164. ex num. 13. lib. 2. & nos in Rit. 166. num. 221. lib. 2. quem locum adducit Luca ad Franch. decis. 431. num. 4.

Ad quæ collimat laudabilis distinctio Reg. de Marin. quotid. resol. cap. 114. to. 2. memoratam pragm.
41 15. locum non vindicarem, nisi in suspicionibus, quæ ab homine proponuntur; secùs verò asseverandum est, quando recusatio esset legalis: nimirùm, quia lex vetat, ut judex in causa illa interveniat; tùnc enim recusatio nullo præscribitur tempore, & pro notoria habetur; nec indiget, ut proponatur ex Bal. in l. eos num. 4. C. de appell. Jas. in l. qui jurisdictione n. 7. ff. de jurisdict. omn. Jud. Cancer. var. resol. lib. 3. c. 13. n. 197. & R. Rovit. in prag. 9. de suspic. offic.

Eodem modo dicimus, prag. ejusdem sanctione in § 7. ordinama di più, Judices, qui in prima instantia recusati non fuerint, in causa appellationis, reclamationis, nullitatum, atque restitutionis

tionis

tionis in integrum adversùs ſententiam, recuſari non poſſe; præterquam ſi recuſationis cauſæ de novo ſupervenerint, (quod juri communi eſt conſonum, ut Judex ad quem, uti ab appellante electus, recuſari minimè poſſit, *Giurba decis.99. Fab.in C.de probat.defin.53.n.20. in alleg.R.Tap. dec.S.C.* 40.) non procedere in ſuſpicionibus publicis, & legalibus; & advertimus eamdem *prag. in §. 9.* non loqui in decretis interlocutoriis, ſed in ſententiis.

Indubitatum autem, & vulgò dicitur notorium eſt, quod nulla quidem extrinſeca probatione indiget *Salyc.in l.ea quidem n.58.C.de accuſat.* & acta publica, vel forenſia notorium inducunt, ita ut res in actis redacta certa, & notoria dicatur, *Tirnq.de utroque retruct.tit.1.§ 36. Gloſ.2. num.44. Bovad.lib.5.cap.3.polit. n.85.* inſinuans plures modos inducendi notorium, quos probat *R.Rovit.in prag.1.n.112. de tit. ſeù inſcrip abuſu*, & ſi conſtat decem viris, res notoria nuncupatur *Affl.in conſt.Reg. Eos autem num.3. tit.de injur.curial.perſ.vel aliis irreg.* & quod duo teſtes judici atteſtantes notorium inducant, notant *Ant.de Butria in c.veſtra 29. & 46.ext. de cohab.Cleric. & mulier. Afflict. in conſt.humanitate n.33.de his,qui fidejuſſ.dur.poſſ.in carcer.*

Inſuper monitum volumus, præfatam *prag.15 § 6.* loqui de illis ſuſpicionibus, quæ habent cauſam

42 ex al quo dicto, ſeù facto poſitivo: quod quidem factum, dictum, ſeù actus quicumq; definit, undè inceperit; abſque eo, quod habeat tempus in poſterum ſucceſſivum, quod ſemper cauſam quodammodo æternet. Exemplum eſt, in denegatione audientiæ judicis recuſati, qui ſi in aliquo tempore aures accomodare denegavit alicui ex iis, quorum ſub illo lis eſt, illa denegatio audientiæ non perendinatur, nec ampliatur futurum in ævum, ſed à calce ad carceres e veſtigio revocatur, epilogumq; habet undè duxit exordium; quia alio die, & tempore eamdem partem audit, & ſic ſi poſt quadraginta dies elapſos hæc ſuſpicio, vel ſimilis proponatur, reiicitur.

At quando capita recuſationum habent tempus ſucceſſivum, quod cauſam ſemper faciat exiſtere, quia tunc minimè dici poteſt habuiſſe principium, & finem eodem inſtanti, ut in inimicitia capitali, conſanguinitate, & ſimilibus, quæ quamvis principium habeant, non tamen finem, ſed durant ſemper poſſunt quandocumq; proponi, ut in ſimili dicimus de appellatione interponenda ex cauſa gravaminis infra decem dies, *Authen.hodie,C.de appell.Conſt.Reg.appellationum tempora*, & quando tale gravamen habet ſucceſſivum tractum, deduci ſemper poteſt, ut in gravamine mancipationis in carcerem, quæ quotidiè afficit etiam poſt decem dies *Jo. And. in c. dilectus il a.de reſcript. Bal.in l.2. C.de Epiſcop. audien.Specul.in tit.de appellat.§.reſtat, verſ & notat Angel.in cit.Auth.hodie Philip. in c ſuper eo il n.de appell. Bal.in c.de teſtibus extr. de te Bib.Pariſ.de ſyndic.verbo appellatio*, & argumentum ab appellatione ad recuſationem validum indicant *Boer.dec.269. n.3. Gutier. pract. lib.1. q.94.n.4.Morla in empor.jur.p.1.tit.2. q.11.n.4.* illa enim à pari procedunt, *l. apertiſſimi verſ. cum poſt, C.de Judic. c.ſuper eo de appellat. Bruñor.à Sole in loc. commun. verbo appellationum 30. Simon Vaz Luſitanus in loc. commun. axiomat.lit.A num.521.*

An autem propoſitis ſuſpicionum capitibus infra quadraginta dies, poſſint, illis elapſis, alia addi?

43 affirmativè reſpondit: ſervavitq; noſter Senatus in ſuſpicione deducta in anno 1633. ab Ill. Marchione Fuſcaldi in D. Conſil. Andream de Januario; & in altera ab Ill. Principe Avetranæ in perſonam Conſil. Didaci Salinas de anno 1634., & capita ſubſcripta fuere à D. Conſil Petro Caravita tunc Advocato ob mortem. U.J.D Nicolai Antonii Marotta, qui primæva ſubſcripſerat penès Secr. S. C. ex dictis à me *in rit. 6. num. 8. lib. 1.*, in materia nullitatum; in quibus aliter noviſſimè diſpoſuit pragm. emanata ſub die 25.Maii 1666, cap.4. nempè non licere addi alias nullitates, niſi infra terminum aliorum dierum ſex, elapſis primis ſex à pragm. ſtatutis.

Comparendo pars coram judice recuſato abſque

44 proteſtatione, renunciare recuſationi videtur, ut præter à nobis adducta in hoc *Rit. num.81. & 82.* notant *Lancell de attent.poſt recuſ Judic. nu.35 pag.169.Gruſſ.excep.24 Rebuff au Conſt. Gall.lib.3.tit.de recuſat ar.11.gl.una n.4 Galiorat.de renunc.cent.2. renunc.143. Put dec.380. par.1.Natta conſ.152.Maſu l ad Capy: dec.138. num 1.Reg.de Ponte conſ.59 n.10. Duad.de renunciat.lib.2.cap 50.nu.154. Rot.coram Seraph. deciſ.532.,& 971., ac 1057* alique apud *D Joſeph Ant.P taja in add ad de Franca in tract.de prateſt & pro hered. geſtione, conſid. 25.* necnon *Praeſ Ganaverr.deciſ.11.nu.17. Caſarea Specul. qq peregr.q 48.num.10.*

Quæ quidem tacita renunciatio locum non vendicat, comparente procuratore abſque Domini ſcientia, *Farinac. in reper. quaſt 42.n.43. Lancell. cit loc. n.60.*, quin nec expreſſus procuratoris conſenſus abſq, ſpeciali mandato obeſt, notat *Luca ad Franch deciſ.692. n.5.* quod requiritur ad ipſas ſuſpiciones proponendum, ut diximus in hoc *Rit. num. 23. lib. 2.*, addimus *Urſell.concluſ.128.num 640. Rot.coram Buratt, dec.371.n.12.apud Caputaqu.dec.268. p.1. Gregor.XV.dec.368.n.2.& Duran.dec.178 n.1. Marcell.de Vulpe in prax. judic.fori Eccleſ. c 25. ex n.7.Cancer.var.lib.1.c.21.ex n.42. Sciuloy. add. c.9.n.133.P.Paſſerin. in prax form. proceſſ qu 3. art.5. num.98.* notans, quod, quamvis ſufficiat tacita ratificatio principalis, quæ deducitur, ſi principal a judicium proſequutus fuerit coram alio judice, ex *Rot.dec.440.num.2 par.2 recent. & Beltrum.ad mem.dec.Ludovis.366 n 8* ſi tamen fuerit oppoſitus defectus mandati, non ſat eſt, etſi poſt oppoſitionem producatur mandatum ſpeciale, ut dictum fuit in una Placentina 27 Januarii 1559., quam ſequitur *Lancell.cit. loc.n 6.de attent.p.2.c.6.n.6* Abſque enim mandato ſpeciali nequit procurator ea, quæ in animo principalis conſiſtunt, efficere, ut in his terminis perpendunt *Alex conſ 26 lib.6 alias conſ. 78.n.14.& conſ.146.lib 5. Rebuff. le recuſat.art. 1.Gloſ.1.n.21,D Conſ Staib.cent 2.reſol.forenſ.in obſer.110.n.9.Reg.de Marin lib.1. reſol.cap.114. Reg.Valenz.conſ.177.num.13.tom.2. Larrea dec.*

Granat.

Granat.48.n.12.lib.1. subnectens, neq;sufficere ratihabitionem principalis factam effluxo termino, infra quem debeat vi statuti recusatio proponi.

Num vero interventus Judicis in una causa pareat parti praejudicium,& impedimentum,quin
45 illum in aliis suis causis recusare non valeat? & quod possit, comprobatur, quia beneficium Judicem recusandi est simpliciter facultativum, & proindè per illius non usum in aliqua thesi, non dicitur remissum,neque renunciatum,itàut non liceat in alia causa proponi, *l. viam publicam ff.de via publica,l.cum notissimi, §.cum illud,C.de praescript.30.annor.l.petens, ubi Dec. C. de pact.Menoch.de arbitr.lib.2.cas.44.n.7.*

Prorogata propterea jurisdictio in aliqua causa coram Judice incompetenti minimè censetur extensa ad alias causas, quia limitata causa limitatum gignit effectum, *l in agris. ff. de acquir.rer.dom.c.caeterum 5.de judic.c.si clericus laicus.5.de for. compet.Bal. & Felyn. in cap. de causa,de offic.& potest Judic.deleg. Vant.de nullit.ex defect.jurisdict.n.51.& 52 Consil.Carleval. de Judic.disp.2.q.8.sect.4. ex n.1133.* Quin Judicis recusatio, si est exceptio declinatoria, *l.apertissimi,C.de judic.l.fin.C.de except. Fab. in C.lib.7.tit.17.si non à camp.Jud.defin.1. num.4. Maynard.dec.95.,*& alii apud *Fontanell. dec.17.* nedùm haùd objecta in una causa,obiici potest in alia, sed etiam, quando incipit de novo eadem causa post peremptionem instantiae. *Angel. cons.189. Marant. in Specul.* & ad eum *Feller. p.5. n.61.*taliq; exceptioni non videtur renunciatum ex satisdatione praestita de judicatum solvendo, *Bar.in l.vir,bonus,nu.4. ff.judicatum solui,*& noster Senatus censuit de anno 1675. referente D.Consil. D.Petro Guerrerio in personam D.Consil.Pauli Staibano,expetente Ill. Principe Jeracii in causa cum Ill. Marchione S. Georgii,& Universit.Polistinae,penès Secr.S.C.

Distinctionem à nobis traditam in h c *rit. n. 77.*
46 *lib.2.*acti.f.facta coram judice in suspicionem adducto,esse annullanda appellationis remedio; àt coram declarato jàm suspecto esse nulla, me citato, illam sectatur D. Marchio de Centelles in *libello luz clara de la verdad juridica n. 54. pag.30.* laudans *Franc.Papon.lib.6. arrest.tit.9. arrest. 7 & 8.* referentem Parlamenti Tolosae dogma, recusatum nempè non posse interesse, cum de causa tractatur, etsi suffragium non praestet, & nullum verbum facere velit; juxtà nostri Regni Sanctiones à nobis ibidem indicatas, & servari in Regno Portugalliae notat *Pegat lib.1.tit.1.glos.25 pag.459.* nec de consensu partium posse processus à Judice factus, recusatione pendente, convalidari,voluit, *Stephan. Aufrer.ad Cappel.Tholos. dec.* 480. quem laudat *Reg.de Marin.ad Revert.dec.38.sub n.1.* Conferunt tradita per *Pacian.de probat.lib.2. cap.45. num.62.Tusc. concl.913. num.19., Ab Ecclesia observat. forens.* 68. *ex num.* 5. *item & observat.* 70. *ex n.* 3. distinctione utentes inter Jus Canonicum,& Civile, necnon *Jacob.Aprer. in process. judic.cap.2.observ.2.num.40. Matth. Vosenbec.cons.164.nu.24.tom.4. Tobiam Paurmeister de jurisdict.lib.1.cap. ult, num.20. Cavall.q.608.Ayrer.p 1 cap.2. observ.2. n. 39 Gabriel.de judic.conclus.5.B.fold.par.2. consid.28. Ricc.collect.1020.& 1747 Ummium in process. judic.thes 1.direct.1.num 64.Caren.resol.38.n.1 & Giurb.cons 9.*

In recusationis judicio eum esse reum, contra
47 quem judicis suspicio deducta est, & non esse, qui reus est in causa principali, & proindè in Regia Camera, in qua vindicat locum dispositio *text.in l.inter pares, ff.de re judic.* publicatam fuisse sententiam pro reo in praefato suspicionis judicio,ex *D. Reg. Tap.* insinuavimus in *Rit.53.num.10.tom.1.*quam opinionem tutatus fuit idem *Reg.Tap dec.S.C.46*, nec non *Praes. de Amato cons. 17.* à nobis ibidem laudatus, insequitur *D.Altimar.ad Rovit.cons.7.n 9.lib.1.*post *R cc.ad Franch.dec.252.*

Oppositam sententiam, me citato, tuetur D. Ju-
48 dex in causis capitalibus *D. Hieronymus Calà in tract. de restitut. in integr. minor. denug. cap.30. n.1.*, videlicèt, quod decretum publicetur in beneficium illius, qui in causa est reus, Siquidem incidens recusationis, quemadmodùm propriè caret actore ita nullo pacto dici potest judicium distinctum, ac sejunctum à judicio principali, dùm nullam continet actionem, sitque quaedam defensionis species, quae juri naturae innititur,adducens *text.Canonicum in c. cùm inter priores, de except.* in quo tamensi interdicatur excommunicato posse proponere in judicio quamcumque actionis speciem; quin etiam conveniendi facultas ei denegetur; nihilominus non vetatur, cum est reus conventus, judices suspectos allegare; ac ratio est, etenim, qui suspiciones defert, non dicitur verè agere; sed se potiùs defendere: Nec recusatio judicis est actio, sed defensio, quia quicquid facit, ad suam defensionem facit. Secùs si esset, aut posset dici judicium prorsùs distinctum, à judicioque principali separatum, ita ut recusationem proponens,actoris diceretur fungi munere; nam tunc nullo unquam pacto posset excommunicatus recusare, cum non possit agere, quod omnium Sacrorum Canonum oracula expressè prohibent.

Robur addit huic suae opinioni ex Regiae Camerae decisione facta relatione in Collaterali Consilio, in causa suspicionis allegatae ab Illustri Principe Bisiniani adversùs Praesidem R. C. D. Hieronymum Puebla, y Baides 9 Junii 1628., in qua asserit adfuisse D. Reg.Carolum Tapia, quia ità sua manu scriptum reliquit in quadam apostillis ad memoratum. *Cons. 27. Anelli de Amato*, advertens, illud opponi textui in *dict cap.cum inter priores.*

Hujus sententiae propugnator insupèr extitit *Antonius Merenda controv.jur.lib.22.cap.26. n.5.*, memor *cit.cons.27.de Amato, & dec. 46. Reg. Tap.*addens, durissimum videri, quod quis litiget coram eo Judice, adversùs quem adeò urgentes militant suspiciones, ut altera pars judicum putaverit, eas admittendas; & cum dubium sit,an ille Judex debeat deponere munus judicandi, pro recusatione ejus pronunciandum, cum odia restringi, favores conveniat ampliari,*cap.odia de regul.jur.cap.6.*

At

At verò rationes, quibus tutos sese putant hi duo doctissimi viri, non sunt tanti, ut à mea sententia deturbent, quam verissimam existimo, cum in confesso apud nos receptum sit, illud judicium esse penitùs sejunctum, & separatum à principali causa, utpotè quod specialì proponitur libello, ad *text. in l. apertissimi* § ibi: *libella recusationis ei porrecto, C. de judic. in l fin. ibi: recusationis libellum ei recusatus inferre, Cod. Speculat. tit. de recusat. il. 1. § qualiter in princ. Glos. in cap. quoniam contra, verbo recusationes, de probat. & in cap. secundo requiri, verbo, coram eodem, de appellat. in 6. Aufrer de recusat. in princ.* Terminus in eo impertitur, qui loco litis contestationis in Regno subrogatus est: probationes speciatim admittuntur in peculiari, ac diverso processu; juribus, & causis recusantis non probatis, suam recusatus Judex prosequitur jurisdictionem, quod etiàm ex Regni sanctionibus determinatum habemus, de quibus *Amat. ad d. loc.* nullam mentionem fecit, sic exclamante *D. Consil. Prato lib. 3. discept forens. cap 51.* quem adduxi *in hoc rit. n. 156. lit. 3.* Et quod à recusationis judiciobus deciditur, definitivum dicitur, aliud non expectans, *Reg. Revit. dec 81. n. 14.* & determinatio affirmativa, vel negativa Judicis jurisdictionem extinguit.

Hinc usus inolevit, hanc recusationis causam in S. Consil. subselliis, & M. Curiæ Vicariæ in civilibus, in quibus disjunctæ, & plures sint aulæ, non tractari in aula, in qua principalis agitur lis, sed in alia vigore ordinum, de quibus mentionem facit *Reg. Revit. decis. 81. sub n. 14. & ego in hoc rit. n. 74. lib. 5.*, ratione à me ibidem indicata *num. 75.* Verùm in Consil. o à latere, Reg. Camera, & M. C. in Criminalibus deciditur ab iisdem Collegiis, recusato absente. Ad hoc pert net dictum *Reg. Revit. in cit. decis. 81. n. 15,* illam quoad numerum votorum sortiri naturam, & qualitatem principalis causæ, quoad cætera omninò dici causam separatam, & prorsùs, ac omninò diversam.

Actor itaque in hoc judicio est recusationem pro-
49 ponens, & huic rationi nixus *D. Cons. Prat. cit. cap. 51.* sustinet, terminum quadraginta dierum à prag. præfixum ad removendum judicem, currere à die invalidæ subscriptionis: ex eo quia recusans uti actor certus esse debet de juribus suis, & instructus in judicium venire, adversus *Gabed. dec. Lusit. 45.*, de quibus in hoc *rit. n. 20. lib. 2. & Gabed.* adducit *P. Peregra in promptuar. jurid. verbo Judex. num 904* cujus *Gabedi* opinioni robur dat *Tiraquell. ecstram in l. boves, §. hoc sermone, ff. de verbor. signif. in 1. limit. num. 17.* quem refert *Ther. p. 3. compend sect. 3. verbo suspicio allegata.*

Conferunt notata a *Consil. Jo. de Xarte ad cap. Reg. Sardin. lib. 1. tit. 1. de parlam. cap. 14. n. 19.* qui relato *Camillo Borrell. in summ. dec. tom. 2. tit. 30. n. 311.* observat, quod in R. C. existentibus paribus votis, sententia sit pro reo, & in casu habilitationis ad curias reum esse Regium Fiscum; nam qui pro sua tractat habilitatione actor habendus est.

Reum verò potiùs dicendum ipsum recusatum
50 Judicem, quam partem collitigantem censebant nonnulli, nam antiquitùs minimè licebat parti ex adverso recusati judicis defensionem publicæ, vel clàm suscipere, hoc enim solùm judicem suspectum reddebat, tanquam ab eadem parte affectatum, ad *text. in l. observandum, ff. de Judic. cap. insinuante, de offic. deleg. Maraut. in prax p. 6. act. 2. num 53. Gnaas. in defens. 1. cap 21. num. 40 ad defens. reor. Reg. Revit. in pragm. 1. num. 85 de suspic Offic. Scialoy. de foro compet cap. 9 num. 74.*, deindè verò, quia causa quædam suspicionis admissa adversùs Præsidem S. R. C fuit inventa non vera, novæ dedit ansam sanctioni in *prag. 15. §. 20. de suspic.* permittenti parti se opponere, & defendere adversùs suspicionem oretenus dumtaxàt, judicetque de eo, quod convenire videtur, admonere: non autem testes producere.

Undè dicebat D. Aloysius Freites Pinto in suspi-
51 cione per ipsum adducta in lite cum hæredibus Joannis Vandeinne in D. Consili D. Stephanum Padilla, non licere dictis hæredibus collitigantibus ullo modo Judicem recusare in judicio recusationis, (illa enim fuit commissa in aula D. Marchionis Crispani, tùnc Consiliarii, nùnc dignissimi R. Cancellariam Regentis, & fuit recusatus D. Consil. Roccus uti advocatus olim D. Aloysii in causa principali, & quia in ea patrocinium præstabat D. Jo: Baptista filius) quod si admitteretur ad Judicem recusandum, esset admittere ad præsentandum libellum, ter plures, & testes producendum, quod jus præfatum municipale prohibet.

At Senatus noster hæc rejiciens, recepit suspicionis capita, decrevitque nè Consil. Roccus interveniret, referente D. Consil. Jannettasio die 7. Novembris 1671. penès Secret. S. C., quæ decisio justè emanavit; quoniam, quicquid sit, si ambo dici possint rei, nempè Judex, de cujus interesse agebatur, in auferenda sibi in ea causa jurisdictione, & pœna pecuniaria per prag. indicta; ac pars collitigans, cui grave est, novum habere judicem, & *text. in add. l. observandum* vindicat locum in judice dando, non dato, ut observant *R. Top. lib. 2. jur Regn. tit. de offic. procur. Cæsar. prag. 22. num. 10, Giurba obser. 95 n. 23 in fin. Reg. Revit. in cit. pragm. 1. num. 84. & 85. de suspic.* cujus effato declarantur, quæ exaravit in *cons. 10. num. 11. & consil. 29 num 9. lib. 1.* & proindè, præter testium productionem, ad omnia alia admittitur pro tuitione Judicis recusati, etiam ad scripturas præsentandum, Judices verbis, scriptisque instruendum; quæ quid m testium productio vetatur collitiganti reo in recusationis causa. Attamèn quando in eadem causa ipse reus judicem recusationis recusat, in hoc judicio non est ampliùs reus, sed actor; & uti tali licet producere quaslibet probationes, etiam per testes, sicuti alteri litiganti actori in proposita suspicione Judicis causæ principalis, nùnc reo in hoc secundo judicio illius recusationis.

Recusationem esse de jure naturali inventam,
52 exclamans *Panorm. & alii in cap. cum inter, de*

de excep.ex cap.quod suspect, in fin. 3. q. 5. & cap. secunda requirit, in fin.de appellat. uti amplectentem naturalem defensionem, quæ ex jure naturæ promanat, *cap. pastoralis ; de re judic.* & proindè Principi eam auferre non licet, ex *Glos. in cap. ad hac, de rescript.* quam singularem præconizat *Barbat.de præstant.Cardin.in 4.quæst.col.2.D.Consil.Recc.de offic. Rubr. 12. num. 51. vers. octavo*, illiusque rescriptum amplectitur futilem dumtaxàt recusationem, *arg.c.ex parte 2.de offic.delegat.Crespi cit. obser. 9. Pegas ad ord.Regn.Portugal.tom.2. tit. de regim.Senat.Palat.q.113 Glos.177.num.53. pag. 311. tom.2. David Mevius in Comment. ad jus Lubecense lib.1.tit.1.art.8 num.2.tom.1. Ab Ecclesia observ forens.Senat.Pedem.73. n.6. lib.2.*, qua de re latè *Umm.in process.judic.thes.1. direct.1.n.56.Schrad.de feud.p.10.sect.3. num.11. Mynsing.3.obser.63 Jo:Zanger.de except c.4. p.2. n.10.Formosin.in c si quis contra, de foro compet.q.12 Lancellot. de attent.p.2. c.6. num.32. de Graff except.20.num.17.*quæ neque judicem à judicando retrahit, *Felyn. in cap. super literis, de rescript.Jacob in l.si quis ex aliena, de judic.Corset.singul.incip. jurisdictio prima, & nos in hoc Ritu num. 49. & 50. lib. 2.*, si ex ipsa exceptione appareat illam esse frivolam ; putà, si quis dicat, judicem dedisse parti eleemosynam, vel esse patrem, vel fratrem partis, quod non sit verum ; vel illum non esse Doctorem, aut similia, quæ, constat, esse à veritate aliena, *Rebuff tit.de recusat. art. 1. Gl.5. in num.1. Ab Ecclesia observ 68.n.10.lib.2.* vel si deducatur causa, quæ probata, non relevaret, *Jo: Carol. Antonell.de regim.Eccles. lib.5. de judic.civil, c.7. num.6.* Sed hæc in Regno nostro non sunt usu recepta, cum quælibet suspicio ab aliis judicibus judicatur, & servari in suo Senatu indicat *Fab. in C. lib.3. tit. 4. defin. 6.*

Et rescripto Principis haud obstante, Judex ex justa causa recusabitur, notabilitèr *Rebuff. ad Const.Gall.tit.de recusat.in præfat.à num.9 pag. 148.* protendens sivè ad capitales, sivè ad pecuniarias causas, *D. Consil. Staiban. in add. ad resol.111.num.3. tom. 2.* essent enim paria auferre rem sine causa, quod minimè licet Principi absque tyrannide, *l.quoties, ubi Glos, C. de precib. Imperat. offer.*, & causam judici demandare suspecto, *Petr.de Gregor.Syntagm.jur.lib. 49. cap.3. ex num.27.* & latè hanc thesim examinat *P.Passarelli in prax formand. procel.q.3. art.1.& 2.* in quibus inquirit, an ipsa sit de jure naturæ præcipuo, negativo, vel dominativo ex genere, vel ex specie, & an possit legitimè à lege, vel Principis rescripto tolli, & probare nititur, recusationem, licèt ortum habuerit à jure naturali, simpliciter tamen esse defensionem civilem, seù canonicam, ideoque subjectam dispositioni Principis supremi habentis facultatem dispensandi, vel etiam abrogandi jus commune, & supremum, ut possit ne dùm per rescriptum, sed etiam per legem justam disponere, quod utile fuerit Reipublicæ, improbans *Scialoy.de for.compet.c.9.n.169. post Novar.& Ricc.*

Verùm quamvis propterea favorabilis dijudicanda sit recusationis causa jure naturali nixa, *Covarr.pract.cap.26.Rot.divers par.1.dec.93. D. Consil.Vargas Machuca tom 1.consid.9.num.11.*, non tamen semper, & simpliciter, ut putavit *Merenda loco cit.*, imò odiosa isthæc materia videtur, cum deceat Judices magis honorare, quam contemnere, *Fontanell.dec.25.num.16.*, *D.Luc.tom.1.de linea legal. artic.29. num.22.*, quorum dignitatem tuendam, aut vindicandam, ad amplissimi ordinis majestatem pertinet, ut utar verbis *Fabr.in C.lib.3.tit.4. defin. 6.in annot.n.8.* Maximè cùm sæpiùs hæ causæ sapiant calumniam, teste *Giurb. obser. 95. sub num.15.* & malitiis sit obviandum, *l.in fundo, C.de rei vendic.Tusc.conclus.473.lit.F.*

53

Undè dicendum, recusationem non esse prorsùs exceptionem, quippè quæ non opponitur actioni, vel rescripto, ut docent *Glos.in c.quoniam contra. de probat. Dec.ibidem ex n.102. cum seq.* & quod excommunicatus possit Judicem recusare, id parit ratio assignata ab eodem *cit.text.* cum sit remedium à jure naturæ inductum, quod non præsumitur, Sedem Apostolicam excommunicato denegasse. Ex quibus rejicitur ratio allata à *Merenda*, exceptionem esse declinatoriam, cum recusatio nequeat exceptionis nomine insigniri, maximè cum sit communis actori paritèr, ac reo, ut post *Reg. Tapia, & Amatum* perpendi *in cit. rit. 53. num.10.lib.1.*

54

Nec obicem affert decisio allegata ab eodem D. D Hieronymo Calà. Etenim ab originali processu à me viso liquet, non fuisse decisum hunc articolum, at huic oppositum. Namque verum est, D. Aloysium Sanseverinum Bisiniani Principem, suspectum allegasse dictum R. C. Præsidentem ; attamen non sequuta est paritas; ac licèt obtinuerint creditores ab Excellen. Prorege literas, quod in paritate, ac articulo uter actor esset, aut reus, intervenirent utpotè adjuncti D. D. Consiliarii D. Franciscus Salgado, Didacus Bernardus Zufia, ac Octavius Piccolellis ; Bisiniani Princeps supplici libello efflagitavit, ut supra incidens uter actor esset, aut reus declararetur, qui nam Ministri hoc de re essent informandi ; nùm Regia Camera, an adjuncti hujusmodi incidenti decernendo præpositi. Cui quidem libello nihil extitit responsum, atque adeò adjuncti supra hac incidens non intervenire, decretumque extitit super recusatione simplicitèr in hisce verbis. *Die 9.mensis Junii 1608. Supèr suspicione allegata per Ill. D. Aloysium Sanseverinum Principem Bisiniani in personam magnifici Præsid. D. Hieronymi Puebla, y Valdes facta relatione in Regia Juncta in Regio Palatio coram DD. Præsidentibus Simeone Vaca Comite Mola, Pompejo Battaglini, & Scipione Pappacoda, referente Didaco Salinas Præsident., & causa Commissario, fuit provisum, quòd dictus D Hieronymus non interveniat.* Igitur clarè videtur, non fuisse decisum articulum, qua parte publicandum foret decretum ; tùm quia formula decreti non sit ; *Publicetur decretum pro tali*, ut illo tempore moris erat, at hoc

55

ſimpliciter, *Non interveniat*, tùm etiam prædicti adjuncti conſcripti in articulo uter actor eſset, vel reus, in dicto decreto non adfuere. At quicquid ſit de hujus facti veritate, etiam quod ſuſſragia adjuncti dederint, dicitur paritatem prædictam non ortam fuiſse in Regia Camera; atque idcirco in libris illius Tribunalis non reperitur ſcriptis commendatum decretum. At in ragia juncta, in qua non profertur decretum pro reo, verùm dantur adjuncti, etenim in Regia tantùm Camera profertur ſententia pro reo, etiam quando Fiſcus eſt reus, *Ganaver. dec. 3. in fin.* & illud non ex diuturno dumtaxat more, ut putant nonnulli ex arreſto R. C. 548. inter collecta à *D. Reg. de Marinis tom. 2. deciſ. Reg. Revert.* at ex jure, propter ratione allatam a *Gloſ. in l. 4. C. quando provocar. non eſt neceſ. à me in hoc ritu ſub num. 156. tom. 2. adducta*, & cujus meminit *Reg. Rovit. in pragm. t. n. 3. de cauſ. decid. & in conſ. 7. ſub num. 1. lib. 1.* cum Præſides R.C. Judicum ordinariorum ſuſtineant vices, ut ibidem diximus, addimus *Mari ad Gramm. dec. 9. num. 3. D. Altimar. ad Rovit. in cit. conſ. 7. ſub num. 3.* memorem mei in *rit. 53. num. 7. lib. 1.* qui non huic inhæret rationi, ſed enunciatæ à *Reg. de Ponte deciſ. 31. num. 7.*, quod in dubiis quæſtionibus contra Fiſcum ſit judicandum, quem indicat *D. Raphael de Viloſa* vir omnigena eruditione refertiſſimus, tunc Locumtenens ipſius R.C. nùnc in Supremo Aragonum Conſilio Regens emerentiſſimus, *var. jur. diſſer. 3. ex n. 39. me citans in rit. 53. n. 10. & 98. n. 5.* & tamen in illo Tribunali minimè ſervatur *text. in l. non puto. ff. de jure Fiſci*, teſte *D. Reg. Rov. conſ. 102 num. 18. tom. 2.* cujus memini *in rit. 57. ſub num. 22. lib. 1. & rit. 249. num. 26. lib. 2.* quem omnino ſervandum puto, cum ex parte Principis optimo regimini maximè convenire videatur, ut Fiſcus in dubiis controverſiis privato ſuccumbat; tum quia eſt argumentum propriæ bonitatis; cum non niſi ſub Principe malo ſit bona cauſa Fiſci, Quemadmodum commemorant *Alciat. de præſumptio. reg. 3. præſumpt. 41. num. 3.*, *Covarr. lib. 1. cap. 16. ante num. 1. & Duard. in d. l. inter pares*, ex *Plinio in panegyrica ad Trajanum*, cujus hanc potiſſimum gloriam fuiſſe ſcribit, quod ſæpiùs vinceretur Fiſcus, tùm quia communi utilitati magis expedit, ut in dubiis contra Fiſcum pronuncietur potiùs, quam contra cives: intereſt enim Summi Principis cives locupletes habere, ex notatis à me *in ritu 46. ex num. 18. lib. 1.* civiumque inopia plùs in commune affert incommodi, quàm Fiſci divitiæ poſſint utilitatis afferre, ut pleniùs dixi in *citat. rit. 249. ex n. 16., & in rit. 261. ſub n. 12. lib. 2.*

A judicibus verò ordinariis ſemper profertur ſententia pro reo, ad *text. in cit. l. inter pares 38. de re judic.* cujus rationem explicat *Cujac. lib. 17. ad memoratum edictum Pauli in cit. l. inter pares, & lib. 12. obſerv. cap. 16.* quem adduxi in *cit. rit. 98. n. 5. lib. 1.* necnon *Anton. Faber in rationali ſuper l. ſi pars judicantium 10. ff. de inoff. teſtam.* Quorum explicationes non videntur adæquatæ omnibus judiciis criminalibus, & civilibus, ſed genuina deducitur ex *l. inter litigantes 62. ff. de judic.* quæ abſque ornatu interpretationis conſtituit, neceſſitatem judicii inter actorem, & poſſeſſorem. Igitur cum reus ſit poſſeſſor, & in dubiis pro poſſeſſore *l. 3 cum aliis, ff. de condit. ob turp. cauſ.* liquidò conſtat, in dubio paritatis pro reo decernendum. Congruunt *text. in l. Junia 24. ff. de manumiſſ. in l. ult. §. 1. ff. de liber. cauſ. cap. olim de reſcript. ibique Panormit. Covar. pract. qq. cap. 17.* Undè exorandus eſſet Juſtinianus Imperator, ut is de quinto Cœlo (in quo illum *Etruſcus Vates* reponit *cant. 5. Paradiſ.*) delaberetur, & de titulo *de re judicatu* obliteraret *text. in l. duo ex tribus*, quæ in delegatis tantùm loquitur: & mendaret, ut univerſim ſervaretur *cit. l. inter pares*, ut ſemper, & coram ordinariis, & coram Delegatis, in paritate votorum reus vinceret, quem modum ſervari in Conciſtorio Deorum, cum Dii jus dicunt allato exemplo, cum Mars occidit Alirrothion Neptuni filium, & in Areopago, judicantibus duodecim Diis, ſex ſententiis fuit abſolutus, eſt teſtis Doctor Eccleſiæ Auguſtinus Sanctus *de Civitate Dei lib. 18. cap. 10. pag. 332.* reddens cauſam illius Judicii, his verbis: *Quia ubi paris numeri ſententia fuiſſent, præponi abſolutio damnationi ſolebat. Plutar. in Cajo Mario,* loquit, *Acerbiores erant in eum Judices, poſtremo die præter opinionem abſolutus eſt, cum ſententiæ pares eſſent. Petr. Fab lib. 3. ſem ſtr. cap. 15 pag. mihi 215.* loquitur his verbis: *Bœotis autem ex diverſo allegantibus leges nullibi judicium fœminis deferre, totidem iis adjuncti viros judices: cumque eſſent virorum abſolventium, mulierumque damnantium æquales numero ſententiæ, eorum, qui abſolverent, ſuperiores extitiſſe calculos*, & de obſervantia Senatus Sabaudiæ teſtatur *Fab. in C. tit. de Senator. defin. 2 num. 4.*, Pedemontani *Theſaur. dec. 1. num. 3. & dec. 107. à num. 3.*, *Ab Eccleſia lib. 1. obſer forenſ. 17. ex num. 8 Marc. q. 5. num 4. p 1.*, Luſitani *Anton. de Souſa dec. 70. in fin.* & tradunt *Fontanell. de pact. nupt. clauſ 4. Gl. 18. p. 1. num. 181. Alciat. lib 1. Parerg. cap. 14 Maſtrill. deciſ. 183. Gomez lib. 3. var cap. 13. num. 28. D Joan. de Caſtillo lib. 7. de tertiis, cap. 7 num. 2. D. Anton. Franceſ. Urritigotti in tract. de inſtruſ. q. 70. n. 2. Reg. Valenz. conſ. 18. num 90. Franc. Sadarinus Mediolanenſis in reſponſ. 48. Stephan. Garon. de Senator. in prælud. cap. 11. num. 59.*, qui diſpungunt, quæ *Theſaur.* ſcribit *cit. deciſ. 1. num. 10.* quæque mirabiliter exornat *Plin. Iun. lib. 8. epiſt. 14.*, cujus integram epiſtolam, utpotè ſententiis refertam, refert *D. de Viloſa cit. differt. 3. num. 35.* & concludit *Senec. epiſt. 1. in fin.* hoc ſermone. *Reum paribus ſententiis abſolvi, ac ſemper quidquid dubium eſt, humanitatem in melius inclinare.*

Proindeque in S. R. C. dantur adjuncti, ut dixi-
56 mus in *cit. Rit.* necnon *Surgens de Neap. Illuſtr. cap. 25. num. 28.* quia Conſiliarii delegatam habent juriſdictionem, *Reg. Galeota lib. 2. controv. 57. Conſil. Prat. reſponſ crim. 41. &* nos *ſub cit. num. 136.* ſcripſimus, & notat *Faber* ... *lib. 3.*

tit.4.defin 6. quibus non adhæret *D. Altimar. mon.cit.loc.ex num.* 1. Eodemque modo servatur in Regia Juncta, in qua resident judices delegati à Principe, & proindè jure immemorato facti themate Principis Bisinisni, utpotè in Regia Juncta, adjuncti dati fuere. In Magna verò Cur. Vic. dantur quoque adjuncti, quamvis ordinarii potestate potiatur, *Franch. dec.143.num.8.Reg Rovit.in Rub.prag. de offic. S.C. num.5. Imbr ian. de Judi c.Regn. dialog.3. num.54.Thor par.3.compend.dec.verbo sententia definitiva*, quippè cum sit Tribunal Sacro Consilio obsequens, illius sequi morem debet, quod tanquam caput agnoscit.

Addit mihi hoc non leviter vires, D. Regentem Tapia, cum mandasset typis suas S. C. Decisio-
57 nes anno 1659. non meminisse in *decis.47.* de hac dijudicatione, si oppositum fuisset judicatum mense Junii 1628.

Hic articulus novissimè emersit in Regia Camera inter creditores patrimonij Ill. Principis Gallica-
58 ni, & Ill. Ducem Calabritti supremum omnium hoc in Regno militantium Tribunum, Namque cùm agnovisset D. Præsidens R.C. causæ Commissarius, se declaratum suspectum ex Collateralis Consilij iudicatu in causa Marchionis Sancti Marci ex capite inimicitiæ, ut sus elucesceret fidea, antèquam recusaretur a partibus dicto Marchioni coniunctis in gradu, suæ conscientiæ scrupulum exhibuit in Regia Camera, le nolle ferre suffragia fassus palàm in causa ejusdem Tribuni Militum, cum sit ille conjunctus sanguine dicto Marchioni, ut erat illius coniunctus D. Michael Caracciolus unus creditorum dict patrimonij, qui pater erat adversa dicto Militum Tribuno. Cui quidem scrupulo inhæsit Fisci Advocatus propter interesse, quod habet in feudis Principis Gallicani ob lineam finitam Regiæ Curiæ devolutis, ut excluderentur creditores, ac posset dicta feuda retinere absque metu litigij. Innexuerunt insupèr creditores, inter quos dictus D. Michael Caracciolo, quibus opposuit sese Tribunus, vel annuens, ut posset intervenire, difficultate, & recusatione non obstantibus; atque cum scrupulum enixè teneret, se non posse intervenire iterùm Minister urgebat.

Cùmque acta res esset in Regia Camera coram DD. Præsidentibus D. Emanuele Scalers, & D. Nicolao Cascon (suspicioni obnoxijs DD. Locumtenente, alijsque Præsidibus) & DD. Consiliarijs adiunctis Marchione Latertiæ, Paulo Iannettasio, Comite Legardi, & D. Antonio de Ponte, orta est suffragiorum paritas; tres enim abierunt in sententiam, quod non interveniat; tres autem reliqui in hanc, quod partes adeant Collaterale Consilium, ut unus, & idem Senatus, qui recusationem Marchionis S. Marci inspexerat, inimicitiæ pondus, qualitatemque colligeret, & si ea esset inimicitiæ qualitas, ut extendi deberet ad coniunctos in dictis grad bus. Et quod non erat satis assertio Judicis, ac scrupulum, nisi justa afferretur
59 causa, cum non possit ex se Iudex abstinere, nisi commmunicato scrupulo Collegia, qui causam agnoscant, dijudicentque militantem, vel si non improbatur à partibus, utpotè qui munus exerceat necessarium, non voluntarium. *Ripoll.* a nobis alias adductus *var. resol. cap. 2. num.225.* ex *Glos. in l. 2. C. de proxim. sac. scrin.lib. 12. Rebuff. ad const. Franch. tract. de recusat. art.1. gl. 3. num.2. & 3. Maurit.Apicell. in add. ad comment. Pragm. de suspic.Judic. num. 724. Mastrill. decis. Sicil.151. num. 65. & 66. Fontanell. decis. 1. num.6. & dec. 2. num.15. Fab. lib 3. tit. 4. C. ne quis in sua caus.defin.1. Castill. decis.94. ex num. 1. Rificcat. de stat. hominum. lib. 2. tit. de iudic. stato, pag. 296.lit. A., de Laurent.Beneventanus in tractat. de iudic.suspect.cap. 1. num. 7.* quæ adeò veritate clara esse dixere, ut si oppositio non fiat in filij causa patri neutiquam, vel ex adverso, & fratri in fratris lite iudicem esse prohibetur, ex *text. in l. quia etiam, ff. de receptis arbitr. in l. privatis, de iudic. Tractatinq.var.resol, 5. num. 25. Scacc. de sent. & re indic. §. 4. q. 8.num. 1. Farinac. in fragm. lit.l.num. 705. Mastrill. decis. 151.* Hyperbolica licet forma in assertum reputet *Fontanell. decis.1. num.9. lib. 1.*, quoniam nemo habetur qui, contraria quamvis para contineat dictis, absque rubore in his causis intervenire intendat, *Rocas de incompatibil.p.6.c.4. num.20. & 21. David. Mevius in Comment. ad ius Lubicense, tit. 1. artic.7. lib. 1. tom.1.ex num.27.* & apud nos, Senatores ex officio semper se abstinent, ut servari in Senatu Pedemontano testatur *Io: Anton. ab Ecclesia lib. 2. observ. forens.72. sub num. 6.* & expressa est in Regno sanctio in *pragm.15. c. 12. de suspic. offic.* illis in verbis: *Che niuno Ministro possa da se stesso darsi per sospetto*, de qua memini in hoc *Rit. ex num 70. lib.2.*

Hinc instatum fuit per Ducem Calabritti declarari paritatem pro se, utpotè reo in causa suspicionis, & in contrarium obtinentibus creditoribus, supèr hoc inter Dominos fuit orta alia paritas. Quapropter Prorex Excellentissimus per litteras ex scriptorio bellico emissas sub die 27 Octobris 1677., tres Consiliarios adiecit adiunctos, nempè DD. D. Antonium de Silua, D. Petrum Cortes, ac me ipsum, ut accuratius discuteretur articulus, uter actor esset, aut reus, ac aperiretur palam paritas.

Et eum in aula Regiæ Cameræ restitissem, quia inter creditores erat præcipuè Illustris Marchio Alfidenæ D. Antonius Gattola vir D. Aureliæ Bianch secundæ matertera D. Antonij de Januario mei generi (ita quod fatale videatur bis coortum esse in hoc articulo paritatem, in eoque aliquem de cognomine Gattola sua tantem iura interesse) censuerunt ijdem Domini, quod intervenirem, eorumque Iudicio assensus est palam Ill. Ducis Calabritti Patronus. Et discussa causa non uno tantùm die, dirempta fuit paritas, & provisum, quod, *non interveniat*, die 27. Novembre 1677. patrocinia præstantibus pro Ill. Duce Calabritti Domino Petro de Fusco, & pro creditoribus Domin s Fabio Crivella, Antonio Cajafa, D. Cæsare Natali, & D. Hectore Caracciolo, viris eloquentia, & omnium virtutum præstantia conspicuis.

ubi

Habita fuit ratio, non esse applicabile quicquid
60 dicunt *Reg. Carol. Tapia*, & *Praes. Aneli. de Amat. tit. in locis*, qui loquuntur quando altera pars proposuit formiter suspicionem cum libello, capitibus; ac deposito, altera contradicente; dum in illa thesi non fuit recusatus; at judex tantum scrupulo conscientiae tactus perpendens causam esse gravem, & justam, adesset abnuebat, quapropter nullum aderat judicium; & quamvis vera esset allata doctrina, non posse Judicem se abstinere, nisi communicata causa, & cognita a Senatu, ita attento jure communi, ut municipali; limitatur tamen in casu particulari, quando non bene palam causa efferetur, ut notat *Fontanell. cit. decis. 2. num. 20.* loquens in simili statuto, *Merend. cit. lib. 22. cap 26. ex nu. 11. & 12. tom. 4.* & quod in hoc casu aderat Ministri integerrimi qualitas, geminatumque ac enixum scrupulum, partibus publicatum, altera quarum revocevit in animum, cui quidem Iudici plena
61 adhibenda est fides hoc in casu, in quo etiam parti cum juramento attestanti causam non posse exprimi sine scandalo, & praejudicio, creditur, si sit notabilis persona nè dum de jure Civili, sed etiam Canonico, *Pacian. de probat. lib. 2. cap. 45. num. 55. Cancer. var resol. p. 1. num. 35. Zavar. de offic. Judic. & Advoc. p. 1. q. 22. num. 124. D. Consil. Staiban in observ. ad resol. 110. num. 18. cent. 2. Illico Ummius in disput. ad process. judiciar. direct. 1. thes. 1. num. 62. pag. 39.* ibi: *Nos illud addamus, quòd si quidem citra suspicionis scandalum causam exprimere non possit, veluti si judex recusanti sit rivalis, sufficiat si juret recusans se ipsum non absque legitima causa recusare, ex Pacian. add. loc. & Zanger. d. mem. Autore de except. 1. cap. 4. num. 26.* confertq; *Gl.* ellatum *in l. Titio fundus 72 ff. de condit. & demostr.* quam singularem praeconizat *Menoch. de arbitr. judic. cas. 177. n. 13.*

Et quod quidam creditores scrupulo inhaeserint, non operatur posse vocari actores; operae pre-
62 tium enim erat suspicionem formiter proponi servata forma *prag. Rec. collect. 2668.* confert *c. cum speciali*, ubi *Abb. 1. notab. & Lanfranch. de appell. Thusch. verbo judex ut suspectus, concl. 423. Osasch. dec. 84. Alex. cons. 39. Ruin. cons. 6. num. 10. lib. 4. Marches. in suo tract. signat. p. 2. cap. 5. num. 20. in 2. cap. de suspic. judic. Noviz. cons. 36.* quae etsim fact. est contra juris dispositionem, non attenditur, *Gabriel conclus. 5 num. 6. tit. de judic. Lancellus. tit. de attent. post recusat. Iudic. num 76. Marches. in prax. Commiss. p. 2. de judic. suspect. §. 2. num. 22.* qua non obstante, judici licet ulterius procedere, *Castr. in l. apertissimi num. 4. C. de judic. Scacc. de judic. cap. 101. num. 22. Io. Anton. ab Ecclesia observ. forens. Sacri Senatus Pedemont. lib. 1. observ. 68 sub. n. 13.* ex regula, actum nullum non suspendere juris alicujus cumpetentis exercitium, *l. si quis filio exhaeredato, §. quod si quis il. 2. ff. de injusto testam.* & potest judex ad ulteriora procedere, & acta erunt valida, *Jo. Paul. Monent observ. for. 113. num. 1.* videndus: *Paumeister de jurisdict. 1. cap. ult. sub num. 20. §. sed an sola.*

Itaque cum non adsit judicium recusationis, attendendum est, uter actor sit, aut reus in causa principali, in qua dubio procul creditores praestabant reos, quibus exclusis, postulabat Tribunus Militum satisfieri etiam de suo credito? Verum enim verò quamvis cum agitur de concursu creditorum, ac de patrimonio decocto, quilibet creditor sit actor, & communis debitor reus, ut probat *D. Franc. Salgad. in labyr. credit. p. 1. cap. 11. integro §. 11.* attamen si considerentur dumtaxàt creditores inter se, nullum dubium erit, quin sit actor ille creditor, qui instat sibi primo satisfieri, exclusis caeteris, qui illius credito exceptionem opponunt, ex traditis per *Gayll. ob-*
63 *ser. 71. lib. 1.* Et tandem si fuisset in ancipiti uter esset actor, ac reus, judicandum erat pro creditoribus, inter quos aderant personae miserabiles, ac pupilli, qui causam habent communem, dum omnium creditum dependet ex unico contractu, *D. Reg. de Ponte dec. 31. num. 7. Ill. D. Carolus Calà* Eques ordinis S. Jacobi, Dux Diani, & Regens Regiam Cancellariam, qui virtutum omnium praerogativae, ac sanguinis claritati adjunctam fortis suavitatem morum, unus omnibus se mirabilem praestat, in suo *responso* re scripto à *Dom. D. Hieronyma fratre in cit. tract. de rest. in integr. minor. denegand. q. 30 in fin.* de quo meminit *D. D. Raphael. de Vitija cit. dissert. 3 sub num. 35. vers. at in hac re*, & post *Carav nostrum in rit. 19. sub num. 28. vers quartum*, scribit *Novar. de privileg. miserab. personar. priv 78.* & ipse remissiua in *ritu 98. sub num. 5.* & in contractu à D. opinio illa attendenda, quae his favet personis, *Gram. cons 50. num. 46 Boer. cons. 40. num. 89. Mantua consil 121. num. 3. vol. 2. Mart. de jurisdict. cap. 164. p. 2. Novar. cit. tract privil. 101. n. 3. & 4.*, confertque, quod in thesi Judicis suspecti notant *Guttier. lib. 1. pract. 99 q. 93.*, necnon *P. Fragos. de regim Reipubl. p. 1. lib 5. de oblig. moder. Reip. disp. 12. §. 7. num. 239.* Hinc fit, ut communitas in causa efficiat, ut inhabilia privilegio fruatur habilium, *l. si communem, ff. quemadm. ser. vet. amit. Affl. dec. 151. de Franch. dec. 269. Ursill. ad Affl. dec. 34. & 284. & ege in rit. 207. num. 1. & 230. ex num. 17. tom. 2.*, quibus eddo *Merend. controv. jur. lib. 22. cap. 32. ex num. 1.* Tantò magis, quod Fiscus in hac causa erat reus, & ipse quoque Judicis scrupulo inhaesit; Fiscum enim agentem jure dominij judicavit reum, & non creditores petentes sibi solvi debere Regia Camera, die 28. Maij 1639. apud *Praesid. Ganaver. dec. 5. num. 119.* & pro Fisco reo ab eodem Senatu fuit declarata paritas apud eumdem *Ganaver. dec. 3. num. 25.* ut suprà insinuavimus.

Et tandèm addebam in dubio esse judicandum pro integritate dicti officialis praeclarissimi, qui
64 aliàs redargueretur de mendacio, dum se spontè suspectum fatetur, & quamvis ipsum recuset nemo, se nolle in judicando intervenire, iterùm asserit conscientiae scrupulo perculsus, observans quod apud Romanos receptum erat; & *Tacit.* monitum *in Dialog. de oratorib.*, quem refert *Pegas ad ordin. Regal. Portu-*

gal.lib.1.tit.1.glos.98.num.5.Faciam, quod probi, & honesti judices solent, ut in his cognitionibus se excusent, in quibus manifestum est ulteram apud eos partem gratia pravalere, quod nostri Senatores amplissimi, ac integerrimi adamussim servant. Hinc si propositis in S.C. suspicionum capitibus, adjiceret recusatus judex non posse intervenire, S.C.mandat, quòd stante declaratione per ipsum facta, partes adeant D.Præsidem pro commissione causæ, ut decrevit in suspicione deducta per U. J. D. Dominicum de Angelis in personam D. Consil.Jovino, relatore D. Consil. D. Thoma Caravita die 8. Julii 1664.penès Sacr. S. C.

His verè concinunt verba *Merenda add. lib. 21. cap.26.num.10.tom.4. E contra publicè expedit sinceritatem Senatorum clarè populo innotescere: hoc autem contingere non potest, nisi omnes intelligunt candorem eximium animi ejus, non quidem ex præsumptione ea magna, quam Senatorius gradus annexam habet; sed per demonstrationem certam: qualis est ea, qua deducitur ex ultronea depositione muneris judicandi in ea causa, in qua posset ejus votum à malignantibus tribui amori, odiovè, aut alteri affectui minus rectè, etiam si senserit id, quod legibus, vel regulis juris congruit.*

Verum est, quod Senatus debet sedulò perpen-
65 dere tùm qualitatem Ministri proponentis scrupulum, tùm scrupuli, partiumque litigantium genus, & causæ circumstantias. Etenim, ut ait *Petr.Rebuff.ad Const.Galliæ tom.3. tit. de recusat.art.1.Gl.3.num.2. pag.mihi* 151. si suspicionis causa judicis dumtaxàt conscientiæ remitteretur; plerique judicum, qui contra Comestabilem, aut alium magnum Dominum judicare non auderent: ultrò ipsi curarent, ut recusarentur; ac dicere possent, esse veram causam suspicionis, atque ità daretur rosa fraudibus contra *text.in l. 2. in fin. C. de individui tollend.* Quod sanè, nemo sibi persuadere debet, aut potest, accidere officialibus hujus Civitatis; qui cum sint ministri omnigena integritate, doctrinaque præditi, firmissimoque animi robore muniti, audientes ità parvum, ut magnum, juxtà illud *Deut.* c. 17. re ipsa ostendunt, falsum esse, Anacharsis dictum, qui leges aranearum telis comparabat; in quibus si quid debile incideret, retineretur: grave autem pertransiret, tela, hoc est lege, rescissa, de quo memini in *ritu 46.num. 2. lib.1.* Nostri enim officiales inconcusso pectore, clausis oculis, ac Andabatarum more, ut ajunt, absque personarum acceptione dant suffragia merenti. Requisitum inter alia maximè Magistratui necessarium, juxtà illud Eccles. cap. 7. *Noli quærere fieri judex, nè forte extimescas faciem potentis.* Hinc *Senec. lib. 2. de benefic. cap.18. Omne honestum in arduo est, etiam quod vicinum honesto est, & D. Cyprianus serm. 4. de mortal. Nisi præcesserit pugna, non posse esse victoriam, tùnc datur vincentibus corona, nam Gubernator in tempestate dignoscitur, in acie Miles probatur; & S. Hieronym. ad Eliodor.lib. 2. epist.6. Nemo Athleta sine sudore coronatur; & Nazar in Paneg. Constantino dicto. Certum est enim (inquit) pro negotii modo animosam esse virtutem, quod ex se rerum captum suum temperat in parvis propè ad securitatem remissa, in mediocribus modicè intensior, ubi magna venerunt juxtà magnitudinem exanclandi operis erigitur.* Hùc *Ovid.lib. 2. de Pont. eleg. 2.*

Difficile est fateor, sed tendit in ardua virtus.
Et talis meriti gratia major erit.

Lipsius polit. cap. 17. Lacones apposite in publicis Sacris apprecari solent, ut possent injurias pati, nè properè scilicèt exilirent ad vendicandum, & statum ita suum turbarent; tùm etiam quia parum idoneos indicabant ad res gerendas qui injuria, aut contumelia statim arriperentur. Sedatio animi, & frigus decet imperantes.

Unde mihi non probatur, d. Ein in *Cons. Matth. de*
66 *in Const.at universis; sub tit. de servand. indemn. Comit. Baron. & Milit.* qui adducens multa, quæ debent servari, vel vitari à Regiis Consiliariis, (quorum qualitas describitur à Rege Ferdinando in *pragm. 2. §. 4.de offic. S. R.C.*) hæc demùm *num. 60. Afflict.* subnectit verba. *Solet interdùm agitari causa potentis Domini in consilio, qui ob favorem petit illicita: Hic non est sapiens secundum Bal. in l. non idcircò, C. de rescind. vendit. Et tunc Regius Consiliarius non tenetur ire ad consilium; quia ille, qui tenetur ire ad Synodum, si videt, quod ibi sit tractandum aliquid contra eum, non tenetur ire*, per *text. in c. quod super, de major. & obed.* Quinimò debet ob hoc ipsum Regius Consiliarius, & quilibet Judex ire ad Tribunal, ibique resistere, oppugnare, suum votum, quà juribus, quà authoritatibus, ac rationibus fundare, suam sententiam, omni qua decet modestia, proferre quamvis singularem: interdum enim vox unius potest alios trahere in suum suffragium, *arg.l. item si unus, §.alias, l. si inter tres ff.de recept.arbitr.gl.in cap. Nicena, verbo sententiam, dist.31. Marc. q. 5. num.4. lib.1.* etenim *nihil est tam incredibile, quod dicendo non fiat probabile*, verba sunt *Cicer.in Paradox.* quæ rescribit de *Rubeis cer. tam. 13. num. 12.*, & urgere, ut illud suum votum adnotetur juxtà normam præscriptam in libro votorum (qui confici debet à novissimo Consiliario aulæ omni secreto, vigore etiam ordinum S. M. transmissorum tùnc Proregi die 12. Augusti 1628., & ab eo S.C. sub die 28. Februarii 1629., qui asservantur in libro notamentorum S. C. penès Secretarium, à quo vota notabantur antiquitùs, quando Consiliarii in una residebant aula, *ex prag.13. §.1. in fin.vers. dùm verò vota, de offic. S. C.*, ut servatur in aliis Tribunalibus, nempè in Collaterali Consilio, R.C. Summariæ, Regiisque Audientiis, quod non potest explicari à Secretario S. C., in quo adsunt quatuor aulæ.) Quicquid tandem eveniat, dum Judex ex se omnia, quæ potuit, effecerit, memor illius aurei dicti *Juven.satyr.8.*

Expe.

Expectata diu tand in Provincia cum te
Rectorem excipiet, pone ira frana, modumque
Pone, & avaritiæ; miserere inopum sociorum.
Ossa vides Regum vacuis exhausta medullis:
Respice quid moneant leges, quid Curia mandet.

Quod confirmat *Claud.de 4.Honor.Conf.*

Tu civem patremque geras, Tu consule cunctis;
Ne tua te moveant unquam, sed publica vota.

Ac illa, quæ apud Quirites pro nostris leonina carmina legebantur, rescripta ab eodem *Afflict.in Const.statuimus, post num. 39. de offic. Mag.Just.* quæ rescribit *Baron.in addit.ad tract. de corpor.ejusque partib. ad tit. de manib.num.* 366. me adducens in *ritu* 14. *num.*1. *lib.*1. *sub num.*364.

O Consultores, rectos assumite mores:
Publica privatis semper præponite gratis;
Ne damnet vestras animas Divina Potestas.

Neque *text.* adductus ab *Afflict.in cit. cap. quod*
67 *super*, videtur probare ejus axioma; In illo enim ait Pontifex, quod Abbates, ac Sacerdotes Diœcesani ab Episcopo possint cogi ire ad Synodum, etiam cum Ecclesiasticis censuris; *dummodò in ipsa Synodo*, ait *text. non ducas aliquid statuendum, quod Canonicis obviet institutis.* Neque id immeritò, namque in eo casu non tenerentur obtemperare: neque in contumaciam incurrerent. At in casu *Affl.* si non eunte Ministro, nihil fierèt, nec damnum eveniret; non officeret minister si nollet ire, Cum possit autem esse dubium, quod decideretur causa absq; suo interventu: debet ocyus ire; ac ibi partes suas agere, suoque muneri satisfacere, obstrictus justitiam ministrare omnibus hominibus in omnibus causis, & omni tempore, ex multis *Cæsar.qq.pereg.q.*43. *n.*18, nam si in una deficimus, facti sumus omnium rei, ut perpendit *Cornel. à Lapide præclarissima, Societatis Jesu Luc.cap.*1.*vers.*74.& 75., aliàs eveniet, quod traditur *Luc.* 18. cum notatis per *Cornel. à Lapid.* ibidem, & in revelationibus Sanctæ Brigidæ *lib.*4. *cap.*114. & 129., & *lib.*5. *post interrog.*13. necnon *in cit. lib.*4. *revelationum ejusdem cap.*102. enumerantur partes, quas Judex habere obstringitur, & præ cæteris cavere debet, nè timore, aut amore Principum judicet, *P. Carolus Scribanus in Polit. Christ.cap.*9. *ver. verum si major vis.* Sic vocat Principis authoritatem, *pag.* 152. cujus preces sunt mandata, *Glos.in l.*1.*ff.quod jussu;* blanditiæ vim habent minarum *Gl. in l.*1. *verbo pignora, C. si rector prov.* Hinc Plato Principis preces necessitati admixtas asseveravit, illasquè, reverentia militante jussui æquiparari, ex *Bal.Alex.Purpur.Loffred.* aliis notat *Knichen de vestit.pactio.lib* 3.*cap.*2.*ex num.*98. *Vuesemb. d.mem.Author.in parat.l.tit.ff.quod met.caus.in princ.* & Deus per justitiam sic distributam non reliquit Judicem, etiam Etnicum irremuneratum, ut in exemplis adductis à *Petro de Palude Patriarcha Hierosol.* 1. 4. *sent.* & ex eo à *S. Anton.*3.*part.tit.*9.*cap.*1. *summ. pag.* 90. quem refert *Cæsar.quæst.*1.*num.*42.& à *P. Melsisha ad consuetud. Neapol. tit. de renunciat. quæst.* 15. *num.*23.& de Trajano Imperatore apud *Joan. Salisburgen.in polit.lib.*5.*cap.*8. cujus memini in *ritu* 46. *sub num.*3.*lib.*1. ejusque verba rescribit *Censal.in declar.ad text. in l.unic.C.si quis Imper.maledix* § 8 *num.*19.& 20. Confidendum igitur Deo, & persistendum in officio, in quo quis collocatus est, & omnia benè evenient, juxtà *Eccl.cap.*11.*vers* 22. ibi *Confide in Deo, & mane in loco tuo,* idest in officio tuo, scilicèt exercens officium tuum rectè: ut explicat *Cornel.à Lapid.ibidem. Facile est enim in oculis Dei subitò honestare pauperem, in vers.*23. cum explicatione ejusdem *Cornelii.*

Advertamus insupèr, quæ U. J.D. Franciscus Antonius de Mercatis olim solertissimus à secretis nostri Senatus collector observationum Juris,
68 & styli ejusdem, & formularum pro benè ordinandis, conspiciendisque sententiis, & decretis illius, *p.* 1. *lib.* 3. *manuscr.observ.*74. qui conservatur penès. U. J. D. Didacum de Mercatis hæredem, & in munere successorem, denotat, quod ex *pragm.* 10. *cap.* 2. *de suspic.offic.* edita sub die 31. Octob. 1594 fuit edita actum, quod durante judicio suspicionis Commissarius, cui fuit demandata suspicionis cognitio procedat, in causa principali, & in omnibus incidentibus, quæ emergunt usque ad sententiam exclusivè quod semper fuit observatum; sed ab anno 1621. id non potuit observari, ex quo cedula Domini Cardinalis Zabata, tùnc hujus Regni Locumtenentis Generalis sub die 17. Januarii 1621. fuit sanctum, quod suspiciones, quæ proponuntur in Regios Consiliar. non committantur in eadem Aula, in qua residet Consiliarius suspectus, & sic pro exequutione dictæ cedulæ fuit per Dominos Præsidentes observatum, quod suspiciones prædictæ committantur alicui Consiliario Aulæ sequentis, quamvis a principio fuerant commissæ in diversis Aulis, qui procedit tantum in causa suspicionis, sed non in causa principali, quæ non potest transferri de una in aliam Aulam, sed debet semper remanere in eadem Aula, & sic servari scripsit præfactus de Mercatis, quod Commissarius causæ suspicionis procedat in ea; Causa verò principalis committitur alteri Consiliario ejusdem Aulæ, in qua residet Commissarius allegatus suspectus, qui procedit in ea, omnibusque incidentibus, usque ad sententiam exclusivè, amoto dicto Consiliario suspecto. Tenor verò hujusmodi cedulæ est.

El Cardenal mi Señor dice, que las causas assi civiles, como criminales de los Consejeros sean actores, ò reos no se cometan en la Ruoda donde ellos assisten, y se refiera en ella por la Vicaria,

y assi

y asi mismo las causas de sospecha, que se dieron contra dichos Consejeros, no se refieran en dicha Rueda, porque assi conviene à la buena, y recta administracion dela justicia. Dios guarde V. S. De Palacio 17. de Henero 1621.

De quo ordinem mentionem facit *Reg. Rovit. decis.* 81. *sub num.* 14. & ego in hoc *Ritu, num.* 75. *lib.* 2. & de simili in suo Senatu *Maynard. dec.* 82. *p.* 1., quem adduxi ibidèm, *sub num.* 148. & refert *Marta in compilation. decis. tom.* 1. *ver. recusatio, cap.* 26.

Verùm primùm servari non perspicio, nam causæ, in quibus habent interesse Regii Consiliarii, in eadem aula, in qua resident, aliquando committuntur arbitrio Spectabilis Præsidis. Servatur verò, quod causæ suspicionis demandantur alicui Senatori degenti in sequenti aulæ; sed quod asserit *de Mercatis*, quoad Commissarium suspicionis servatam vidi tempore meo adamussim *pragm. vem.* dispositionem, ut ille procedat in causa principali, sic novissimè in praxi deductum fuit, nam pendente suspicione in tunc D. Consiliarium, nunc Præsidentem R.C. Carolum Vergara ab Ill. Principissa Jeracii deducta, processit D. Consil. D. Fulvius Caracciolus residens in aula sequenti, cõmissarius causæ suspicionis, in causa principali, in Banca de Martino. Quare in re iure hoc firmavit, siquidem prohibitio, quod causa haùd transferatur de una in aliam aulam hanc non amplectitur thesim, tùm quia non sit derogatio expressa sancitis in illa *pragm.* 10., tùm quia non intelligitur de transitu causæ momentaneo, brevi interstitio dierum, viso suspicionis exitu, reversuræ, sed de perpetuò permansura. Hinc videmus, quod si Consiliarii culæ, in qua lis vertitur, sint omnes suspicioni obnoxii, causa demandatur alteri sequentis aulæ, usque ad adventum alterius Consiliarii non suspecti in dicta aula, de quo idem *de Mercatis* testis est *cit. libro, observ.* 79.

70 Qui autem recusari possunt ind'cati à nobis sunt in hoc *Ritu, ex num.* 83. *lib.* 2.

De Pontifice, & Imperatore notant *Aufrer. in tract. de recusat. num.* 5. *Menoch. cons.* 94. *nu.* 12. *Decian. cons.* 26. *lib.* 1. *Grev. cancl* 33. qui haùd redduntur suspecti in causa vertente cum subditis. *Pegas ad Ord. Portugal. lib.* 1. *tit.* 9. *Gl.* 1. *num.* 2. *tom.* 3. ex *Gratian. discept. forens. cap.* 4. *num.* 24. De Præside Tribunalium *Giurb. dec.* 27. *Formosin. in c. si quis contra, de for. compet. q.* 5. *Pegas lib.* 1. *tit.* 2. *gl.* 23 *num.* 3. & 8. De Cardinalibus *Boer. decis.* 269., *Pacian. de probat. cap.* 45. *nu* 94. De Episcopis, & quocumque Iudice Ecclesiastico *c. si quis contra* 4. *de offic. deleg. c. cum specialibus, de appellat c. quod suspecti*, 3. *q.* 5. & de Episcopis visitantibus loquitur *Fagnan. in cap. conquerente, num.* 37. *de offic. ordin. P. Passerin. in cit. prax. fi mand. process. q.* 3. *art.* 3. *sub num.* 38.

An tutus Senatus, Concilium, vel Collegium *Eberhart. Specban. in quasi tur. cent.* 2. *class.* 4. *q.* 4. tits refert DD. opiniones, sed illam sententiam distinctione utentem videtur amplecti, quod scilicet removeatur, si Caput tantæ sit præeminentiæ, & authoritatis, ut illi Senatores contradicere non auderent, vel si Senatus capite suspecto remoto, de controversa causa cognoscere non valeret, secùs verò non, ex *Boer. decis.* 269. Indistinctè verò *Philipp. Port. in cons.* 91. *num.* 19. & 20. concludit, nostrum amplissimum S. C. Senatum legitimo jure recusari potuisse in causa, quam habebat Excell. Marcus Antonius Columna Romanus cum Excell. D. Garzia de Toledo, quia tunc temporis Regni habenas regebat Excell. Dux Albæ frater patruelis D Garziæ, quem *Port.* sequitur *Vaesm. hoc. D. M. Author cons.* 164. *num.* 25. *verbo fixto, lib.* 4. qua de ea *Gayll. lib.* 1. *obs.* 33. *David Mevius in comm ent. ad jus Lubicen. se tit.* 1. *art.* 8. *lib.* 1. *tom.* 1. *Decian. cons.* 26. *num.* 3. *Menoch. de arbitrar. cas.* 458., *Illic. Vmmius* nòx citandus sub *num.* 56. *Ludov. Gilbaus in Arb. judic. civil. cap.* 5. *num.* 10. *de except. num.* 7.

An Conservatoria, seu Templa omnia pro explorationo puellarum, causa matrimonii contrahendi iniquitat *Recc. par.* 4. *dec.* 318. & de similibus *Fra. ecc. in fragm. lit. l. num.* 724. *Form. cons. n. in c. si quis, de for compet. q.* 7. *Menoch. de arbitr. cas.* 458. De paribus Curiæ est *text. in cap.* 1. *§ fin.* ubi *Alvares.* post cæteros, *de invest. in marits facta, teste Curtio de feudis. p. ult. q.* 8. *in fin. num.* 28. *cap.* 1. *Intrig. de feud. cent.* 2. *art.* 94. *num.* 33. & 34 omnes suspicionis causas in hac materia feudali enumerans, *Illico Vmmius in disput. ad process. judiciar. direct.* 1. *thes.* 1. *de judic. in gener. & pers. ad id necess. requis. num.* 56., quorum tamen parium judicium apud nos perpaucis in causis recipit consuetudo, ut examinato M.C.V. *rit.* 46. scribunt *Carav. ibidem Capibl. de Baronib. p.* 7. *cap.* 85. *num.* 3. *tom.* 2. *Reg. de ponte de potest. prorex tit.* 7. *§.* 7. *num* 4. *consil. Carleval. de judic. tom.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *num.* 696. *Reg. de Philippo dissert. fiscal.* 20. *num.* 13., & nos fusè scripsimus in *mem. rit.* 46. *ex num.* 25. & *rit.* 50. *num.* 2. *lib.* 1.

De Inquisitore *Menoch. de arbitr. lib.* 1 *q.* 54. *num.* 41. *Pegu. in commen. ad Direct. Eymer. p.* 3. *com. me.* 30 *§. postremò videndum, Scacc. de judic. lib.* 1. *cap.* 57 *num.* 7.

De Episcopo electo, Regique suspecto loquitur, *Innocent. in c. super bis, de accusat.* post *Glos in c. si quis* 92. *distinct.*

De Prælato regulari, an possit à suo subdito recusari, ratiocinatur *Passerin. in prax. form. pro q.* 3. *art.* 4. De Judice Apostolico *Pegas cit. tom.* 3. *lib.* 1. *tit* 9. *§.* 12. *num* 533. De decurione Civitatis *Phebus dec.* 77. *num.* 16. *P. Pereyr. in promptuar. jurid. verbo, suspectus, num.* 1584.

De Fisci patrono diximus in *ritu* 18. *sub num.* 2. *lib.* 1. Addimus D *Consil. Staiban. observ. ad resol.* 110. *num.* 33. *tom.* 2. *Larream lib.* 1. *alleg. Fiscal.* 2. *Pegner. tom.* 2. *cap.* 33. *Alfar. de offic. Fiscal. Gl.* 17. *num.* 40., qui an possit excommunicari, cum non pro particulari ejus interessa instat, sed pro bono publico, & regni quiete, Videas *P. Enriquez de clavi Pontific. cap.* 12. *§.* 2. *lit. R. Petr. Gonzalez de Salzeda de lege politic. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 67. ait etenim Fiscus le esse loco partis querelantis, & accusatoris, qui apud

apud Judicem instat pro publica vindicta, pro
institia ministranda, nequè esse ullo jure cao-
tum; quod os obstruatur ipsi, vel parti, nè
instet apud judicem, justitiamq;petat, & ob
hoc ipse Fiscus persona nuocupatur ficta, &
represcotata, ac inanimatum corpua, Boer.
dec.272.num.7.Gramm. dec. 65.num.47. Pere-
gr.de jure Fisci lib.1.cap.1.num.38. Petr.Greg.
lib.31.syntagm.jur.c.31.num.14.

Ordinario judice suspecto, illius Locumtenens
non recusatur, ut suspectus, Jas.in l.apertis-
71 simi, num.9.C.de judic.Bal in l.unic. num.4.
C.si quacunque pradi.potest. Mart. vot.142. n.
9.Mascard.de probat.concl 953. num. 44. suspi-
cio enim afficit personam, non jurisdictionem
Fab.tit.C.si à non compet.Judic.defin.unic.in al-
leg.num.9., & judicis locumtenens non est ea-
dem persona cum judice, Bald. cit.loc.num.4.
Ab Eccles.obser.Renat.Pedemont.70.num.11 lib.
2., cumq; Episcopi Vicarius faciat unum Tri-
bunal cum Episcopo, jure Canonico atteoto,
meritò illo suspecto, Vicarius quoque remo-
vetur, Scialoj.de foro competent. cap. 9. num.
Laurent.cit.tract.de judic.suspect c.3.num.7. &
diximus io hoc rit.num.91.lib.2. quio, & tota
Curia Episcopalis, Marches.de judic.suspect.§.
1.num.53., secùs tamen allegato suspecto Epi-
scopi Vicario, c.si contra num in fin. de offic.
& potest.judic.deleg.in 6.Farinac.in fragm.lit.
I.num 765., quin & ipse de causa suspicionis
adversùs Vicarium deducta tunc benè cogno-
scit, Jo.Carol.Antonel.de regim Eccles. lib.5. de
Judic. ordin. cap. 7. num. 17. Farinac.lit I.post
num.750., Ab Ecclesia mem. obser. 76.in fin.
P.verò Passerin.hæc sectatur in cit art.3. num.
39., non quia Episcopi, & Vicarii idem sit
Tribunal, sed ob timorem, & revereotiam,
cum sit ad nutum Episcopi amovibilis, & pro-
indè num 43.advertit, suspecto Præsule, non
posse recusari Vicarium ab ipso noo institu-
tum, sed à Summo Antistite.

De scholare, qui habeat suspectum aliquem Do-
ctorem de Collegio, vel Academia, propo-
72 nente suspicionis causam Rectori, ut ea co-
gnita jubeat, nè ille Doctor inveniat io exa-
mine, sermoe nantur Panorm.in c.causam, de
offic.deleg.Felyn.in cap.ex literis, de constit.Bo-
loguet.in Auth habita, num.42. C. ne filius pro
patre Petr.Gregor. syntagm. jur. lib. 49. cap. 3.
num.23. sic Tolosæ decisum refert Corset.in suis
singular.vers.suspicios sic Salmanticæ servatum
advertit Reg.Rovit.in prag.1.de suspic.num.71.
cum aliis, quos refert Guazzin. ad defensam
reor. defens.1. cap.19 potissimùm num. 21. &
58.Tusch.tom.7. concl. 907. Cavalc. de brachio
Regio p.3.n.315.

Requiratur ne autem simul causa, an satis sit,
si medio solùm juramento recuset? contigit
annis superioribus disputari coràm Præfecto
studiorum hujus inclytæ Civitatis, qui est
Illustriss. Cappellanus Major: cujus hodiè
munus, ac dignitatem à Catholica Majestate,
prævia nominatiooe Excell.Domini Marchio-
nis de los Velez Proregis, (qui in hoc vel
maximè ostendit, quanto Divini cultus ardeat
zelo) fert acceptam D. D. Hieronymus della
Marra ordinis patricii Sedilis Capuaoi; vir
sanè ea doctrinæ præstantia, ac morum excel-
lentia præditus, ut plurimam sui admiratio-
nem cunctis excitet.

Est igitur Cappellaous Major, qui jurisdictio-
73 nem Magni Cancellarii exerceat. Cum enim
Rex Carolus II., & antè ipsum Federicus in-
stituissent Magni Caocellarii officium, dede-
runt ei facultatem cognoscendi de personis in-
servientibus Regiæ Cappellæ, de quo ratioci-
natur Marin. Frecc. de subfeud. lib. 1. de offic.
Magn. Cancellarii, numer. 24. subne-
ctens, sub Alphonso I. Aragonum Rege
institutum fuisse judicem io Regios Cappel-
lanos unum ex iisdem Cappellanis, qui Cap-
pellanus major vocatur, ex S.Sedia Apostolicæ
permissu, Frecc.loc cit., sequuntur Reg Io:Franc.
de Ponte in tract.manuscript. de jurisd. tit.14.
de jurisdictio cappellan.major. num.3. addens,
Cappellaoum majorem semper extitisse in hoc
Regno à tempore immemorabili, utpotè à
tempore fermè iostitutionis ipsius, ut docens
authentica documenta in Regiis Archivii.
existentia, Jos Dominic.Tasson.in pragm.de an-
tephat.vers.3 observ.3.num.233.Reg. Carol.Tap.
de jur. Reg. lib.2. tit.de offic. Magni Cancellar.
num.9.& in tract. de præstantia Reg. Cancella-
ria, tit.de prerogativ. Reg. Cancellar. num. 21.
Paul.Fusc.de visit.lib 1.cap.11. num. 1. Reg de
Curtis in divers jur.feud lib.2. cap.2. num.78.
Reg. Constant. in l. unic. C.de Classicis, lib. 11.
num.16.& 17. Reg. Revert. dec.495. Novar. de
elect.& var.for sect.4.q.58.num.15.Præsul Ricc.
in prax.Eccles.lib.4. resol. 495. & 496. Reg. de
Marinis observation.ad decis. cit. Revert. 495.
num. 1.; ex exteris mem oeruot Cappellaui
majoris Regum, Regiæque Cappellæ Cabedo
in patrim.Reg.Corona, cap.13.Vincent.Tarturel.
de Cappellis, & Cappellanis Regum in fin. ope-
ris.Donat.Chopinus lib 2.de sacr. politic. tit.5.
num.5., io specie de Cappellaoo majori nostri
Regis, ac authoritate ei per Summos Pontifi-
ces indulta, testatur etiam Augustin. Barbos.
in collect.jur.canon.tom.3.in cap.cum cappellan.
num.3, de privileg.

Quod autem in huius Regni Regibus fuerit, ut
& nunc est facultas eligendi Cappellaoum ma-
74 iorem, ostendunt non pauca vetustissima
exempla io tom 2. Reg iur sdiction.in tit.de Reg.
Cappell. major. 3. ubi habetur; quòd, quando
Reges Galli dominabantur huic urbi, aderat
Protocapellanus Regis; qui cæteris Regiis
Cappellanis præerat; sic io ævo Regis Caroli, I.
anno 1262. tempore Regis Roberti anno 1315.
regnantibus Regina Joanna I. anno 1344. Rege
Ladislao anno 1392. Ioaona II. anno 1423. &
Magister Regalis Cappellæ dicebatur, imò, &
antiquiùs, Magno Comite Rogerio Normando
huiusce Regni clavum moderante, anno 1094.
adfuisse hunc Magistrum Regiæ Sacræ Aedis,
observat Tasson. in cit.vers. num.283.in fine.

Circà autem prærogativas, exemptiones, privi-
legia, ac jurisdictionem Regij Capellani maio-
75 ris, eiusque subditorum, nè in longum noster
protrahatur sermo, videndæ omoinò erunt Bul-
læ Summorum, Sacrorumque Pontificum Leo-
nis

nis X. sub die 2. Novembris 1519. Pauli III. sub die 7. Iunij 1569. Gregorij XIV. sub die 3. Aprilis 1591. in quibus fit mentio de alijs à Summis Antistibus expeditis; & de earum plerisque testatur etiam *August. Barbos. cit. loco n. 3.* Et quæ ad rem faciunt quoque nonnullæ literæ transcriptæ in eodem *tom. 2. Regiæ iurisdictionis in tit. de Cappellano majori*; quæ sunt Cardinalis Petri Aldobrandini Camerlingi Sanctæ Ecclesiæ de ordine Summi Pontificis Clementis VIII. altera data sub die 10. Junij 1603. altera verò sub die 22. Februarij ejusdem anni.

Quo verò ad privilegia eidem Cappellano maioris ejusque subditis indulta à Regibus non pigeat videre in eodem *tom. 2.* Regiæ jurisdictioni, transcripta privilegia Regis Alphonsi I. sub die 29. Ianuarij 1445. Reginæ Ioannæ II. Regis Federici sub die 6. mensis Maij 1499. Regis Ferdinandi I. Cæsareæ Majestatis Caroli V. sub die 27. Novembris 1531. insupèr plures epistolas Regum Aragonensium, nostrorumque invictissimorum Austricorum Regum potissimum sub die 3. Jun. 1580. directas D. Io: de Zunica Proregi; necnon sub die 29. Januarij 1503. missas Comiti Mirandæ Protegi; epistolas demùm Proregum D. Petri de Toledo sub die ultimo Januarii 1539. D. Perafan sub die 6. Iulij 1565.

Exercetur Officium Cappellani majoris cum con-
76 silio, & voto decisivo alicuius Regii Ministri, qui a Domino Prorege eligitur, accersitus, vel ex Consiliariis Sanctæ Claræ, vel ex Præsidentibus R. Cameræ. Et hic tùm decreto subscribit; nec non relationes, quæ pro Regio exequatur fieri solent Domino Protegi, tùm etiam in universis actibus iustitiæ administrat iurisdictionem in dicto officio: Antiquitùs appel abatur generalis Auditor, hodiè nomenclaturam fortitus est Consultoris ordinarii, *Reg. Topia de iur. reg. par. 2. in tit. de offic. Magn. Cancell. n. 9. Tasson. in cit. prag. de Antiph. vers. 3. observ. 3. num. 171. in princ., & vers. pro jurisdict.*, ubi ait, quod provocatio à decretis huius Officii fit ad Dominum Proregem: qui pro sui libito, vel rescribit, quod idemmet Cappellanus major assumpto in ea causa altero assessore, in gradu appellationis revideat processum, vel quod pristinus idem ordinarius Consultor in Collaterali relationem faciat; & tunc expeditur à Regni Secretario rescriptum statuens diem dictæ relationis, & ita in dies singulos praxis observat, cum res postulat. Hoc autem ordinarii Consultoris munus mira Excell. Domini Marchionis de los Veles in hoc Regno Proregis eximii, ac vigilantissimi largitas, ac munificentia nupèr in me contulit die 18. Ianuarii 1676., atque adeò illud exerceo: quando antehac exercueram multis annis munus advocati Fiscalis in eodem Tribunali, etiam essem M. C. Judex, præcedente ad hoc Regia dispensatione sub die 27. Maii 1665. Eminentiss. Domini D. Pasqualis Cardinalis de Aragona tùnc Proregis, cuius præstantissima magnificentia me M.C. V. judicem in causis civilibus creaverat sub die 21. Maii prædicti, de quo meminit quoque *D. Altimare ad Reg. Rov. dec. 14. sub num. 4.*

Si quando autem contingat, quod ordinarius
77 huius officii Consultor in aliquam difficultatem incidat, itaut hæreat, & nolit aliquid ex suo solummodo arbitratu definire, consuevit pro libito in Collaterali consilio rem, de qua anceps est, referre, certiorem faciens D. Regni Secretarium, ut pro relatione facienda decernat diem.

Semper verò, ac ordinarius huius officii Consultor refert in Collaterali Consilio, sive referat adeptus ab aliqua appellatione a decretis prædicti officii interposita, sivè ex officii interposita, sivè ex officio, hærens in aliqua dubitatione, ut supra diximus, post factam relatione fert primus omnium suffragium tanquam causæ Commissarius, suaque manu, vel sententiam in processu, vel votum supra processum conscribit; quod deindè sub nomine S. E. eiusque Collateralis Consilij extenditur, ac tandèm post Dominorum Regentium subscriptiones se sententiæ subscribit.

Fungitur igitur huiusmodi ordinarius Consultor
78 jurisdictione, atque authoritate definiendi quascumque, vel criminales, vel civiles, vel mixtas causas, quæ ad dicti Cappellani majoris officium spectant, omnesque iuridicos actus conducentes explendi. Et Cappellanus major non modo tenetur ab actis decretisque ordinarij Consultoris non discedere, ac illis stare, quin adigitur etiàm subscribere omnes actus, decreta, sententias: maneata, præcepta, atque scripturas, quæ ordinarie Consultori videbuntur expedire, absque eo, quod possit nè in minimo quidem ea, quæ Consultor gesserit, minuere, augere, alterare, vel impedire. Omnia enim ea, quæ ad justitiam, aut jurisdictionem pertinent, dependent à voto Consultoris; requiriturque solùm Cappellani majoris subscriptio pro authenticandis scripturis, cum sub eius nomine, ac titulo expediautur; idque adamussim fit juxta morem, & stylum cæterarum Curiarum, tàm Ecclesiasticarum, prout in Tribunali Nuntij Apostolici in hoc Regno Præsidentis, in quo licèt scripturæ, ac decreta proferantur, ac expediantur sub nomine, se titulo Nuntij Apostolici, fiunt tamen, ac subscribuntur scripturæ, ac decreta ab Auditoribus: Quam laicarum, ùt in Auditore generali exercitus, qui Excell. Dom. Proregis Capitanei generalis totius militiæ, Auditor est; & in Auditore Triremium quoad earundem generalem præfectum, idque fortius debet servari in Cappellani maioris ordinario Consultore, qui, & ejus Auditor est, prout habetur in regiſtris officij Cappellani majoris, in quibus semper sunt adiunt verba, maximè in relationibus; *Et udito in ciò il voto, e parere del Regio Consultore N. N. mio ordinario Auditore.* Quod sanè, etsi non servaretur in aliis Tribunalibus, in hac Curia maximè servati deberet; cum non quilibet queat hoc ordinarii Consultoris officio fungi, sed semper est Minister perpetuus, vel à Consilio Sanctæ Claræ, vel à Regia Camera Summariæ accitus.

Non

Non negaverim tamèn, quod si quando causæ in dicto officio agitantur, contra personas Ecclesiasticas, tùnc ratione personæ liti incumbentis, quæ est Ecclesiastica, requiritur in decretis, sententiisvè condemnatoriis imponentibus pœnas, de iure imponendas, non solum subscriptis ordinarii Consultoris, verùm etiam Cappellani maioris, tanquam personæ Ecclesiasticæ in Ecclesiasticam personam.

Et quidem cum de praxi superiùs adducta, dequò Consultoris authoritate foret olim dubium subortum processit circa illud rescriptum S. E. & Collateralis Consilii sub die 13. Septembris 1623., cuius prototypus extat in processu inter Fiscum Regalis Cappellæ Octavium Girardo, ac R. D. Fabritium Ruffo Reg. Cappellanum inquisitum de testium subductione; ex quo apparet decisum in Collaterali, quod actus iuridicos exercere, sententiasque proferre solius sit ordinarii Consultoris; & quod tunc dumtaxat Cappellani maioris requireretur subscriptio, quando lis esset personas Ecclesiasticas.

Tempore autem vacationis Officii Cappellani maioris quomodolibet, etiam si vacet ob eius
79 absentiam: idem R. Consultor omnia mandata, & scripturas quascumque subscribit nomine R. Cappellani maioris, prævio tamen, vel S.E., vel Collateralis Consilii beneplacito; ac scripturarum sportulas, omniaque lucra, atque emolumenta ad R. Cappellanum maiorem attinentia præfato Consultori persolvuntur, donec fuerit facta provisio de alio Cappellano maiori; de cuius rei observantia constat in Archivio Cappellani maioris decreto Reg. Constantii sub die 9. Maii 1603. in reg. vol. 1. fol. 365. ibi: *Sua Exc. mandat, quòd, scripturæ prædicta subscribantur à dicto D. Consultore Marco Antonio de Ponte, servata forma suæ relationis*: & ità ob mortem D. D. Joannis Cespides prædecessoris Cappellani maioris vi rescripti Excell. Domini sub die 13. Novembris 1676. servavi.

Inter cæteras iurisdictiones, quas habet Cappellanus maior, est & illa: quod sit Regiæ publi-
80 corum studiorum Universitatis Præfectus, ita ut non solùm dirigendi studia facultatem habeat, verùm etiam iurisdictionem tanquam iudex delegatus procedendi cum voto sui ordinarii Consultoris contra Lectores omnes, & scholares quarumvis scientiarum, Bidellos, Præfectum cæremoniarum, Apparitorem, vulgo Porterium, omnesque alios dictæ Universitati inservientes pro quibuscumque criminibus patratis in supradictorum studiorum ædibus, & scholis; licet si esset imponenda pœna mortis, vel naturalis, vel civilis, teneatur Consultor causam in Collaterali Consilio referre, ut cavit *Pragm. Ducis Ossunæ Proregis* data sub die 30. mensis Novembris 1616. *tit. de Præfecto studiorum*, quæ inscribitur: *Statuta, & ordinationes pro reformatione Regiorum Studiorum*, de qua, & si non reperiatur inserta in Pragmaticarum volumine, attestatur *Tasso. num citat. tractat. de antefat. vers. 3. observ. 3. num. 271. & Reg. de Marin. ad Reverter. dec.* 495. *num. 2.* de Bidellis in specie sermonem habet *Reg. de Ponte decis. Collateral. 36. num. 2.* vocans eos propriè porterios studii, ideoque subditos Magistro Studiorum, ex *Alex. in l. scriniarios. C. de testam. milit.*, utpote appendices iurisdictionis, sine quibus illa commodè nequiret exerceri; cum censeantur concessa omnia ea, quæ reputantur necessaria ad illius administrationem, per *tex. in l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudic. l. oratio, ff. de sponsal. Bald. in Authen. habita, Cod. ne fil. pro patr. numer.* 35.

Potest vincula conjicere omnes, & quoscumque ferentes arma in ædibus dicti Gymnasij; proindeque potest habere carceres speciales, quibus si careat, utitur carceribus, vel M. C., vel Sancti Iacobi, dummodò sit aliquis carcer separatus ab aliis. Habet etiam suum Præfectum vigilum vulgo *Capitaneum Iustitiæ*, eum militibus.

In iisdem Regiis Studiis, in quibus Capellanus
81 maior præcedit omnibus, & quibuscumque Ministris in singulis functionibus, atque actibus ibi faciendis, adsunt viginti septem Lectores diversarum scientiarum, qui obstringuntur legere à die 18. Octobris, Sancto Lucæ Evangelistæ dicata, usque ad primum Maij.

Cathedræ autem optentur per concursum præ-
82 vio edicto publicando triginta dies ante concursum faciendum, excepta Cathedra Lectoris feudorum, quæ est remissa in arbitrium Excell. Proregis.

Peracto concursu, in electione, seù provisione Cathedrarum facienda, vota habent Capellanus maior, Regentes Regiam Cancellariam, S. C. Præses, Regiæ Cameræ Locumtenens, quatuor Consiliarii antiquiores, qui sunt aularum S. C. Præfecti, Præsidens decanus Regiæ Cameræ, Vicecancellarius Legistarum, & Theologorum, ordinarius Consultor Capellani Maioris, duo Lectores ordinis Prædicatorum, duo Lectores ordinis Sancti Francisci, qui una vice sumuntur à Sanctæ Mariæ de Nova, altera vice à Sancti Laurentii Cœnobio, duo Lectores S. Augustini, qui, & alternatim una vice suscipiuntur à S Augustini majoris, altera à S. Ioannis ad Carbonariam Coventu, duo fratres Carmelitæ, duo itidem è Societate Jesu, & demùm omnes Lectores perpetui, qui legunt in dictis Studiis.

Verum Collateralis decreto sub die 21. Novem-
83 bris 1646. unaquæque ex quatuor Religionibus prædictis mendicantium habet unum dumtaxat votum; PP. verò Societatis tenuerunt id muneris, & nunquam intervenerec; Præter prædictos etiam vigore rescripti S. E. consueverunt ferre suffragium Confessarius S. E., & medicus eiusdem, licet non sit ita per statutum. Quæ quidem suffragia colliguntur in quadam urna numerantur coram Capellano maiori, omnibus aliis prædictis assistentibus, ac sedentibus. Habent etiam Lectores tempore publicarum functionum insignia quædam. Legistæ enim tenent caperretum, & borsam rubeam; Canonistæ caperretum, & borsam prasinam, seù viridem; Theologi caperretum, & bor-

& borlam albam; Medici caperretum, & borlam flavam; Philosophi caperretum, & borlam cæruleam; licet Monachi sint exempti à dictis insignibus; si velint tamen uti, non prohibentur. Ità etiam Scholares, qui in Theatro publicorum studiorum doctoratus lauream assumunt uti debent caperreto, & borla, scilicet legistæ, qui in utroque iure Canonico, & Civili, caperreto, & borla rubea, & viridi & qui in Philosophia, & Medicina, caperreto, & borla cærulea, & flava, ut notatur in *Registr. Capell. Maior. vol. 2. pag.* 369.

Iam verò cum peragendus esset concursus Cathedræ primariæ Philosophiæ in anno 1653., porrectæ fuerunt preces S. E., ut iuberet, quod RR. PP. ordinis Prædicatorum non intervenirent laturi suffragia, tamquam amicissimi eiusdemque Ordinis P. Aloysii de Gratia ad Cathedram concurrentis.

Ac in anno 1674. U. J. Doctores D. Felix Aquadia, & Blasius Cusani concurrentes ad Cathedram Canonum primariam assuerunt suspectũ U. J. D. D. Josephum Pulcharelli primarium in Vespertina Cathedra iuris interpretem, A. M. D. Carolum Pignataro lectorem primarium practicæ medicinæ, ac Joannem Baptistam Bagatta Metaphicę lectorem; amicos, & familiares, imò aliquando commensales U. J. D. D. Scipionis Cassiano concurrentis ad Cathedram Canonum prædictam.

Quamobrem dicebatur in vtroque casu à recusantibus, iurisiurandi religionem tantummodò satis esse, ut consisteret recusatio, neque insuper requiri causam recusationis, eiusque probationem; aut depositum.

Siquidem jura municipalia nostri Regni, quæ ad
84 suspicionem Officialium attinent utpotè à communi iuri civili discrepantia nullum sibi vendicant locum in præfata Curia Præfecti publicæ Neapolitanæ Academiæ, ubi causæ agebantur; proindeque in eodem admittuntur, nullo facto deposito, suspicionum capita, atque ab earum decretis provocationes, citrà pragmaticarum edicta, *Novar. qq. forens. lib. 1. q. 100. & pragm. 5. de suspic. offic. nu. 21. Giazarel. decis. 66. Sanfelic. decis. 287. num. 3. lib. 2. Gypt. ad Capyc. Latta decis. 81. num. 16.* & diximus in hoc *rit. sub num.* 34 *lib.* 2. Jus verò Canonicum, in hoc quod suspicionum causam probatam requirit, *cap. secundò requirit, 41. §. 1. & cap. cum speciali, 61. de appellat.*, non viget in Regno, nisi vigore prag. Ioannæ II. incip. *Item si contingat*, (redactæ, a *Carav.* ad hunc Ritum,) *Marant. par 4 dist. 5. num. 42. vers. hodiè autem in Regno*, quæ iubet servari ius canonicum. Igitur in dicta Curia minimè obtinet ius canonicum quoad indicum suspiciones, cum neque obtineant pragm., quæ ius canonicum in Regno iubent in hac materia servari. Reliquum est; servat ius civile, cum his versetur in foro cæsareo, neque illa ad animarum salutem conducat, in quo casu servaretur inconcusè ius canonicum, *Abb. in cap. 1. n. 1. de nov. oper. nunciat.*

Porrò iure civili causa non est probanda, atque adeò non exprimenda; sufficit enim, si iureiu-
85 rando recusans testetur, à se iudicem suspectum haberi, *Glos. in l. apertissimi 14. C. de judic. vers. recusare, vers. & nota hic, & in l. 4. §. nec illud. ad Trebell. Marant. loc. cit. Bart. in d. l. apertissimi num. 2.*, ibique de communi *Jas. num. 2.*, & alii, quorum vestigiis insistit *Gabriel. Berat. in Specul. visitat. cap. 6. tit. de recusat. visitator. num. 16. cum seqq. Covar.* ità servari dicens, *practicar. qq. cap.* 26. sub initio, subdens satis esse, si iuramentum præstetur in ipso libello ab ipsomet litigatore, absque eo, quod deferatur a iudice, ex *l. vult. C. de iudic. Apicell. de suspic. Official. num. 82. Carav.* in hoc *Rit. num.* 6., & demùm ipsemet *Ritus* disertissimis verbis id ipsum fatetur, ibi *Non obstante dispositione iuris civilis, qua cavetur, quod sufficiat causam suspicionis simpliciter allegare, nec allegans teneatur ad probationem illius.*

Cum ergò in Curia Præfecti publico Neapolitano gymnasio servitur ius civile quoad suspicionis materiam, liquet sufficere, si litigator iuret iudicem esse sibi suspectum, absque eo, quod cogatur suspicionum causas, aut exprimere, aut probare, quod sensisse videtur *Baldaxar. de Angelis* addens ad *Giazarell. d. decis. 66. num. 4.*, cum dixerit nostras pragmaticas æquè non vigere in suspicionibus positis in Curia R. Capellani maioris, atque in ijs, quæ proponuntur adversùs Actuarios, subiiciens, eas solo iureiurando probatas censeri.

Nec refragatur, quod aliqui DD. id demum admittant, si recusandus sit iudex delegatus, non itèm si ordinarius, apud *Seraph. de privileg. iuram. cap. 7.* Namque suffragia ferentes in concursu ad cathedram nullam prorsus judicis rationem exercent, tùm quia iudicis sententia, & scripta, & ab eodem iudice subscripta recitanda sit, etiam si procederetur sola facti veritate inspecta, *clem. sapè, §. sententia, de verb. signific.* ut servatur in Regno *Marant. par. 6. rubr. & demum fertur sententia, num. 12. & 17.*; vota verò in concursu ad cathedram absq; ulla votantium subscriptione clàm feruntur: tùm etiam quia nequirent vota præstare tot Lectores Religiosi Ordinis Prædicatorum, de Monte Carmelo, Divi Augustini, Divi Francisci, &c., cum iudicandi munus sit Religiosis interdictũm, *cap. Monachi 35. caus. 8. q. 1. cap. 4. de Cleric. & Monach.* Quâpropter cum nullo iudicis munere fungantur, consequens est, ut puri censeãtur examinatores ad cathedras concurrentium, proindeq; sinè ulla, aut expressione, aut causæ probatione arceri possunt tanquam suspecti, solo iuramento adhibito, *Seraph. memor. tract. priv. 7. n.* 27. Et si huiusmodi votantes possent iudices nuncupari, forent delegati potiùs, quàm ordinarii, quippè qui non universitatem causarum ad Curiam Reg. Capellani Maioris pertinentium cognoscunt, sed peculiare tantummodo concursus litigium dirimunt.

Quod verò servat praxis in hac Curia est, quod
86 tam Consultor, quam cæteri absque deposito recusantur, prout quando recusatur Consiliarius Consultor primarum, secundarum, ac ter-

tiarum

tiarum causarum Fabricæ S.Petri, ut diximus hoc in ritu sub cit. num.34. lib. 2. & addimus D. Calà in cit. tract. q. 29. num.31. & 35. mei memorem in hoc rit. num.69. lib. 2., & a decretis huiusmodi in causis recusationum admittitur appellatio, neque in eo locus adest regiis pragm. de suspicione loquentibus. At non sufficit ad illos recusandum simplex iuramentum, sed debeot specificè probari causæ suspicionis. Etenim nequaquam verum est, quod, attento iure civili, ad recusandum iudicem, sufficiat sola recusantis voluntas, ut cogitaruot DD. apud Fariaac. in fragm. lit. I. num.883., quia etiam, illo attento, pensitandum est, an recusatio sit temeraria, ao iusta, Marches. de commis. par. 2. c.8. §. 1. num.21. Formosin. in cap. si quis contra, 4. de for. compet. q.4. num. 5. F. Petr. Maria Passerin. in prax. formandi, process. q. 3. art. 5. num. 95.. & alii apud Farinac. num. 884 Nam non redoleret iustitiam si recusatio fieret sine causa: & esset temeraria si penderet ex una voluntate recusantis, eaque quamplurimis fraudibus obnoxia.

Et nullus assignari poterit text., in quo excludatur de iure civili necessitas proponaodi, & probandi iustam subesse causam, & affirmetur sufficientia iuramenti de calumnia; sed ut ex Pacian. de probat. cit. lib. 2. cap. 45. num.68, refert Farinac. in fin. num. 886. usu communi receptum fuit, ad arcendam calumniæ suspicionem, & recusationem, ut recusantes iuramento obstringi teneantur, Seraph. mem. privil. 7. num., 2. & 8. de Laurent. de iudic. suspect. cap. 5. num.17. Hic igitur usus interpretari debet servata iuris naturalis æquitate, quæ non patitur, ut iudices ex solo partis iuramento removeantur sivè ij sint ordinarij, sivà delegati, in quibus effulget magna iustitiæ præsumptio, potissimùm in delegatis ad universitatem causarum, qui ad instar ordinariorum censentur, Jas. in l. apertissimi nam. 3. & in l. fin. num. 10. C. de iudic., & ibi Bald. num.6. Ruyn. cons. 60. num. 12. lib. 5. Gratian. discept. cap. 100, num. 3. Marant. in specul. par.4. dist.5. num. 42. Scacc. de iudic. caus. civil. crimin. & haret. cap. 66. num.13. Farinac. lit. I. num. 739. Ab Eccles. observat. forens. 73. num. 3. propterea Apicell. de suspic. Official. num. 74. vers. sed adverte, ait, hodiè oppositum servari, ut etiam delegatus particularis nequeat recusari absque causæ cognitione.

Quio stricto iure, videntur illi, esse iudices or-
87 dinarij, ex Bart. doctrinam io l.2. §. data, ff. de option. leg. l. ambitiosa, ff. de decret. ab ordin. faciend. ac in l. 2. §. fin. C. ubi, & apud quem; quibus in locis petit Bar. qualiter cognoscatur an quis habuerit ius eligendi per modum iurisdictionis ordinariæ, vel delegatæ, & distinctione utitur, aùt demandatur ipsis personis unus actus tantùm, ut puta electio præsentis potestatis, vel factum particulara inter certas personas, vel de certa re, vel aliqua causa inter certas causas, & tùnc sunt iudices delegati; jurisdictio enim ordinaria non conceditur in re certa, vel in casu particulari, l. certarum, de testament. tutel. si verò committitur universaliter, utputa, quod Priores semper possint eligere Potestatem, vel super alio negotio universali, vel super quadam universali administratione, & tunc dicuntur judices ordinarii, quia jure proprio videtur concessum jus eligendi, affert exemplum io mem. §. data. in Doctoribus, qui (ait) sunt judices ordinarii, & in cit. l. ambitiosa iterùm dat exemplum in Doctoribus, quibus est concessa jurisdictio in scholares, & inquit, sine dubio est concessa jurisdictio ordinaria, quia universaliter eis conceditur, secùs si particulariter, & hoc confirmat. Bal. adamussim in Auth. habita, C. ne filius pro patr. num.96. Verba in statutis studiorum. par. 2. tit. 27. diriguntur ipsis votantibus jure proprio, non autem ut nudis ministris, vel delegatis, quorum valor ab authoritate statuti dependet, ibi: Item sacaricamo la conscienza à tutti li sopradetti votanti, che con molta rettitudine giudichino, conforme la giustitia, che teneranno gl' oppositori. Undè Bar. in add. §. data. num.7. adverteoda sunt verba, mone., statuti dantis potestatem, quandoque sunt expressa, quæ dicunt, concedimus talibus jus eligendi, nec ulterius limitat, & tunc potestate ordioaria, sed si dicat eligimus, quem nomioaverit talis, & tunc delegata, quæquidem ordinaria in dubio concessa censetur, post alios Merol. to. 3. disp. 7. de jurisdict. cap 2. q.1. num.31. Menoch. de præsumpt lib. 2. præsumpt. 16. in num. 8., cujus Menoch. dictum num.31. cum scilicèt à Principe privatæ personæ demandatur certum genus causarum, effectus delegatus præsumatur, aliquid non officiis innititur enim Bar. authoritati in l. more majorum, ff. de jurisd. omn. judic. ubi ejusmodi Menoch. propositio non legitur, sed oppositum. tùm ibidem, tùm citatis superiùs in locis: minusque Menoch. suffragatur illud de syndicatore, cum à Bar. in cit. §. si C. ubi, & apud quem, non alitèr certum genus causarum, nec certa administratio, sed determinata causa committi dicatur illi syndicatori, & propterea quamvis certum genus causarum Tribunali R.C. demandatum sit, non proindè illius Præsidentes sunt delegati, sed ordinarii, Reg. Reverter. decis. 7. Reg. Galeot. responsor. Fiscal. 1.

Maximè cum unus sine alio cognoscere possit: alio defuncto non expirat alii jurisdictio, quæ eorum morte non extinguitur, sed transit ad lectores successores, quod delegata non patitur jurisdictio, sed duntaxat ordinaria l. Pomponius, §. si uni, ff. de re judic. cap. pen. de offic. deleg. l. judicium solvitur, ff. de judic. Merll. cap. 3. dub. 1. num. 8. & cit. quæst. 1. num. 34.

Proindeque in memorata recusatione proposita
88 in anno 1653. adversus PP. Dominicanos fuit perspecta causa, factaque relatione in scriptis per Cappellanum Majorem cum voto sui ordinarii consultoris Excell. Domino, referente Ill. Marchione Torelli Reg. Hectore Capyco. Latro, fuit provisum, quod, RR. PP. oppositis non obstantibus, interveniant.

Et in altera proposita à D. Felice Aquadia, &

89 Blasio Cusano, porrecta instantia Cappellano Majori, ab eo cum voto olim D. Consiliarii Francisci Rocco sui ordinarii Consultoris, dato termino, prævio decreto lato sub die 17. Februarii 1674. provisum extitit, quod, *prædicti Pignatarù, & Bagatti intervenirent in votando, excepto D. Josepho Pulcharelli, stante interesse D. Felicis Aquadia.* A decreto prædicto appellantibus iisdem Cusano, & Aquadia ad Excell. Dominum Proregem, fuit causa prædicta demandata eidem Majori Cappellano, cum voto D. Consil. Ill. Ducis Campimele D. Trojani Mirobällo Consultoris in hac causa tantùm; atque impertito termino ad non posita ponendum, & non probata probandum; illoq; compilato, decretum latum cum voto prædicti Regij Consiliar. Rocco ordinarii Consultoris fuit revocatum, & proindè mandatum, quod, *præfati Pignatarus, & Bagatti non intervenirent.* Commissa posteà causa ad instantiam eorundem Cusano, & Aquadia in tertia instantia, pro confirmatione decreti lati per D. Consil. Mirobällo præfato Cappellano Majori, cum voto Spect. Præsidis S.R.C. Consultoris deputati in hac causa duntaxat, sub die 24. Octobris 1674. fuit confirmatum scitum postremum. Denique, cum peteretur revideri causam in Collaterali Consilio, ejus arresto sub die 5. Novembris 1674. fuit mandatum, quod, *in ea causa imponeretur perpetuum silentium.*

Post litis decisionem, Cassianus prædictus allegavit suspectos P. Seraphinum Rossi Regen-
90 tem Sancti Dominici, & A. M. D. Dominicum Bonincontri Lectorem primariæ Theoricæ medicinæ, & ambos votantes in eodem Cathedra primaria Canonum, primum, ob publicationem ejus voti pro U. J. D. Blasio Cusano concurrente, secundum tanquam amicum, familiarem, adeoque partialem eorundem Cusano, & Aquadia, ostensâ eisdem in suspicionem adductis comparitione, negaverunt ita esse; & vigore decreti præfati Majoris Cappellani cum voto Consil. Rocco sub die 8. Februarii 1675. fuit ordinatum, quod, *intervenirent in votando, non obstante recusatione prædicta*; quod fanè decretum, in gradu appellationis cum voto Spect. Reg. Marchionis Latertiæ Consultoris deputati in prædicta causa tantum, sub die 5. Aprilis ejusdem anni fuit confirmatum; ut ex processu dictarum causarum existente in Archivio Capellani Majoris penes Joseph Lanza benemeritum actorum Magistrum ejusdem Curiæ.

Hæsitatum quoque novissimè fuit in S. C. num Curator, datus à judice patrimonio decocto, possit uti suspectus removeri, expetentibus
91 nonnullis creditoribus, juramento dumtaxat adhibito, causa non probata. Etenim, dato curatore patrimonio D. Dominici Castriota Baronis Parabiti U. J. D. Paulo Seraphino, Archiabbatissa Monasterii Monialium Sancti Petiti, tresque alii creditores, deduxerant suspicionem in illius personam, cum jurejurando & decreto S. C. die decimo Decembris 1677. referente D. Consil. D. Antonio de Silva, fuit datus alius Curator, at abnuentibus cæteris creditoribus, re pleniùs in Senatu discussa in gradu reclamationis, eodem relatore, cum interventu Spectabilis Præsidis, die decimo Januarii præsentis anni 1678. prodijt arrestum *Visa supplicatione, & inhæreatia creditorum Suspenso decreto lata sub die 10. Decembris elapsi anni. Magnific. U.J.D. Paulus Seraphinus continuet curam ejusdem patrimonii.* In Banca Dominici de Martino. Decretum enim judicis curam irrevocabilem, constituit, quo stante, variatio temerè fieret, *l. eos, §. final. C. de moda. mulct.*, quo textu suffulti *Jacob. Butrig. & Bayn. in l. si cum procuratorio nomine, §. Julianus, ff. de procurat.* tradunt, confirmat *Castrens. ibidem, num. 4.* potentiorque, ac efficacior est actus, ubi decretum assistit, *l. 1. C. de prad. cur. lib. 10. l. lex, qua tutores, C. de adm. tutor.* Conferunt *tex. in l. cum semel, ff. de tutal.* quem refert *Reg. de Ponte cons. 96. num. 14. tom. 2. in l. final. ff. de cur. bon. dand.* quem adducit *Stracc. de mercat. p. 7. tit. de decoct. num.* 8. potissimùm lite contestata, ut explicat *Gl. in cit. §. Julianus, lit. B.* quem exornant *Decisio Rota 14. in antiquis, tit. de procurator. decis. 4. in noviss. & decis. 145. p. 1. in noviss. Puteus dec. 115. sub num. 26. & decis. 167. lib. 3. Virgil. tract. de legit. person. cap. 7. num. 11. Boer. dec. 285. num. 4. & dec. 347 n. 3. cremens sing. 114. Rota Pisana decis. 194. Guid. Papa sing. 421.*, quam quidem litis contestationem in judiciis, etiam exequutivis quilibet actus, ac contradictio, respiciens merita causæ, efficit, *l. 1. C. de litis contest.* potissimum in Regno, scripsi *in rit. 48. ex num. 4. lib. 1. & rit. 248. ex num. 23. lib. 2.* tandèm ità decisum in beneficium curatoris, recenset *Thor. compend. dec p. 3. sect. 1. verb. Curator datus*, necnon in causa propria *Giovius ad Reg. Capyc. Lat. dec. 133. ex num. 4. lib. 2.* id quod decrevit Senatus Pedemontanus, dum censuit, inimicitiam esse justam causam removendi curatorem, datum minori in litem, nè partem ex adverso cavillationibus vexaret, apud *D. Jo. Anton. Ab Ecclesia 72. num. 13. lib. 2.* advertentem, ob id licere quoque reculare advocatum, & procuratorem partis adversæ ex *Valasc. cons. 114. n. 5. & Mastrill. dec. 214. n. 15.*

Proindèq; nec procurator electus poterit volun-
92 tate constituentis revocari, contestata lite, absq; causa, *c. 2. de procurat. in 6. l. quod quis & l. post litem, ff. de procurator. l. procurator. l. procurationibus, ibi Bald. C. de procurat. Cappella Tholos. decis. 277. Bald. dec. 94. Maranta in l. si actor, num 5. ff. de procur. num. R Rovit. in prag. de procurat. num. 35. Ricc. Collect. 1132. p. 4.* & dixi *in rit. 105. num. 15. lib. 1.* de qua causa poterit, & oretenus jus dicens certior reddi, & in ea ejus arbitrium satis versari potest, potissimùm in curatore, qui cum suas adimpleat partes, odio habetur à creditoribus, & tanquam inimicus existimatur, ex dictis à *Bar. in l. post legatum, §. iis verò, ff. de iis, quibus, ut indig. Add. ad Abb. in cap. cum P. Manconella, de accus. Mierea in Const. Cathal. tom. 2. collat. 10. cap. 19. num. 17.* & notat, *Barthol. Taegius in tract.*

tract. var.crim.p.14.num.41. Nàm aliud levioribus ex causis dicendum, quò ad procuratorem ab ipsomet principali constitutum, cujus suspicionem sola pars adversa revocationem impedire, aùt excludere, affectans, gravat; ut perpendit adamussim *De Laurent. de judice suspect.cap.6.ex num.45.* multa ad rem subnectens; quapropter *Ludovic.Roman. sing. 371.* post restrictiones traditas regulæ, illum revocari non posse post litem contestatam, notat in hujusmodi revocatione non requiri solemnitatem judiciorum, ex *Glos.*, quam singularem præconizat, in *l. in causæ, §. hac autem cognitio.verb. Prætoris, ff. de procurat.* ut meritò milliès servatum vidisse, validam habitam revocationem, etiam lite contestata, parte ex adverso non contradicente, clamat *Gallupp. in prax.S.C.par.2. cap.8. num. 32.* Ante verò litem contestatam pro libito poterit procurator revocari, etiam si fuerit auctoritate Judicis confirmatus; cum partium voluntas operetur, quod interventus Judicis non faciat actum irrevocabilem, qui alias de sui natura est revocabilis; Confirmatio enim imitatur naturam confirmati, *l. omnium, C. de testib.* Non sic si auctoritas Judicis sit adhibita in constitutione illius ex necessitate, hac distinctione utuntur *Bald.in cit. §.Julianus, num.1.in fin.Gratian. discept. forens.cap.909.num. 15. vol.5., Golin. de procurat.par.3.cap.5. ex num.* 105 Quin, & revocari poterit, etiam si fuerit perpetuò constitutus solemnitèr, & sub pœna non revocandi, jurisjurandi quoquè adhibito vinculo, *Magon. decis.Lucens.25. num. 69., Mastrill. de Magistrat.lib.1.cap.27.num.5. tom.1.Balb. dec.*499. *Reg.Galeot.lib.1.contr.* 60. *num.* 1. decisum refert *Golin. cit. loc. num.* 121. ipse in *ritu* 107. *lib.1.& de Mariu.lib.2.cap.*174.

Hinc cum in anno 1676 fuissent electi duo pro-
93 curatores, qui vacarent litibus arrendamenti vini ad minutum, in anno 1677. alter illorum primo tamèn electus, prætextu reformationis salariorum, fuit à novis Gubernatoribus revocatus, & ipso instante manuteneri coram Excellentissimo Domino, ab eodem mihi uti Delegato arrendamenti prædicti; præstantissima ejusdem Princip a munificentia electo die 29 Julii 1676. fuit demandatum, ut de justitia providerem; factaque à me relatione in Sac.Consilio, provisum extitit die 17. Decembris 1677. *Intimetur petitio Mag.Gubernatoribus, & interim continuet, & contra formam conclusionis initæ sub die 13. Maji 1676. nihil innovetur*, & contendentibus Gubernatoribus, illum esse removendum, & confirmanda ab ipsis gesta ob utilitatem consignatariorum, mandatumque de jure esse durabile solùm ad ipsorum Gubernatorum constituentium beneplacitum: maximè cum ipsis tributa fuerit facultas creandi, & mutandi officiales arrendamenti ad nutum, vi transactionis habitæ cum Regia Curia, & Regiarum pragmaticarum, potissimùm illius emanatæ die 31. Martii 1676. quod arbitrium minimè tolli potest: ad lancem pluriès revocata causa, cum interventu Spectabilis Præsid.s, me relatore; die 28. Junii 1678. manavit scitum, quod, *liceat Gubernatoribus constituere procuratorem ad eorum libitum*, penès actuar. prædicti arrendamenti

Habitum fuit pro vero, esse ante litis conte-
94 stationem mandatum revocabile ad libitum mandantis, *l cum precario la prima, ff.de precar.Abbas in cap. finem. litibus, de dolo, & contumacia, Mangin. de effect. jurament. par. 4. effect.22.num.11.Costa de retrotract.cas.13. cap. 8.num.9.Henric.Bover.sing.26. vers procurator, num.22. Marcus Mantua sing. 543 num.1.* ut, cumque præscribatur, quidquid dixerint, non posse constitui ad diem, vel cum conditione, eo quod datio procuratoris actus legitimus sit, ut putant *Hottoman.illustr.quæst.32.* ac *Cujac. lib.15.cap.16.*& actus legitimi non recipiant neque diem, neque conditionem, *l. actus legitimi 77.ff.de regul. juris.*

Fuit etiam perpensum, arbitrium præconizatum
95 à Gubernatoribus, impartitum à pragmaticis non esse illud absolutum, quod residet in Principis potestate; hoc quippè non fuit, nec præsumitur concessum; est enim illud absolutum Regaliæ Supremæ, quæ vel nequit omninò conced, *l.si optio. ff qui, & à quib.*, vel saltem non censetur concessa in dubio, ex *Luca de Penna in l.fin.C. de privatis Schol. Paris de Put. de Syndic. fol.11. num. 8. Molin.de jurisd. tract. 5.disp.6.in princip.vers.illud observandum est, num.3. Gomez l.40 Tauri, num. 16.Cacheran. decis.29 num 5 & decis.261.num.12 Afflict.tit. quæ sint. Regal.verb. & bona com mittentium, num.21.& 22.P.Fragos.de regimin.Reipub. p.1. lib.3.disp.5.num.28.vers.sed quæres.* Sed conceditur arbitrium, quod est regulis juris conforme, illisque coercitum, *l fin.§ si in computatione.*ubi *Gl.C.de jur. deliber. Alex. cons. 65. num.2.vol.1.*inquiens, liberi arbitrii concessionem subesse iis, quæ à jure sunt sancita, nisi expressè aliud diceretur, *Maraut.de ord.judic. par.4.dist.1.num.56.* Regulariter enim non debet liberum arbitrium ab iis, quæ jura disponunt, discedere, *l si. ff.de probat. Marsil practic. crim.§.diligentèr num.24 tit. de Bannis. n.18.* Nàm dicendo facias, ut tibi videbitur, idem est, ac si dicatur, facias arbitrio boni viri, *Menoch. de arbitr.judic.quæst.8*, nempè judicis, cui incumbit jura utriusque partis, ac justitiam prospicere, quod expressè voluit *mem prag* dùm in amotione exquirit scientiam delegati, quod idem est, ac dicere, fieri causa cognita absque alterius injuria.

Quin, ut S. C. Actorum Magistri non remo-
96 veantur jurejurando adhibito, nisi propositis, & discussis capitibus suspicionis, prout de Scribis à mandatis, & Cancellariis scribunt *Reg.Rovit.*& alter *Reg.Sanfelic. à me laudati in hoc rit.in hoc rit.ex num.* 89. *lib.* 2. decisum à Collaterali Consil.iodicat *add ad Affl. in const. Justitiarii per provincias*, & demum per S.C. legi anno 1609. in suspicione allegata per Ill. Principem Scillæ in personam Fabritii Romani, necnon confimant *Thor.in supplement. compend.verbo magistri p.391.Anell.de Sarno in prax.civil.p.3.de judic.suspic.pag.43.*, quod obtinui

tinui in actorum magistro Curiæ Regii Cap-
pellani Majoris, in qua Fisci partes tuebar; id-
què servari in Avenionensi Urbe scribit Tan-
dut.de pravent.cap.26. num.3. In Regno Sici-
liæ Giurb.observat.95.memor Carav.in hoc ritu,
& concinit jus commune, teste de Laurent.de
judic.suspect.cap.6.num.3. Castill. dec.13. num.
14.Baron.de effect. inim. effect.116. ex num.91.
Rota in Romana electionis Notarii die 14. No-
vembris 1611. coram Ubaldo, apud Marches.
de commiss. p.2. cap.8. post §.1. Jo: Bapt. Spada
consil.197.num.12.tom.2. Milan. dec. 51.lib.1.
Ricc.collect.770. & extendit ad M.C.actuarios
Thor.in supplem. compend. verbo Actuarius, &
in eo Tribunali servavi, quod si causa actite-
tur ab Actuario tanquam Scriba, removea-
tur absque juramento, simplici dumtaxàt par-
tis petitione, instar scribæ.

De Examinatoribus, seù commissario destinato
97 ad testium examen indicavi in cit.num.89. ex-
tat pragmat.77.num.10.de offic. S.C. quæ est 4.
de dilat.& de illis sermonem habent. Farinac.
pract.q.78.num.123. Gaazzin. cap.10. num. 2,
Phab.decis.77.num.5.Prosper.Carav.in rit.157.
num.13.Gayl.observ.33.num.7.lib.1.Boer. decis.
258.num.7. Purpurat.cons.105.num.12.& 590.
num.9.Afin.in prax.judic.§.14. n.26. Mastrill.
decis.151.num.90.Gratian.discept.200.num.5.
neque illum adversus, qui juret Commissa-
rium habere suspectum, admitti probationes,
docet Menochis de arbitr.cas.202. num.36.Rota
in decis.noviss.604. num.1. par. 4. adeò ut, si
nullo habita in pretio recusatione, fuerit exa-
men sequutum, nullum erit Farin. quæst. 77.
Gratian.cit.cap.100. num.53. In criminalibus
verò causis ad sumendas informationes Com-
missarius, si fuerit datus suspectus, desistere
non tenetur, minimeque attentare dicitur,
cum hoc agat, nè delicti pereant informatio-
nes, ex Fabri monitu lib.4.C.de probation. defi-
nit.37.quem laudat Riccat.de statu homin.tom.
2.tit.de magistr.Notar.Statu c.1.pag.452 lit.G.

De calculatoribus Donad.par.2.de renunc.cap.39.
98 ex num. 26.De mero exequutore Thom. Vaz.
alleg.96.num.10.Carocc.excep.120. num.3. Ba-
ron.cit.eff.116.num.93.& dixi sub cit.num.89.
quidvè si in exequutione vertatur, cognitio
alicujus quæstionis, Phab.par.1. arrest.13. &
arrest 71.Ignat.Pereyr.de revis.cap.60.num.9.
& 10.P.Pereyr.in promptuar.jurid.verbo, su-
spectus, num. 1584.

De Consultore, & Assessore, ut solo juramen-
99 to, causa non expressa, removeatur post alios
meminit Fermosin. in cap. si quis contra 4. de
foro compet. Borrel.p.1.summa dec.tit.6. de ju-
ram.n.221.Vio.dec.363.Dana.tit.de pugn.DD.
tom.1.de offic.actuar. n.8.Cons. Staib.cit. observ.
110. num. 36. tom. 2. Etenim assessor Judex
non est ordinarius, sed ad judicis ordinarii
datur supplendam imperitiam, & de illis nulla
fit in pragm.mentio, proindèque non facienda
extensio, ad text.in l.Papinianus,ff.de min. &
sic respondi in consultore ordinario, & paten-
tibus litteris à Barone declarato.

De assessore, seù Consultore Principis Cabed. p.1.
100 decis.64.num.4. Castra in prax. par. 1. lib. 3.
cap.19 num.21.Pereyra cit. quæst.60.num.11.
Cùm enim boni Principes uti obstringantur
optimis consulentibus, Facel. de rect. admin.
justit.Princip tract.3. cap.3. num.32. convenit
posse recusari Consiliarios suspicioni obnoxios,
nè fortè accidat, quod unde Princeps bonam,
rectamq; vult deducere sententiam, sinistrum
fallax, ac recusanti perniciosum consilium
recipiat: malum namque Principis Consilia-
rium deceptorem præconizat Summus Anti-
stes in cap. quanto in princ. de jurejur. Magon.
de rect.patroc.rat.p.2.cap.44.num.2.

Arbitri verò, quod recusari valeant, differit
101 Phab.dec 79. num.13. par. 1. & decisum no-
tat Pegas ad ordinat.Portugal.lib.1.tit.14. §.3.
glos.5. ac notavimus in hoc rit. num.85. lib.2.
& fusiùs infra versic. Arbiter verò tractabi-
mus.

Syndicatores quoque vulgò appellati, qui offi-
102 cialibus præsunt, dum administrati publici
officii rationes reddunt, solo juramento re-
moventur, Paris de Puteo de Syndic. verba,
suspicia, cap.1.num.1.Gaazzin.cap.19. n.56.
Baron.de effect.inim.cit.effect.116. num 64.&
tom.3.de citat. ad singul.27 sub num.1.

De suspicionibus officialium Baronum, ùt illas
103 cognoscere valeant, tam ipsi Barones, quam
Regii officiales, prælatione illi data, coram
quo priùs proposita est, post alios à nobis ad-
ductos in hoc ritu num.76. loquitur Scialoy.
de foro competenti, cap.9.num.41.reprobatque
Carav. hanc potestatem privativè regiis Mini-
stris tribuentem, cujus plenam alteræ opinio-
nem insequuntur de Leonard.in pract.offic cap.
14.num.19.& Marcellus de Vulpe in prax.judic.
for. Eccles.cap.25.num.25. necnon de Bellis in
add.ad rit.263. quem refert Ricc. collect.1012.
in quo proponitur suspicio coram Regio Su-
periore, ea militante, remittitur causa ad Ba-
ronem. jussu, ut causam alteri deleget, Carav.
in hoc ritu num.24. Scialoy.add.loc. num. 211.
& si sit suspectus Baro? Capibl.de Baron. prag.
8.num.9.lib.1.Reg.Capyc.Latro dec.90. R. San-
fel. dec.63.num.32.Baron.cit.effect.116. n.94.
& sing.98. num.4. & videndus Curt. Jun. in-
tegro cons.2.

Causas suspicionum ad duo principia reduci,
104 nempè ad Amore, & Odium hoc in rit.
num.104.lib.2. insinuavimus; nosque citant
D.Altim. ad Rovit. cons.2. num.2. lib. 3. & D.
Cons.D. Io: Chrysostamus Vargas Machaca Consi-
deraciones practicas para el sindicado de la ju-
sticia de Aragon lib.1.p.5. consid.11. num.6. in
fin.& consider.41.num.18.& minùs rectè tertia
species additur, nempè causa indifferens, non
odii, nec amoris; nam in iisdemmet causis
indifferentes est affectio, & odium, Rebuff. add.
tit. de recusat. art.14.gl.una,num.38.pag.165.
sub quibus principiis omnes causæ subnectun-
tur, etiam à jure non expressè, sed similes,
majores, minoresque, Innoc.in cap.cum specia-
li,num.4.de appell.Imola in cap.postremò,eod.tit.
num. 3. & alii apud Farinac. in fragm. par. 2.
verbo, judex,num.802.Menoch.de arbitr. lib.2.
cas.152.num.2.Thascus verbo, suspectus, concl.
908.num.15.Basilicò dec.11.num.11. lepidà ob-
ser-

servans ex *Carrafc.ad leger Recop.cap.9. de cauf.*
*recusat. num.*132. quod si singulæ causæ haud
sufficerent ad legitimam Judicis recusationem,
conjungi possint ad causam sufficientem suspi-
cionis, confestque *cap.accedens,ut lit.non cont*
*test.*ubi *Glof.* ex regula, ut quæ singula non
prosunt, unita juvent in *l.necnon,§. si quis sa-*
pius,ff.ex quib.cauf.major.& *Reg.Galeota lib.* 1.
*controv.*39. *ex num.* 49. probat odii vel amoris
causas per conjecturas induci,&sufficere,*Larr.*
*p.*1.*dec.Granatenf.*48. *&* *p.* 2. *alleg. fiscal.*118.
*num.*2.advertens, cautè omni jure sancitum,li-
tigatores, qui nimiò plùs ærumnis litium ve-
xantur, ultrà à Judice non vexandos, & Præ-
ses Aragoniæ *D.D.Cristophor. Crespi de Valdau-*
ra observ.jur.observ.9.quæst.7. num. 53. *tom.*1.
notat, quod cum sit sufficiens cruciatus in-
certa alea judicii, non sit alius eis addendus,
periculum scilicèt, si suspecto coram Judice
litem agant, id ante ipsum scripsit *Petr. de*
Gregor.in syntagm.jur.univ.par.3.lib.49.cap.3.
*num.*29.insequitur *Ab Eccles.observ.forens.* 72.
*num.*2.*Illico Umm.in processf.judic.thef.*1.*num.*
63. *pag.* 40. monens, non tam facilè judicem
recusandum esse, si in probanda suspicione
succumbatur, cum offensus reddatur, etiam
si, esset alter Cato, scribit *Cafar.in Specul.qq.*
*peregr.q.*13.*num.*4. Solent enim quidam Judi-
ces ægrè ferre, si suspicionis labe laborare, di-
cantur, allegat *Ummius Cuvalos q.* 347. *An-*
frer.de suspic.num. 47.& diximus in hoc *ritu*
*num.*73.*lib.*2.addimus *Novar.tom.3 de gravam.*
*Vassal.grav.*33.*num.*4. Re autem vera Judices,
qui nihil sibi conscii recusantur, non debent
molestè ferre hoc ipsum, quod recusantur;uti-
tur enim pars jure suo, remedioque à jure im-
partito, *cap.quod suspecti 3.q.5. Glof.in cap.ad*
hoc,de rescrip.Farinac.citandus num. 918. *Cre-*
spi obser.9.num.49.Ramon.consil.3. num.37. &
89.

Simplex enim recusatio nulla nota judicem inu-
105 rit, si culpa absit. Imò debet,quando insons
recusatur, gaudere. Quis enim non gaudeat,si
aliquo prægravi onere levetur? quis non sua-
tur, si quò minus ingerit se homo in hujus
seculi negotiis, eo leviori judicio judicabitur
à Deo? ut advertunt *Paris. conf.*31. *num.* 89.
*lib.*1.*Farinac.in fragm. crimin. p.a. num.*919.
in fin.

Propterea faciliùs removetur Judex, quàm te-
stis, *Petr.Gregor.cit.cap.3.num.4.Crespi add.ob-*
106 *ser.9.num.67.Carafc.ad leg.Recop.cap.9.num.*
60.& scripsit *Ossualdus in notatis lit.G.cap.*25.
*lib.*17. *commentariorum Donelli* his verbis.
Generaliter omnem justam causam rejiciendi
testem, ea justior circa judicem ob certius pe-
riculum testis enim solum testimonium depo-
nit judex ex animi sui sententia judicium
fert.

De recusationis causis pertractant *Pax Scala de*
107 *consil.Sapient.lib.*1.*cap.*19. *Trentler disp.*12.
*th.*12.*Papo ad consuetud.Burbo.tit.de jurisdict.*
§.7.pag.26.Publicius ad consuet. Avern. tit. 5.
*art.*1.*pag.*13.*Bellacomb.comm.opin.lib.*3. *tit.*1.
*num.*146. *Mastrill.dec.*151.*Christin.dec.*148. *&*
seq.tom.2.Barbof.in remiss.ad Ord.lib.3.tit. 21.
Peres in l.1.tit.5.lib.3.ordin.Farinac. in fragm.
2.*p.lib.6.num.777.Donell.lib.17. comm. cap.* 25.
& ibi *Ossuald.lit.A.Giurb.dec.* 27 36.48.54. 99.
*obser.*95.*& conf.*9.latè ad materiam *Fermosin. in*
*cap.si quis contra,de foro compet. qu.*1. *& seqq.*
*usque ad fin.cap.Ricc.collect.*83.445. 770.1526.
1612.1747.2118.*&* 2668.*Marant.in spec.p.6.2.*
act princ. ex num. 24. quadraginta enumerans,
Cacher.dec.84.Farmbser.1.pract.obser.tit.4.obs.6.
Jacob.Cujac.lib.6.obs.10.ex num,180.P.Passerin.
cit.loco Ab Ecclesia obser.forens.72.lib.2.

Sub primo clypeo amoris principalem locum ob-
108 tinet proprium interesse, de quo judicare
nemo valet, ne partis quidem accedente con-
sensu, *Gl.in rub.ff.ne fidejuss.dot. dentur. Georg.*
*Obrechti de jurisdict. lib.3. cap.9. num.*20. *Reg.*
*Sanfelic.dec.63.num.2. lib.*1. vel existente con-
suetudine in contrarium.*Rebuff.in l.qui jurisdi-*
ctioni n.3.ff.de jurisd.omn Judic. Obrechti c.tat.
*num.*3. rejecta opposita sententia, *Alex. conf.*
13.*num.*10.*vol* 6.*Natta consil.*294.*num.*2.*Graf.*
*except.*24.*num.*74.*Petr.Garz.àTalota dicto* 588.
*Bajard.ad Clar.§ fin.q.35.num.*33 conferuntque
exarata à *R.Rovito in pragm.1.num.7.& prag* 8.
de suspic.offic.Capibl de Baron.tom.1.prag.3num.
242.*Reg.Sanfelic.dec* 85 *num.*5. *Ricc.collect.de-*
*cis.*2116.*Cancer.var.resol.lib.*1. *cap.*21. *num.*38.
*& Mastrill.dec.*151.*num.*6.

Neque cognoscit,quando suum vertitur commo-
109 dum circa sportulas, à *Toleto dicto* 406. sicu-
ti nec Prælatus in causa suæ Ecclesiæ *Marant.in*
specul.p.6 act.2.num.51.Guazzin.ad defens.reor.
defin.1.cap.21.num.17.& 38. *Capyc. dec.*137. *in*
*princ.Reg.Sanfelic. decis.mem.*63. *num.*3. ac de
*Grass.excep.*24. mirifica distinctione utens.Car-
ceri mancipari facere non potest suum priva-
tum debitorem per ejus militem, *Caball.resolut.*
*crimin.cas.*128. *num.* 3. *de Angel.ad Foller. in*
*prax.crim.Rub.fiat relatio nuntii, num.*49.per-
sonis privilegiatis minimè licet curiæ forum eli-
gere, in qua ejus nomine jurisdictio exercetur,
*Monoch. de arbitr. judic. cas.*66. *num.*48. *lib.*2.
*Covar.pract.qq.cap.7.Novar.de elect. fori, sect.*4.
q 53.*tom.*1.

An autem Judex pœnis afficere possit eum, qui
110 sibi injuriam facit, affirmativè resolvunt *Mo-*
*noch.cas.263.num.9.Bovadill.tom.1.lib.*11. *cap.*
16.*num.*140. si pœna sit legalis, & certa; sed
cautelam adjungit *Xamarro*, quem laudat
*Reg.Sanfelic.decis.*63. *in add. Consil. Carleval.de*
*Judic.lib.1.disp.2.num.*798.latèque *D.Jo:Mi'na-*
na Miscell.jur.assert 56 *ex num.*13 & de injuria
notoria facta famulo judicis, ut ipse cognoscat,
disponit jus Regni in *cap.*119.& notat *Marant,*
in Rubr.& pervenitur aliquando per viam in-
quisitionis, num. 161. & de delicto patrato ab
Officialis famulo, sive intuitu officii, sive ex-
tra, ipse sit competens Judex, indicant *Clar.*
*pract.crim.§.fin.q.35.Capiblanc.de Baron.tom.*2.
verbo remissio, & de familia judicis delegati
delinquente,sermo est apud *Boer.dec.*9. *Bajard.*
ad Clar.§fin.q.38. num.38. Guazzin. defens. 1.
*cap.10.n.*3.Et quod in delicto commisso coram
judice pro tribunali sedente veluti notorio ad
ipsum spectet cognitio,nullo sequuto juris or-
dine,sine processu,& probatione, notant *Alber.*
in l.

in l.illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præsid. Salyc. in l. ea quidem, num. 91. C. de accusat. Corrad. in pract. tit. de notor. crim. num. 14. quinimò etsi non sedeat pro Tribunali, dùm stet in actu exercendi justitiam, monet *Bosf. de denunc. n.* 41. & praxim procedendi in hujusmodi notorio ostendunt *Gomez de delict. cap. 1. num. 48. Foller. in prax. crim. vers. item, quod est notoriè delinquens, num. 57.* In quo notorio, quod judex non valeat adduci in suspicionem, probat *tex. in c. proposuit, de appel. Franc. Marc. dec.* 705. & declarant *Gomez n. eod. loco, num. 46. Carav. in hoc rit. n. 11. Reg. Sanfel. dec. 84. P. Fragos. de regim. Reipubl. p. 1. lib. 4. disput. 10. §. 5. n. 157. & 158. Milano cit. ascert. 56. num. 73.* qui integro dicto *cap.* pertractat, an, & quando Judex causarum civilium capere valeat informationem de delicto coram, & in ejus personam commisso, & delinquentem punire, quantumvis exemplum, *n.* 51. fusè declarans *de Franch. decis.* 147. *&* 752. (quibus contradicunt *Caball. resol crim. cas.* 116. *Reg. Galeot. resp. fiscal. 2. n. 5.*) notat, tanti viri salvari decisiones, & manasse illas arbitrio S. C. quod quandoque cognoscit, ut sibi expediens fuerit visum, ex *Tasson. de antefat. obs. 4 n. 156.* vel ex praxi nostræ M. C. in qua ex peculiaribus juribus, & observantia, licèt sit distincta jurisdictio civilis à criminali, sivè verius cognitio causarum, est tamen idem, & unum tribunal, & laudat *D. Luc. ad Franch. cit. dec. 147. num. 3.* occurrentem *Campan. de forjudic. resol. 29. num. 5. Consil. Prat. resp. 42. num. 13. in fin.* cùm aliàs *text.* dispositio in *l. nullum, C. de testib.* locum habeat in Judice civili, ubi alius adest causarum criminalium, *Bar. in l. hoc jure, §. aqua, ff. de aqua quot. d. & æstiv. Caball. cas.* 116. *Cartar. dec. 75. Melaza add. loco D. Rodoer. ad de Marin. lib. 1. quotid. cap. 50. Donat. d: renunc. tom. 2. cap. 5. ex num. 126 D. R. Galeot. cit. respons. fiscal. 1. ex num. 13.*

Ex hoc *Melazi* assertione unicam esse M. C. V.,
111 firmitèr illa comprobatur propositio à me in *rit. 2. n. 52. lib. 1.* indicata, nullam præcedentiam considerari inter Judices ipsius M. C. capitalibus, aut pecuniariis causis destinatos, sed ille præcedat, qui officii possessionem priùs nactus est, ut observant quoquè *Consil. Rocc. de offic. tit. de ord. praced. in M. C. num. 9 Luca ad Franch. dec. 388. n. 4.*

Articulus hic præcedentiæ inter judices civiles,
112 & criminales nostræ M. C. V. iterùm erupit discutiendus in anno 1670. in causa suspicionis propositæ à D. Consil., & Præsid. D. Alvaro de Quadra in judicem civilem D. Horatium Apicella in lite cum Illustr. Duce Celenziæ, de qua inferiùs.

Siquidem dati in dicta causa adjuncti tres judices criminales contendebant præcedere in sedendo
113 in aula civili iudices civiles, rationibus usu, ac DD. authoritatibus, à me ibidem adductis, quibus inhærent *Montan. de admin. Univers. num. 281. Præsul. Rocc. collect. decis. 147. Mastrill. de Magistrat. p. 2. lib. 5. cap. 4. n. 65. Thor. p. 1. compend. verbo, officialis*, ità denique, cum decreverit Collateralis Consilium sub die 21. Iunii 1662. cuius præscripto datus erat terminus in petitorio, & mandatum, quod interim manutenerentur in præcedendo ipsi judices criminales, suffragia præstantibus DD. Regentibus Iacobo Capycio Galeota, Francisco Antonio Muscettola, D. Felice Ulloa, & D. Melchiore Navarra, penès Crivella, & est redactum in *reg. 3. lib. script. M. C. f. 51. at. in fin.*

At Judices civiles aiebant è contra, ipsos præferri debere iudicibus criminalibus, si licet, nobi-
114 litatem à temporis vetustate aucupari. Judices n. civiles fuerunt, vel ab ipso conditi orbis exordio, vel certè ante criminales; sic legitur *Exod. 8.* Moysen primò iudicem fuisse civilem, qui litibus decidendis tantum præerat; quicquid sit, si deindè criminalem insupèr iurisdictionem fuisset adeptus. Et in *cap. 17. lib. 10. Antiquit. Romanor.* clarè colligitur, quod primitùs potestas quædam iurgia civilia dirimendi senatus quibusdam iudicibus fuit attributa non item illicò, & iis adjudicata potestas flagitiorum pondus liberandi, proque eorum demeritis supplicia decernendi; an quia habitum tùnc fuerit superfluum, ad hæc homines, iuraque dicentes occupare; quæ potuissent ipsemet Reges levissimo negotio definire.

Si attenditur labor, nemo non videt iudicum civilium laborem longè præire labori criminaliū
115 non uni enim hominum generi, putà flagitiosorum, patere debent iudices civiles; at hinc mulieribus querentibus dotes sibi consumptas à viris opem ferre, hinc pupillis bona a tutoribus dilapidata clamantibus præsidio esse, quandoque patribus familias eius bona, quibus se, suamque sobolem alerent, ab aliis iniustè possideri vociferantibus opitulari, quandoquè viduarum misero antefati redditu spoliatarum verba colligere, non raro Ecclesias erepta sibi, vel hæreditates, vel bona dicentes sublevare, sæpissimè carceri mancipatos iniustè ob prætensum æs alienum, solvere. Demùm nullum est hominū genus, nullus ordo, nulla ætas, sexus nullus, quibus suum laborem non teneatur impendere iudex civilis; ita *Frecc. de subfeud. cit. tit. de off. magistr. justit. num. 57.* Hinc sequitur, quod cum pluribus præsint iudices civiles, quam criminales, his debeant præferri, per *tex. in auth. Constitutio, qua dignit. §. generaliter, ubi glos.* inquit, *nota, nobilitari præsidem per subjectos*, est enim præmium dignitatis habere plures subiectos, *Cassan. in Catal. glor. mund. par. 4. consid. 52. Aretin. cons. 136. n. 3.*

Insuper cum dividenda esset M. C. V. in civilem, & criminalem, atque adeò secernendi iudices
116 civiles à criminalibus, cum antiquitùs iidem iudices diù utrumque munus exercuissent, Regium S. Claræ Consilium, quod sub Regiæ Maiestatis nomine iuridicos quoscumque actus, omnemque iurisdictionem exercet, aliquo iudices civiles onere levare cupiens, ut labor minor fieret divisus, ab iis onus illud præstare cognoscendi de feudorum litibus abstulit, *ex pragm. 63. de offic. S. C.* (sed àn privativè, vel cumulativè, inquirimus *in rit. 50. sub num. 3. lib. 1.*, quem locum laudat *D. Altimare ad Re-*

vit.

vil. conf. 39. num. 21. lib. 3.) à criminalibus autem iudicibus nihil penitùs accepit cognoscendum, quasi quod dedignaretur Sac. Consilium causas torturæ, cruciatuum, equuleorum, ac funium, imò, & asperrimas sanguinis quæstiones aspicere, nè dùm tractare. Igitur si R. S. Consilium causas à judicibus civilibus mutuari maluit, quam à criminalibus, iam sequitur civiles iudices nobilitate praire criminalibus horribilia auditu crimina dijudicantibus. Neque ab hac sententia discessisse hodiè videtur S. C., dùm non præbet aures relationibus iudicum criminalium, nisi post auditas civilium relationes.

Dat etiam pro præcedentia civilium suum calculum *Consil. Marin. Frecc. à me in cit. ritu 2. num. 32.* laudatus, dicens, quod, si duo Barones forent in aliquo oppido, quorum alter Civili, criminali alter potiretur iurisdictione, obedientia præstari deberet civilem habenti, non alia quidem ratione, nisi quia, civilem habens, verè Dominus est feudi, addimus *Capibl. de Baron. lib. 1. pragm. 1. num. 51. Thor. p. 1. compend. verbo, officialis* Ergo qui abnuat iurisdictionem civilem criminali præferri? maximè cum iudices civiles vices Præfecti gerant, *l. 1. §. hi quibus, ff. de legat. 3.*, vocantur spectabiles, æquiparantur Comitibus, consequuntur dignitatem Magistratus, ac funguntur iurisdictione ordinaria, *l. præcipimus, C. de appellat.*, *Cæsar à Cost. in lib. 2. variar. ambiguit. cap. 7. Tasson. pragm. de antef. vers. 3. observ. 3. num. 178.* At criminales delegata duntaxat iurisdictionem vtuntur, eorumque potestas ad certum genus causarum, imò, & hominum coarctatur, *l. solemus, §. latrunculator, de iudic. Frecc. de subfeud. cit. tit. de off. Magistr. Iustitiar. num. 24.* qua in re videndi *Giurb. obser. 115. Ripoll. variar. cap. 1. num. 276. Luc. ad Franch. cit. decis. 388. Reg. Tap. decis. 21. ex num. 19. Fontanell. de pact. nupt. lib. 1. clausf. 4. Glos. 10. p. 6. num. 69. pag. 270. & decis. 366. num. 22. lib. 2. Borrel. p. 1. summ. dec tit 42. num. 53.*

Cum verò essem ego tùnc iudex civilis, addebam (quicquid sit de omnimoda prælatione,) in eo
117 casu dubio procul civiles præponendos, utpotè in propria domo; habita ratione prerogativę in loco; quilibet. o. domi fuæ maior est quolibet extraneo, *Glos. 2. in l. apud. eum, ff. de manumiss.* etiam in maiori dignitate constituto, ut patet in Episcopo, qui licèt sit digniorate inferior Archiepiscopo, maior in sua Diœcesi censetur Archiepiscopo, cuius non sit tamèn suffraganeus, ita quod si Archiepiscopus in ea Diœcesi delinqueret, posset ab Episcopo Diœcesano puniri, ut ex communi ostendit *Pelyn in cap. cum inferior, num. 2. ext. de maior, & obed Capyc. dec. 37. ex num. 24.*

Atque ex hac ratione cum Consiliarij vniuntur cum Præsidentibus Regia Cameræ in S. C. vel
118 in quocumque alio loco pro causa ordinari S. C., vel delegata, & in omnibus functionibus, illis præcedunt occupantes utrumque latus dexterum, & sinistrum, sedentibus in postremo loco Præsidentibus, ut oculis videmus in dies; & observatum fuit in Iuncta erecta ordine Suę Maiestatis in causa Rationalis R.C. Francisci Corrado, in qua, D. Marchio Crispani R. D. Didacus Soria, Iunctæ caput, DD. Consil. D. Fardinandus Ramires Commissarius, Ignatius Provenzale Fisci patronus in illa, nunc dignissimus in Regali Patrimonio, & Ego præstitimus DD. Præsidentibus D. Emanueli de Scalera, & Duci Insulæ Iulio Cæsari Bonito; ipse scripsi fusiùs in *ritu 1. ex num. 21. lib. 1.* ibique memini de responso in gratiam Consiliariorum edito à D. Reg. Antonio Miroballo, quod refert *D. Altimare in add. ad decis. R. Rovit. 65. num. 25. in alleg. post addit.* & illud D. Reg. Ducis Diani D. Caroli Calà pro Præsidentibus Regię Camerę rescripsit *D. Top. de orig. Tribunal par. 3. pag.* (mihi) 430. necnon novitèr tradunt *Consil. Staiban in observ. integra ad resol. 30. lib. 1. Cæsar. in specul. qq. peregrin. qu. 12.* At quando uniuntur in Tribunali Regiæ Cameræ Præsidentes sedent in dextro latere, Consiliarii in sinistro, *Cæsar. cit. q 12 sub n. 7.*

In dicta thesi nihil ulterius factum fuit, tem-
119 pus enim eam disceptationem non postulabat; itaque absque alia contentione, aut præjudicio criminales civilibus præcesserunt, remansitque tantùm caput cum campanula idem Judex civilis, qui erat caput, & fuit D. D. Petrus Cortes tùnc meus Collega in M. C., nùnc in S. C. vir literis, probitate, atque integritate maxima præfulgens, ex dictis per *D. R. Constant. in l. 1. num. 35. C. de consul. lib. 12. Mastrill decis. 34. num. 4. Ann. cons. 130. num. 4. Surg. de Neap. illustr. cap. 27. num. 23.* quem refert *Tasson. de antefat. vers. 3. obser. 3. sub num. 144. Thor. p. 2. compend. decis verbo, præcedere. Prat. lib. 4. discept. forens. cap. 39. num. 36.*

Attamen in ea sum semper opinione, nullam esse in ipsis judicibus præcedentiam, nisi tem-
120 poris duntaxàt: ita ut ille præcedat, qui prior muneris possessionem nactus sit. Una est enim M. C. V. utrumque imperium habens; & ideò tantùm divisa est quo ad exercitium in judices civiles, & criminales, ut causæ celeriùs expediantur. Cæterùm omnes sivè civiles, sivè criminales pari honore decorantur, paribus prærogativis honorantur, pari salario potiuntur; pari etiam labore onerantur: omnes enim excubiis incumbunt, eidem Regenti subsunt, sub ijsdem ordinibus complectuntur Quamobrem ex sola exercitii distinctione, ad celeriorem causarum expeditionem adinuenta, colligi nequit aliqua præcedentia; sed prior in tempore possessionis, debet potior esse in præcedendo.

Neque contrarius stylus observatur semper; conspicimus enim quandoque criminales civilibus anteire, quandoque civiles criminalibus. Sic sanè quando regitur Curia, ubi civiles conveniunt, & feret casus, ut promulganda sit forjudicationis sententia, tunc criminalis judex, cujus est sententiam illam proferre, post civiles sedere consuevit: itaque stylus non est semper omninò unus, idemque inconcussus.

Et quidèm jucundus esset ordo incedendi, ac pulcherrimus visu, si in functionibus publicis post M.C.V. Regentem, ac duos Consiliarios aularum præfectos in dicta M. C., pergerent judices tùm civiles, tùm criminales pro prioritate temporis, quo muneris possessionem adepti sunt, ac demum incederet, ut incedit, Fisci patronus.

Ità declaravit Excell. Comes de Castrillo suo epistolio, quod transcribit *Cons. Franc. Maria*
181 *Pratus in Nicandro*, *num*.42. cujus memini *in mem. rit. 2. num. 28.* ità videmus in dies Excell. DD. Proreges sinere, ut quando quis migrat de uno ad aliud Tribunal, migret cum præcedentia à die pristinæ possessionis, & ità demum decrevit Excell. D. Marchio de los Veles; Siquidem eum dedisset adjunctos in M. C. civili in causa liquidationis instrumenti ad instantiam Caroli Arice adversùs D. Philippum Grimaldi me, qui præeram aulæ præfectus in M.C. criminali, aliosq; judices criminales: efflagitātibus his præcedere in secūdo civiles, ab eodem Excell. Domino profectum est rescriptum, directum Ill. Principi Satriani tùnc vigilantissimo, ac lepidissimo M. C. Regenti, tenoris sequentis.

Haviendo entendido el Marques mi Señor la difficultad, y embaraço, que se hà offrecido entre los Iuezes de la Vicaria Civil, y Criminal, sobre la precedencia de lugar, motivo porque se hà dejado de hazer, y derimir la paridad que hubo en la causa de liquidacion de Instrumento, que tiene Carlos Arici contra D. Phelipe Grimaldo, me hà mandado S.E. decidor à V.S. (como lo haga) que hecho reflexion de lo que dispuso el Señor Conte de Castrillo en villete de 28. de Julio de 1655. y el Marques mi Señor en otro de 7. Noviembre de 1676. ordena que mañana se haga esta causa precissamente, y que de aqui adelante sin replica, ni enterpretacion alguna se execute, y observe la dispuesto en las ordenes citadas, quase reducen, à que las Plazas de la Vicaria assi Civiles, como Criminales sean iguales, y sin differencia alguna, con que el lugar que les toca à los Iuezes es conforme à los dias en que le juraran, de que aviso à V.S. paraque assi se execute guarde Dios à V.S. Palacio 21. de Henero de 1677.

D. Manuel Garcia de Bustamante.

Causa prædicta liquidationis non fuit peracta; Verùm tamen est, judices criminales repræsentasse S. E., ejusque Collaterali Consilio præfatum pro ipsis Collateralis decretum, atque actus possessivos; quid autem indè evenerit, nondum ad meas pervenit aures.

Ob proprium interesse Judex nequit judicare in causa, quando ipse uti privatus aliam illi consimilem habet, itaùt in utraque idem sit juris articulus ad libellam revocandus; nè alioqui in eam propendat sententiam, quam in propria causa ab alio Judice eredit reportare, ex *cap. causam quæ, il 2. de judic.* & dictis à nobis hoc in *eitu num. 21. lib. 2.*, quem textum locum non vendicare in recusatione judicis, sed in subrogatione innuunt nonnulli ex *Glos.* ibidem, quorum intellectui congruit litera antiqua decretalis, teste *Abb.* in eodem *tex. num.* 3. qui illius recenset verba; Alij verò non procedere in judice ordinario, sed in delegato eliciunt ex eodem textu, cum delegatus faciliùs, quàm ordinarius recusetur, *l. apertissimi, Auth. si verò contigerit, C. de judic. Marant. de judic. par. 6. c penult. num. 46. in 15. causa. Joan. Baptista Spada consil. 157. num. 5. tom. 2. Vuesenbec. caus. 164. num. 25. vers. 3. vol. 4.* ad instar testis, qui similem ei, quæ in judicio movetur, controversiam habet: nàm nec ipsum super tali causa deponere posse, tradunt *Myns. ad c. personas 20. num. 3. ext. de testib. Farinac. q. 60. num. 41. Vanvius in process. judic. direct. 16. thes. 1. num. 25.* Verùm quando illius dispositio quemcumque amplecteretur judicem, certè nimis absurdum esset illam locum vendicare in quacumque causa etiam dilucida, & perspicua: sed tantùm quoties esset decidendus articulus valdè in jure dubius, secundum ejusdem *tex.* causam; cùm enim suspicionis causa in eo verserur, quod habens judex, uti privatus causam similem, facilè judicare posset juxtà desiderium in sua hujusmodi ratio prorsùs cessat in causa clara, quia tùnc judex nolit, velit, obstringitur taliter judicare: nèc ullum potest periculum alicujus propensionis considerari; aliàs ferè auferretur Senatoribus jurisdictio, cum passim omnes cogantur debitores, solvere, renuentes obstringere, sivè via executiva, sive judicio assistentiæ, vel instrumenti liquidatione; quare in nulla ex his, vel similibus causis interesse possent.

Confert, quod statutum, ut judex adhibere devinciatur consilium sapientis, coarctatur in
183 casu claro, & pervulgato, *Bar. in l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de legat. 3. Alex. cons. 66. num. 7. vol. 2. Caphal. cons. 201. num. 3. & 6. vol. 1. Angel. cons. 336. Lancell. de attent. cap. 9. num. 14. Cancer. var. resolut. cap. 10. num. 78. p. 3.* & illud de compromittendis causis conjunctorum (ut in nostro Regno, ex *prag. odia litium, de arbitr.*) non complectitur causas claras, *Caphal. num. 6. Cancer. add. loc. Fennon. ad statut. urb. lib. 1. cap. 100. num. 8. Scacc. de judic. lib. 2. cap. 2. q. 4. limit. 5. num. 86. 89. 91. & 96. Past. resol. civil. 62. ex num. 10. Blanc. de comprom. p. 5. num. 3. vers. publicato processu. Reg. Rovit. in comment. ad eandem prag. odia litium, ex num. 39. Consil. Staiban. cent. 1. resol. 13. ex num. 38. ac resol. 63. à num. 11.*, nècnon *cent. 2. in observ. ad resol. 119. num. 8.*

Hæc forsàn perpendit S.C. in recusatione proposita in personam D. Consiliarii D. Thomæ Ca-
124 ravitę pro parte Ill. Ducis Sermonetæ in causa cum PP. S. Marię in Porticu. Etenim convento, & condemnato pręfato Duce ad solutionem quantitatum tàm causa interesse, quàm capitalis ducatorum decem mille ex mutui contractu debitorum, inter nullitates adversus decretum adductas, illa fuit, quod provisum extitit, ut solveretur capitale, quod erat demortuum ex exactione pluribus annis per PP. facta, post elapsum dilationis terminum, annui interesse ad eadem rationem in contra-

ctu conventam: ac proindè tacitè convenisse videntur, sese ampliùs fortem non petituros, ex dictis per *Præsid. Merl. cent. 1. cap. 31.* cui quidèm similis articulus decidendus erat in M. C. V. pro præfato Consiliario Caravita creditore Illustri Principis Torellę; hisque non obstantibus, censuit Senatus, quod, *interveniat*, die 7. Octobris 1644. suffragia præstantibus DD. Præside S. C., Consil. Staibano, D. Ioanne de Duea Commissario, D. Stephano Padilla, D. Josepho Ledesma, Illustr. Duce Campimele D. Troiano Miraballo, & Ignatio Provenzale adiunctis, penes Secretarium S.C. Indubius enim erat articulus nunquàm capitale demortuum intelligi, exacto interusurio per plures annos post terminum dilationis, ad illud solvendum, ex *text.* singulari à *Præsid. Merlino* non adducto *in l. 2. §. item quæritur. vers. non malè, ff. de de dol. mal. & met. except.* & decisum fuit in eadem causa, in qua pro sibi sanguine coniuncto calamum arripuit idem *Merlin.*, contra ipsum, teste *Thor. vot. 44. n. 39. & 79. lib. 1.* idem *p. 3. sect. 3. v. rescissio, & in suppl. ver. liquidari an possit instrumentum pag.* (mihi) 369. & fatetur *Ill. Præsul. Cavens. de Affl. controv. 13. num. 15.*

Aliud vero censuit Senatus die 30. Aug 1674. relatore D. Cons. Scipione de Martino in suspi-
125 cione deducta in unum ex Consiliarijs à Monasterio Divi Nicolai Tolentini hujus Civitatis, ut s. *non interveniat*, ad auferendam hæsitationem, ne ille iudicaret, quemadmodum in propria causa definiendum optaret in thesi adeò ancipiti, & Cæsarea quidem digna sanctione, an scilicet nostræ consuetudines, quibus minime obstringitur quoad bona antiqua disponens, qui proximum habet successorem duntaxàt ecclesiasticum, ob æqualitatem servandam, cùm hic illis non devinciatur, locum vindicent: quando remota persona Clerici proximioris, superessent laici sequentes in gradu, vel liceat potiùs civi liberè disponere, eorum existentia haud refragante; in quo themate ex recentioribus dissidentes lectantur alias *Reg. de Marinis lib. 1. quot id cap. 56.* & *Herutius Montan. controv. 11.*, qua in re idem *de Marin. to. 2. resol. 191. in allegat. 128. tom. 3. D. Consil. Erasmus de Ponte alleg. 128. cit. to 3. de Marin. D. Laudulphus de Aquino alleg. 101. eod. 3. tom. D. Marot. discep. forens. cap. 20. D. Luca de limen legal. p. 1. art. 3. ex num. 19. cum seq. pag.* (mihi) 24. & pro agnatis remotioribus, in causa Ill. D. Aloysij Puderici, & Marchionis Montisfalcionis cum hæredibus Octavii Brancatij, scripsit luculenter, ut testatur idem *Luc.* argumenta colligens, ad *Franch. in noviss. append. ad decis. 667. post p. 7.* D. Vincentius Ractanus, quem evectum proprio motu Excell. D. Marchionis de los Veles ab advocatorum læto ad iudicatum M. C. V., invictissimus noster Monarcha post vix elapsum annum recentis M. C. muneris, vltrò in Sacrum Sanctæ Claræ Consilium cooptavit, & commodùm hac die 24. Augusti 1678. ferè dùm traderetur typis hæc pagina, possessionem, gestientibus cunctis præ gaudio, nactus est. Hinc Spectab. D. D. Felix Vlloa y Lanzina dignissimus nostri Sacri Senatus Præses, cujus immortalem gloriam nulla remotissimi orbis regio nescit, nulla ætas conticescet, quippè qui infractus ad labores, præsens ad consilia, verè felix ad consiliorum eventus, post hanc vrbem constitutam carus maximè huic vrbi, & iucundus advenerit, ut singularia Ractani encomia cõgessit perstrictis, quoad ejus facere potuit, selectissimis verbis, subtexuit demùm, satis ei fore ad laudem, esse progenitum ab Ascanio Regio administro tanta literarum, ac probitatis præstantia conspicuo, de quo memini in *rit. 56. sub num. 10. lib. 1.* & in hoc *rit. sub num. 155. lib. 2.* e sua ingenti eruditionum penu citans ex tempore egregium illud *Cassiodor. var. lib. 3. epist. 33.* ibi: *Qui & parentum bono, & sua nobis commendatur ingenia, exigens meritis, quam sperat precibus dignitatem, & lib. 8. epist. 17.* ibi: *Ad vestram Curiam venit, qui ex Senatore natus est, & vulicis dignitatibus probatur honoratus.*

Interesse proprium robur dat litiganti cum Vniversitate iustè recusandi judicem illius civem,
126 ut diximus in hoc *ritu num. 116. lib. 2.* S. C. determinatione dixi, addimus *Scialoy. de fora compet. c. 9. num. 104.* & tradit *Vrsill. add. thes. 1. n. 58. D. Consil. Vargas Machuca mem. lib. 1. p. 5. consid. 6. num. 23. lit. G.* memor mei *cit. loc. & num.* prout iudicem subditum adversarij *n.* 117. quod S. C. non probavit in causa Gubernatorum A. G. P. cum monte Junctorum, & Ill. Abellinatum Principe recusantium vnum ex Regijs Consiliarijs uti Civem Terræ sub dicti Principis dominio positæ, in qua adhuc habebat affines, & consanguineos; & quamvis divisa fuissent suffragia inter Consiliarios duarum aularum, datis adiunctis DD. Præsidentibus R. C. Ill. Duce Diani, nùnc emeritissimo Regente, D. Didaco Vlloa, & Jo: Dominico Astuto vi rescripti S. E. sub die 17. Ianuarij 1669. (non enim poterant dari adjuncti alij duarum aularum tanquam suffragia præstantes in principali causa, juxta praxim à nobis adductam in hoc *rit. n. 24. to. 2.* quem locum laudant *Consil. Ricc. in tract. de off. in addit. num. 6. par. 564. & Altim. ad Rov. dec 81. num. 4.* ac tetigi supra *sub num. 48 versic. hinc usus, & sub num. 68. vers. de quo ordine.* fuit dirempta paritas; & referente D. Consil. Dura, die 28. Februarij præfati anni, provisum, quod, *interveniat, verùm ex causis in S. C. discussis restituatur depositum*, forsàn quia recusatus familiam, domum, ac omnia ejus bona dudùm in hac fixerat Civitate.

Insupèr obstare suspicionem Judici habenti litem apud illum, cum quo litigium quis habet, no-
127 tavimus *num. 119.* huius *rit. lib. 2.* quem locum laudat *D. Consil. Vargas Machuca cit. lib. 1. p. 5. consid. 6. sub num. 12. lit. R. & consid. 20. num. 10. lit. H.* addimus *Scialoy. cit. cap. 9. num. 98. Vrsill. mem. num. 58.* quibus affabrè collimat notabilis decisio S. C. in causa D. Michaelis Miranda cum Ill. Marchione Crispani. Ille recusavit D. Consil. Roccum, ex quo dicto Marchioni fuerat demandata causa præfa-

ti Consil. Roccì ob transitum D. Consil. Scipionis de Martioo ad aliam aulam; & referente D. Consil. Sixto, die 6. Junii 1669. provisum fuit, quod, *interveniat*; productum enim fuit, quod expetente Dionysio Pasca collitigante cum Consil. Rocco, priùs recusatus extabat Marchio Crispani, uti causam coram illo habens, & ostensa supplicatione, fuerat replicatum die 29. Martii, vera esse exposita, & causa dicti Consil. Rocco fuit alteri commissa, & sic jure non militavit suspicio.

Consanguinitas prætereà Judicem removet, ex *text. in l. qui jurisdictioni, ff. de jurisdict. omn. judic. c. postremò, de appell. cap. accedens lo 2. ut*
128 *lit. non contest.* & scripsimus in hoc *rit. n. 124. lib. 2.* cujus loci memor est *Luca de linea legali lib. 1. art. 29. n. 1.* addimus Regni *pragm. de offic. procur. Cæsar.*

Anceps verò est controversia, ad quem usquè
129 gradum extendenda sit consanguinitas in hac recusationis specie. Etenim *Maynard. decis. 99. lib. 1.* usque ad quartum gradum servari in Curia Tholosana, scribit, prout in Senatu Cathaloniæ, *Fontanella dec. 11. num. 9.* in Aragonia, *Zamar de offic. Judic. par. 1. q. 14. num. 54.* Alii verò ad septimum, *Anna sing. 377. Reg. Tap. lib. 3. juris Regni, tit. de suspic. offic. pragm. 23. in princ. Mastrill. decis. 151. num. 15. Petr. Gregor. lib. 49. Synt. 3. num. 5.* Veritati verò innititur illorum opinio, in qua dubius est *Consil. Staiban. in observ. ad resol. 118. num. 76. centur. 2.* ut extendatur usque ad decimum gradum, *Bertrand. cons. 93. lib. 3. par. 1. Viv. dec. 363. n. 5. Zamar. tit. loc. Basilicò dec. 11. sub num. 8. Reg. de Ponte decis. 36. num. 14. Reg. de Marin. ad Revert. observ. 517. Luca de linea legal. p. 1. artic. 29. sub num. 6. Resecat. cit. tract. de statu homin. tom. 2. tit. de judic. Bat. cap. 5. pag. 298. lit. D. David Mevius cit. comment. ad jus Lubicens. tit. 1. art. 9. num. 3. & 4. lib. 1. tom. 1.* post *Trentacinq. var. resol. lib. 2. resol. 5. num. 25.* subnectens *n. 5.* in hac materia, peculiari statuto posse coarctari gradus, & servari in libera Civitate Imperiali Lubice, in qua fuit restrictus gradus, usquè ad tertium duntaxàt, *Reg. Scipio Rovit. in prag. 1. num. 25. de suspic. official.* extendens in linea descendenti in infinitum, à qua ampliatione non discedit *Ulrico Umm. in disp. ad process. judic. direct. 1. thes. 1. num. 58. arg. Novell. 118. c. 4.* notans, hac in re judicis arbitrium, plurimùm posse, ex *Menoch. cas. 152.* & judicavit M. C. in capitolibus causis, me relatore, die 16. Martii 1676. in suspicione deducta ob Universitate Montis Corbini penès Secretarium M.C.

Quorum graduum computationem faciendam esse, attento jure civili, indicant *Anna cit. singul. 379. Milanens. dec. 16. num. 40. Vivius decis. 319. Ripol. var. cap. 8. de recus. num. 258. Fontanel. dec. 12. num. 9. Hieron. de Leo dec. Valent. 4. n. 30. Resecat. add. loc. Mut. Ant. Giess. ad consuet. si quis vel si qua, ad glos. gradibus, annot. 30. num. 15.*

Quod si a proponente suspicionem consanguinitatis ignoraretur gradus, poterit judicis peti depositio, ad latè tradita à *Covarr. pract. cap. 26. num. 3. vers. Quod si recusationis causa. Thesaur. decis. 6. Maynard. cit. loc. num. 1. Maria in compilat. dec. tom. 1. tit. de recusat. cap. 32. Basilicò add. dec. 11. n. 13.* & dixi in hoc *rit. n. 44. lib. 2.* & suprà sub *num. 19.*, qui si congruè non respondebit, removetur, undè recusato uno ex judicibus M.C. in memorata causa terræ Montis Corbini, prætextu consanguinitatis cum inquisito; efflagitante Universitate; ut deponeret gradum, replicavit, *nescire*, & me referente, memorato die 6. Martii 1676. M.C. decrevit, quod, *non interveniat; etiam visa ejus replicatione*, quibus conferunt notata à *Crespi de Valdaur. in obser. 7. q. 7. num. 15.*

Causa verò cœpta coram Judice consanguineo, qui intervenire haùd poterat, si, suspicione minimè à parte deducta, decesserit consanguineus àn Judex in illa judicare valeat, inquirit *Luc. cit. art. 29. num. 20.*

Exorta fuit difficultas in consessu doctissimorum
130 virorum, an quando ad recusandum Judicem est sufficiens quartus gradus sit satis quintus gradus mixtus cum quarto; & quippè nonnulli affirmativè responderunt, ex quo recusatio favorabilis est, ex notatis suprà sub *num. 48. vers. hujus sententia*; & propterea *Consil. Vargas Machuca* (post scripta à nobis superiùs, visus) *lib. 1. p. 5. consid. 7.* paribus votis existentibus, pro recusante, definiendum, concludit, qui tractat de evitando damno, in litem prosequendo coram Judice suspecto, sic naturali exposcente ratione. Alii verò veriorem in oppositam perpenderunt sententiam, suffulti adductis à *Luca cit. art. 29. ex num. 21.* qui quidem articulus minimè à S.C. determinatus fuit (ut illi censebant) in suspicione deducta in D. Consil. Prato, die 18. Januarii 1674. relatore D. Consil. Ignatio Provenzale, sed aliis ex causis fuit provisum, quod, *non interveniat*, ùt percepi ex actis penes Secret.; quin & odiosam esse hujusmodi recusationis materiam, idem *Luca num. 23.* subnectit, cum judices sint honore afficiendi ad tradita à *Curav. in ritu 5. num. 12.* (quem refellit *Ros. contl. 30. sub num. 14.* quoad assertum, esse pœnam judicis arbitrio remissam) necnon à *Cons. Staib. cent. 2. resol. forens. 100. & in observ. ad eandem*, ac à nobis in eodem *ritu 5. ex num. 7. lib. 1.* & in hoc *ritu suprà num. 53.* qua in loco (impressoris incuria) legitur, *quorum dignitatem tuendam, aut vindicandam ad amplissimi ordinis majestatem pertinet*, & legi debet, *quorum dignitatem tueri, aut vindicare, &c.* Hinc *Ignatius Pereyra de revision. cap. 24. num. 8.* notans, in Lusitania legem adesse, quod judices potiùs semper propendeant ad judicandum suspiciones non militare, suadet, recusationum quæstiones esse, quoad possibile sit, restringendas.

Judex consanguineus causæ patroni removetur,
131 tùm communi, tùm municipali juribus perpensis, de quibus in hoc *ritu*, sub *num. 163. lib. 2. vers. etiamsi*, & addimus *Anton. Merend. cit. tract. controvers. jur. lib. 22. cap. 26. ex num. 1. & num. 4.* loquentem in valde amico Judicis *Crespi observat. 9. num. 12.* juxtà forus Aragonum notans, dispositum in Regno Sardiniæ scribit *Vico ad statut. Sardin. lib. 2. tit. 1. cap. 22. Gratian. discept. forens. cap. 100. ex num. 23. Sesse dec.*

226,

*226.num.2.& 415.num.4.tom.4.Luc.de liu. legal.p.1.art.cit.29.num.*18. mei memorem mox *cit.loco*,quin,*prag.16.de suspic.offic.*hodiè vigens tria disponit, quod scilicet advocatis patrocinium suspicere non liceat in causis io quibus eorum consanguinei jus reddunt, si in gradu existunt, ut Judices In judicaodo se abstiocre debesnt, pœnamque advocatis adjicit. Secundò prohibet Judicibus, nè se abstineant à judicando io hoc casu. Tertiò vetat, nè ab hoc judicandi munere removeantur. Primum præceptum advocatis. Secundum judicibus dirigitur, & sic si tempore suscepti patrocioii judex consanguineus in cogooscendo merita causæ præcesserat, nec se abstinere, nec removeri potest. Tertium præceptum, quod stat ibi, *Nè possano altrimente esser remossi*, sivè ad partes dirigatur, sivè ad judicaotes ipsam recusationem, omnem potentiam aufert etiam judicaodi per verbum, *non possano*, ut io simili scripsit *Reg.Sanfel.lib.1.dec.*80.*num.*11. ibi. *limita pradicta, quando causa suspicionis esset talis, qua tolleret potentiam judicandi.* latè *Reg. de Marin.lib.2.resol.c.*114.*num.* 16.*Consil.Prat.lib.3.de discept.forens.c.* 46. *ex num.* 50. & juxta dicta decrevit nostra M.C.in civilibus,in causa Annæ Salvsto, io qua Dom. Jodex D. Horatius Apicella supervenerat, postquàm U. J. D. Domioicus de Angelis eius affinis fuerat causæ patronus, iurisque responsa composuerat, die sic prior in tempore in patrocinio, die 26.Februarii 1669,me referente, expetentibus Gubernatoribus Septem operum misericordiæ, penès Secr.M.C.

Nec veritate nititur nonnullorum assumptum, memoratæ pragm.sanctiooem duntaxat militare, si à parte, quæ iudicis coosanguineum in advocatum elegit,suspicio proponeretur illis pragm.dicti verbis,nè scilicet in arbitrio partium sit dum, quem voluerint iudicem eligere,ibi: *E questo accio indirettamente le parti non venghino ad elig re quelli Giudici, che loro vorranno.* Si quidem prag. dispositio generaliter loquitur, nulla adhibita distinctiooe, & argumentum à cessatione rationis tantùm procedit,quaodo legis ratio est finalis, noo verò impulsiva,qua cessante, non desunt ipsius effectus *arg.tex.in l.1.§.sexum,ff.de postul.*Dicitur autem tunc ratio impulsiva, quando decisio est generalior ratione, sic admonente *Bal. in l. generaliter,C.de Episcop.& Cleric.Bar. in extravag.ad reprimen.verbo,nec eorum absentia. Jas. in Auth.quas actiones,C.de sacros.Eccl.Everard. in top.loc.*85.

Verùm in alio casu per M.C. fuit decisum, quod *non interveniat* idem D. Judex Apicella recusatus à D.D.Alvaro de Quadra Præsid.R.C.ac Consiliario, nobilitate, doctrina, ac morum candoribus præclarissimo in causa cum Ill.D.Alphonso Caracciolo Duce Celentiæ,ex quo prædictus Dominicus deAngelis erat Ducis Advocatus, & affinis: me relatore, die 21. Augusti 1670. suffragiis mecum præstantibus DD.D.Petro Cartes.Jo: Baptistæ Astuto, & Camillo Barone, cum adiunctis DD. Judicibus in causis capitalibus D. Francisco Moles nùoc Præside R.C. dignissimo, D. Antonio Gomez, & D. Josepho Pontecorvo jam vita functo,datis ordine Excell. Domini, haud obstante quod præfatus Dominicus susceperat patrocinium longè postquam votum protulerit D.Apicella inM.C.,& illud fuerit in uno duntaxàt articulo io Consilio à latere, an scilicèt nullitates deductæ per Ducem adversùs M. C. decretum,quod pœna ponatur in libro inferni, deberent recipi & discuti in eadem M.C. expeditis iam literis exequutorialibus, & posita pœna, & obtento, quod discutiantur, destitit à patrocinio. Fulta fuit decisio mirabili doctrina *Reg. de Ponte cons.*141 *tom.*2 de quo à me fit mentio in hoc *rit.sub num.*123. *vers. verum notandum l.2.*& à *Luca lib.1.de liu. legal. art.29.num.*14. qui *Reg. de Ponte num.*11. advertit, quod si advocatus sit cooiuncta persona iudicis, & partis, & de coosanguinitate nedum possit gloriari advocatus, sed ipse iudex, quamvis pars oon sit in gradu cum iudice, non vindicent locum pragm. habentes sermonem de Judice coniuncto advocato usq; ad tertiū gradum inclusivè, tàm coosanguinitatis, quàm affinitatis, sed cætera iura de iudice suspecto ex causa cooiunctionis, quæ militat usque ad decimum gradum.

Si verò coniunctus fuerit advocatus in prima
132 instantia; in secunda instantia possit esse iudex consanguineus, non existente illo amplius causæ patrono, annis elapsis in aula D. Consil.de Ponte fuit decisum in causa nonnullorum de Palanisi cum civibus terræ Francavillæ è Provincia Hydruntina,quod, *D.Consil. Pratus procedat*, haud refragante D. Scipionem Paladino, ex sorore nepotem fuisse advocatum eiusdem causæ in M. C. Judice primæ instantiæ.

Removeri etiam iudicem, si filii, vel cooiuncti
133 non sint advocati in illa causa, sed in aliis causis,ex gratiis huic Inclytæ Civitati elargitis, insinuavimus hoc in *ritu sub num.* 113. *vol.s.*quem locum laudat *Luc.cit.art.*29. *n.*20. quod mioimè servatum vidisse scripsit*Reg.Tap. lib.3.iur.Reg.tit.de suspic.judic.sup.prag.*23. *de off.S.C.num.*42. *pag.*189. At pro illarum observantia iudicavit S C.io suspiciooe adducta per Gasparem Romoer in D.Coosil.Rocco, quia filius erat advocatus generalis, relatore Dom. Consil. Jannettasio die 5. Novembris 1671. & iterum in causa Ill.Principis Palazzoli die 3. Julii eiusdem anoi,referente D C onsil.de Ponte, & demùm in causa Lucretiæ Perotta recusaotis eundem Consil. Rocco die 19. Nov. 1672. eodem D. Jannettasio Commiss. penès Secret. S.C. etiam si coniunctus sit agens generalis, & gubernator status, ex *Revert. dec.* 153.*tom.*1.& conferunt tradita à *Reg.de Marin. lib.2.resol.cap.9.num.*6.ac à me in *rit.*11. *sub n.* 9.*lib.*1.necnon determinavit idem Senatus in causa Gubernatorum A.G.P.die 18. Februarii 1660.relatore D.Consil.Boliaga.

Et si coojunctus in testem fuerit deductus, removeri judicem à judicando, pro indubitato decrevit M. C. io criminalibus, me relatore, die 6. Martii 1676. penès Secret.

cret. eadem ratione, imò majori vigente, ad *text.l.illud; ff.ad l.Aquil.*& tradita ab *Apicell. in tit.de suspic.official.num.*114.

Affinitas quoque ut removeat judicem, prout & spiritualis coniunctio, adnotamus in hoc
134 *ritu num.* 124. *&* 134. *lib.* 2., & addimus *Maynard.decis.*89.*lib.*1.*Mut.in pragm. de recusat.Judic.tom.*1.*tit.*4.*num.*53 *&* 54.*Resecat.de stat. homin. tom.* 2. *tit. de Judic. statu cap.* 5. *pag.*298.*lit.C.* & decrevit Sacrum Consil. die 24.Aprilis 1664. relatore D. Consil. Jannettasio, quod non interveniat D.Reg.tùnc Consil.Antonius Florillo in causa Ill. D. Lucretiæ de Bononia Marchionissæ S.Sebastiani, ipsum recusantis in lite cum Capycio filio, & hærede quond. D. Catherinæ Caracciolo Ducissæ Ruodi, ex quo dicta Catharina levavit è sacro Fonte baptismatis præfati Consiliarij filium, de quo scito memor extat *Cyprius* causæ patronus, ad *Reg. Capyc.Latro dec.*164.*et num.* 8. *lib.* 2. & anteà decreverat idem Senatus in personam tùnc Consil.deindè Reg.Jo.Francisci Sanfelicij, die 7. Julii 1621. referente D. Consil.de Georgio, in causa Annæ de Ribera cum Josepho Porticella.

Posse autem judicem suffragia præstare in causa illius, cujus filium judex uti procurator alicujus elevaverat ad Sacrum Baptismatis fontem, decrevit M. C. in criminalibus in judicem Angelum Christiano, die 7. Augusti 1674. recusatum ab Universitate Raiani querelante Baronem Jo: Philippum Ciampelli, penès Secr. M. C. ex doctrina *Sanches de matrim.tom.*2.*lib.*7. *disp.*59. *num.* 10. *Novar. in prag.*15.*§.*17.*num.*37.*de suspic. offic. Pontii de matrim. lib.*7.*cap.*39.*num.*10.& confirmat *D. Julius Capon.controv.forens.*28.

An verò compater viri valeat interesse causæ uxoris, scripsi in hoc *ritu, num.*141. *&* 142. *lib.*2. memor sciti emanati in causa D. D. Annæ Guarino, quod, cum *decis. Reg. Sanfelic.* 83. *n.* 14.*lib.*1.examinat *Anell.Sarno in prax. civil.p.*3.*ad ornatum prag.*13.*de suspic.pag.*99.

Notandum, à nobis adducta in hoc *ritu num.* 122.*lib.*2.Senatum diversimodè sectatum fuis-
135 se, nam die 21.Junii 1668.provisum extitit, quod *interveniat* D. R. tùnc *Cons. Antonius Florillus* in judicando, num jure recusaretur D.Consil.Prato à D.Consil.Jannettasio, haud militante illius scrupulo, se non posse intervenire in decisione articuli suspicionis, uti compatrem præfati Consil. Prati. Et in causa D.Aloysii Freitas Pinto cum hæredibus Jo. Vanneyn recusantis D. Consil. Jannettasium Commissarium causæ suspicionis, ab ipso adductæ in D.Consil.Padilla, ex quo præfatus Joannes susceperat è Sacro Fonte baptismatis neptem ex filia dicti Consil. Iannettasii, qui, & litem magni momenti coram D. Padilla habebat, & è S.C. referente D.Consil.D.Sancio Lossada, manavit scitum die 10. Decembris 1671.quod, *interveniat*, penès Secret. S.C. notat propterea *Ignat.Pereyra in tract.de revision.cap.*24. *num.*44. in suo Senatu Lusitaniæ ex peculiari statuto validè licere judici recusationis, illam decidere, quamvis suspectus esset judici recusato, secùs verò si in recusationis materia de recusati judicis honore, vel interesse ageretur.

Restringitur principalis regula dissoluta affinitate ob mortem absque filiis, vel cognatione spirituali ob obitum baptizati, effectu tamèn suspicionis non consumato, ex *reg. tex. in l. cui eorum, §.affinitatis, ff.de postul.Alex.cons.* 209.*lib.*6.*de Grass. except.* 24. *num.* 49. *Milan. dec.Sicil.*15.*lib.*1.*Sesse dec.*414.*num.* 20. *lib.* 4. *Viv.dec.*181.*num.*9.*Cartar.dec.genuens.*23. *Resecat.cit.tom.*2.*tit.de judic.stat.cap.*5.*pag.*298. *lit.C.* conferuntque tradita à *Novar.de gravam. vasall.lib.*3. *cap.* 33. cum aliis à nobis adductis *in cit. num.* 124. Hinc decreto S. C. die 7. Februarii 1669.Commissario D. Marchione Crispani, tùnc Consil. fuit provisum, quod, *interveniat D. Consil. Antonius Florillus* recusatus à Jo. Francisco Mazzola, in causa cum creditoribus Jo. Andreæ Mazzola uti compater Davidis Imperiale unius ex creditoribus ex quo fuit productum, longè ante litem deductam coram dicto Consil. nempè primo Novembris 1660. filiam baptizatam vitam cum morte commutasse, penès Secret. S. C. jura creditorum tutante D. D. Hieronimo Valdetario nobilitate, & doctrina præclaro.

Jacobus verò *Berretta, cons.*133. per totum, posse recusari insinuat, modo sit recentèr extincta affinitas, de qua ipse loquitur *num.*13. *&* 14., quod etsi extincta illa sit, cum pristinus amor, & dilectio durare videatur, non tamen omninò tollitur, ut ipse deducit *num.*7.Cujus resolutio est singularis, quam solus *Berretta* ipse firmat, nullo allegatu. Concurrebat paritèr in eodem casu, quod Judex, durante affinitate, Judex fuit, & cœpit ad causam affectum. Undè hoc quoque nomine, respondit posse recusari; ut ipse considerat *num.* 15., quibus conferunt notata à *Cyptia in cit. dec.* 164. *Capyc. Latra num.* 27. & à nobis in hoc *ritu, num.*124. quem locum in his terminis laudat *Luc. ad Franch. dec.* 719. *num.* 7. *qui num.*5.refellit *Gratian.discept.* 100. *num.* 15. id coarctantem in viro probatæ fidei, ex *Mastrilla dec.*234.*num.*14.

An verò judex recusari possit in Ecclesiæ causis, cujus rector consanguineus illius est, & va-
136 leat tutor recusare judicem suum inimicum in causis pupilli & in causis propriis illum cũ quo nomine pupilli litem habuit, nos laudãtes in hoc *rit.ex num.* 128. *lib.* 2. sectantur *Anim. ad Ravit.dec.*80.*num.*12.*Luc.de lin. legal. cit. art.*29.*num.*17. & ad *Franch.dec.*692. *num.*4. *vide Marin.lib.* 2. *resol.* 114. An in causa sui confessarij diximus eodem *rit. num.*140. addo *Hieronym.Basilicò dec.*11.*num.*3.

Non vulgaris est suspicionis causa, si judex alterutri partium sit amicitiæ vinculo colligatus
137 ità ut non veriti sint, eam cunctis causis suspicionis, etiam ex jure sanguinis, vel undequaque aliter fortiùs provenientibus præponere, *Cavalcan dec.*28. *num.* 84. *Novar. ad pragm.*15.*de suspicion.official.num.*46. *Resecat. de stat.homin.in Republ.tit.de judic.stat. cap.*5. *pagin.*256.*lit.N.Muta ad pragm.Regn.Sicil. de*

recusat.

*recusat.judic.ampliat.*12.*num.*40.*&* 49. *ampl.* 54.aliique quos adduxi in hoc *rit.sub n.* 144. *lib.*2. quem locum refert *D. Consil.Vargas Machuc.lib.*1.*p.*5.*considerat.*8.*lit. C.* potensque amicitiæ vinculum, prævalidum, neque ulla ex parte sanguinis viribus inferius, appellat *Valer.Max.lib.*4.*cap.*17., quia illud nascendi sors fortuitum opus, hoc unius cujusque judicio incoacta voluntas contrahit. Quo fit, ut quamvis nequeat rejici, ut suspectus iudex, qui utrique partium pari sanguinis necessitudine sit conjunctus, cum hinc, indè urgens propensionis suspicio, tollat hinc, indè fraudis, vel doli metum, *Triphoninus l.non solum* 67.*§. de uno, de rit.nuptiar.*& diximus in hoc *rit. num.*125. *lib.*2.addimus *Menoch.de arbitr. cas.*152. *lib.*2. *cent.*2. *Muta ad d.loc. num.*21. *Resecat. pag.*297. *lit.B.David Mevius in comment. ad jus Lubicense tit.*1.*art.*8.*lib.*1. *tom.*1. *num.* 30. *Mantic. decis.Rot.Roman.*372.*num.*4.*Staiban. in observ. ad resol.*117.*num.*11.*centur.*2. *Luc. de linea legal.p.*1. *art.*29. *num.* 12. sicque ob parem affectionem mediatores à partibus electi ad causam componendam minimè recusantur, ut observat, post nostrum *Marant. Mevius num.*26. & de æquali amico *Card.Francisc. Mantic. ibidèm num.*5.& declarantur à me in hoc *ritu n.* 159. *lib.*2.exarata, ut dicitur de teste habente propensionem æqualem, quod admittatur inter consanguineos, *arg.l.non solum* 67.*ff.de rit.nupt. Menoch.lib.*2.*de arbitr.cas.*196.*n.*19.*Reg.Valenz. cons.*28.*num.*29 *lib.*2.*Mantic.decis.*378.*cit.n.*4. attamen, si præter parem sanguinis gradum, addat iudex amicitiam cum hac potiùs, quàm cum illa parte, posset ritè, ut suspectus arceri ab judicando, *Dec.ad Ulpian.l.qui jurisdictioni* 10.*num.*17.*ff.de jurisd.* diximus *cit. loc. num.* 126.& concinit *Fab.defin.*2. *C. de judic.* etenim *consuetudo auget affectionem parentelæ*, verba sunt *Glos.in l.cum allegas, vers. non nihil, C.de castrens.pecul. milit. lib.*12. Neque immeritò, si enim improbatur fides testis deponentis pro conjuncto magna sibi amicitia tanquam suspecti, *Callistrat.l.*3.*de testib.c.*2. *§.item testium*, 4. *q.*2.cum amici domesticis exæquentur ab *African.l.*4.*§.accusatio, de legation.*, quorum fides est minus tuta *l.*2.*C.de testib.*, de communi *Alex.ad Bart.d.l.*3.*lit.G.Alberic.de Malet.de testib.cap.*2.*num.*17. (quidquid huic theoremati opponant nonnulli *Ulpianum in l.sciendum* 21.*de usur.*, qui nihil ait ad rem de teste amico) multò magis est suspecta fides judicis amici, in quo levior, quã in teste sufficit causa, ut dixi sup.

Hinc inter quatuor modos, quibus judicia meus
138 averti possit, recenset amicitiam *D.Gregor.in cap.quatuor modis* 11.*q.*3.& *D.Augustin.sequ. can.quicumque*, inquit, *aut consanguinitate, aut amicitia, seù hostili odio in judicando ducitur, pervertit judicium Christi, qui est justitia, & fructum illius vertit in damnationis amaritudinem.* Igitur meritò sanxerunt jura, quod sicuti judex alteri partium propinquus sanguine potest, ut suspectus repelli ità prorsùs possit, & repelli judex alteri obstrictus amicitia, *cap. insinuante, de off. jud. delegat. Glos.in cap.cum R.Canonicus, vers.cum sint, alleg.tit.* Imò quidquid cautum jure inveniatur inter cohærentes sanguinis propinquitate, id totum ipsum intelligi debere de cohærentibus amicitiæ ligamine, ait *Tiraqu.de pæn.temperan.caus.*22.*num.*13.& *Alciat.ad Paul.l.lata culpæ* 223.*de verb.signif.l.*2.*ff.qui petant tutor.* & alii DD.quamplures, quos adducit idem *Tiraq.*, & congerit plena manu *Borell. ad prag.* 1.*de arbitr.§.*1.*glos.*3. *num.*83. & specialiter in suspicionis materia *Fontanell.dec.* 15. *in princip.par.*1.

Et jure optimo magis amicitiæ conjunctus singu-
139 la, quam sanguinis, suspectus haberi debet; amor enim, quo cœcutiens judex in jure dicendo veritatis candorem intueri nequit, juxtà *Glos.in d.cap.cum R.Canonicus*, inter consanguineos non viget perpetuò, exulat ab iis non non raro, ut ait *Ovid.*1.*metamorph.*ibi:

Fratrum quoque gratia rara est:

& legimus simultates, vel ab ipso mundi exordio inter Abel, & Cain: inter Jacob, & Esàu: inter Joseph, & ejus fratres in sacris Bibliis; inter Etheodem, & Policinem Thebanos fratres, quos mutuis vulneribus trucidatos ipsamet pyræ flamma, nè una tàm discordes artus interfectorum haberet, divisit, ut cecinit Statius concivis noster; inter Remum, Romulumque, cujus jussu fuit ille interemptus, teste Pomponio in *l.ult.de rer.divis.* consonant *l.* 4.*C.de patr.potest.l.Codicillis* 91.*§.matre de leg.* 2.*d.pragm.*1.*de arbitris. Bal. in l. cum oportet num.*17.*C.de bonis, quæ liber.Glos.in §.& quod sæpè, verbo, adducunt, Auth de trient.& semiss. Tiraq.de jur.primogen.* q.4.*num.* 10. *Radenasc. lib.*1.*cons.*90. *num.*60. *Avus meus ad Gramm. dec.*23.*num.*5.*Cristopher.Forstnerus in notit ad Tacitum lib.*2.*annal.Jo: Cokier.in Thesaur politic.aphorism.lib.*5.*cap.*10.*pag.* (mihi)256. *Theatrum vitæ humanæ* novitèr editum, *tom.* 5. *lit.O.de odio, cap. affinium, & cognatorum* (mihi) *fol.*452.Hinc Abyssini fratres postgenitos perpetuò castro, instar carceris, mancipare solent, *Jov.histor.lib.*18.*Arnisæ* 2.*relect. cap.*2. *sect.*9.*num.*10.*Alvarez in histor. Æthiop.* p103. Ormi Rex secùdò natos obcæcavit, teste *Lindtstocf. hist. Indi.p.*2.*c.*6. *Philipp. Knipschildt de fideicomm.famil.nobil.cap.*6.*num.* 218. 220. & miraculi loco esse, si fratres se invicem ament, dicit *Trebel.Pollio in Claud.* Ideoque nec ficus indivisas fratribus relinquendas, suadet vetus Græcorum adagium apud *Martial. lib.* 5. *epigram.in calliadorum.*

Calliodorus habet censum quis nescit? equestrem.
Sextè, sed & fratrem Calliodorus habet.
Quadraginta secat, qui dicit. οὐ χα μέρίζει
Uno credit equo posse sedere duas?

Et *Plutarchus in vita Paul.Æmilii* inquit: *Nostro tempore fratres, & cognati, nisi regionibus, fluviis, murisque communia bona distinguant longeque à se invicem sint remoti spacio, altercandi finem non faciunt.*

At

At amicum pro amico ultrò mortem oppetere, demonstrarunt Damon, Pythias apud *Valer. Max. lib. 4. cap. 7.* & tanta fuit amicitiæ unio inter Phocionem, & Nicoclem, ut Nicocles haurire priùs petierit venenum, quam Phocion, eique molestum erat videre Phocionem morientem.

Insuper potest esse sanguinis propinquitas sine amore, ut suprà probatum est, non item sine amore amicitia; namque quousque viget amor intèr amicos, eousque perdurat amicitia illoque sublato, & amicitiam deperiisse, dicendum est. Hinc patet, quo fortius removendus est iudex amicus alterutri partium, quàm propinquus. Impossibile est enim reperiri amicitiam sine amore, facillimè eveniet, ut propinquus sanguine, careat amore ergà alterùm propinquum, quo casu omnis dolus aut fraus in judicando abesset. Quis propinquior, quàm frater fratri? & tamen frater non dicitur simpliciter alter, sed quodammodò alter à *Gell. noct. Atticar. lib. 12. cap.* 10. amicus verò simpliciter vocetur alter ego, *Div. Thom. 1. 2. q. 28. art. 1. in corpor.* allegans *D. August.* qui amicum suum suæ ipsius animæ dimidium appellavit, quod, & cecinit *Horat. lib. 1. od. 3.* innuitquè Alexander Macedo Sysigambi Persarum Reginæ, quæ decepta, Ephæstionem pro Alexandro fuerat venerata: *Non errasti, inquiens, nàm, & amicus Ephæstion alter Alexander est Quint. Curt. lib. 3. Valer. Max. eod. lib. 4. cap. 7.*

Hùc referam, quod ait *Div. Thom. eod. par. 2. q. 27. art. 3. in corpor.*, amorem, à quo amicitia, nomen, & essentiam deducit, esse quandam unionis cupiditatem, juxtà *Philosoph. moral ad Nicomac. lib. 8. cap.* 8. viderique unam amicorum animam in multiplicatis corporibus eandem, ut anima Jonathæ conglutinata dicitur animæ David ejus amici in 1. *Reg. cap.* 18. fitque quod Pythagoras fieri volebat, in amicitia, nempè ut unus fiat ex pluribus *Cic. offic.* 1. Ex quo colligitur judicem alterius partis amicum pro se ipso jus dicere, quando jus dicit pro amico, non quidem absolutè pro amico, quippè qui illi, ut ita dixerim, est identificatus. Sicut igitur ferendum non est, ut quis sit judex in causa propria, ita neque ferendum videtur, ut quis in amici causa dijudicet.

De judice ludente cum parte sermonem habet *Maynard. decis.* 80. *lib.* 1. quem adduxi in hoc *ritu sub num.* 144. *lib.* 2. & laudant *Mart. in compil. dec tom. 1. verbo, recusatio, cap. 25. Spidell. in suis syllog. quæst. verbo, procurator circa med. Fontanell. dec. 15. num. 25. lib. 1.*

De illo, qui nimis favet alteri parti, diximus in hoc *Ritu, ex num. 165. lib. 1.* & meminit *Altimar. ad Rovit. cons. 8. ex num. 1. lib. 1.* notantque *Reg. Galeot. lib. 1. controv. 39. num. 18. Larrea alleg. Fiscal. 118. sub num. 9. lib. 2.*

De inquilino alicujus partis, quod à judicando non arceatur, *Carrasc. notat ad l. recompil. cap. 9. num. 329.* vide dicta *in hoc ritu num.* 174. *lib. 2.* sicuti inquilinus testis pro domino admittitur, *Crespi de Valdaura cit. obser. 9. §. 7. num.* 69., conferunt scripta eodem in *rit. sub num. 148. in fin.*

De illo; qui ob accessum ad locum sportulam debitam remiserit parti, suspectus haberi videatur, quasi majori, quam judicis ordinaria affectione trahatur, diximus, ex *decis. Janua 3. num. 16. in rit. 14. sub num. 7. lib. 1.*

Hinc sequitur, quod cum commensalitas sit nimiæ amicitiæ indicium, *Glos. ad cap. omnes 17. 140 can. 28. q. 1. & ad dict. l. lata culpa 223. §. amicos, de verb. signific.* quibus addo *Eccles. c. 6.* ibi: *Amicus est socius mensa*, commensales proindè habentur suspecti, *Abb. in cap. accedens 4. col. 1. num. 2. versic. secundo causa principalis, ut lit. non contest.* & ibi *Barbos. num. 4. Fermosin. in cap. 4. de foro compet. q. 3. ex num. 23. Farinac. in fragm. p. 2. lit. l. num. 811. Consil. Staiban. in observ. ad resolut. 117. num. 14. lib. 2.* notans ex *Abb. loc. mem.* removendum judicem commensalem inimici mei, etiam quod mecum non contendat in lite, & alii à me adducti in hoc *ritu, ex num. 144. vers. & de judice commensali lib. 1.* tùm de jure communi, ex *tex. in l. observandum 19. ff. de offic. Præsid.* quem ad hoc laudat *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 3. de electi on. offic. §. 6. num. 1.* illis verbis: *Non visitent, nec per alienas domos cursitando vadant, & cavere debeant convivia*, testanturque *Mastr. de Magistr. lib. 6. cap. 10. num. 110. Maynard. decis. 70. lib. 1. Foller. in prax. crim. in princ. rub stud. se ornar. bene viv. mor. sub num.* 50., conferunt tradita à *Bovadil. lib. 3. cap. 3. ex num. 40. Reg. Tap. in princ. jur. Regni p. 1. num 30 Cavalcan. de brachio Reg. num. 221. p. 1. pag.* (mihi) 29. *Simanc. de republic. lib. 8. cap. 39.* & *Marta de tribunali, c. 6. num. 10.* tùm etiam de municipali jure hujus Regni in *pragm.* 64. *de offic. S. R. C.* circa finem, ibi: *jubemus prædictis Consiliariis, & Præsidentibus, ne simul comedant cum partibus, advocatis, & procuratoribus, aut agentibus*; & ibi *Rovit.* in illis verbis: *partes, ad quarum substantiae sit accessus, non possunt hospitari in eodem hospitio, nec edere in eadem mensa cum Commissario, quia esset causa suspicionis*, idem *Rovit. in pragm. 1. de suspic. num. 63.* his verbis: *item si judex, & pars hospitentur, & comedant simul in accessu pro viluro loci differentia, de jura Regni erit justa causa suspicionis*, de quibus nostris juribus meminit *Fontanell. dec. 9. num. 22. p.* & adsunt demùm duæ Serenissimi nostri Regis ordines id jubentes, quorum alter est sub datum 12. Februarii 1596. dum esset Prorex Dux Olivarensium, alter verò 21. Septembris 1616. dum huic Regno præesset Dux Albæ, penès Secret. S. C.

Id tamen in Regno diversas excepit decisiones; quandoque enim à S. C. decisum extitit, ut in causa suspicionis Consil. Camilli Sanfelicii, qui comederat, & hospes fuerat in cella cujusdam fratris Jo. Baptistæ de Auditorio, quod, *non intervenint*, refert *Reg. de Marin. lib. 1. resol. 190. num. 13.* etiam ob unicam comestionem per transitum, ut in causa Petri Pauli Theodori, hospicio. & mensæ adhibiti, dum iter faceret in loco Nisitæ propè Pausilypùm

ab

ab Ill. Marchione Aquaviva, refert idem *Reg. de Marin. d. resol. 190. num. 13. in fin.*, & per S. C. iterum judicatum, quod, *non interveniat Dom. Consil. Valera*, ad instantiam Petri Antonii Caravita administratoris D. Mariæ Caracciolo, attenta acceptatione, quod comederas insimul cum D. Michaele Salamanca, sub die 22. Septembris 1633. penès Secret. quandoque verò fuit decisum per Collat. Consil., quod, *interveniat Consil. D. Christoph. Morales*, qui vel decies cum parte colligante comederat, refert *Thor. tom. 3. par. 3. verb. suspicio*, de quibus memini in hoc *ritu, cit. vers. & de jud. commun.*

Et novissimè cum disceptatum de hoc fuisset in S. C. in personam cuiusdam Administri generis claritate, doctrina, optimisque moribus conspicui, qui allegatus fuit suspectus à Conservatorio S. Mariæ de Principio sub prætextu, quod, dum iret Casertam cum quibusdam alijs, diverterat ad rura D. D. Joseph Caravita, ibique in comitatu aliorum comederat, discussa re pleniùs in S. C. licet administer consueta ingenuitate deposuisset, se verè divertisse illùc, & comedisse, cum præfato D. Josepho, & alijs fuit tamen dictum, quod, *interveniat* die 14. Ianuarij 1678. relatore D. Consiliario D. Antonio de Silva, penès Secret.

Etenim, vel hæc amicitia, qua judex cum alterutra partium nectitur, est vera: & ea, de qua
141 locuti sunt *Cic. in 1. Rhetor. D. August. epist. 45.* & plerique alij, aientes, esse summam omnium humanarum, divinarumque rerum cum benevolentia, & charitate consensionem: esse illam, qua melius nihil, excepta sapientia, sit nobis, ut inquit idem *Cic. in lib. de Amicit.* cælitùs datum; Et in hoc casu licèt diù cogitandum, ut inquit *Senec. epist. 3.* an quis in amicitiam sit nobis recipiendus; & cum placuerit fieri, toto pectore admittendus: non ideo tamen præsumitur, judicem alteri partium amicum velle æqui bonique fines transilire, meditari iniusta, ab jure discedere, suamque conscientiam ponendo reatu prægravare, ut amico litiganti obsequatur. Externus enim amicis, & familiaribus ferendum est auxilium, quatenus non lædantur jura tùm divina, tùm humana, teste *Tullio offic. lib. 3.* confertq; illud *Plutarchi in apoph. Gell. lib. 1. c. 1. Bruss. lib. 1. cap. 3.* quod Pericles amico roganti, ut pro se falsum diceret testimonium: se quidem amicum esse dixit, sed ad aras usque: sensit vir prudentissimus eatenus benefaciendum esse amicis, quatenùs justitia, æquitas, & in Deum pietas permittit; cum prima lex sit amicitiæ, ut neque res turpes rogemus, nec faciamus rogati, idem *Cic. de Amic.* Si quis autem amicorum turpia rogaverit, dimittendus esset, ut inquit *Cic. in Verr.* ibi: *Primùm omnium opera danda est; ut eos nobiscum ducamus, qui nostra famæ, capitique consulant; deinde si in hominibus eligendis nos spes amicitiæ fefellerit, ut vindicemus, missos faciamus*; neque tandem omnia, quæ amicus velit, facienda sunt à judice, qui probè novit, teneri se, cum personam judicis induit, amici personam ponere; secùs utique non mereret hæc dici amicitia, sed pudendæ conspirationes, atque in proximi perniciem vergentes coniurationes dicerentur, ut post *Tull.* notat *Glos. in cit. l. lata culpa*, *verbo, rationibus*; dicens: *Amicitia est idem velle in licitis, & honestis; undè non est amicitia inter latrones, & fraudatores, & ratio rei est fraus, & dolus turpis, &c. ut sup. pro soc. l. cum duobus, & dicitur amicus quasi animi custos*, & cum vera amicitia versetur in bono, ob id raræ amicitiæ, inquit *Borrell. de compromis. §. 1. Gl. 3. nu. 110.* Hinc *Natta cons. 298. num. 4. lib. 2.* dixit, quod vel ipsum nomen amicitiæ, ut de per se bonum elidit omnem doli, ac pravi animi præsumptionem; & Publius Rutilius amico iniusta petenti cùm pernegasset suum officium: isquè indignabundus diceret, quid ergo opus est mihi tua amicitia, si quæ abs te peto, non accipio? imò, ait Rutilius, quid tua mihi opus est amicitia, si quid inhonestæ rei propter te facturus sum, teste *Valer. Maxim. lib. 1. cap. 4.* Vel est simulata, & nulla debet de ea haberi ratio; Quis enim abscedat à recto pro amico simulato, quando pro vero amico discedere nefas esset? Quis sacratissimarum legum præscripta proteret pro amico simulato, quando neque pro semetipso liceat in dissonum sensum protrahere? maximè cum præsumatur judex, præsertim altioris ordinis, puta R. Consiliarius, &c. esse rectus, fidelis, prudens iustitiæque studiosus, ut debet, *Afflict. in Constit. ut universis, ex n. 49.*

Duo igitur colligenda sunt in hac materia, in qua judicis arbitrio magnopere prævalere debet. Al-
142 terum excludi omnem suspicionis ansam, omnemque dolum, qui ex amicitia timeatur in judice summa probitate, ac rectitud ne inflexibili suffulto, ùt in terminis notat *Fermosin. in cit. cap. 4. q. 30. num. 20. de foro compet.* ex *Farinac. p. 2. fragm. num. 817. P. Pafferin in prax. formand. process. q. 6. art. 6. num. 116. Staiban. cit. observat. 117. num. 13. centur. 2.* ex *Alex. in l. qui jurisdictioni, num. 1. vers. fructo fallit, ff. de iurisd. omn. iudic. Jo. de Amic. cons. 120. & Gratian. c. 100. num. 15. discept. forens.*

Alterum colligendum, quod non quælibet familiaritas satis sit ad illum removendum, sed ar-
143 cta, imò artissima esse debeat, deduc tur ex *cit. cap. accedens il a. ut lite non contest.* ubi *Glos. verb. ex præmissis causis*, & post *Glos. in cap. insinuante, de offic. deleg.* insinuat *Fermosin. in memor. cap. 4. q. 30. num. 18. Mutate disquisit. legal. disputat. 18. num. 5. Fontanell. decis. 15. num. 2. lib. 1.* & proinde ex *text. cit. in l. lata culpa 223. ff. de verbor. signific.* eruitur, assidua conversatione induci amicitiam, putà in schola, ut innuit ibidem *Glos. & in c. innotuit. de elect.* sicuti assidua conversatione in bello, *Glos. in l. cum allegat, C. de Castrens. pecul. milit. lib. 12.* verbo, *nonnihil*, ubi, *Luc. de Penn. in fin.* notat, *contrarium aliquando evenire*, & infert, *undè minuit præsentia famam*, propterea non sufficit illam allegare, sed qualitas exprimi debet, an sit parua, vel magna, & ex qua causa oriatur, & si iudicetur in iudice talis amor, ex quo præsumi possit, ut vi illius à justitiæ tramite declinet, ut perbellè ostendit *P. Pafferin. cit. art. 6. num. 116.* concinunt tradita à *Carav. in rit. 160. num. 9. ac in rit. 192. num. 7.* ubi *Cavens. & Thor. p. 1. compend. decis. verbo, suspicio an mittat, vers. tertiò si ex capite.* Hinc quamvis judex minimè recusetur, si fuerit amicus

cus, & familiaria advocati, *Crespi de Valdaura observ. 9. q. 4. ex num.* 18. post alios, potissimùm *Fantanell. decis. 15. num. 3. & 4.*, cujus est huiusmodi sermo: *Ego istos Advocatos venditores fumi potiùs appello, quam amicos iudicis, & potiùs punis vanditorum fumi eas plectarem, quam judicis recusationem admitterem*, quem adduxi in hoc *rit. num.* 150. *lib.* 2. tamèn coarctatur, si Judex advocato nimis faveret, *Gratian. add. cap. 100. ex num. 23.*, *Staiban. add. observ. 117. num. 20. Merend.* videndus *controv. jur. lib. 22. cap. 26. ex num. 1.*

Vnicam propterea commensalitatem cum parte non esse sufficientem rationem, ut removeatur
144 Judex, (qui non præsumitur pro simplici edulio, vel meri patera judicare iniqua, neque pro vniverso orbe (scripsit *Cavalcan. decis. 28. num. 114. p. 2.* ubi inter octoginta quatuor causas recusationis, quas enumerat, illasque rescribit *Novar. in pragm. 1. de suspic. offic. in 11. causa*, hæc subnectit verba, *commensalis nimis*, sequitur *Gregor. Tholosan. cit. lib. 49. cap. 3. num. 6.*, necnon *Staiban. in add. abservat. ad resol. 117. ex num. 14. lib. 2.* & videtur non dissentire *D. Franch. Carasc. ad l. Recopilat. cap. 4. num. 117.* his verbis: *Intellige nimis, quia si semel, vel bis, vel pluries in una mensa comederit lite non durante pars adversa cum judice, non poterit recusari: si autèm lite pendente ex causa voluntaria commensalis fit, recusari poterit: secùs ex causa necessaria, ut in Collagio, Capitulo, vel iter faciendo*. Et proinde à judicando haud arcetur, si fuerit amicus, & commensalis filius judicis, ut decrevit noster Senatus in suspicione deducta a filijs, & hæredibus Caroli imparato in D. Consiliarium Jo: Baptistam Hodierna, nam, inter cætera capita, hoc deduxit; & relatore D. Consil. Erasmo de Ponte, provisum fuit, die 12. Julij 1672. quod, *capiatur informatio super allegato patrocinio præstita in causa, cætera verò capita reijciantur*, penès Secret. S. C.

Contradicere videtur præfato *Caras.* effato *Ant. Faber. lib. 3. tit. 4. def. 3. C. ne quis in sua causa*, de quo memini in hoc *rit. sub num.* 145. *lib.* 2. qui in casu, quo Senator ex itinere diverteait ad privatum hospitium, & domicilium vnius ex litigatoribus, quorum litem instruebat, licet cogente, aut temporis iniuria, aut loci necessitate, distinguit, dicens: huiusmodi Senatorem hactenùs esse suspectum, ut ex eo tempore, neque instructio, neque relatio litis ei demandari debeat, judicandi tamen munere, cum res judicabitur, non idcircò fungi prohibendum cum necessitas, ut plurimùm excuset, *l. 2. §. si quis in judicia, & §. si quis tamen, ff. si quis caut.*, & ex hac ratione in suo Senatu ita decisum fuisse scribit *num.* 4. quia multò periculosius est, si totius litis instructio, & enarratio, quæ præcipui momenti est ad litis victoriam parandam, suspecto iudici soli committatur, quam si ei inter cęteros sententiam dicere concedatur; tùm etiam quia difficilius est, ut certissimo salutis æternæ periculo velit quis de principalia negotio sententiam ferre per fordes, aut gratiam, quam ut in præparatorijs, & enarratione litis, quasi minoris momenti illud fit, amico favere gestiat; itaque ubi maius periculum, ibi maior cautio adhibenda, *§. 1. instit. quib. alien. lic. l. un. §. & cum lex, de rei uxor. act. l. 4. §. 1. ff. ad S. C. Vell.* adde, præter iura à *Fabro* adducta, *l. 1. §. sed si quis, de Carbon. edict. cap. ubi periculum 3. de elect. in 6. D. Chrysost. in can. 2. dist. 42.* Nec non priori ipsius *Fabri* dicto affabrè concinit hispanum decantatum adagium; *Haga mi amigo el processo, y sentencielo quien quisiera*, de quo *Bovadill. in politic. lib. 3. cap. 15. num. 46. tom. 2. pag.* (mihi) 423. propterea *Præsul Simancas de Republ. lib. 7. cap. 23. nu. 3. fol. 412.* hùc forsàn respiciens. *Scribæ*, inquit, *potiùs, quàm ipsi judices judicant, quia causarum vincula dissolvunt: nec enim judices aliud facere possunt, quàm fidem eorum sequi, quæ apud istos probata fuerint, contractuum, testamentorum, & actorum omnium robur ex fida scribarum pendet.*

Attamen si fas esset mihi, quæ sententiam de hac *Fabri* distinctione, proferre; pace tanti viri sub-
145 tilissimi æquè, ac ingeniosissimi, dicerem; Vel cogens temporis iniuria, locique necessitas est sufficiens ratio, ut Senatorem immunem reddat a suspicione, vel non est sufficiens. Si prius: igitur sicuti in iudicandi munere minimè suspectus erit, ita pariter neque in instructione, neque in relatione litis suspectus habendus erit. Si posterius: ergò æquè in utroque munere tùm instruendi, referendique, tùm sententiam dicendi suspectus sit, oportet; cum nulla subsit discriminis ratio. Si probum enim judicem futurum in iudicando censemus, cur eundem ut improbum in præparatorijs repellemus? cum bonum sit, ut aiunt, ex integra causa, malum ex singulis defectibus. Constat, quod eadem est ratio finis, ac medij tendentis ad finem, ut proinde concesso fine, concessa itidem intelligantur media, *Iabol. l. 2. de jurisd.* ubi *Accur.* verbo, *non potuit*, jura consona allegat: sicuti prohibito, fine, prohibitum censetur medium, *Vlpian. l. oratio 16. de sponsal. Justinianus l. ult. C. de reb. alien. non alien.* Igitur si Senator divertens ad privatum hospitium suspectus erit in præparatorijs, quæ vicem medij tenent ad sententiam, cur non suspectus erit in sententia, quæ finis est? aut si est non suspectus in sententia, cur suspectus in medijs instructionis, & relationis? Quin à nonnullis habetur finis præstantior medio, non debet ergo denegari cognitio medij, quod est ignobilius, Senatori, cui conceditur cognitio finis, qui est præstantior; *non enim debet Vulpian.* inquit *in l. 22. de regul. jur. cui plus licet, quod minus est, non licere*. Pergit ultrà inquiens *Faber*: *Sed, & difficilius est, ut certissimo salutis æternę periculo velit quis de principali negotia sententiam ferre per sordes, aut gratiam, quàm ut in præparatorijs, & enarratiana litis, quasi minoris momenti illud fit, amico favere gestiat*: at a nemine pręparatoria creduntur minoris momenti. Norunt omnes, quod instructiones sunt illæ, ex quibus ipsa sententia, tanquam à causa pendet: cum judex teneatur secundùm a legata, & probata iudicium ferre, *cap. quoniam contra, de probat. l. rem non novam, C. de judic.* etiam si quà privatus homo sciret rem se aliter habere *Præsul. Covar. var. lib. 1. cap 1. num. 4.* & notabimus infra in *rit.* 284. Pari propterea

certi-

certissimo salutis æternæ periculo submittis se judex, tàm si in præparatorijs amico favere gestiat, quam si in sententia: cum ex præparato, rijs hęc pendeat. Si igitur, ut inquit *Faber*. certissimum salutis ęternę periculum deterrebit judicem, nè amico obsequatur in sententia, illud idem deterrebit, nè in præparatorijs hospiti amico indulgeat.

Nec iuuat *Fabrum*, quod multò periculosius sit, si totius litis instructio, & enarratio, quæ præcipui momenti est ad litis victoriam parandā, suspecto soli judici committatur, quam si ei inter cęteros sententiā dicere concedatur. Nullo enim pacto dici poterit, Senatorē esse suspectū quoad illud munus, quod ipse solus debet explere: non autem esse suspectum quoad illud, quod unà cum cæteris senatorib. explere debebit; quasi societas Senatorum, qui suspecti non sint, operetur, nè Senator, qui alioqui suspectus foret, pro suspecto non habeatur; atque iniquum esset, quando iudex unus duntaxàt ex pluribus litigandi sit suspectus, illum non posse suspectum allegari in sententia, quia debeat cum alijs eam ferre contrà *tex. in l. 14. & fin. C. de jud.* & tangit *Prat. lib. 4. discept. 9. num. 11.* Demum quando vel nihil aliud timeretur ab hujusmodi suspecto judice in ferendo sententiæ calculo: nec posset in eam partem, in quam ipse vergit, alios ex Collegis suadendo, aut contendendo advocate, & alia peragere, multo cum litigatoris detrimento, *Dominicus de Rubeis certam. 13. nu. 18.* nemo inficias ibit, quod si daretur saltem in reliquis judicibus votorum paritas, accedente ipsius suspecti voto, pars quæ judicem verebatur, sua casa caderet.

Sentiem itaque remitteodum Senatorum arbitrio, qui de precisa, & cumulativa necessitate, qua hospitandum judici fuit, sivè de voluntaria diversione instructi, suspicionem animi corrupti, aut incorrupti in judice perpendent; ac tandèm vel in vtroque nempè in referendo, instruendoque, atque in judicando non suspectum, vel in utroque suspectum decernant.

Ex hoc *Fabri* loco arguebat *Petr. Fontan. dec. 10. num. 22. & 23. lib. 1.* & antè ipsum *Maynard. decis. 9. lib. 1.* ab eodem adductus, leviori causa suspicionis removeri relatorem à referendo, quam Senatorem à votando; quorum dicta, cum nitantur *Fabri* rationibus, ex ijs quæ diximus, infirmantur.

Concludit itaque in hac materia post *Vvesenb. d. m. A. in l. 16. num. 10. C. de judic. Vinn. cit.*
146 *thes. 1. nu. 58. In summa qualibet singularis adfictio erga alteram inducit probabilem suspicionis causam*: monet deinceps, optimè judices causam suspicionis declinaturos facere, si neminem litigantium, vel eorum, qui ijs adsuot, & causam instruuntur, in convictum, familiam, & frequentem cooversationem admittant, ex *Hiltrop. 2. process. 13. num. 14.* & demùm advertant judices Biantis monitum, cùm dicere soleret, se malle inter inimicos, quam amicos judicare. Nam ex amicis alterum prorsùs futurum inimicum; ex inimicis autèm alterum amicum fore, teste *Bruss. lib. 3. cap. 10.*

Præbent etiam uberem suspicionibus segetem munera, si quæ ab alterutra litigantium parte quo-
147 vis titulo, aut prætextu accipiat judex. Nulla enim civitas ferè, nullum Regnum, gens nulla est, quæ non sibi ipsæ constituerint hoc, ut judex ab accipiendis muneribus manus contineat; quod sanè sancitum primò à legibus 12. tabularum *tit. de promulg. ll.* ibi: *Donum ne capiunto, nevè danto, nevè petunda, neve gerenda, nevè gesta potestate*, ut ait *Cic. 3. de legib.* unaquæque gens approbavit. Hinc antiqui Justitiam manibus orbam pinxerunt *Zipaus de judic. c. 15.* Thebis visebantur judicum imagines truncæ manibus, captæque oculis, ut innuerent judicum animos, neque muneribus flecti, neque hominum vultu capi, oportere, ex *Plutarc. Stobaus serm. 44.* Non speretur pius judex, non integer, qui munera, vel captat facillimè, vel optat enixè. *Nil vile, nil cupidum judices decet*, *Cassiod. var. lib. 12. epist. 2.* *Abducuntur*, ait *Cic. in Verr. 6.*, *nonnunquam judices ab instituit fuit magnitudine pecuniæ*, & in Vert. 2. *Ingentes divitiæ judiciarum religionem, veritatemque solent perfringere. Nihil enim est tam sanctum, quod non violari: nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit*. Obuelant quasi quodam tegmine oculos judicum munera, ne possint intendere obtutus ad veritatem, ad æquitatem, ad justitiam, foveat licèt cliens bonam causam, muniat se præstantissimis patronis. *Auro enim loquente, inquit Nazianzenus in sententiis, inert est omnis oratio: persuadet enim illud, etiam si vocem nullam edat*; & *Isidorus lib. 3. sentent. cap. 58. acceptio munerum prævaricatio veritatis est: & dives muneribus citò corrumpit judicem, ac citò quoque auri justitia violatur*. *Franch. Salernit. conf. 25. §. 1. 2. & 3* *Zamar. de offic. judic. c. 20. Stefan. Nath. de just. & vulner. p. 2. t. 3. c. 2. D. Reg. de Philippo Fiscal. dissert. 30. ex num. 53. Ego ipse in rit. 14. lib. 1.* quem locum laudat *D. Altimare ad Rovit. consil. 92. n. 30. tom. 2.* & verba ibidem in princ. exarata, me citato, rescribit *Baron. par. 2. in add. ad tract. de corpor. ejusque membr. tit. de manib. sub num 364. pag.* (mihi) 161.

An autem idem dici debeat, si judex esculenta accipiat à litigante? Docet *Christophorus Crespi de Valdaura observ. 9. num. 22.*, quod hæc non sunt causa suspicionis, nisi quando darentur pro justitia, & eum hac intentione (licèt latius ducat, ut judices, vel ab his abstineant) sunt enim de jure Cæsareo permissa, & adducit *text. in l. solent. 6. §. fin. ff. de offic. Proconsul. l. plebiscit. 18. ff. de offic. præsid.*, & de jure Canonico non modo ait permissa iudici delegato, de quo loquitur *tex. in cap. statutum 11. §. insuper, de rescript. in 6.*, sed etiam ordinario *Sanch. in opusc. lib. 3. cap. unic. dub. 2. num. 5.* Imò dicit *Valdaura loc. cit. num. 29.* nè esse quidem hoc prohibitum Inquisitoribus, citans *Dian. par. 4. tract. 8. resol. 8.*, & quod disponitur in *tex. l. Julia 7. §. apparet. ff. ad l. Jul. repet.* non loqui de esculentis, ut ait *Gl. in l. 1. verb. à sobrinis, eod. tit. ad l. Jul. repetund.* tandem concludit, id fuisse innovatum ex *Auth. ut indic. sin. quoq; suffrag. §. scriptum est, & Auth. jusjurandum,*

quod præstat ab ijs §.1. ubi Glos. & interdictum iudicibus accipere esculenta, & poculenta, quod tamen non observatur in Audientia Regni Valentiæ; nàm ibi ex privilegio 36. Ferdinandi 2. fol. 232. finitur iudicibus esculenta, & poculenta percipere, quæ uno die consumuntur. Prælatus verò xenia, & munuscula quærere non debet, nec oblata respuere, notabilitèr Cagnol. scribit in l. nemo invitus, §. quod cuiqua num.4. ff. de reg. jur.

Quid verò si accipiantur xenia nomine sportularum? Licet à Novell. 82. c. 1. statuantur iudi-
148 cibus delegatis sportulæ: scilicèt in principio litis duo aurei, si causa centum, aut plures aureos attingat, & duo alii in fine iudicii, quas extendunt etiam ad ordinarios, quibus vel nullum, vel exiguum sit salarium addictum, Mastrill. lib. 1. de Magistra. cap.22. num.1. & 2. Specul. tit. de salar. §. 1. num. 13. vers. si verò ordinarius; à iure tamen Canonico denegantur: sed solùm iudici proficiscenti suppeditatur viaticum, cap. cum ac omni. 10. de vit. & honest. Cleri. or. cap. statutum, §. insuper ut gratis, de rescript. in 6. cap. unic. de plus petition. Birtach. in reper. verb. sportula, Ludovic. Rom. sing. 183. Corset. sing. 293. Bover. sing. 3. nu.8. Verùm Emericus à Rosbach. in thesaur. diff. inc. iur. civil. & canon. lib.3. tit. 22. cum Matth. Stephan. ad Novell. 82. num.3. conatur, hanc iurium dissonantiam conciliare, dicens: quod iudicibus pedaneis debentur sportulæ, non æquè Magistratibus, qui ample habent salaria; cuius sententiæ se subscribit Jacob. Brandmuller. in manuduct. ad iu. canon. & civil. in verbo sportulę, fol.483.

In hoc autem Regno nullæ soluuntur sportulæ ex nostrorum Regum clementia; ab ærario enim publico persoluuntur mercedes laborum Magistratibus. Hinc cautum est per Regni pragm. ne munera, vel minima accipiantur. Nec immeritò, si enim sola salutatio sufficit ad subvertendum iudicem, D. Ambros. 1. Thessalon. c.5. ibi; dum salutari quærit. à justitia deflectit, quem refert Stephanus Natber. cit. tract. justitia vulnerat. tit. justitia in munerum acception. vulnerat. c. 2. sub num. 5., quid faciet ipsa pecunia? quid munera? solent enim, & ista animas iudicum pervertere, ut aït Cic. pro Muren. ibi: escarijs muneribus non oportet judicia hominum corrumpere; sæpenumerò flectitur animus, vel ex minimis, & paulatim docetur ad capienda munera maiora Ventur. de Valent. in Parth. litig. lib.2. c. 10 Carpa. q.93. num.61. & Paris de Put. de Synd. lib. 1. c.2. inquit: Non dantur cum charitate, sed per corruptionem, & qui dat judici unam gallinam, dat cum intentione; ut habeat ab eo bovem: & dicunt rustici, quod xenium intrat per portam Judicis, & diabolus exit per fenestram.

Et si igitur Vlpian. in l.2. ff. de offic. proconsul. referat vetus illud proverbium: valdè inhumanum, est à nemine accipere, sed passim vilissimum omnia autem avarissimum. Et quod mandatis continetur, ne donum, vel munus ipse Proconsul, vel qui in alio officio erit, accipiat, ad xeniola non pertinet, sed ad ea, quæ edulij excedunt usum, qui adhæret Modestin. in l. plebiscita 18. ff. de offic. præsid. ibi: plebiscito continetur, ne quis Præses munus, donumq; caperet, nisi esculentum, poculentumve, quod inter dies proximos prodigatur; cap. statutum, §. insuper de rescript. in 6. in Gallia servari memorat Aufrer. de recusat. in 9. specie vers. adde, quod sicut judex, in Curia Romana, Farinac. de var. & divers. crim. q.11. num. 254. Navarr. in Const. Gregor. 111. de dat. & conferunt tradita è Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 342. nu.38. Affl. in constit. Capitaneum num.30. ibi Batins, in constit. apud justitiarios num.1. 4. & 6. Tiraquell. in tract. de judic. in reb. exig. v. octuagesimo secundo, Boer. decis. 153. num.26. Boss. in tit. de offic. corrupt. pec. num. 3. Zappul. in pragm. 5. §. 10. ex num. 21. de administ. univers. intelligi dicendum est de ijs judicibus; quibus nulla constituta est pecunia ab ærario, ut rectè advertit Odofr. in d. l. plebiscita, & ante eum Glos. in Auth. jusjurandum, quod præstat ab ijs, in verb. annonis, sequuntur Reg. Rovit. in pragm.1. de muneribus, offic. num.3. Modes. in §. magistratus, seu pratorum edicta, dubit.18. Guazzin. in tract. ad defens. animar. judic. defens.5. cap.38.

Quamobrem in hoc Regno, in quo ab ærario numeratur pecunia Ministris, nullus est disputandi locus, per pragm. 2. 4. & 5. de muner. offic. & ibi Rov. & Camill. de Laratha cons. 114. ex num. 89. Velasc. in tract. Judex perfectus, rub. 9. annot. 4. Muscat. in prax. crim. rub. de judic. corrup. Campag. in cap. hac edictali in princ. Io. Grand. de bell. exul. en prædic. habitus q. 3. Maur. Sen. alleg. 32. num. 2. & cons. 33. num. 4. Capibl. in pragm. 4. num. 14. de Baron. Maur. Iun. alleg. 22. & 76. Lanar. cons. 49. & 93. Reg. de Ponte consil. 49. lib. 1. Reg. de Marin. lib. 2. resol. cap. 244. & ad Revert. decis. 12.

Nec juuat allegare consuetudinem in contrarium; Rovit. in me. pragm. 1. de muner. offic. num. 16.
149. Maur. Iun. cit. alleg.22. num.9. Ricc. collect. 1150. consuetudo enim nutritiva peccati non valet, Salas de legib. disp. 19. q. 5. etiam venialis: nedum si verè nutriat, sed etiam si præsumptivè, Constant. Rogg. in tract. de summo bono, in §. incipiente, tractemus de virtute, quę apud Græcos, inter tract. diversos, tom.2. par. 2. num. 22. fol. 12. hæc igitur est potiùs corruptela, atque abusus, quippè quæ bonos mores oppugnans, materiamque inducens peccandi, vel certè periculum subvertendi in maximum Reip. detrimentum justitiam, ex cujus defectu obveniunt fames, terræmotus, bella, ac pestilentię, ut notat Imper. Iustinianus in §. unic. ut non luxurient. homin. contr. natur. Et omnes norunt, quod qui amat periculum, peribit in illo; cum idem sit peccare, ac exponere se peccandi periculo, Cornel. à Lapid. ex D. Hieronym. & alijs, in Eccl. cap.7. in 1. par. capit. Quamobrem judex munera suscipiens peccat lethaliter, post alios, Guazzin. cit. cap. 38. num. 29. ac tenetur ad restitutionem Medin. apud Jo. de Dicastill. de justit. & jur. tom. 1. l. 2. tract. 2. disput. 6. num. 81. & videndus P. Afflict. de justit. & jur. tom. 1. disput.

12. n.

12. *num.* 68. Nisi darentur causa remunerationis meritorum, quæ præcesserint ante officium, *Gnaain. cit. num.* 27. *Tiraq. in l. si unquam*, verbo, *donatione largitius ex num.*26. *C. de revoc. don. Pachin. l.*2. *contr.* 80. *Avil. ad l.* 1. *n.* 22. *tit.*6. *lib*3. *nova recopil. Peregr. de jur. Fisc. lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 12. *Gratian. discept. forens. cap.* 402. *num.* 4. vel ex testamento, *Franch. decis.* 493. *Reg. de Marin. ad Revert. observ.* 14. *num.* 2. *Reg. Revit. in mem. pragm.* 1. *Tiraq. ad l. Connub. gl.*5. *num.* 93. *Afflict. in constit. communiter*, *num.* 2. *Bvadil. in polit. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 45. sed errant ex *Bart. in l.* 27. *ff. de donat.* & alijs penès *Farin. q.* 111. affirmantes, magistratui, post rem confectam, fas accipere, quod ipsi remunerationis causa offertur, quorum errorem notavit *Alciat.* 2. *Parerg.* 49. & promptè refelluntur *ex l. fin. C. ad l. Jul. repetund.* & sentiunt *Maritna. de refer. judic. & advoc. off. par.* 1. *c.* 1. *Fachin. controv. jur. cit. lib.* 2. *cap.* 80. qui advertunt, quod in *l. cit.* 27. non prætori, ut perperàm olim legebatur; sed rethori, ut in Florentinis legitur, donatio facta est. In dubio enim cum agatur res animæ, omnia tractari debent dubio procul, sic admonente Cornelio a Lapide *cap.* 5. *Prov. vers. Honor. cap.* 11. *vers.* 17.

Hinc justè removeri judices à causis illius, qui contulit beneficia Ecclesiastica eorum filijs, etiam
150 præsentando, statuit *pragm.* 9. *de suspic. offcial.* quod Senatus noster locum decrevit habere etiam in collatione, & concessione officij in causa Antonij Francese Baronis Cicalæ cum Ill. Marchione Vasti, recusantis D. Consil. Io. Baptistam Hodierna, quòd D. Antonius ejus filius judex erat secundarum causarum Insulæ Prochytæ ab eodem Marchione electus, relatore D. Consil. D. Stephano Padilla die 3. Decembris 1668. penès Secr. S. C. quod probat *Rebuff. ad constit. Galliæ, tom.* 3. *tit. de recusat. art.* 2. *Glos.* 1. *pag.* 154. apertè insinuans, justè statui per illius Regni constitutionem nè Præsides, Consiliarij, & Magistratus judicent, nevè in causis collatoris, à quo ipsi beneficium habent, vel officium, amore quodam, vel affectu, quam gignere in eis potest via illa obligationis antidoralis, *ex l. ex hoc jure, ff. de just. & jur. l. sed & si lege, §. consuluit, de petit. hared. Humanum est enim*, inquit *Rebuff. ut quis exhibeat ei reverentiam, à quo percepit beneficium c. illud, ubi Gl. q.* 11. *humani autem moris est illum vereri, cujus judicio, & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur. causis* 16. *q.* 2. *& n.* 2. *vers. idem si*, idem esse ootat, si contulerit filijs Consiliarij, fratribus, aut consobrinis germanis, ex *text. in l. isti quidem, ff. quod met. caus. & n.*7. repetit hæc verba. *Idem in officijs, sicut, & in beneficijs*, cum de uno ad aliud validum sit argumentum, *Cabed. dec.* 182. *num.* 1. *p. par. decis.* 20. *num.* 1. *& decis.* 91. *n.* 4. *p.* 2. *Barbos. in loc. commun. loc.* 14. *&* 76. *Larrea alleg.* 50. *num.* 52. *Dominic. Antunez. Portugal. de donat. reg. p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 256. , ita quod sicuti beneficia Ecclesiastica exteri obtinere nequeunt, tùm jure communi in *c. cum de beneficijs, de preb. in* 6. *c. nullus*, *c. obitum* 61. *dist. Covar. in c.* 2. *de testam. n.* 2. *Garsia de benefic. lib.* 2. *c.* 15. *num.* 12. *Cresp. de Valdaura observ.* 6. *ex num.* 81. ex *Jan. Langlaus in octo semestr. lib.* 7. *cap.* 10. *pag* (mihi) 380. *Guilhelm Anthon. à Froundeberg. de rescript. Morat. tit.* 9. *concl.* 67. *lit. P. fol.* 775. *Gaspar Klockius de Ærar. lib.* 2. *cap.* 25. *ex n.* 48. *Philipp. Knipschildt de jur. & privileg. univers. lib.* 2. *c.* 8. *à num.* 107. tùm legibus peculiaribus omnium ferè regnorum attentis, ut de Bononia, Gallia, Navarra, & Aragonia testes sunt *Salzed. ad Bernard. Diaz cap.* 54. *in princ.* De Regno Castellæ, & Franciæ *Gonzales de Salzed. de leg. polit. lib.* 2. *c.* 15. *Rebuff. in prax. benef. reg. de idiomat. Glos.* 1. *tit. de rescrip. min. num.* 8. *R. Valenz. cons.* 34. *num.* 70. *& cons.* 105. *num.* 87. *lib.* 1. *Antunez. loco cit. ex num.* 154. ita & officiorum sunt incapaces, quæ regnicolis conferenda sunt, prout apud Venetos, & Gallos servari scribit *Cassan. in catal. glor. mund. par.* 11. *consid.* 22. apud Siculos *Mastrill. de Magistrat. lib.* 2. *c.* 7. *num.* 27. Valentinos, & Aragonenses *Crespi observ.* 6. in Regno Castellæ, & Portugalliæ *Antunez Portugal indic. cap.* 29. *ex num.* 156. & de nostro patrio jure, post alios testis est *D. R. Jo. Hieron. de Philippo Fiscal. disser.* 29. memor *mei in rit.* 63. *sub num.* 13. *&* 16. *lib.* 1. *& rit.* 250. *n.* 18. *lib.* 2. quod mirificè declarat *Borrell. de Magistr. edict. cap.* 5. *num.* 23. Etenim beneficium latissimè sumitur, omnesque largitiones, & officia complectitur, *DD. in l. beneficium, ff. de constit. Princip. in c. quib. mod. feud. amitt. Gars. cit. tract. in princ.* Maximè cum in utroque eadem militet ratio nostræ *pragm* 9. *cit.* conditorumque mens utrumque complecti voluerit, ex eorum verbis in proœmio, & ex voluntate desumitur, ad scripta per *Apicell. in tract. de suspic. num.* 114. quamvis utrumque non expressè, & distinctè declarassent, nè prolixior sermo esset, & de collatione beneficij interrogati idem statuissent ad *Gl.* celebrem *in l. tale pactum de pact.*

Quibus confert altera peculiaris Regni sanctio 6. *sub tit. de offic. & quæ iis prohib.* quæ ut Iudicesjus omni suspicione remota dicerent, statuit, quod nemo officialium ex se, vel per alium possit à Baronibus, filiis, vel consanguineis in gradu ibidem expressis officia conferri, eadèqua sponte oblata recipere, sine peculiari Principis placito, haud queant. Et in §. 3. *ejusdem prag.* declarat idem statutum intelligi respectu beneficiorum Ecclesiasticorum, eadem militante ratione. Quæ antedicta quam maximè comprobat, & corroborat *prag.* alia 14. §. 3. *&* 4. *eod. tit. de offic.* Cogitandum tamen respectu beneficii ad tempus collati, & sic officii, beneficia enim perpetua esse debent *cap præcepta.* 55. *dist.* & notat idem *Rebuff. cit. art.* 2. *Gl.* 1. *n.* 6. exemplificans *num.* 7. si Architalassus, vel magister equitum vulgo Admirabilis, & Comestabilis expostulasset à Rege alicui Consiliarii officium, non poterit deinde Consiliarius illehorum causis interesse, nec iudicare, utrum causis collatoris, & conferunt à nobis tradita in *hoc tit. sub n.* 146. *&* 148. *lib.* 2. Verum in causa

causa prænarrata Antonii Francesc fuit etiam productum D. Consil. Hodierna multorum annorum intervallo fuisse generalem Advocatum domus Ill. Marchionis Vasti, & maxima familiaritate coniunctũ. Si verò collatum fuesit beneficium ex necessitate, quia illa collatio utpotè necessaria non obstringit recipientem, sicuti voluntaria *l. 1. ff. de fund. dotali*, cum in necessitatibus liberalis nemo arbitratur. *l. rem legatam, ff. de administrat. legat. Ias in l. fin. §. sed quia col. 2. in prima limit. C. de leg.* merito non induci causam recusandi iudicem, Arestrum iudicavit Parisiis die 27. Augusti 1543, teste *Rebuff. cit. in loco num. 5.* Cæterum alio simili eveniente casu, totum bono judicis: omnes circumstantias, atq; adminicula sedulo perpendentis relinquitur arbitrio.

Advocatus insuper iudex effectus haud iudicare valet in causa patrocinata, ut notamus in hoc
151 *Ritu num. 151. lib.* 2. addimus *Resecat. add. loc. lit. H.*, *Raxas de incompatibil. cap. 4. num. 31. Vvesembec. consil. 164. num. 25. Marant. cit. p. 6. 2. act, princ. num. 42. Giurb. cons. crim. 9. num. 14. Cancer. var. resol. p. 3. cap. 13. nu. 197 Xamarr. de offic. advoc. q. 4. num. 54. Scaglion. in ritu* 18. *num. 14. D. Carol. Rosa ad Consuetudin. Neap. in consuet. in causis, de testimon. rustic. in num. 5. D. Caroli Rata in floril. conclus. 38. à nu. 1.* ex *Avo meo ad Capyc. dec. 146. ac text.* de cantato *in l. fin. in fin. Cod. de assessor.* nec non in *l. quisquis, C. de postul. & glos. in cap. si contra unum, verba causam legitimam in addit. de off. deleg.* etiam utriusque partis accedente consensu, pluries diximus, attenta potissimùm nostri Regni sanctione, quæ est 15. §. 18. *sub tit. de suspicione official.* quam exornat *Pras. Ganaver. dec. 11.* de quo memini in *rit. 11. num. 12. lib. 1.* & traduot *Prat. ibidem citatus, & lib. 4. discept. forens. cap. 46. num. 36. de Rubeis in forens. certam. specim. certam. 13. num. 4. & 5. Cons. Vargas Machuc. lib. 1. p. 5. consid. 11. num. 3. & consid. 13. Aviles in cap. prator, v. abocados,* notans, expressè provisum per legem particularem apud Hispanos, ac ratio est, quia lex prohibet, cui renunciari non potest, *Glos.* est *in l. à divo Pio*, verbo, *actionem ff. de rit. nuptiar.* quam admirabilem præconizat *Corset. in sing.* verbo *prohibitoria constitutio*, cujusque effatum examinant *Bald. in l. fin. in 3. oppos. de ed. ict. div. Adr. toll. Bar. in l. si constante, §. quoties, solut. matri.* & videnda *Glos. magna in l. 1. in fin. ne fideius. dat. dent.* confert *text. in l. 5. C. quando prov. non est necess.* etiam si subscripserit se in causa, post alios, *Prat. tom. 3. cap. 47. num. 54.* quem laudavi in *cit. rit. 11. num. 11.* vel supplicationem pro alio advocato, dummodò respiciat illa merita causæ *Fontanell.* declarat *dec. 8. num. 19. in fin.* & proindè haud intervenire prohibeatur, si levia sint, & nullius præiudicii, quæ ordinaverit circa processum, scripsit *David Mevius citata comment. ad ius Lubicense, tit. 1. art. 8. lib. 1. to. 1. num. 18. ex Cabed. dec. 2. p. 1.*

Consultor quoque, post alios, *Resecat. add. cap. 5. de iudic. stat. pag. 298. lit. C.* nec *in ritu citato*
152 11. *sub. nu.* 9. & in hoc *rit. num. 155. lib. 2.* censuitque noster Senatus in suspicione deducta ab Ill. D. Eleonora Zabatta ducissa Soræ in causa cum Ill. Ducissa Balneoli, sub die 9. Iunii 1661. penès Secr. Nec procurator, qui fuit in causa, *Seraph. decis. 78. Ricc. coll. decis. 1747.* Sollicitatores, & testes, qui in illa testimonium perhibuere, *Thor. in supplement. comp.* verbo *suspicio in fin.*

Quod iudex, qui fuit advocatus generalis conspicuæ domus, prohibeatur iudicare nedum in causa, in qua præstitit patrocinium, sed etiam in aliis, decrevit S. C. recusante F. Vincentio Ferrerio equite Hierosolymitano in causa cum Marchione Layoi D. Consil. Roccum, die 16. Septembris 1672. relatore D. Consil. de Silva, & perpendit *Fontanell. decis. 8. sub. num. 15. vers. contrarium tamen, lib. 1.* si enim in advocatis consanguineis, & affinibus sancitur, ut diximus suprà *num. 133. vers. removeri etiam*, quarè in eadem persona advocationem præstante admitti non debet? & confert decisio apud *Gallup. in praxi S. C. part. 1. cap. 4. num. 27.* juxtà sensum *Thor. part. 2. compend.* verbo, *suspicio an cesset.*

De quo patrocinio præstito statur etiam attestationibus secretarii tribunalis, actuariorum, ac scribarum, si non recordetur iudex recusatus, ut in suspicione allegata à Carolo Barba decrevit S. C. die 18. Decembris 1675. relatore D. Consil. Provenzali, & in altera adducta à D. Hieronymo Maria Pignatelli, die 10. Decẽbris eiusdem anni, Commiss. Ill. Duce Campimele, penès Secr. & an fides in hoc adhibeatur advocato, & procuratori causæ principalis, affirmativè lepidè respondit *D. Rosa cit. loc. pag.* (mihi) 266 præsertim si suspicio orta fuerit, postquam desierint patrocinari.

Qui fuit arbiter, vel arbitrator ne iudicare illa in thesi valeat, fusè diximus eodem in *rit. 11. n.*
153 8. Vnde recusato à Gubernatoribus familiæ Carmignanorum uno ex DD. Consil. in causa cum D. Felice Carmignano, eo prætextu, quod fuerint ipse, & D. Carolus Carbone arbitri electi à D. Felice, & D. Aloysio Carmignano super inventarij discussione, de qua disceptabatur, scissa fuerunt vota, illa præstantibus DD. Præside S. C. Consil., D. Ferdinando Moscoso Commissario, Francesco Maria Prato & Antonio Fiorillo; qui enim (ut ipse percepi ab uno ex Dominis) contra recusationem eorum præbuere calculum, in eo steterunt, quia habuerunt pro vero, quod qui semel arbiter fuit, & partitas discussit, admittendo nonnullas, alias vero non, notatas in margine processus non dicatur iudicasse, eo fortiùs cum de partitis modicis ageretur, quodque cum de rigore pragmaticarum arbitri non comprehendantur sub nomine advocatorum, quibus vetitum est iudicare in causa, in qua patrocinium præstiterunt: Alij verò in comperto habuerunt fuisse votum propalatum per partitas discussas, de quibus modo iterum erat agendum coram ipso uti Consiliar., quodque licet laudum non fuisset prolatum, id deserviebat, ut non possit asseverari esse redactum in formam laudi; secùs verò ad recusandum ipsum, qui semel votum suum aperuit, & de iure præsumitur affectio-

nem

nem habere ad illud defendendum, atque confirmandum *l. fin. C. de assessor. Pratus cit. cap. 47. vol. 3.* Quin compromissum non erat tantum de iure, sed fuit elargita potestas de iure, & de facto, tàm in procedendo, quam in sententiando, quo casu est species quædam transactionis, ex doctrina *Bart. in l. quod si Ephesi, ff. de eo quod certo loco*, & alibi passim, & augetur affectio erga eligentem, favetque effatum *Reg. Rov. in pragm. 1. de arbitr. num. 33.* eiusmodi compromissa solere fieri à partibus in proprios advocatos, ex quo poterat credi, præfatum Consiliarium recusatum fuisse adhue partis advocatum, magnamque vim faciebat consilium *Reg. de Ponte 141. tom. 2. per totum*, præsertim *num. 4.* Vndè die 21. Iulii 1664. iterum causa examinata in S. C. eodem D. Consil. Moscoso relatore, coram DD. Consiliariis D. Blasio de Boliaga, D. Ioanne de Herrera, & D. Antonio Gaeta adiunctis datis ab Excellentissimo Domino ad dirimendam paritatem (illos enim dare non potuit D. Præses S. C. quia suffragium præstitit in causa, vigore *pragm. 1. §. 6. de caus. decid.*) manavit è Senatu decretum, quod, *non interveniat*, penès Secret. S.C.

Arbiter verò quod possit recusari diximus suprà *num. 101.* addo *Staiban. lib. 1. resol. forens. 37.* 154 *num. 39. & resol. 57. num. 45. Borrell. in summ. dec. tit. de compromissione num. 394.* extendentem ad arbitratores, & ad tertium, qui eligitur in casu dissentionis, *Mastrill. dec. 91. n. 7. Baro cons. 16. num. 24. vol. 3. ex tex. in l. non distinguemus 37. §. cum quidam, ff. de recep. Arb.*

Hinc oborta contentione post obitum D. Caroli Tocchi Principis Montis Miletti inter Illustr. Principem Achaiæ eum Ill. Duce Siciniani eius filio de successione ad bona contenta in vinculis institutis à Principe D. Io. Baptista Toccho, fuit initum compromissum in duos, quos communis Principis, & Ducis consensu arbitros elegerat, & prolato laudo, executioni opposuit Curator Comitis Montis Aperti nepotis Principis instando nullā haberi rationem de laudo, eo non audito, prolato, ac novū fieri compromissum, & die 11. Iulii 1676. è S. C. fuit decretum, iterum causam compromitti cum vellet autem Acajæ Princeps eligere arbitrum seorsim ab electo per curatorem dicti Comitis Montisaperti, institit Dux in S. C. vel duos eligi arbitros, alterum à Principe, ac Comite, & alterum ab eo, vel etiam quoque duos per ipsum Ducem eligendos arbitros, & alio S. C. consulto, die 31. Martii 1667. fuit confirmatum primum decretum, dictumque, quod eligantur arbitri per Principem Achaiæ, Ducem Siciniani, & Comitem Montisaperti, & cum iis una procedant DD. Carolus Cito, & Federicus Cavaliere arbitri ab ipso S.C. electi ad decisionem omnium hinc indè prætensorū, cui sanè placitò cum acquievissent partes ipsæ, edoctisque pluriès de causa arbitris, curator Comitis proposuit recusationem adversùs D. Carolum Cito alterum ex arbitris à S. C. electis, & D. Fabium Crivelli arbitrum à Principe deputatum, ex eo quia iidem susceperant, ut patroni, tuendam causam successionis in Statu Montisleonis pro Ill. Duce Casalisnovi & eius filio, ad excludendum ab ea D. D. Iulium Pignatelli Marchionem Sambucæ, quam causam similem esse ajebat huic, de qua fiebat compromissum, nempè: An masculus ex fæmina nupta in familia faciat deficere conditionē, si decesserit absque filiis masculis. (quo in themate dissidentes sunt legum Coryphæi, inter quos *Card. Mantic. de coniecturis lib. 8. tit. 8. ex n. 2. Peregr. de fideicomm. art. 26. & Censal. ad eundem fol. 183. vers. pro opinione Barthol. Stella inter consil. Fusar. cons. 19. num. 26. Rustic. ad l. cum Avus, ff. de condit. & demon. lib. 6. cap. 16. num. 1. Fusar. de substit. q. 404. num. 6. Mart. Venturin. consil. 25. à num. 116. D. R. Rovit. cons. 17. n. 14. lib. 1. D. Consil. Pascal. de patr. potest. p. 4. cap. 9. à num. 69. Molfes. consil. 19. num. 24. D. Reg. Tap. decis. supr. Cons. 10. Soccin. Sen.* & alii penès *cons. Brun. feudal. 10. & 11. Curt. Iun. consil. 1. vol. 1. Cravet. consil. 832.* & *835.* adversus quem calamum arripuere *Decian. consil. 1. num. 192. vol. 1. Soccin. Iun. cons. 15. vol. 3.* & alii laudati à *Mario Alberghino consil. 18. inter cons. Fusar. ex n. 7.*

Vrgebat Dux Siciniani, ne ulla haberetur ratio allegatæ recusationis. Etenim causa, cur nequeat advocatus iudicium ferre in hypothesi, quā olim tuendam suscepisset, non est, quia votum propalarit, sed quia præsumitur, adeptus esse præstito patrocinio affectionem quandam tum causę, tum clienti. Hinc est, quod non prohibetur iudicare in alia causa, quæ consimilis sit illi, quam tutatus est, ut decisum referunt *Theodor. alleg. 87. Præs. de Franch. dec. 67. num. 18.* secùs omnes ii, qui typis tradiderunt libros, in quibus aliquem articulum defendunt legum rationibus, quippè qui suam opinionem declararint, essent suspicionibus obnoxii, quod nemo unquam dixerit. Unusquisque enim præsumitur velle mutare consilium in melius, *l. non nunquam*, ubi *Glos. ff. de collat. bonor. ego super rit. 3. num. 14. lib. 1.* & in hoc *rit. n. 186, lib. 2.* Itaque si hæc ratio non est sufficiens ut removeatur judex, eo minùs sufficiens erit quia patrocinium susceperit causæ consimilis illi, in qua iudicium erit prolaturus; cum hi gemini actus possint una justè fieri, & absque eo, quod inferatur præjudicium iuribus partis; si quidem teneretur, ut patronus defendere non quidem justum simpliciter, sed justum in ordine ad patrocinium, hoc, quod probabile est: ut judex verò debet fundare judicatum in veriori, atque magis communi opinione Doctorum, *D. Thom. 2. 2. qu. 71. art. 3.* & *Caiet. art. 4. in fin. Francisc. Tolens. lib. 5. cap. 60.* qui an tuta conscientia valeant cum opinionibus Antonii Fabri, Jacobi Cujacii, Ugonis Donelli, Francisci Duareni patrocinia suscipere; litesquè dirimere, affirmat post alios *Io. Sancius in disput. pract. disp. 44. in num. 63.* cujus sententiam uti notabilem recenset *Dian. p. 2. resol. moral. tract. 13. resol. 5. Narbon. de ætate anno 14. q. 50. num. 12.* quibus repugnat *Xamar. de offic. iudic. & advoc. p. 1. q. 3. num. 18.* sed omnia cum temperamine sunt intelligenda, & proindè attendendum Fabrum penès in eo, quod in Codi-

ce

ce decidit, quam quod alibi scribit, monet *Castell. de donat. tract. 1. disc. 2. p. 15. num. 9.*

Addebat, non militare allegatam suspicionem, quia quando fuerunt electi dicti arbitri, vigebat eadem causa recusationis, non enim ignorabatur, D. Fabium Crivelli, ut advocatum Principis Achaiæ in eadem causa compromissa defendisse articulum, ad excludendum masculum progenitum ex fœmina nupta in familia, & idem defendisse advocatum Ducis Siciniani, & mediante laudo, etiam definisse; sicuti, è contra D. Petrum de Fusco opinionem oppositam defenderat, ut advocatus Comitis Montisaperti, & nihilominus unaquæque pars, etiam præcedente notitia data in S. C. assensa est, ut fieret compromissum in istorum advocatorum personas, & in duorum etiam, quos S.C. elegerat. Igitur si nulla est sufficiens ratio pro arbitrorum recusatione hæc, quod ii causam olim, ut patroni defenderint, cum requiratur ratio superveniens, ex traditis per *R. Galeot. controv. lib. 1. cap. 39.* eò inertior erit ratio, quando quis causam illi consimilem, vel defendat, vel defenderit.

A Comitis Curatore ferebatur, suspicionem esse
155 perlucidam, decisamque in memor. *Præsid. de Franch. decis. 87.* quæ duos casus discussos proponit, alterum in *num. 18.* pro se ipso, quod interveniat in causa, cujus similem olim advocatus defenderat; alterum in *fin. decis.*, in quo fuit decretum, nè interveniret Consil. Vincentius Mastrillo in causa, similem cui patronus non modo perorarat, verùm cum fuisset etiam de ea reclamatum, agebat adhùc advocatum ejusdem causæ in gradu reclamationis, de qua decisione, ac distinctione meminit *Consil. Theodor. cit. alleg. 87.* ipse in hoc *rit. sub num. 121 lib. 2.* & conferunt a nobis tradita superiùs ex *num. 122.* addimus *Fivizan. decis. 68. p. 2. sub num. 114. Reg. de Ponte dec. 32. in fin.* Neque obstat dicere, quod iidem arbitri, ut advocati susceperant jàm tuendum eundem articulum, unusquisque pro suo cliente, siquidem stricto jure attento, patronus nequit esse arbiter in causa à semet defensa, dum arbiter est judex, nomine judicis gaudet, ab ejusque laudo datur reductio ad boni viri arbitrium, *Reg. Rovit. in prag. 2. de arbitr.* & *Gratian.* eum judici ordinario æquiparat, *cap. 66. num. 15. discept. forens.* sectantur *Thor. p. 2 compend.* verbo, *compromissum petitum*, *Gallup. in prax. S.C. p. 1. tit. de arbitr. c. 3. in princ.* quarè suspectus, ut diximus, dari potest; attamèn quando partes velint, potest esse arbiter Id intellexit *R. Rovit. in pragm. cit. 1. de arbitr. num. 33.* ubi monet partes, ne eligant advocatos in arbitros, an ideò, quia præstet habere in advocatum doctorem optimum, qui uni soli favet, ac fovet, quàm in judicem, cujus officium dividitur, ut æqua lance jus tribuat in illis verbis: *communiter tamen hujusmodi compromissa solent à partibus in proprios advocatos, &c.* quæ ostendunt requiri ambarum partium concordiam, atque electionem, ut adamussim perpendit *D. Carol. Rot. in integra mem. concl. 38.* potissimùm *num. 10.* de quo memini in *cit. rit. 11. sub num. 11.* Sicuti advocatus potest esse iudex in causa ab ipso defensa ex consensu partium, ut dixi *eod. rit. 11. nu. 12.* & in hoc *rit. sub num. 152. lib. 2.* & conferunt exarata à *Consil. Staib. in obsterv. ad resol. 117. in num. 22. centur. 2.* necnon confirmat *Cravet. cons. 199. in fin.* quod, ut ibi notavi, & suprà ex *num. 151.* limitatur in Regno ex peculiari pragm. quæ neque loquitur, neque extenditur ad arbitros ex dictis à me suprà *vers. si quidem jura, num. 84.* & *Rota cit. conclus. 38. num. 14.*

Itaque in memorato themate assensæ sunt partes in compromittendo litem advocatis, cum verò deindè novæ causæ similis patrocinium suscipiunt, videtur subesse diversa ratio; namque in prima causa compromissa voluerunt fidere, & assensæ sunt: postmodum, viso incepto defensionis ejusdem articuli in causa magni momenti, apparet nova ratio suspicionis, Indecens enim esset, & ab honesto alienum uno, eodemque tempore iudicis partes tueri in una causa, & advocati in alia simili. Ideircò credam, S.C. pensatis tùm hac ratione, diuturnoque tempore in non promulgando laudo, tùm etiam, ut succideret anfractus, jussisse, die 15. Novembris 1677. relatore D. Consil. D. Michaele Muscettula, quod: *stante suspicione allegata in personam arbitrorum, procedatur in S.C.* penès Figliolam Actorum Magistrum.

Nùm verò executores testamentarii possint esse
156 iudices in causis hæreditatis? Insurrexit quæstio in S.C. inter D. Aloysium Freites Pinto, & hæredes Joannis Vanneyn. Ille in jurgio vertente cum dictis hæredibus recusavit unum ex DD. Senatoribus S.C. uti executorem ultimi elogii Ioannis, ab ipso cum omnimoda potestate designatum, cuique amoris, ac dilectionis intuitu legavit calathum argenteum; innixus D. Aloysius nimio amore, & plenissima inter eos benevolentia, ad tradita per *Reg. Rov. lib. 1. cons. 19. num. 10. & R. Capyc. Latro dec. 122. num. 10. lib. 2.* & à nobis suprà: executorem testamentarium defuncti dici procuratorem *Bal. cons. 456. sub num. 2. Lap. alleg. 91. num. 6. D. Reg. Capyc. Galeot. tom. 2. controv. 32. num. 1. Gratian. discept. forens. c. 201. num. 27. tom. 2. Carp. de exec. testam. lib. 3. cap. 3. num. 56. Reg. Valenz. consil. 60. num. 6. tom. 1.* cui ille confidit, eligendo personæ industriam, idem *Reg. Valenz. consil. 171. num. 34. Carp. add. tract. lib. 1. cap. 19. & lib. 3. c. 7. num. 2.* adeòut non liceat suam commissionem alteri demandare, nec admittere, quod alii disponentis testatoris exequantur mandatum, *Reg. Valenz. consil. cit. 60. num. 25. Olea de cess. jur. tit 3 q. 6. num. 43. Consil. Rocc. notab. 79. num. 176 tit. de mandat. seù complem.* & æquiparari tutoribus, notarunt *Reg. Galeot. add. loc. Carp. lib. 1. cap. 10. num. 5. & c. 18. num. 1. Barz. de decim. tutor. præst. c. 19. num. 22. Guttier. de tutel. p. 3. c. 45. num. 3. Reg. Valenz. indic. consil. 60. n. 7. & cons. 87. n. 8. & 12.* sivè igitur uti procurator consideretur, sivè uti tutor, gubernator, & defensor judcare non valet; sicuti nec testimonium ferre ut de procuratore loquitur *tex. in c. insuper in fin.* ubi *Gloss. & cæteri, ext. de testib. Farinac. de testib. q. 60. illat. XV.*, & de executore testamen-

ſtamEtario fermo eſt apud. *Aufrer.de reprob.teſt. n.40.*& eundẽ *Farinac.cit.q.60.illat.8.num.282.* necoon collimant *tex.* verba *in l.fin. de teſtib.* ibi: *Mandatis cavetur, ut Præſides attendant, ne patroni in cauſa, cui patrocinium præſtiterunt, teſtimonium dicant, quod in executoribus negotiorum obſervandum eſt*; quod *Gloſ.* exemplificat in tutoribus, curatoribus, ac ſimilibus, & comprehendere præfatum *tex.* ultimarum voluntatum executores ſuadent generalis elocutio, & eadem ratio, eum diſpar non adſit, cur executor negotiorum actum inter vivos, & ooo ultimæ voluntatis includat; ex quibus dubia redditur *Dom. Præſid. Merlin.* oſſertio *cent.1.c.84.* non fuiſſe cognitum à Juris Conſultis nomen executoris teſtamenti.

His concinunt, quæ tradit *Reg.Valenz. cit. conſil. 60.à num.5 lib.1.* qui, enarrata facti ſerie, quod ſcilicet defunctis duobus teſtamentariis executoribus nuncupatis ab Archiepiſcopo Hiſpalenſe, fuerint Supremi Conſilii decreto dati duo Conſiliarii; concludit, præſatos Conſiliarios uti executores teſtamentarios dativos non poſſe procedere in cauſis hæreditariis.

Accedebat, removeri dictum Conſiliarium uti legatarium io cauſis hæreditatis, ex qua legatum eſt ſolvendum; quod adeò verùm eſt, ut ſi adſit Judex ſuſpectus legatario, in cauſa hæreditatis judicare prohibeatur *R.Rov.dec.50.* His tamen non urgentibus Senatus ceoſuit, quod, *interveniat*, die 20. Decembris 1671. referente D. Conſ. D. Aloyſio Sixto, penès Secret. S. C. Ad hæc noo movet ratio, quod non poſſit executoris munus exercere, obſtantibus literis PHILIPPI IV. datis die 14. Fe-
157 bruarii 1664. (cujus occaſione, tanti nominis Regem ſine laudibus præterire non poſſum: At quibus ego laudibus proſequar? certè neſcio; Perindà ſe habet quidem velle me tan, tam Principis magnitudinem his quamparvuſis abſolvere lineolis, ac ſi vellem in perangusto ſcrobe immenſa aquarum multitudinem coercere. Eloquatur Juſtitia, eloquatur Pietas, Religio eloquatur. Ejiciat juſtitia eoſem, tubamque arripiat, & præco facta ejus rectitudinis memoriam renovet, enarretque quibus ſuam legibus rectam firmaverit ſedem, quantis ſaocitis, tanquam alius Sol in Libra conſiſtens, æquinoctium præmiorum, & pœnæ in jure formaverit. En Majorum aſſurgit hujus pietati pietas, qua piiſſimis geſtis me Rex iſte ornavit, & grandiorem effecit. Satis, ſuperque nota Orbi terrarum religio clamat, ſeit eoim, quod mihi faſtigium præbuit, quibus exemplis me excoluit. Excolant igitur taotum Regem ejus Regna, ejus Populi tanti Viri memoriam repeteotes; haud periit certè; vivit, vivit, vivit in Pietate, in Religione, in Juſtitia, & Regali regnorum Dei corona fulgens io Cœlis Rex cum Deo vivit) quæ regales literæ aſſervatæ penès Secret. S. C. eam receperunt interpretationem, ut conſanguinei, ac affines non complectantur, quod decrevit M. C. in cauſa delatioois, ſeù confirmationis tutelæ filii U.J.D. Anelli Mirano in perſonam D.Conſil.Hodierna ejus Avunculi, die 27. Octobris 1670. referente D. Judice Antonio Golino, in Banca Calvaoici, prævio reſcripto Excellentiſſimi Domini, ejuſque Collateralis Conſilii, quod, *ſtante conſanguinitate liceat*, ſub die 24. ejuſdem menſis, penès Lombardum Scribam à maodatis. Nec coojicere debent hoc executoris munus, dum de illo literæ non loquuntur, & tanquam odioſa prohibitio noo extendenda, *cap.cum, de decim.cap.odia, de regul.iur. in 6.c. ſtatutum, de elect. Reg.Valenz.conſ.33. lib.1. nu. 226.* Proprium eſt enim Regiæ munificentiæ curare, ut ultimæ teſtantium voluntates ſuum habeaot effectum, dixi io parænesi, *de transfer.cinerib.Alphonſi Regis, ex n.21.* proindè tale munus mixti eſt fori, *§.ſi quis autem, coll.7. Auth.de Eccleſ.titul. hereditas 53. ff. de petit. hered.Reg.Valenz.conſ.60.num.12.& conſil.87.à num.8.lib.1.* Sed illa urget ratio, ut removeri in iudicaodo non poterit, quamvis munus illud Regio diplomate acceptaſſet. Non enim talis executor dici poteſt hæres, & ſic nec actor nec reus, exiſtente hærede, nullumque ille intereſſe habet proximum, vel remotum, ſed eius onus eſt tantùm exequi diſponentis placita, & quæ dicuntur, ut ſint veluti procuratores, & bonorum tutores, largo ſermone locum vendicant, & non exiſtente hærede, *Jo: Iacob.à Canibus in tractat.de execut.ult.vol. §.conſultis, ex num.29. Oldendorpius eod. tract. de execut.ult.volunt.tit.3.num.2.Gaſpar Mantius in centur.deciſ. Palatinar.* integra *q.* 41. potiſſimùm in piis diſpoſitionibus, in quibus teſtamentarii habentur uti hæredes, ſeù protectores, *Bar.conſil.56.num.2.lib.1 Franc.Marc. dec.147 num.2.par.1.Valaſc. conſult. 68. num. 2.* & in hiſce terminis ſermone habet *Reg. Valenzuel. cit.conſil. 60. num.9.* Undè reculato à P. Paulo Calabria Societatis Jeſu Procuratore, in cauſa cum Hoſpitio SS.Petri, & Januarii D. Marchione Latertiæ, uti Protectore dicti loci, interveniente in ſeſſionibus cauſarum, & negotiorum, decreto S. C. iunctis claſſibus, die 6. Junii 1671. referente D Conſil. Sixto, proviſum fuit, quod, *interveniat*; cui deciſioni non adverſantur à oobis adducta in hoc *rit. num.* 113. lib.2. cum maximum diſcrimen ſit inter executorem teſtamenti, protectorem loci pii, & Gubernatores, ac tutores. Illi nullum habent intereſſe, non agunt, non petunt, nec excipiunt, exiſtentibus hærede, Gubernatore, & tutore qui defeoſores ſuut piorum locorum, ac pupillorum, uti actores in cauſis inſiſtunt, & rei conveniuntur. Quoverò ad legatum relictum, illud uti ex teſtamento non prohibetur Judex
158 recipere, *de Franch.dec.493. Capiblanc. de Baron.prag.4.num.42. Thor.par.1. compend. deciſ.* verbo, *Officiales prohibiti, Reg.de Marinis ad Revert.dec.12 num.2.* & ex exteris *Covarr. in c. quamvis pactum, p.2.§.3. de pact.in 6. Bovadil. in politic.p.2.cap.12.num.45.Peregr.de iur.Fiſc. lib.4.tit.7. num.13.* qui judicare non valet, ſi agatur de legati exactione, non in cauſis hæreditatis opulentæ, ſicuti legatarius validè eſt teſtamentarius teſtis, *ex text.in l.dictantibus, C. de teſtam.* ubi *Gl.Affl.dec.400. num.3 Andreoli lib.1.controv.62.* qua in re *Anton.Fab.66. error.* 3. opi-

3. opioatur, de jure, novissimo hoc legatario non licere, ex *Novell.* 1. & olim diversum ob tinuisse agnoscit, 66. *error.* 1. *cum seq.* Verùm. & illo jure adhuc nos uti, existimant *Ias. in l.* 1. *num.* 12. *C. de iudic. Donell.* 6. *comm.* 7. *in fin.* & *de test. c.* 2 *Vigl. in §. legatariis, testam. ord.* & communitèr receptum esse, etiam quoad testamentum nuocupativum, fatur *Farinac. q.* 60. *num.* 288. quantumvis in cootrarium abeant *Duar. ad tit. qui testam. fac. poss. pag.* (mihi) 326. *Fab.* 66. *cit. err.* 1. quo ad nuncupativum testamentum, quorum opinioeem quamvis veriorem præconizet *Illico Umus. disput. ad process. iudic. direct.* 16. *thes.* 1 *num.* 21. adhuc tameo cum prima sententia transire mavult. An verò possit esse testis executor testameotarius, dispungunt *Fab.* 66. *error.* 6. & *Farinac. cit. q.* 60. *ex num.* 282

Sub alterius verò principii vexillo aliæ militant
159 causæ, inter quas poiocipem obtinet locum inimicitia, ut in hoc ritu plenè insiouavimus, *ex n.* 160. *lib.* 2. nàm aliàs esset, pestem ipsam pro medico adhibere; cum enim suspicio oriatur ex præsumpto, tacito, vel expresso odio, ac inimicitia, & ioimicus pestis nuncupetur à *Gl. in c. si inimicus*, 93. *dist. verb. hostis*, ubi quod nulla pestis efficacior est ad nocendum, quem familiaris inimicus, *arg. l. ita*, *C. de dolo*, *Boet.* 3. *de consol.* quilibet ergo ioimicus non domesticus est pestis efficax, cum comparativum comprehendat positivum, potissimum si capitalis; quia inimicus, ut pestis, semper, & continuò malum de inimico cogitet, *Danz. de pug. DD. tom.* 3. *de indit. prox.* & *remot. cap.* 5. *num.* 16. cùm litigator à Judice in causa remedia juris, tanquam à medico, ne existat victus, & vulneratus, exploret, *l. fin. C. in quib. caus. rest. in integr. necnon est*; deducitur, quod, litigare cotam Judice inimico, & suspecto, esset pestem ipsam pro medico petere, & dum contra pestem fuga magna est medela, teste *Galeno de pest. præservat.* juxtà illud, fuge citò, vade longè, & redi serò sic contra judicem suspectum fuga, & recusatio optimum est defensivum remedium. Præsidium justitiæ hæc meritò nuncupatur in *pragm.* 15. *de suspic. official. Port. Insol. consil.* 91. *num.* 15. & natureli ratione in hominum defensionem annexa, *D. Consil. Prat. disceps. forens. cap.* 47. *n.* 7. *lib.* 3. & diximus plurièt in hoc *Rit.* fateri propterea oportet, quod licèt suspiciones adducere refugium sit miserorum malas foventium causas ad protelandum, maximè adversùs Judices supremos, de quibus exclamat *Vicecancell. Crespi obser.* 9. *à num.* 51. his verbis *Atqui judices supremos recusant, & eos hac suspicione laborare affirmans videtur contra se præsumptionem calumniæ habere potiùs, quam aliquid justè postulare. Sunt enim supremi judices adeò à Principe in variis negotiis probati, & adeò literis, & integritate superiores, ut injuria ipsum Principem afficere videatur. qui eis suspiciones objiciat*, referens Antonii Fabri dictum in Duce Mantuæ Judices recusaote: *Meliùs leges ipsas suspectas dicere debuisset*, & proindè non tàm facilè admittendas recusationes judicum supremorum Tribunalium, & in Curiis Regni Aragonum servati, advertit idem *Crespi*, *ex num.* 51. & 52. subnectit, illos esse quoque immunes à syndicatu, ex *Larr. decis. Granat.* 98. *num.* 25. *Mora de recompil. for. general. Valent. Rub.* 41. *num.* 9. *pag.* 294. & *rub.* 42. *num.* 5 *fol.* 299., quin & non posse recusari multis rationibus tuetur, *Gabed. dec.* 64. *par.* 1. *Mendi. in prax.* 1. *p.* 1. *lib.* 3. *c.* 19 *n.* 2. His conducunt *Cassiodori* verba *lib.* 1. *epist.* 41. *Recipiat alius ordo fortè mediocres, Senatus respuit eximiè non probatos*, necnon Naxarii *ub eod. Cassiodor.* laudati *epist.* 13. *in add.* 1. *lib.* 1. *Sensisti Roma te tandem arcem omnium gentium, & terrarum esse Reginam, cum ex omnibus provinciis optimates viros curiæ tuæ pignraveris, ut Senatus dignitas non nomine, veriùm re esset illustrior, cum ex totius orbis flore constaret.* Tamen expers iudicii quidem est, qui pro præsidio suæ justitiæ remedio recusationis utitur, quod & lanèti observaruot, ut meminit *Bovadil. in polit lib.* 3. *cap.* 18. *n.* 122. *Reg. Capyc. Latro consultat.* 101. *num.* 3. *lib.* 2. aliàs enim esset scientèr in pericula, & procellas pelagi juris, coram judice suspecto litem agitando, sese ultrò evideoter projicere, & peste inimicitiæ mag s, post vulnera causæ, se inficere, cum quilibet stultus, & expers mentis dicatur, qui io judices approbat hostes sucs, *D. Consil. Prat. discept. forens.* 52. *num.* 5. *lib.* 3. *Passio enim vehemens*, teste *Jo: Osorio tom.* 3. *vol.* 419. *vers. proponitur*, *non solùm appetitum deordinat, sed judicium excæcat, & voluntatem depravat, ac quasi funis est hominem ligans, ut illa cogitet; quæ appetitui placent.* Dicebat *Archid. in c. nunm. orarium*, *§. alias*, *col.* 2. *dist.* 25. *Est quadam arbor, cujus radix est malevolentia, cujus fructus æmulatio, & detractio, cujus folia livor, & pallor, & quem aspicit, despicit: & quem despicit, interficit, & corrumpit*, & conferunt verba à oobis exarata in hoc *ritu n.* 4. *lib.* 2. relata, ac etiam hispano idiomate traducta à *D. Cons. Vargas Machuca tr.* 1. *consid. de practic. n.* 5. *de consid.* 10. *n.* 5. *lit. N.* sic admoneote D. Marchione de Centelles *in cit. libello lux clara*, *num.* 58. *pag.* (mihi) 33. quin aliquando faciliùs removeri debent Senatores, qnia nimirùm magni pooderis res coram illis tractantur: nec ab eorum decretis, & seoteotiis appellatur, sed apud eosdem reclamatur, ut probant *D. Reg. Galeot. tom.* 2. *cit. controv.* 39. *num.* 42. & 43. *Larrea mem. alleg. Fiscal.* 118. attestans praxim, faciliùs admitti illorum, quam iudicum ordinariorum recusationes pluribus ex causis; præsertim quia horum gravamina appellationis remedio à superioribus reparantur, & majores iudices faciliùs errore labi, innuit *tex. in l. nemo*, *C. de sent.* & *interlo. om. jud. de Petr. fistiv. lect. lib.* 1. *cap.* 1. *sub n.* 16. *Mastrill. dec.* 234. *num.* 14. & proindè meritò omnes posse recusari, notant *Fermosin. in cap.* 4. *de for. compet. q.* 1. *num.* 15. & alii apud *Gabed. mem. dec.* 64. *D. Consil. Vargas Machuca add. lib.* 1. *p.* 5. *consid.* 4 *ex num.* 1, *Solorzan. de Jur. ind. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 63. *Ramo. consil.* 3. & in Regno Portugalliæ observat *Pegas lib.* 1. *resol.* 2. *Glos.* 23. *num.* 1. etiam integerrimos, & timoratæ conscientiæ *Baron. de effect. inimic. in allegat.*

allegat Stephani Berrute transcripta in fin. tractat.num.20.Fontanell.dec.13.num.7.in fin.Cavalc. de brac.Reg.prag.3.num. 329. Natta consil.126.n.21;& de Laurent. de judic. suspect. c. 11.num.23.

160 Inimicus igitur omninò à judicando repellitur Dambod.in prax.select.sent. verbo inimicus, moneos, illi non demaodandas res, nec humanas, nec Ecclcſiaſticas Schrad.de feud. par. 9.cap.5.sub num. 18. Escobar Corr. de utroque for.art. 4.de defect mont.legiſ.§.4.num.209.Coriol.Capucinus de casib. reservat. p.2. caſ. 5. §.4. Muta super pragm. de recusat. indic. num. 40. Ghiliser de indic.Regul.cap.12. num.6.& c.14. num.17.Lancellot.Corr.in tract.de offic. prator in conſ.civil.tit.de exceptio pagina (mihi) 82. quinquaginta causas recusationis recensens, aliasque scribit Paris de Puteo in tract.de syndic.verbo suspicio,cap.1. & alii penès Baron.de effect.inimic. effect. 116. num.1. qui nostrates laudat potissimùm Carav. in hoc rit. num. 33. adeò quod citatus coram illo comparere oon obstriogitur, etsi salvus conductus offeratur, Barbos. in cap. accedens il num. 9. ut lit. non contest.pactumque, quod quis se ponat in manibus inimici noo subsistere,scribunt Bar.Alex. & cateri in l.1. §. usque, ff.de iniur. quos Bertach.probat, verbo, pactum de ponendo, sivè inimicitia sit capitalis, sivè non judicis arbitrio,Intrigl.sing.8. num.8. & 9.lib.3. Gratian. cap.84.num.28.Capyc.dec.138. num.3.Mastrill. decis.151.num.46.Reg.Sanfel. dec.81. num.2. Reg.Rovit.in prag.1.num.24.de susp. offic. subjungens, ad recusandum satis esse, quod inimicitia sit probabilis, & noo inspicitur, si habuit initium, seù fomitem à fallo, vel à vero', ab ipsis partibus, aut à tertio, sequitur Scialoy. de fora compet.cap.9.n.66. necnon Reg. Capyc. Latro consul.101. num. 39. cooglomerans ad rem Reg.de Ponte dec.30.num.9.& consil. 141. num.2.lib.2.Reg.Rovit.consil.8.num.12. tom.1. Vel præsumpta, & talitèr præsumpte,ut judex habeat causam suspicandi inimicitiam, Reg. de Marin.resol.jur.cap.211.in hoc rit,cit.num.163 lib.1.ex mente Innoc.in cap.1.de re indic.etiam si non ostendat judex se uti inimicum,aut dissimulet, aut notitiam offensæ non habuit; Grass.excep.24.num.26.Mastrill. dec.263. nu.3. Scialoy.add.loca num.67. Reg. Capyc. Latro cit. consul.101.num.28. Imò repellitur, si fuerit expressè reconciliatus, Roman singul. 319. Rebuff.de recusat.art.9.num.9. Morla in emp. jur, par.1.tit. 2. de iurisdict. omn. indic. num 200. Maugrell.ad Bar.in l.Tutor,§.si tutor, ff. de suspect.tutor.Giurb.conſ.60.num.8. & 9. notans post alios, amicum reconciliatum æquipollere inimico,& repelli à judicando,Consil.Prat.resp. crim.14.num.20. & 21.decisum io M.C. attestans potissimùm si inimicitia sit gravis, & tempus elapsum parùm distet à reconciliatione Mut.tom.6.cap.Sicil.c.92. num.11.Castill.decis. 174.Baron.loco cit.num.2 Iacob. Ayrer. d.m.A. in process.indic.cap.2.differ.2.ex num.17.Undè municipalis sanctio in pragm. 15. §. 15. de suspic. offic. hunc casum sub juris communis dispositione reliquit,ibi; lasciandosi à dispositione delle leggi, se potranno dopò recusarsi ad invicem, non ostante detta reconciliatione,quia inimico reconciliato oon credendum, etsi testificetur in mortis articulo,Turrett.conſ.15.num. 5.vol.1.Rol.à Vall.consil.37 num.23.vol.3.Rip.de actis in artic,mort.c.16.num 10.Covarr. qq. c. 18.num.3.Tusc.concl.149.num 20.lit.L., Clar. q.44.in fin.Carpzov.d.m.A.in prax.crim. par.3. q.120.ex num.44 Giurb.cit.consil.crim.60.n.9. Cravett.conſ.9.num.6. exclamans, inimico reconciliato non confidendum in æteroum,quia apud Deum oocendi animum retioere præsumitur,ad quod videndi Riminald.consil.88.nu. 16.& Molfes.ad consuet.p.5,de alim.praſt.q.12. num. 31. dummodò non fit reassumpta arcta amicitia per cohabitationem,& contubernium, cum hoc casu occidens talitèr reconciliatum, proditor nuncupetur Ricc.p.1.decis.168. num. 2.Dian.p.1,tom.1.resol.35.& p.4.to.1. resol.34. necnon in summ.p.1.verbo immunitas Ecclesiarum quoad personas,sub nu.28.contra Gambacur.de immun.lib.5.cap.28. num 3. Pax etenim probatur ex eo, quod inimici simul biberunt,comederunt,vel riserunt Glos.in §. ultimo verbo,Dissimulatione,Inst.de injur.Alex.ad Bar. in l.non solùm,§.iniuriarum. de iniur. aliaque apud Mascar.de prob.tom.3.conclus.1156.n.15. si hæc voluntariè fiant, non autem si coactè. vel ex quadam honestatis oecessitate. Ideoque si inimici fuerint ambo invitati ad magnum aliquod festum, & politi ad uoam mensam non dicetur ex hoc facta recooсiliatio, quia, honestate cogente, egerunt illud, Io: Fab. Angel.& Aldob.in add.§.ult.Masuer.in prax.tit.de injur.num.18.Mascard.loc.cit.

161 Removetur judex si utrique parti sit inimicus, licet enim par affectio cessare faciat suspicionem, ut pluriès diximus, non tamen par odium,Barbos.in c.secundi requiris,§.3.de appel. num.7.& alii apud Baron. cit. effect. 116. num. 100.& 101.Scialoy.de f r comp.c.9.num.65. & diximus in hoc ritu, sub num.150.vers.etiam, si esset, lib.2.& io recusatione proposita ab Ill. Ducissa Magdaloni tanquam consaoguinitatis gradu conjuncta cum Ill. Principe S. Archangeli, quo expetente, fuerat remotus recusatus judex ex ioimicitia capitali, & decrevit S.C. die 22. Martii 1673. relatore D. Consil, Vargas, quod, non interveniat; haud obstante, quod eodem gradu idem Princeps conjungebatur cum Ill, Duce Adriæ parte ex adverso, penès Secr.S.C.

Ad quem usque gradum extendatur inimicitia, & quomodò fieri debeat graduum computatio,enarraot DD.apud Baron.mem. effect. 116. num.4.quidvè atteoto nostro jure Regni,enucleaot,me citato in hoc Rit. num. 162. D.Luca ad Franch.dec.692. num.7. & D. Altimar. ad Rovit.conſ.2.num.8.lib.3.memores causæ Marchionis Civitatis Uriæ ibi recensitæ, & an sit satis quintus gradus mixtus cum quarto, resolvas ex dictis sup.n.133.

Quæ verò sunt causæ, ex quibus inimicitia præsumatur levis, vel capitalis, inquirunt Farinac.de indic.quaſt. 49. num. 1. Lel. Zanch. de duell.inter milit.Eccl.& secul. lib.1.c.6. num.

Tom.3. H 2 de

4.& lib.2. in proem. num. 2. Baron. in pralud. tract. de effect. inimic. ex n. 21. capitalis verò, inter cæteras, oritur ex lite majoris partis bonorum, Gramm. dec. 28. Avus meus ad eundem decis. 33. sub num. 3. Thesaur. dec. 61. n. 4. Borrell. consil. 45. num. 39. Farinac. dec. Rot. Rom. crim. 83. n. 3. & alii apud Baron. loc. cit. num. 25. D. Rodoer. ad de Marin. c. 118. num. 21. & cap. 211. n. 6. simplicitèr loquens, vel de quavis re gravi Gigu. de crim. læsæ maiest. lib. 2. q. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præs. 42. Borrell. in summ. decis. tit. 15. num. 308. p. 2. ex testimonio lato in causa criminali, etiam coactè, Marsil. cons. 31. Gram. consil. 46. Cravett. consil. 36. Avus meus cit. loc. Baron. cit. Si alicui mortem quis sit minatus Trivis. dec. Venet. 49. num. 26. lib. 2. Maynard. dec. 83. n. 5. lib. 4. Quod tandem iudicis discreti arbitrio linquunt Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 25. num. 26. Farinac. cit. q. 49. & de oppos. cont. person. test. q. 53. num. 57. Menoch. de arbitr. quæst. 110. num. 3. Viv. dec. 45. num. 8. Castill. decis. 210. num. 13. Intrigl. sing. 168. num. 12. lib. 1. & alii apud Baron. mox cit. num. 22. Judicavimus proptereà suspectum in M. C. judicem, qui cum esset in Civitate Matrithi, antequam toga indueretur, minatus fuit velle nocere Ill. Comiti Conversani, referente Dom. tùnc judice meo collega Præsidente R. C. Marco Antonio Risi de anno 1672. expetente Ill. Comite Conversani nepote, penès Secret. M. C. de quibus verbis tùnc, instante Avo, capta erat erat informatio ad futuram rei memoriam ordine Regio, ex Glo. in l. licet. ff. de recep. arbitr. Alex. cons. 14. vol. 3. Reg. Sanfel. dec. 80. lib. 1. Avo mea ad Capyc. dec. 138. num. 3. & confert text. in l. unic. C. si quacunque præditus potestate, quo eximitur à judicis potestate statim, cui judex minatur: quin & suus fidejussor, ut si quis fidejussit pro aliquo, cui judex minetur mortem, minatus statim suum imperium evadit, & si aufugit, non obstringitur fidejussor in aliquo, Paris. de Puteo in tract. de syndicat. verbo, fidejussor officialis n. cap. 2. incip. subjicio subtilem quæstionem. Contrahi quoque inimicitiam per repudiationem matrimonii in personam iudicis, ejusque filiorum, ac aliorum stricto sanguine coniunctorum, respondi ex cit. peregrino text. in cit. l. unica, C. si quacunque præditus potestate ibi: Illo videlicet adjicienda, ut in potestate adhuc constituta liceat personæ, quam hujusmodi ambitu circumvenire tentaverit confestim contestatione proposita cum sua, suorumque domo iurisdictionem eius evitare, & ibi Bar. Et tam mulier, quam de domo mulieris ab eius jurisdictione eximuntur in omnibus quæstionibus civilibus, & criminalibus.

Lis etiam cum judice dium in suspicionem ad-
162 ducit, præter à nobis in hoc rita tradita num. 171. lib. 2. notant D. Consil. Prat. lib. 3. discept. forens. cap. 52. num. 15. & 54. Thor. part. 1. comp. verbo, suspectus judex, Novar. in prag. 15. collect. 6. num. 26. de suspicion. quamvis illa sit terminata, Farin. in fragm. p. 2. verbo, judex, n. 868. Rebuff. cit. de recusat. art. 9. Glos. unic. num. 18. Baron. mem. effect. 116. num. 106. de Laurent. de indic. suspect. cit. loc. Etiamsi illa vertatur cum Ecclesia, decrevit S. C. in causa Monasterii Collegii Monialium Sanctissimæ Conceptionis, die 17. Junii 1667. relatore D. Consil. Dura, quod, stante lite mota ad instantiam præfati Monasterii contra D. Consil. Rocco non interveniat in causis dicti Monasterii, & in suspicione deducta pro parte Gubernatorum Virginis ab Angelo salutatæ hujus Urbis, in D. Marchionem Latertiæ Consil. Navarette, sub die 17. Octobris 1667. relatore D. Consil. de Dura, de quo scito absque die, & anno memor est D. Consil. Staiban. qui in eo suffragium præstitit, in obser. 118. num. 53. cent. 2. Et cum Vener. Domus PP. Theatinorum SS. Apostolorum hujus Civitatis in omnibus ejus causis recusasset D. Consil. Caravita, ex quo contra ipsam Consiliarius litem intentavit, per S. C. referente D. Consil. Dura, die 21. Augusti 1668. provisum fuit, quod, in omnibus causis præfatæ domus, vel in quibus obærata illa videtur. non interveniat, & denegata à Propræside S. C. D. Reg. D. Antonio Navarette reclamatione, petita à prædicto decreto per Gubernatores Sac. Montis Pietatis, & demandata causa præcipua alteri ex Consiliariis, obtinuerunt Consilii à latere rescriptum, quod Propræses relationem in scriptis faceret, qua quidem habita, supremus ille Senatus decrevit, quod, suspenso Propræsidis decreto sub die 22. Augusti 1668. proposita formitèr suspicione in causa particulari servata forma RR. pragmaticarum, S. C. de iustitia provideat, penès Mag. Lombardum a mandatis Scribam. In cujus decreti vim PP. illum recusaverunt in causa particulari cum Sacr. Monte Pietatis, & Marchione Basilicis ob formatum interesse eorum Ecclesiæ, à præfato Marchione in authricem laudatæ, & die 14. Martii 1669. relatore D. Consil. Macedonio, S. C. decrevit, quod, in præfata causa cum Monte Pietatis interveniat Consil. Caravita, & depositum liberetur. Deindè in aliis actis, & in alia causa cum patrimonio Fabii Fata PP. illum recusaverunt, & referente D. Cons. de Martino, die 13. Novembris 1669. fuit provisum, quod, Consil. Caravita non interveniat, ex quo in causa Sac. Montis Pietatis dicta Sic. Domus nullum habebat interesse.

Verum hisce determinationibus videntur obstare,
163 quæ scripsimus in hoc Rit. sub n. 164. lib. 2. necnon Baron. de effect. inimic. effect. 116. sub. n. 46. Etenim in locis collectivis .s. Hospitalibus, Collegiis, Universitatibus, & similibus non cadit familiaritas, amor, & odium, & in Capitulo loquitur Rot. coram Seraph. decis. 532. num. 2. tom. 1. & Adagio à Diogeniano in proverbiorum collectaneis recensito, idest ne quid beneficii colloces, neque in senes, neque in mulierem, neque in canem cujuspiam, neque in garrulum remigem, scilicèt quòd perire omninò videatur, quod in istos insumitur, illudque recenset Tiraq. ad l. Connub. gl. 7. l. m. 21. quidam addunt jocosè, nec puero, nec universitati benefaciendum, horum namq. alter carens judicio, alter corpore beneficia non noscunt. Eominus potest cadere odium in Ecclesia, vel quia est collectiva plurium, & æquiparatur uni-

universitati, *l.Respublica*, *C.ex quib.caus.maior. Gratian.discept.forens.lib.1.cap.* 196. *& lib.* 4. *cap.*601.*num.*4.*&* 14. *D.Consil. Staiban. resol.* 10. *num.* 8.*lib.*1. & omnia jura tàm communia, quàm particularia Regni sermocinantur in suspicione ex causa litis inter corpora animata, & humana, in quæ cadit sensus amoris, & odii: non verò de inanimatis, & sensu expertibus, ut in *prag.* 15. *num.* 15. *&* 16.*de suspic.official.* Vel quia Mater nostra, *can. qui abstulerit.*12.*q.*2.*c.quorum vicer* 6.*dist.*68. Sponsa Christi, *c.sponsur*, & ibi *Gl.*6.*dist.*56. Sancta, Pia, & omnibus prædita, atque ornata perfectionibus, & uti talis neque est capax odii, & sic ex se neminem odio, imò omnes amore prosequitur, complectiturque, & ipsa odio haberi nequit ab Orthodoxæ Fidei sectatore, nisi turpissimæ aliqua hæreseos labe imbutur, & sic decisum notat *D.Consil.Rocc.de offic. tit. de offic. & potest.Elect.* §.6. *num.* 90. *fol.* 513. insinuans *num.*91. haud licere hujus Civitatis electis iudicem recusare, cum id attineat ad plateas, quæ repræsentant Civitatem, & non ad electos, *de Franch.decis.*207.*num.*8. *de Petris consil.* 46. *Reg.Sanfelic.in prax.sect.*15.*num.*6. Verùm quoad negotia annonam, vulgo grassiam, concernentia, circa quæ officium Electorum est plenarium, & plenissimum, ut dicantur annonæ Præfecti, *Summont.lib.*1.*c.*7. *Montan.sup. prag. de administ.Univ.num.*74. *Sanfelic. cit.loc.* rescribens *mem.cons.*46. *Franch. de Petr.* videtur aliqua difficultas, cum à Rege Ladislao sit illis tributa omnis potestas, à quo Regii Officiales nuncupantur, quia in capitulis declaratis anno 1622. autoritatem Electorum amplectentibus, de quibus *Reg. Sanfel. & Consil. Rocc.* adductis in *locis* memores sunt, comprehensa est hujusmodi facultas recusandi judices, ut patet, ibi; *fuor che in occasione di querele, ò aggravio in disservitio del publico*; porro illud verbum, *querele*, judicis recusationem includit, sunt Electi similes tutoribus, ut est *text.* in electis ad faciendas vias, *in l.*8.§.1.*ff.de muner. & honor. Caput. de regim. Reipubl. cap.* 7. §. 6., *&* §.29.

Vident ut à latere Consilium ratum habuit, quod diximus in hoc *Rit. num.* 28. *lib.*2. quod haud quidem admittenda suspicio generalis, & vana
164 sed solum ea, quæ certa sit, & certæ cuidam causæ obstare videatur. Verùm proposita certa, & peculiari, petitur, ne neque in illa, neque in aliis interveniat causis, & sic è Tribunali manat decretum, quod non interlit in causis, in quibus habet interesse recusans.

Etiam si lis concernat dignitatem, & officium, determinavit Collaterale Consilium inter DD.
165 Reg. D. Franciscum Ortiz, & Marchionem Centellas tùnc Locumtenentem R. C. die 12. Maij 1665. decertantes præcedentiam, quam quæstionem recenset *D.Consil.Rocc.de offic. Rub.* 7.*de official.supra numer.num.* 27. & principale dictum confirmamus in hoc *rit. num.* 128. *lib.*2. & nos adducens sequitur *D. Altimare ad Rovit.dec.*80.*in princ.& ad num.*12.

Sivè ratione officii; quare S.C. excepit, & admisit recusationem à me allatam in Officialem, contra quem ego uti Fisci Patronus in Regia Juncta fraudum Vini patrocinatus sum, die 21. Octobris 1668. referente D.Consil. Dura.

Si lis quoque cum filio Judicis intendatur, declaravit S.C. in causa Ill. Marchionis Fuscaldo, recusantis D.Consil. de Martino ob litem cum U.J.D. Dom Dominico filio, die 11. Julii 1669. relatore D.Consil. Sixto.

Quæ in arctum contraxit idem noster Senatus in tenui controversia, ac lite habita à Jo. Petro
165 Spinola, & Marchionissa Maria Brigida Franssue conjugibus, respuentibus D. Consil. Petrone ob peculiarem controversiam, ac litem cum ipso, & ejus genero intercedentem in R.C. ob exactionem fiscalium ab ipsis factam uti quæstoribus, seù ut vulgo dicunt, assignatariis majoris pecuniæ quam obstringebantur viritim in singulos assignatarios distribuere, & referente D. Consil. Dura, die 25. Septembris 1675. fuit provisum, quod, *interveniat*, ob litem parvam, ex adductis per *Farinac.qu.* 49. *num.*3.*&* 4. *Vermigl.cons.*30.*ex n.* 6.*ac cons.*320.*num.*3.*& cons.*321. *num.* 6. *Rot. coram Seraph.dec.*1076.*num.*5. *tom.* 2. *Honded. cons.* 107. *num.* 31. *tom.*1.*& cons.*87.*num.*52. *tom.* 2. Sicuti in re minima locum non habet edictum, *ne quis in sua causa judicet*, siquidem ex modico commodo, quod judici resultaret, non repellitur à judicando, cum minimè sit verisimile, velle ob modicam utilitatem à recto deviare, *argum. c.ad quæstiones*, *de Simon.Petr.Barbos. in l. si quis alieno*, *num.* 119. *ff.de judic. pag.* 92. passim propterea videmus Dominos Senatores assignatarios super arrendamentis suffragia præstare in causis arrendamentorum cum conductoribus illorum super excomputis, & aliis, idque adamussim decrevit noster Senatus super scrupulo facto à Dom. Consil. D. Thoma Caravita assignatario Doghanæ hujus Civitatis de anno 1673. in causa deducta à Joanne Cardito conductore prætendente excomputum, ut patet in libro notament. & in actis suspicionis deindè propositæ ex aliis causis in eundem Consiliar.

Cum modica non sint consideranda, ad plurium normam, ac regulam, infert *Roman.sing.*334. *Avus meus ad Capyc.dec.*32.*num.*2 *& dec.*109. *num.*3. & ad *Gramm.dec.*94. Hinc donationem ex amicitia præsumi licet deducatur ex *text.in l.*1.*ibi, affectione domestica*, *Cod. de neg.gest. in l.*ex *qui amicitia* 44.*ff.eod.tit. Bar.in l.*2.*num.*4. *Cod.eod tit. Ruin.cons.*100.*num.*25. *lib.*4. *Menoch. de arbitr.lib.*2.*cent.*1.*cas.*88. *num.* 59. *Peregr. decis* 101.*num.*1. intrà tamen parvam quantitatem probant ex *l.utrum.*47.*in fin.ff.de donat. int.vir.Glos.in l.cum quid* 3.*ff.si cert.pet.Bal.in l.*2.*num.*3.*C.de jur. dot. Garc. de expens. cap.* 4. *num.*24. *Cancer.var.tom.*1. *cap.*8. *num.* 76. *Antan.de Sousa decis.Lusitan.* 25. Proindè quamvis confessata debita minimè legitimam minuant, *l.qui uxorem*, *ff. de aur. & arg.leg. ubi Bar. l. cum quis decedens*, §. *codicillis*, *ff. de leg.*3. *l. Lucius*, §. *quisquis el* 2. *de leg.*2. *Specul. ac Jo.And. in tit.de confess.* §. *nunc videndum. vers.sed nunquid patris*, *ex l. Papinianus*, §. *si quis impubes*, *ff. de inoff. testam. Ant de Butr.*

in l.

in l.quamvis 3. col. de re indic. Alex. in l.sape col.pen.ff.eod.Merlin.de legic.lib.2.tit.1.q.10.ex num.1.D.Consil.Hodier. in l. hac edictali, q.37. num.16. , id restringitur in confessione patris de aliqua parva pecunia, *Mascard. de probat. concl.362.num.19.& concl.364.ex num.2.Merlin.add. tract. cap.16.* & me referente, cum interventu D. Reg. Marchionis Crispani, tùnc Proregentis vigilantissimi, die 27. Junii 1665. in causa Monasterii S. Catherinæ à formello cum Donatu Avossa, decisum fuit à M.C. *debita confessata in testamenta quand. Hectoris de Avossa minuere legitimam debitam qua. Cæsari ejus filio*, in Banca Ardiæ. Quantitas enim rei, & qualitas patris filium hæredem instituentis, & confitentis tempore pestis omnem excludebant fraudem, *Tiraq.de retract. lignag. §.1. Glos. 18. num.87.Rip.de privileg. contract. caus. pest.Durant.decis. 352. num. 9. Escob.de ratioc.cap.10. num. 68.* potissimum, quod maior pars creditum ex scripturis liquens, minorem partem veram reddebat, *Mascard.cit. concl. 362.num. 7.* & ibi *Ricc. Menoch.de Præsumpt. 63. num. 3. lib.3. Durant.cit.dec.352. num. 10. Surd.decis. 119.num.3.Decian. resp. 76. num.18. vol.3.Ludov.dec.Perus.66. num. 24. Gratian. discept. forens.362.num.18.D.Consil.Hodier.ad Surd.decis. 55.num.21.* Quæ autem sit lis magna, vel parva judicis arbitrio relinquitur, *Molin.de iust.& iur.disput.221.Barbos.in Auth. minoris debitor C.qui dar.tutor. Conversan. de excus.tutor. in §. item propter litem, à num.3. Baron. in prælud. tract.de effect.inimic.ex num.44.* quod verò tantò major reputetur contumacia, quantò ex re minori consurgit, observat *Gl.penultima*, ab omnibus reputata singularia, in *cap. duæ sunt. 96. distinct.ex cap.non potest 2.qu.7.* & declarat *Præsul Campanil. in diversor. jur. Canonic.rub. 11.cap.15.sub num.104.* favetque *Tiraq.* effatum *ad ll.connubial.l.2.num.8.in fin.* majorem furem dici parvum, quam multum furantem, necnon *Ja.Neviaan.in sylu.nuptial.* verbo, *manitoria, lib.3.num.49.*

Quin judex interdicitur intervenire in causis advocati contra ipsum patrocinantis, ob ratio-
167 nem à nobis allatam in hoc *rit.ex num. 172.*
quam perpendit *D.Consil.Pratus* nèdum *in cap. 48.discep.forens.* ibi laudatus, sed, & ad *Muscatell.p.1. Glos. sententia*, verbo, *ne ignores velim, vers.quodve dolendum*, & tradit *Blanc.in tract.de iudic.num.142.*, ac in advocato accusatoris firmat Avus meus ad *Gramm. decis.33. sub num.3.* & decisum fuit in suspicione D. D. Joannis Mascambruno in D. Consil. Iannettasium die 2.Junii 1670. relatore D.Consil.Caravita. Etsi patrocinium fuerit, nè interveniret in aliqua causa, decrevit idem Senatus, die 29 Novembris 1668. Commissario D. Consil. Dura, & in causa U.J.D.Donati Mazza, sub die 6. Iulii 1669. referente Illust. Duce Celiatum, & in alia U.I.D.Ignatii Teutonici, die 18.Decembris 1675. relatore D. Consil.Iannettasio.

An vero filius iudex recusatus à matre, vel pa-
tre sit filio quoque suspectus, affirmativè S.C.
168 iudicavit in recusatione proposita in persona
D.Consil.Staibani ab Ill.Principe Hyeracii sub die 24. Novembris 1672. referente D. Consil. D.Petro Guerrero, mandando, quod præfatus Consil. remotus in causis Ill. Principissæ Hyeracii Benedictæ Pinelli decreto S. C. sub die 30.Octobris 1653. *non interveniat* in causa dicti Principis filii cum Marchione S. Georgii, & Universitate Polistinæ, ac in aliis illius causis, etenim pater, & filius pro una reputantur persona, *§. ei, cum seq.Inst.de inutil. stipul.* & una, ac eadem dicuntur caro, *cap. hac authoritate 35. q.3.Speculat.tit.de deleg. §. superest, item si sit Comes, fe. And. & Dominicus in cap.legitime, de appell.in 6.Surd.de alim. tit.1.quæst.49.num.9.* Eandemque dicuntur habere voluntatem, *Bal.in l. liberti, col. pen. C. de oper.liber.* & injuria facta uni transit in alium, *l. ambitiosa.ff.de decret.ab ordinar.faciend.l.sed si unius, §.filius familias, ff. de injur. Glos. & Bar.in l.in personam.ff.de pact.Specul.tit. de injur.§.1.* & filio in vinculis detento, censetur ipse pater carceri mancipatur, *Card. cons. 137. Boss.tit.de carcer.n.3.Domin.Galesii in tract. de restit. in integ.cap.8. num. 69.* dum enim punitur filius, magis ipse pater puniri videtur, *Farinac.qu.116.§.2.nu.73.Philipp. Knipschildt. de fideicomm. famil.nobil.cap.16.de mod. quib. dissolu.fidei comm. ex num. 286.* & videndus *de Marsil singul.160.* Idemque dicendum in matre, quæ appellatione patris continetur *Alex. de Imol.consil.85. vol.4. Glos. in const. Regn. in aliquibus, de success.filiorum*, verbo, *parentum successiones*, inter quos æqualis consideratur amor, & pietas, *l. furiosa, ff.de curat. furios.* Imò mater ardentiùs, quam pater filios diligit *Grat.cons.83.num.12. vol.2. Mantua sing. 419.* & major matris, quam patris in liberorum procreatione ratio habetur, *Covar. tom. 2. p. 2 cap.1. num.1.* Et confirmat singularis *text. in l.3.§.si tutor.ff.de suspect.tutor.* ubi si inimicitia supervenerit inter tutorem, & ipsum pupillum, sivè inter tutorem, & pupilli matrem, tutor uti suspectus à tutela removetur, necnon *Glos.* ibidem in verbo, *parentibusve ejus*, & ibi *Bar. Gulielm. de Vga sing. 135.* exclamans mirabilem hujus *text.* dispositionem, eò quia persona matris dicatur eadem cum persona filii.

Sed an recusari possit Consiliarius, qui vacante
169 officio Præsidis S. C. illius munus supplens,
uti decanus, ex *Auth. quæ supplicatio, C. de precib.Imper.offer.& Tap.* recensente *prag. lib. 2 iur.Regn.de offic.S.C. pag.161. Regent. Rovit. in pragm.15.num.10.de offic.Tassan.de antef. vers. 3. obser.3.n.119.& vers.14.obs.2. num.15.* confirmat exemplis *Consil.Rocc. de offic.Rub.4. §.8. ex num.26. pag.67.* revocavit, laceravit, ac irritam fecit decretationem parti traditam, & actis mandatam, uti per dolum, & quidem malum, citrà liberam ejus voluntatem, extortam veriùs, quam obtentam, an, inquam, deposito officio, Consiliarius ille iudicare possit in aliis causis illius, qui obtinuit decretationem illam, jam laceratam, quod, *interveniat*, decrevit S.C. die 22. Octobris 1668. relatore D.Cons. Staibano, penès Secr. S. C. atqui de hoc scito testatur *D.Judex Calà add.tract.q.29.*

Iudi

Judici siquidem ex suo officio, etiam non impetrato, licet errorem suum corrigere, *Nicaistius in c. quoniam contra falsam, n.115. extrà de probat.* quem insequitur *Afin. de execut. c.1. §.2. c.149. 150. & 240.* & decretum interpositum, in quo pars fuit decepta, vel ipse judex, irritum, & nullum reddere. *Jo: Andr. in c. consultationibus, extr. de offic. delega. Bald. in l. unica, num 9. C. de confess. de Marsil. singul. 220. Duen. regul. 188. in octavo casu. Afin. cit. in locis* potissimùm *c. 150.* Verùm, percunctatis actis memoratæ suspicionis, huiusmodi non inveni determinationem, sed memorato die 22. Octob. provisum tantùm fuit decreto S. C. *proposita formiter suspicione pro parte Illust. Ducis Morciani, servata forma Regiæ prag. providebitur,* quod quidem suspicionis caput concernebat litem inter dictum Ducem vertentem, & D. Consiliarium D. Franciscum Navarrete præfati D. Propræsidis filium, ac deindè Dux alio supplici libello cumulavit lacerationem supplicationis prædictæ, illoque ostenso, factaque replicatione, per Spectabilem Præsidem fuit provisum, *D. Staibano*, & nil aliud actum fuit.

At in tempore quæritur, nùm liceat judici mu-
170 tare decretum, aut sententiam, postquam partibus innotuerit, vidi revocari in dubium in S. C. Et quamvis ubi Senatores è subselliis surrexerint, & conversi fuerint ad alios actus, etiam quod non reversi fuerint domum, votum, aut sententiam mutare, & corrigere nequeant, etiam non publicatam, cum hoc soli Principi competat *l. 2. C. de senten. ex brev. recit. l. 1. §. si quis ultrò circ. fin. ff. de quæstion. l. divi, ff. de pœnit, de Franch. decis. 398. ex num. 3. Castill. dec. Sicil. 58. à num. 1. Cafar. in peregr. 97. spec. q. 1. nu. 9. Reg. Tapia dec. suprem. Senat. 12.* occurrens sub *n. 16. Consil. Affl. dec. 58. num. 9.* & *Præsidenti Ægyd. Boss. tract. crim. tit. de carcer. fidejuss. relax. num. 3.* tamen, re integra existente, quando non est publicata in forma valida, & extensa in scriptis, licet litigantes eam perlegerint in aula, ubi residet Secretarius, iidem Senatores, qui non dum discesserunt, in continenti possunt eam explicare, declarare, ac potissimùm interpretari aliquod verbum ambiguum, ex *Glos. in l. sicut proponis, C. de exequut. rei judic. Ricc. collect. dec. 1474. p. 5. Castill. dec. cit. 58. num. 6 & dec. 105. num. 97. Consil. Staiban. in obser. ad resolut. 177. ex nu. 101. cent. 2.* quin *Castill. mem. dec. 58. num. 3. & 4.* ex *Intrigl. singul. 160. num. 6.* principale axioma intelligit in diffinitiva sententia, non interlocutoria. Cumque fuisset nuperrimè de hoc dubitatum in mea aula, authoritates mox à me allatas oraculum vivæ vocis nostri D. Præsidis laudavit.

Repellendus à causa est judex, si nimia severitate
171 agit, & crudelitate, *Guazzin. cap. 21. num. 46. Zas. in l. 16. num. 14. C. de indic.* ubi *Jas. num. 7. Pegas ad ordin. Regn. Portugal. lib. 1. tit. 1. glos. 24 num. 9.* præ cæteris laudat *Apicel. de suspic. offic. num. 99. Valenz. cons. 43. num. 176. Rebuff. lib. 3. const. Gall. tit. de recusat. art. 6. Glos. unic. nu. 43.* notans, adeò aliquotiès se austerà in judiciis gerere judices, ut contra pecora potius, quàm homines ferre judicium videantur. Longè certè, ac aliena à judice crudelitas, ac nimia severitas esse debet, ne Rhadamanthus potiùs, aut Minos se in inferno sedere, quam apud homines homo judex causas dicere videatur. Ita hominis commutat habitum crudelitas, ut ursi pellem inducere, tigris moribus imbui cogat; Quasi terret habitu, ac facie intuitus truculenti; cum loquitur, tonat; nihil gerit, aut imperat, quod refertum sanguine non sit, quod veluti cometa aliquis undique mittat suæ crudelitatis covinum, ac rubicundum ostentum, ita denique videtur, ac si crudelitatis ipsiusmet habitu sese induisset; cum ita crudelitatē *Val. Max. lib. 9. cap. 2.* pingat; *crudelitatis verò horridus habitus, truculenta facies, violenti spiritus, vox terribilis, ora minis, & cruentis imperiis referta.* Quid dico de severitate? se spoliare hominem, & duritie armare oportet, qui severitatis gesta audire exoptat. *Armet se duritia*, inquit *Val. Maxim. lib. 6. cap. 3. necesse est, dum horrida, ac tristis severitatis acta narrantur, ut humaniore cogitatione sepósita rebus auditu asperis vacet.* Quid enim tam dissonum pietati, & clementiæ iudicis, quam severitas, & crudelitas? nonnè judicem ajebat Architas, idem esse, ac aram utrumque miserorum asylum? *Arist. 3. Rhet.* Nonnè apud Ægyptios, iidem Sacerdotes, qui judices erant? *Æ*[illegible] testé, Cur igitur judex talem se esse non agat, & vult citiùs ursum, ac leonem dici, ac spectari? sub oculos habere debet ipse, ut aram, & sacerdotem se ostendat, symbolum illud, quod judicibus Trajanus Imperator tradebat, fulmen .s. super pulvinulum cum lemmate, *lenis severitas, Epit. var. hist.* Sub oculos ponat necessà est dictum Rodulphi Imperatoris Austriaci ex severo mitis facti, *Severum, & immitem esse me aliquando pœnituit, lenem, & placabilem nunquam.* Quod quam verum sit ipsi barbari, ac crudeles cognoverunt. Misericordiæ aram Athenienses posuerunt cognita crudelitate Draconis legum, quæ crimina omnia mortis plecti pœna jubebant. Theodosius Honorio filio scribens, hæc monita sæpiùs mittebat. *Fili*, ajebat, *si Dii multis rebus antecellunt nobis, conamur saltem eis clementia æquales fieri.* Et Domitianus, inter crudeles natus, & crudelitate concretus, clementiam semper jactabat. Consonat Suetonii sententia in Octa. cap. 33. *Ipse*, inquit, *jus dixit assiduè, & in noctem nonnunquam: Si parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans: dixit autem jus non diligentia modò summa, sed & lenitate.* Debent igitur addiscere ex his judices potius clementiam nimiam affectare, quam nimiam severitatem, ac crudelitatem. Eò quod primum affectantes corrigent, si alterum verò, irritabunt potius ad delinquendum, ut benè moralis Philosophus animadvertit, dum inquit, *crudelitas irritat magis, quam corrigit, quod ipsa vidit sæpè committere id, quod sæpè punit.* In quam crudelitatem ne incidant judices in fe-

rendis

rendis ſententiis, mos eſt apud Gallos, ut tertio quoque menſe aula, in qua capitalium criminum cauſæ aguntur, commutetur. Undè dicitur Taurnelle, cui videtur effatum illud Val. Max. lib. 1. cap. 3. congruere, quod ratio publici Imperii nimis aſperum judicem exiſtimari non patitur. Reg. de Philipp. diſſert. 35. num. 69. Quare igitur optimè à judice tam ſevero, & crudeli omnem auferendam juriſdictionem, judicarunt Marant. in prax. act. 2. num. 68. & 69. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 3. §. 1. num. 2. & deciſ. 16. ex num. 33. Fab. à Monteleone in prax. arbitr. p. 1. verbo, decima octavo n. 1. & 2. Paris de Put. de ſyndic. verbo, crudelitas officialis, Pereyr. in quaſt. forenſ. 31. n. 17. Scialoy. cap. 8. num. 105. Et quòd in principio officii ſeveritate utantur judices maleficiorum, ut honorem conſequantur, invehitur Fulgoſ. conſ. 106. num. 2. in fin. & quod plurimùm anhelant ad condemnationem, quando procedunt per inquiſitionem, credentes vileſcere in conſpectu hominum, quando reum abſolvunt, notat Petr. de Anchar. conſ. 24. num. 7. verſ. quia verò, quem laudat Card. Tuſc. verbo, judices vulgares concluſ. 412. tom. 4. & ante ipſum Gramm. dec. 38. n. 26. ſed memores ſint Antiphuntis moniti teſte Stobæo, ſerm. Si peccandum ſit in judicando, præſtat, accuſatum injuſtè abſolvere, quàm injuſtè perdere; illud quidem peccatum eſt: hoc verò impietas.

Judicis item inurbanitas, ac ruſticitas ſatis eſt, ut
172 removeatur à cauſa. Nihil enim, inquit Epictetus, eſt, quod eum, qui præeſt, magis deceat, quàm ut neminem, vel ſuperbè contemnat, vel indecorè admiretur, ſed ex æquo omnibus præſit. Marant. num. cit. loco num. 69. & proindè juſtè removetur, ſi non ſalutaverit, vel reſalutaverit partem, ex quo inimicitia quoque præſumitur, Hippol. in l. 1. §. præterea, num. 8. ff. de quaſt. Avus meus ad Capic. deciſ. 138. num. 3. dummodò recuſatus non dicat, illam non vidiſſe, quo caſu recuſans haud ſolvit pœnam, ex prag. 15. num. 62. de ſuſpic. offic., quæque eſt in viridi obſervantia, ac plura promanarunt placita; Viſa judicis depoſitione, interveniat, de qua re memini in hoc ritu num. 175. lib. 2.

Si convicium parti dixerit, verbis injurioſis petat, aut malè eam accipiat, poſita tamen diſtinctione illa, quam in hoc rit. num. 168. lib. 2, adhibemus Zamarr. de offic. indic. & advoc. p. 1. q. 1. ex num. 64. Pegas loc. cit. gloſ. 126. n. 3. debet enim eſſe ſermone affabilis, & partibus bona præſtare reſponſa, Senec. de clem. lib. 1. c. 13. Velaſc. de indic. perfect. rub. 1. ann. 7. num. 10. etiam eis, quos malos putat, l. nec magiſtratibus 35. ff. de injur. l. obſervandum de offic. Præſid. Si ſit indiſcretus, Zaſ. in l. 16. num. 15. C. de indic. Ummius in diſput. ad proceſſ. judic. direct. 1. theſ. 1. ſub num. 58. pag. 37. & amplians ex eod. Zaſ. num. 16. ſi ſit ingratus; ille enim ventus urens ingratitudo eò protrahitur, teſte Bernardo, ut fontem pietatis, fluenta gratiæ, rorem exiccet miſericordiæ, Amaya 2. obſer. iur. 6. de qua P. Cornel. à Lapid. in prov. Salom. cap. 3. & 27. Melchior Junius lib. 3. quaſt. politic. qu. 106. num. 5. Borrel. in ſumm. dec. 1. p. 3. tit. de revoc. donat. Bibliothecæ pauperum, nempè Theatrum vitæ humanæ, & Polyanthea, verbo, ingratitudo, Carol. Paſchal. de virtu. & vitiis, cap. 50.

Remotio quoque accidit, ſi Senator leges patriæ
173 non obſervet, Mendi in prax. p. 2. lib. 1. cap. 2. num. 58. Peg. ad ordin. Portugall. lib. 1. tit. 5. gl. 7. num. 13. tom. 2. Khichen in comm. de jur. non prov. iur cap. 3. num. 33. pag. (mihi) 256. & altero cap 3. num. 6. & 7. pag. 289. Si munus ſuum judex non obit, & aures parti non accommodet, quod denegare audientiam vulgò dicitur, Reg. Revit. conſ. 8. num. 3. lib. 1. Thor. p. 3. compend. ſect. 3. verbo, ſuſpicio judicis; & effatum, Senatores non debere cum partibus loqui, ex Bevad. lib. 1. cap. 12. num. 40., intelligitur de magiſtratibus literis ignaris, aſſeſſorem habentibus, non de præditis, quibus nefas eſt denegare audientiam, l. 2. C. de offic. civil. indic. Creſpi obſer. 21. Pegas de ord. Reg. Portugall. lib. 1. tit. 48. §. 12. num. 2. quin obſtringitur palam audire, l. jubemus C. de Epiſcop. & Cler. Bar. in extravagant. ad reprimendum, verbo, ſine ſtrepitu, num. 2. adeò quod ſi ſecretè judicis in aurem altera pars allocuta ſit, ſuſpectus is redditur, id quod reſtringitur, ſi ſummariè in cauſa procedatur ſine figura judicii, Marant. in ſpec. cit. p. 6. verbo, quandoque appellatur, verſ. recuſatio, num. 44. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 53. num. 16. ex Iaſon. in l. aperti ſſimi, C. de iudic.

Si parti velle ſe nocere fuerit minatus, Abb. in c. cum ſuper, verſ. tertia cauſa, de offic. deleg. Guazzin. add. cap. 21. num. 28. et 36. Graſſ. excep. 24. num. 105. Marant. act. 2. num. 49. Alvar. Peg. lib. 1. §. 31. Gloſ. 126. num. 3. Zamarr. de offic. indic. & advocat. p. 1. q. 1. num. 64. & diximus ſuprà num. 161. & a tota ejus familia, R. Sanfel. cit. dec. 80. Quapropter quò judex integritate, ac innocentia ſplendeſcere debet; eò quidem longius vitiorum tenebras à ſe expellere, & virtutum meridiem tenere debet, Non enim qui legum transgreſſor eſt, ac maleficus, delinquentes, ac peccatores punire, permittitur, Hæc vox iuſtitia eſt, inquit S. Auguſt. in cat. aur. puniatur peccatrix, ſed non à peccatoribus. Cui concinit S. Gregor. 9. mor. Qui enim ſemetipſum non iudicat, quid in alio rectum iudicet, ignorat. His adjicit D. Ambroſ. in ſerm. 20. in pſal. 28. Iudicet de errore alterius, qui non habet, quod in ſe damnet: nè cum de aliquo iudicat, in ſe ipſum ſententiam ferat. Improbus enim, & imperitus eſt medicus qui alienum mederi appetit, & ipſe vulnus, quod patitur, ignorat, Gregor. in paſtoral. Quod quàm verum ſit, & quod ipſa videtur docere natura, oſtenderunt Barbari; & legibus mos erat, ut refert S. Iſidor. Pelu apud Lacedæmones ei, qui turpiter vixiſſet, ne probam quidem ſententiam pronunciare licere, Annaut. Senec. Ad coercitionem, inquit lib. 1. de ira cap. 15. errantium, relaxatorumque irata caſtigatore non opus eſt; nàm cum ita delictum animi ſit, non oportet peccata corrigere peccantem. Et Iuven. Sat. 1.

Quis

Quis tulerit Gracchos de seditione querentes,
Quis Cælum terra non misceat, & mare cælo,
Si fur displiceat Verri, si homicida Miloni:
Claudius accusat mœchos, Catilina Cethegum?

Nec certè si vitiosus sit Judex, bonam quidem
174 sententiam, ac rectum pronunciare judicium potest. Vitia enim, ac pèccata ità mentis aciem sua caligine perstringunt, ut causarum dubitationes dignoscere, haud sciamus, *Affl. dec.* 404. *in fin.* Adeoque nè Icarium lapsum in vitia periclitetur, utque rectum volatum suum tenens, incolumis ad virtutis oras adinveniat, sublimes, ac grandiores superbiæ volatus fugere, ac reformidare, & medi ocre dimissi animi iter peragrare conabitur, *l. obfervandum, ff. de offic. Præsid.* & monuit *Divus Ambros. lib. 2. de Cain. c. 4.* ac docent *Bovad. lib. 1. polit. cap. 3. num. 32. Burg. de paz. in l. a. Tauri, n. 46. Simanc. lib. 5. de repub. cap. 9. & lib. 6. cap. 1. num. 9. Azeved. lib. 3. recopil. tit. 9. l. 2. n. 13* Ex quibus infert *P. Benedictus Pereyra in Academ. Jcti Republ. literar. lib. 7 q. 3. nu.* 1072. aliam oriri virtutem illis apprimè necessariam, scilicet comitatem, & urbanitatem in excipiendis hominibus, & libenter audiendis litigantibus, adeò quod abstinere debeant à responsis asperis, & contumeliosis, possintque cum *M. Tullio lib. 1. de offic.* exclamare. *Quantò superiores sumus, tantò nos summissiùs geramus, Affl. in const. ut universis à num. 56. Matienz. dial. 3. c. 38. num. 4.* & latè *Dominic. Antunez Portugal. de donat. Reg. p. 2. lib. 1. cap. 17. ex n. 27.* Superbis enim Omnipotens resistit; fulmen humiles arbores prætcrit, proceras evellit, sublimesque ferit; & conterit: Sic ii, quos protervior fastus obduravit, dum se maximè stare cogitant, casui, & ruinæ graviori proximi sunt. Meminerint, ut mare vertitur, & ubi lusere navigia, sorbentur; ità una hora quæ diù crevit, horum extirpari potest potentia. Xerses, qui se Dominum omnium hominum ab ortu Solis, usque ad occasum jactabat, paulò post à Græcis profligatus parva navicula vix vitam salvavit. Undè Juvenal. Satyr. 10.

Sed qualis rediit, nempe una nave, cruentis.
Fluctibus, ac tarda per densa cadavera prora:
Has toties optata exegit gloria pœnas.

Hoc sermone, alia cumulans, loquitur *Dania* in libello *ad exteros de perfidia Suecorum, vers. in perfidos, quam vindicem.* Eundemque clementiæ, & moderationis Superiores habeant vultum in prosperis, & adversis, non ut Augustus, de quo *Seneca lib. 1. de clement. c. 11.* loquitur. *Fuerit Augustus moderatus, & clemens, nempè post mare Actiacum Romano cruore infectum, nempè post fractas in Sicilia classes, & suas, & alienas, nempè post Perusianas acies, & proscriptiones, ego verò clementiam non voco, lassam crudelitatem*, sed ut Alphonsus Aragonensis, cui in omni fortuna vultus idem, idem habitus, sermo idem; teste *Pan. lib. 4. Theat. vit. human. tom. 5. lit. F. p.* 175. & dixi in *Parænesi de transfer. Alphonsi cineris. num* 53.

Recusatur quoque judex, si procedat in causa
175 audactèr, ut dixi in hoc *rit. num. 165. lib. 2.*, quem locum refert *Consil. Machuc. cit. lib. 1. cons. 14. par. 5 sub num. 3. lit. B. & num. 4. lit. C.* Si cum celeritate, *Marant. act. 2. num. 45.* non enim debet esse præceps in causis expediendis & sententiis ferendis, *l. judices, C. de indic. Marsil. in prax. crim. §. occurrunt, num. 1.* confertque decisio *Rotæ* in uno *Comen. Capellaniæ 22 Januarii*, coram *Pegna*, de qua *Ricc. collect.* 1774. Et Demosthenes dicere solebat: Optimus judex judicatur, qui citò intelligit, & lentè judicat, teste *Anton. serm. de incorrupt. iudic. Bias*, teste *Laert. in eius vita lib. 3.* bono consilio duo maximè contraria esse dicebat, festinationem scilicèt, & iracundiam. *Senec. in prov.* inquit, *ad pœnitendum properat, qui citò iudicat.*

Agatharchus sese jactabat de pingendi celeritate quum Zeuxis diutiùs immoraretur operi. At Zeuxis respondit, ea, quæ citò fiunt, citò perire contra, quæ paulatim exacta cura absolverentur, ætatem ferre, juxtà Valerium, ità respondit. *Diu pingo, quia pingo æternitati.* Citò nata, citò pereunt. Diù elaborata, farunt ætatem. Beta citò nascitur, buxus paulatim. *Erasm. lib. 6 apoph.* in judicando criminosa celeritas est, idq; advertunt *tex. l. 2. C. de sent. ex brevit. recit. can. ult. q. 5.* 30. & ex actuum celeritate, & vicinitate fraus manifestè arguitur. *Angel. cons. 48 num. 1. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 13 tit. 38 num 34. Cyriac. controv. 319 num. 3 par. 33. tom. 2. ac controv. 410. num. 23. tom. 3.* potissimum in capitalibus causis. Deus enim ipse, cui nulla hominis cogitatio occulta est, *descendam tamen* inquit, *& videbo, c. Deus omnipotens 2. q. 1. Genes. 18. tom. 20.* Cujus similitudine *Ovid.* adduxit Jovem Lycaonis scelera ulcisci volentem, qui licèt ejus sciret, commissa, effinxit, velle in terras descendere, & attentiùs, minutatimq; perquirere, ita lib. 1. Met.

Contigerat nostras infamia temporis aures,
Quam cupiens falsam summo delabor Olympo,
Et Deus humana lustro sub imagine terras.

Quamobrem omnium benè verbis illis Genesis hæc addidit S. Petr. Chrys. *Cognita, velut audita imputat quia in reum non vult accelerare sententiam, & convictum ponet se, velut accusatum convenit.* Præcipitata voluntas judicum noverca est justitiæ, *cap. inter hæc cod. 1. de pœn. dist. 3. clem. pastoralis, §. verum, de re iudic.* ubi *Card.* quos judices, in victum sævientès, gaudere *Glos.* exclamat *in cit. clem. pastoralis*, verbo, *noverca*, in quos excandescit me-

sitò *Bald. in l. si qua ex fœminis. 2. lect. C. de secund. nupt.* qui vix formoto processu, & actis festinantèr visis sententias pronunciant; quæ quàm accuratè sint perspicienda, docet Satyr. 6. Juven.

Pone crucem servo, meruit quo crimine servus
Supplicium? quis testis est, quis detulit? audi:
Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa est.

Et *Ammian. Marcell.* hoc vitium Valenti Imper. objiciens, quàm turpe sit in iudice demonstravit. *De Spiritu,* inquit, lib. 29. *& vita hominis, qui pars mundi est, & animantium numerum complet, laturum sententiam, diù, multumq; cunctari oportere, nec præcipiti studio, ubi irrevocabile factum est, agitare* Semper igitur in judicibus cunctatio bona est, & adhibenda, nè quid plusquam liceat, dicatur, & pœna justè imponatur; cum pœna dilatata, moneat *Sen. lib. 2. de ira, cap. 3.* facilè exigi possit, nequeat exacta revocari. Quanto enim corpus fortunæ bonis, & dignius, ac nobilius est, tantò judex in criminalibus causis prudentiùs, & accuratiùs incedere debet, quàm in pecuniariis, *Claud. de Battand. in pr. caus. crim. Reg. 80. num. 3. Carpeov. in prax. crim. p. 3. q. 119. n. 6.* & *Jo: Salisber. in Policrat. lib. 5. c. 12.* inquit. *Dum causa anceps est, dilatio protelatur, si non contentionis, saltem decisionis,* de qua re *Reg. Valenz. cons. 70. n. 87. lib. 1.* laudatusq; exindè Imperator Julianus fuit apud *Ammian. Marcell. lib. 16.* quòd providus esset, & cunctator, quòd providus esset, & cunctator, quod præcipuum bonum in magnis Doctoribus, opem ferre solet exercitibus, & salutem, & diximus in *rit. 29. n. 1.* ac in *rit. 32. n. 1. lib. 1.* Sententiam propterea nullam esse, si feratur eo temporis interstitio, ut possit præsumi, acta non fuisse benè visa, deducitur ex *tex. in c. cum ex literis, de in integ. rest.* & monent *Bar. in l. stipulatione, C. de sentent. Alex. cons. 143. num. 24. lib. 24. Anchar. cons. 188. nu. 2. Marant. in spec. p. 4. dist. 16. num. 16. Caball. resol. crim. cas. 086. num. 42. Guazz. defens. 35. num. 21.* cum init qua præsumatur, *Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. de Petr. festiv. lect. lib. 1. c. 1. num. 19. Gramm. decis. 69. Tom. 1.* ibique *Avus meus num. 1.* quem adducit *Rumm. ad Affl. de jure protomis. §. 4. notab. 1. num. 16.* idem *Gram. dec. 65. num. 3.* & ad eum *Avus meus num. 3.* quiq; in *decis. 79. ex num. 1.* nonnulla, quæ ex brevitate temporis oriuntur, enarrat; at casus, in quibus commendatur celeritas, rescribit *Luc. de Penn. in l. 2. C. quand. & quib. quart. par. lib. 10. Vermigl. consil. 180.* trutinans ad effectum, ut contra judicem inferatur indicium barapteriæ, an & quando sententia ex brevitate temporis præsumatur præcipitanter lata.

Intelligant propterea judices de congrua matu-
176 ritate, nè deveniat per excessum ad tarditatis, & insolertiæ extremum: cum enim conducat bono publico, nè Magistratus negligentes sint in præcavendis, quæ magis impendent, desidia, & negligentia in eis magnum est delictum, *Simanc. de Republ. lib. 5. c. 12. Azeved. lib. 3. recopil. tit. 5. l. 25. n. 1. Avend. de exeq. mandat. c. 1. prætor. num. 21. de Petr. add. loco, ex num. 17.* rationem indicat *Cavalc. de brach. Reg. p. 5. num. 137.* illaque carpitur ex *tex. in l. 1. C. quand. lic. unicuiq; sine judic. vend. & l. fin. C. in quib. caus. rest. in integ. non est necess.* Nimia siquidem tarditate negotia putrescunt: & sicuti matura satio sæpè decipit, ita sera semper mala est, teste *Columella*, quem refert *Dom. Reg. de Philippo dissert. fiscal. 26. n. 3.* Expedit namque, non longiori processu, & carcere exagitari eos, qui crimina, sivè verè, sivè falsò dicuntur admisisse, *Fab. in Cod. lib. 9. tit. 22. Carpzov. in prax. crim. p. 3. qu. 116. n. 30.* exclamavitque *Senec. lib. 2. de benefic. cap. 5. Acerbissima crudelitas est, quæ trahit pœnam, & misericordiæ genus est, citò occidere: Quin tormentum ultimum finem sui affert secum; quod antecedit tempus, maxima venturi supplicii pars est.* Laudatur medicus, si celeriter, & jucundè curet, à *Cels. l. 3. c. 4. de cur. divers. gen.*

Hinc *D. Leonard. Duardi in Comment. ad cap. omnis utriusque sexus, § 3. sivè de omnib. statib. tùm Ecclesiast. tùm secular. par. 2. disput. 19. sect. 1. num. 3.* putat, judices à labe peccati haud immunes esse, ac restitutione damnorum, quæ per eorum negligentiam aliis intulerunt, hctis consuetis audientiam litigantibus non præstantes, causasque celeritèr minimè expedientes, ex *Meisej par. 1. summ. tr. 8. cap. 13. num. 17. & Antonuc. in Cathec. Neap. lib. 1. cap. 59.*

Propterea usu compertum est, in subitis, arduisque negotiis nil festinatione securius, nil tarditate perniciosius; *In his interdum opus non est longo consilio, nè interim, dùm Roma consulitur, Saguntum occupetur,* ex *Livio*, notat *Vulpell. de pace, q. 70. num. 8.* Undè *Demosthenes. Rapienda sunt consilia, non quærenda. Jo: Cokie, in Thesaur. polit. Aphorism. lib. 3. cap. 21. pag. 199.* Et *Verrius Sabianus* Senatum increpans, sic loquitur. *Maximinus quadrata agmine, castris ubique positis ad Urbem tendit, vos sedendo, & consultando diem teritis; longa oratione opus non est, ubi res perurget,* refert *Nicol. lo. Abrusci in opuscul. Fax gemina, pro jure possessionis, ex num. 40 pag. 1.* ac in delictis gravioribus meritò M. C. per horas procedit, etiam S. C. appellatione interposita, *Pras. de Franch. dec. 520. Consil. Pras. lib. 4. discept. forens cap. 6. num. 2.* insequens consuetudinem ferè totius orbis, teste *Muta cap. Sicil. tom. 3. cap. 10 num. 40.* præsertim in delegationibus, *Reg. de Ponte de potestat. Proreg. tit. de delegat. caus. num. 1. Gramm. vot. 28.* & alii apud *Luc. ad memor. 520. de Franch. decis. num. 4.*

Adhæc causa debet citiùs expediri intra tempus quò res, de qua controvertitur, non incipiat perire. Indè si contendatur de officio Prioratus, vel Consulatus alicujus Civitatis, quod durat per duos menses, causa terminanda erit ita celeriter, ut tempus non incipiat effluere: alioqui dilatio esset causa, ut res pereat, *Bar-*

in l.1.num.1.ff.de glaud.leg. notabile exclamans remittit se ad dicta ab ipsomet *in l.si prius.10. ff.de nov.oper.nunc.*

Prolationem insupèr voti justam esse recusandi
177 causam, hoc in ritu insinuavimus *n.178. lib.2. & in rit. 3. num.11.lib.1.* & nos refert *Consil.Varg. Machuc.cit.lib.1.p.5.consid.17.num.3.lit.X.* quod monuit Constantinus Augustus Maximum Præfectum Urbis *in l. ubi falsi 22. C.ad l. Corn. de fals.* ibi; *Sed inter utramque personam se judex medium, nec ulla interlocutione divulget, quæ sentiat: Sed tanquam ad imitationem relationis, quæ solum audiendi mandat officium, præbeat notionem, postrema sententia quod sibi liqueat, proditurus.* ibique *Petrus de Bellapert.* inquit, *quod judex stabit medius legem. non declinans ad alteram partem, nec debet esse fatuus, quod motum animi sui detegat, sicuti faciunt aliqui, quando audiunt advocatum, dicunt per Deum iste habet jus; posteà quando audiunt alium dicunt idem, non debet hac facere, ut ff. de offic. Præsid. l.observandum.* Sicuti enim diameter, sivè dimetiens sic ab angulo ad angulum, mediamque figuram dividit, ut utrinque spacium relinquat æquale; ita judex in neutram partem debet esse propensior. Ut qui acriùs cupiunt perspicere, alterum oculum occludunt: ita judex rectiùs intelliget justum, si nullius personæ respectu revocetur. Ut sol non alius est pauperi, quã diviti, sed omnibus communis; ita judex personam spectare non debet, sed rem, teste *Roderodam.in simil.* Multum enim boni secum trahit, nocere, & obstare nulli, capere securas dapes, ut ubi non possit alteri subveniri, nisi alter lædatur, commodiùs ductum neutrum juvari, quam gravari alterum, ex *tex.in c.denique 14. q. 5.* notat Author libelli, *Dama ad exteros de perfidia Succorum, versunde, & si de neutralitate*, ac politicè scribit *Varrm.ab Eremberg.de fœderib.lib.1.c.2. num.216.& 287.* & in hac peculiari suspicionis hypothesi observat, post *R.Galeot.cit. controv.39.num.18 lib.1.Consil. Staiban. in observ. ad resol.118.num.67.cent.2.*

Tria igitur tempora cõsiderantur quoad voti propalationem; nempè antequam agatur causa;
178 dum agitur, & suffragia præstantur: ac denique postquam acta est, & publicata.

In primo casu locuti sũt DD. à me indicati citatis in locis, addo *Ricc.collect.1526. Scialoy. de for. compet.c.9.num.118 Valasc. de partition.cap. 9. num 21.Sess. dec.415.to.4. Merend.controv.var. lib.22 c.26.nu.21.Larr. cit.alleg fiscal.118. nu. 6.lib.2. Barbos.vac.66.nu.20.lib.2. Altimar.* mei memorem *ad Rovit. cons.8.nu.1.& 2. lib.1.Casar.in Spec.qq.peregr.q.1.ex nu.2.*

Secundò verò casu idẽ cavetur per nostra municipalia iura, nempè Ritum M.C.3. *pragm.13, §.9.& 17. de offic. S.C. 28. de offic. proc. Caf. pragm.1.§.3.de caus.decid.prag.6.de offic.judic.* adeò ut ne gestu quidem, ac motu liceat, quid quisq; sentiat, ostendere, & *Reg.Tapia in mem. prag 28.lib.2.rub.2.num.4.* illam debere summo studio servari clamat; nã licèt libertas votandi non auferatur, vis quodã modo fit ex authoritate seniorum, quod etiam ex iuris communis dispositione sancitur in *cit. l. ubi falsi, C. ad L. Corn. de fals.* ac suo duntaxàt loco, & tempori servetur voti sermo: quod ubi quis protulerit, sinere debet, ut cæteri collegæ quicquid velint dicant, indeque non discedere, donec absoluta fuerit res, & processus deferatur ad Secretarium. Qui enim animi motus patiuntur, deflectent à iustitia, ut ait Psalmista in Psal. 95. ibi: *Qui non commovebitur, iudicabit populos in æquitate*, ex quo *tex.* sacro colligit *Berart.in spec. visitat. official. cap. 10. num.31.* neminem ad furorem populi, seù tumultum sinè debita causæ cognitione condemnandum, quia perdifficile est, commotos animos, & concitatos sensus aliquid honesti, rectique persuadere; judiciorum enim silentia turba obstrepentium confundit, *cap.in loco 3.5.q.4.* idem *Berart.* ibidem latè, usque ad *n.34. Tholosan. partitionum jur.can.lib.5.c.14.* ex notabilibus iuribus in *c. ad audientiam 3. de consuetud.l.decurianum 12. C. de pæn c. Ossius 2. de elect.*

Quæ animi concitatio colligi potest, tum ex dictis puta si inter votandum permotus maximoperè ex collegarum contradictionibus in aliqua verba prorupperit: tùm etiam ex facto, putà si repente discesserit ab Aula, vel alia signa fecerit, quod ex fundatis per *Reg. Galeotam mem. contr. 39. num. 23.* supremum administrum satis dedecet. *Id enim non est constantis, & recti judicis, cujus animi motum vultus detegit*, ait *tex. in cit. l. observandum, ff. de offic. Præsid. Consil. Staiban. in add. ad cit. resolut.c. 118. num.65. tom.2.*

Tertio demum tempore, postquam prolata fuerit sententia, nequit votum propalari nulli penitus hominum, si Proregem excipiat, vigore *prag. cit.1.§ 3.de caus. decid.* secus non modò reddit propalans se suspectum, ut perpendit *Casar. in mem.q.1.num.8. & §. 2. nu. 35.* sed etiam acerrimis suppliciis dignum, quod fuit causa, cur Marinus Freccia à togæ honore fuerit delectus, ut diximus in *rit.3 ex num.10. lib. 1.* & in hoc *rit.num.181.lib.2.* ac demùm se periurum fatetur, cum quotannis iuris iurandi vinculo se obstrinxerit, de non evulgandis, quæ in suo Tribunali fieri contigerit, ut scripsi eodem *rit.3.ex num.9.* præceptum enim, de non revelando voto, est negativum: & obstringit semper, & ad semper, *Angelicus Doctor.2.2.q.3.art.2.& q.33. art.2.Archid.in c.si peccaverit 2.q.1.Navar.cons. 1.de sum.Trinit.*

Quibus confert *Gigant.* effatum *de crim.les.Majest.*
179 *q.21.rub.1.nu 23.* votum prodi iisdem modis, quibus proditur secretum, nihilque referre, an quis verbo, signo, aut alio quovis modo arcanum nunciet: quocumque enim casu dicitur quis occultum revelare, ex *Abb. in c. omnis, de pænit. & remiss.notab.10.* quia declaratio animi quæ verbis fit, à priori declaratio dicitur; quæ autem fit facto, dicitur a posteriori, ex *Mantic. decis.313. à num.3. Casar.add.q.1.sub num. 10.* Quinimò illud servandum à Ministris nedùm in iis, quæ dicta nocent, sed etiàm in iis, quæ dicta non prosunt *Io. à Sancta Maria in polit.Christian.cap.29.§.2. Marc.Mantua in tract.de consil.*

num.6. Ammian. Marcellin. l.21.ibi: Eos solum in ministros admissos fuisse, qui tacere solebant & de his talis fama erat, etiam in rebus extra Senatum. Oxor.lib.8. de Regis institut. ac Tertullian. in Apolog.c.30. inquiens, precemur Imperatoribus vitam prolixam, exercitus fortes Senatum fidelem: hac Cæsaris vota sunt, nec non Surg. de Neap. illustr. c. 4. numer. 8. & in auxiliis.

Nonnulla ad silentii laudem, & arcanorum celandorum observantiam indicavimus in cit. ritu 3. & vera est sententia, publicas personas, qualis Judex, Medicus, Chirurgus, Tabellio, obstetrix, &c. teneri ad servandum secretum in iis rebus, quæ illud postulant, & eorum tangunt officia, Molin. de justit. tom.5.disp.5.nu.2.Sanchez. lib.6. consil.cap.6.dub.2.num.4. Cardin. de Lugo tom.1.just.disp.14.sect.9.num.135. F. Bened. Fereyr. de jur. Academ.lib.4.tit.de exercit.liter.q. 2. num.587. & ut inquit Molin. ibidem num. 5. qui ex officio ad secretum obstringitur, contra iustitiam peccat non servando, ac restituere tenetur damna inde subsequuta. De Advocato revelante secreta clientis, quod falli pœna mulctetur, sermo est penès Perea ad l. 1. tit.19. lib. 2. ordin.p.400. Gratian.discep.forens.c.100. nu. 16. lib.1. Barbos.de potest.Episcop.p.3.alleg.79. n. 25. ac nos in cit.rit.3.num.16. De Medicis sunt iure in c.si Sacerdos, de offic. ordin. in c. omnis utriusque sexus, de pænit.& remiss. Hinc apud Gregor.de Rebupl.lib.17.cap.4.nu.8. in iuramento medicorum addit Hippocrates, nè ægrotorum secreta vitia detegant, quem refert Fereyr. lib.8. de Doctoribus, qu.4. num.152. Qui verò promisit secretum, an obstringatur ex sola fidelitate, an etiam ex justitia distinguunt Molin. tom.2.disput.262.Sanchez cit.cap.1.dub.1. Lugo memorata disput.14.nu.139.

Verùm sicut judicem garrulum, & rusticum jura abhominantur, ita & mutos; & perniciosum
180 est Reipublicæ nil advocatis respondere, & obmutescere, ad tex.in cap.si Rector,43.distinct. tradito per Burg. de Paz in proœm.l.Taurs. nu. 256. Simanc. de Republ.lib.7.c.13. Lopez l. 13 tit.4.p.3.verbo, por palabra, Fontanell. decis. 9.num.13. lib.1.Cæsar.cit.loc.§.2. notans nu. 22. judicem, qui non loquitur, & est immobilis, esse Diabolum, & præsumi malæ naturæ, & ante ipsum scripsit Merend.add.lib. 22. cap.26. sub num.9.Simanc.de republ.lib.7.cap.5. nu.21. Lel Zecch.lib.2.de Princip.c.1. num.8. Valenz. cons. 162. ex num.57.lib. 2. Zamar. de off. judic. & advoc.par.1.q.1.ex num. 2. & conscrunt exarata à Petro Gregor. Syntax.artis mirabilis. lib. 40. c.41.pag. (mihi) 539. Alex. Tasson.lib.9.quæst. 3. fol. 308. & ab Abbate Olivetano Lancellotto in libercolo delli farfalloni, farfallone 97.fol. 477.

Licet enim supplere defectum advocatorum, & partium, l.Aufidius, ff. de legat. 3. Licet proinde iudici ex suo officio non requisito factum recensendo, & ad memoriam reducendo, supplere; Alexand. in l. 4. §. hoc autem judicium, nu. 15. ff. de damno infect. Cyn.& Imol.in l.1.C.quæ desunt. advoc. potest namquè dicere reo, reminiscaris pactum de non petendo factum fuisse, Afflict. cit. tract. de execut. §. 3. cap. 224.

Hinc in M. C. cum ageretur causa super liquida-
181 tione instrumenti; urgente Ill. Marchione S. Juliani adversus Ill. Principem Sepini in discussione nonæ nullitatis, in qua dicebatur non licere illi instrumentum liquidare absque curatoris interventu, suo patrimonio dati, ad tex. in l. item si unus litigator 19. ff. de receptis arbitris, in l. ijs qui, ff. de cessione bonor. Staiban. Sen. cons. 30. num.14. & junior. resol.8.nu.19. & à nobis tradita in ritu 166. num. 92. lib. 2. patrono ex adverso contrarium in aula peroranti, iuraque adducenti, D. tùnc Judex M. C. Marcellus Grassus, nùnc dignissimus R. C. Præses dixit, addo Salgadum, etenim Salgad. in labeynt. credit. p. 1. cap. 13. à num. 22. à me ibidem laudatus pro Marchione infectatus fuit aleam, nempè validam esse liquidationem; quamobrem Princeps ipsum suspectum deduxit, ob voti propalationem, & è M. C. relatori D. Judice Antonio Golino, manavit decretum, quod, non recipiatur, & proindè interveniat, die 6. Junii 1665. penès Secret. M. C.

Testis verò unicus probet ne huiusmodi suspicionis causam, quando alii, nec mox, nec unquam
182 verisimiliter potuissent intervenire, tetigimus in huc rit. num. 180. lib. 2. & meminit D. Altimar. ad Rovit. cons. 8. num. 3. & 4. lib. 1. & videndi suse ad rem Ricc. collect. decis. 224. par. 1. Franc. Marc. decis. 488. num. 9. & 10. p. 1. Marsill. sing. 212. Mynsing. cent. 6. obser. 67. Thesaur. lib. 1. q. forens. 15. num. 4. Clar. §. fin. qu. 53. Farinac q. 67. ex num. 58. Larrea consil. 114. num. 60. Cancer. var. resol. p. 1. tit. de test. num. 71. Specul. tit. de testib. rub. de num. test. triginta casus, quibus unico testi plena adhibetur fides, subnectens, Larrea alleg. fiscal. 48. ex num. 12. Menoch. cons. 98. nu. 2. de Marin. ad Reverter. decis. 46. in fin. quo in casu haud admittitur iuramentum suppletorium, Rebuff. tit. de recus. art. 14. Glos. unic. num.4, Fontanell. decis.23.ex num.1.Gabed.dec. 46. num.6.par.1. decisum attestans, Fereyr. de revis.c.8.num.17.Larrea decis.48.num.16.quod displicet Merend. lib. 12.c.28.num.4.

Judex, qui votum protulit in uno iuris, vel facti articulo, valeat ne paritatem dirimere in gra-
183 du reclamationis, seù in integrum restitutionis; Accidit trutinandus articulus in S. C. in causa curatoris patrimonii Caroli Filamarino, cum Ill. Principe Torellæ. Siquidem, relatore D. Consiliario Cangiano, e S. C. manavit decretum, fieri excomputum ex pretio Terræ Atellæ in beneficium Principis, à quo decreto curator reclamavit, petiitque in integrum restitui; Et facto verbo à D. Consil. D. Sancio Lossada Commissario; ob transitum D.Consil. Cangiano in aliam Aulam, fuit orta paritas in articulo si, vel nè esset deferendum petitæ restitutioni; pro qua dirimenda, inter tres datos adiunctos, fuit memoratus D. Cangianus, recusatus deinde à curatore, quia in primo decreto protulit votum pro petito excomputo, deductaque suspicione formiter, decrevit Senatus, quod, interveniat, die 26. Februarij 1669. referente D. Consil. Sixto. Quæ quidem Senatus deter-

determinatio jure merito procedit in restitutionis in integrum, vel nullitatum gradu, in quibus iidem iudices vota præstare valent, & in S. C. etiam in reclamatione, in qua iidem Consiliarii suffragia dant, instar Præfecti Pretorio, Auth. qua supplicatio, C. de precib. Imp. offerr. ex illius Tribunalis præeminentia, de Franch. decis. 528. num. 4. Commissa tamen causa reclamationis à definitiva sententia alteri eiusdem Aulæ, Affl. decis. 231. de Franch. decis. 335. Reg. Sanfelic. decis. 4. num. 16. aliud notans observari in Collaterali Consilio, ubi idem iudex, qui in prima instantia commissarius fuit, est & in causa reclamationis. At quoad alios iudices inferiores in secunda instantia non procederet; nam qui iudicat in prima removetur à secunda appellationis, Marant. in prax. act. 2. nu. 63. quem laudat David. Mevius, & si germanus inferiùs citandus, num. 21. de Amatis decis. Rot. March. 14. Viv. decis. 363. num. 8. Consil. Staiban. in observ. ad resol. 110. num. 15. cent. 2. Guazzin. defens. 1. num. 21. necnon 43. confert Ann. alleg. 18. Thor. par. 3. compend. dec. sect. 3. verbo, suspicia contra judicem, non enim præsumitur corrigere dictum suum, Nigris in c. Regni prolixitatem, num. 43. de Graff. excep. 24. ex num. 88. etiam ex novis deductis probationibus, Mastrill. decis. 151. ex num. 6. quamvis iudex à quo adeptus fuerit locum iudicis ad quem, Rot. Rom. decis. 24. viv. decis. 363. n. 6. Ricc. collect. 2612. quibus, iuris rigore attento, contradicunt Bald. & Salyc. in l. eos, vers. provocatum, C. de appellat. Muscatell. in prax. appellat. p. 4. Gl. instantia, num. 22. dummodò Princeps de potestatis plenitudine aliud non mandaret, notat Mascat. mem. num. 21. Vel si partes consentiant, Cepoll. cautel. 199. & proinde judex non obstringitur ex officio se abstinere, sed partis requiritur recusatio, Jo. Paul. Zemar. in tract. de offic. judic. & advoc. par. 1. q. 22. num. 129. ex Hieronim. Portol. in Scol. ad Molin. vers. judex, num. 11.

Quippe iudex, à quo appellatur, nequit iudicare in causa appellationis, ex l. eos, C. de appellat. non quidem ex ea ratione, quod votum suum propalavit, sed quia videtur offensus: nam ille, qui ab eius sententia appellavit, ex natura provocationis, de iudice ipso tanquam iniusto, & iniquo conqueritur, an tex. in l. qui cum mater, §. si libertus, ff. de oper. libert. l. in minoribus, C. de appell. l. fin. C. quando provoc. non est necesse in c. ad hac & c. proposuit 34. de appell. R. Galeot. cit. controv. 39. Secus verò si adversus sententiam petierit restitutionem in integrum, vel ab re reclamaverit, nam tunc iudex, qui primo loco pronunciavit, potest esse iudex etenim, qui reclamat, vel petit restitutionem in integrum, non conqueritur de iudice, se recurrit ad ipsum, tanquam melius instruendum, & sic non arguitur iudex de iniustitia, sed ipsa pars, quæ reclamat, vel petit restitutionem in integrum, arguit se ipsum negligentiæ, adhibitæ in proponendo sua iura, ex l. profecti, ff. de minoribus, cum l. praecedendi in fine, atque ita declarat Castillas decis Sicil. 6. n. 4. & 9. tom. 1. Theod. cit. alleg. 87. nu. 4. vers. ex alia radice.

Qua ratione, cùm sententia profertur à tribus
Consiliarijs in causa, quæ excedit summam du-
184 catorum biscentum, in qua debent esse tria
vota conformia, iuxta dispositionem Regiæ
pragmaticæ; Et sic jam innotescit illos tres Re-
gios Consiliarios fuisse ejusdem sententiæ, nihil-
ominus in reclamatione ab illa sententia pos-
sunt ipsimet tres Regij Consiliarij iudicare, quã-
vis illorum vota sint patefacta, quia propalatio
voti, quæ non est intempestiva, neque imper-
tinens non inducit causam suspicionis, ita op-
time, ex praxi omnium Tribunalium Hispa-
niarum ducet Barrea alleg. fiscal. 118. num.
11.

Ex his dicebam non induci prolationem voti, &
proindè non removeri Senatorem à judicando
185 ex relatione Principi, antequam causa in Se-
natu deduceretur, facta, non intempestive, &
impertinenter, sed ipsius Principis iussu; ea
enim, quæ referuntur Principi circa fundamen-
tum, facti, voti enunciationem non trahunt,
ex peregrino text. in cit. l. ubi falsi, 22. C. ad
l. Corn. de fals. ibi; sed tanquam ad imitatio-
nem relationis, qua solùm audiendi mandat
officium, prebeat notionem; & quæ proferun-
tur non animo diminuendi alicuius ex partibus
justitiam; nullam causam suspicionis inferunt
Fontan. decis. 9. num. 6. Valasc. de partition. cap.
9. num. 21. Giurb. decis. 74. ex nu. 7. Mayard.
dec. Tholos. 94. lib. 1.

Quibus non refragatur effatum Tiberij Deciani respons. 26. tom. 1. à me remissivè laudati in rit. 3. num. 11. lib. 1. Regimina, nempè Superioris Austriæ potuisse recusari à Barone Polleutuslee in causa, quam habebat cum Serenissimo Archiduce Austriæ, tanquam suspecta Baroni, ex eo quod Serenissimus Archidux antequam illis delegasset causam, habuit consilium ab eis, quod non teneretur investire Baronem de feudo controverso.

Illud enim consilium fuit habitum à Regiminibus, antequam illis fuisset delegata causa, & sic antequam essent Judices, vndè oriebatur conclusio, quod justa causa suspicionis, est contra Judicem, si allegatur, quod consuluit, vel fuit Advocatus in ea causa, ex text. ab eodem Deciano, num. 6. laudatis in l. apertissimi, C. de Judic. in cap. causam, quę, & in cap. cum R. Canonicus, de offic. deleg. Vndè non pertinet ad hypothesim, quando quis ordine Principis, agit ipsi consultationem, aliàs enim sequeretur, quod Tribunalia, potissimum R. Cameræ, cæterique Magistratus non possent intervenire in causis, in quibus fecerint consultationes S. M. vel Proregi, quod quidem esset absurdum, ac inconcussæ adversaretur praxi. Præterquàm quod haud constat, quid fuerit in illa controversia decisum in qua Decian. calamum arripuit.

Sit igitur Judex natura apertus, simplex, non
mutilatus, non simulatus, syncerus, non in-
186 syncerus, velox ingenij, non tamen manu
promptus, in motivis excitandis, prorsùs par-
vipenso Glos. dicto, quod infert ex tex. in l. ob-
servandum lit. A. de offic. Præsid. ibi: Nota mi-
rabilem malitiam, quam docet hac lex, quod
aliud

aliud gerant in corde, & aliud simulent, nisi intelligas de malitia bona, ut justitia æqua lance exerceri possit, sic advertente illo *text.* fretus *Ang.el. in l.1.§.dolum, num.3.ff.de dol.* quem refert *Afflin.in memor. tract. de execut. cap. 177.* Plura enim sunt in jure, quæ eodem nomine & bona, & mala sunt. Venenum quandoque bonum, quandoque malum, *l. qui venenum, ff. de verb. signific.* Dolus quandoque bonus, quandoque malus, *l. prima, ff. de dol.* Persuasio quandoque bona, quandoque mala, *l. prima, ff. de serv. corrup.* Conspiratio quandoque bona, quandoque mala, *l. Magistros, C. de profes. & medic. lib.* 10. Doctrina quandoque bona, quandoque mala, *l. prima, C. de summ. Trinit.* & observant *Glos. in Const. quicunque toxicum, de vendent. venen. Aul. Gell. noct. Attic. lib. 9. cap. 12. & lib. 12. cap. 9.* ac aliqua penè similia penès *Paleot. de Sacri Concistor. consult. p. 5. q. 1. Isern. de feud. March. Bovadill. lib. 2. politic. c. 11. & 12.*

Tandemque Judex omni studeat conatu simul conjuncta habere lex illa entia, quæ in Cancel-
187 lario perfecto necessaria advertit *Bernhard. à Mallinckrot de Archicancellarijs S. Roman. Imper. ac Cancellar. imper. aul. in proem.* nempè SCIENTIA, PRVDENTIA, INNOCENTIA, ELOQVENTIA, EXPERIENTIA, ET CONSCIENTIA. Quibus si accedant CONSTANTIA, ET VIGILANTIA, MODERATIO, ET COMMISERATIO (quamvis quatuor hæc ad hoc officium æquè, ac præcedentes necessariæ dotes sub INNOCENTIAE, idest VIRTVTIS generali nomine possint comprehensæ videri) absolute, ni fallor, idæa erit optimi Magistratus, eodem *Bernhard. à Mallinckrot cit. loc.* admonente.

Cum sint ergò tàm multæ suspicionem causæ, tàm durum enim suspecto judice litem agere, cum-
188 que pariter plus æquo creverit, atque in dies singulos magis, magisque crescat immanis facillime recusandi licentia, itaut non proteletur modo justitia, verum etiam vilipendatur; operæpretium erit, ut in hac materia deferatur multum judicis arbitrio, qui, attentis naviter judicis recusati integritate, ac doctrina, recusantis moribus, ac probitate, causæ qualitate, recusandi tempore ac modo, alijsque circumstantijs, colliget, an illæ sint causæ, quæ judicem suspicionibus obnoxium reddant; cum plerunque una causa, quæ sufficit ad removendum unum, non satis sit, ad quoslibet removendos judices, adhibita in singulis prudentia, sine qua nihil boni, nihil decoris, nihil honesti poterit fieri, teste *Macrobio. Prudentia, est virtus dirigens ad rationis normam universa quæ cogitat quaque agit, ac nibil præter rectum, ac laudabile facit*, & *Juvenal. satyr.* 10. *in fin.*

Nullum Numen abest, si sit Prudentia. Visidque prudentis est medium tenere, *l. qui lancem, ff. de aur. & arg. leg. Lopez in l. 23. tit. 9 partit. 6. Glos. 6. circa fin. ex tex. in auth. de Consulib. ubi Glos.*

Enim verò quid aliud prudentia, quam electio rerum, quæ aliter, atque aliter se se habent? non rebus solum devincta, sed ijs, quæ rebus adstant, tempora, loca, homines aspicit, & pro minima eorum mutatione, ipsa se mutat, *Lips. civil. doctr. lib. 4. cap. 1.* Utetur maxime in hujusmodi suspicionum causis judex extrajudicialibus informationibus, quod expresse monet Regina Ioanna *in hoc ritu*, ibi, *extrajudicialiter*, ut illucescat veritas, ut amputentur dilationes, utque suam servet dignitatem justitia, sine qua nullo pacto consistere posset Mundus, qui, ut inquit *Petrarch. in dict ad extrema præcipitans, secum omnia in deterius trahit.*

RITUS CCLXVI.



Tem si aliquis civiliter, vel criminaliter ex officio, vel via ordinaria de mandato ipsius Curiæ citatus fuerit, & excusetur per aliquam conjunctam personam ipsius, quod scitatus ipse sit absens, quod arripuerit iter ad sanctum Jacobum, vel ad sanctum Sepulcrum, talis excusatio admittatur, nisi præsumatur maliciosè proponi.

S U M M A R I U M.

1 *Absentes condemnare impium est.*
2 *Citatus pro causa civili, vel criminali si fuerit absens excusari potest, nedum à conjuncto, sed ab extraneo.*
3 *Iuramentum an debeat præstari in allegatione absentiæ.*
4 *Absentiam possunt allegare, Mulier, & ceteræ personæ, licet inhabiles, sed quid de Clerico in foro laicali?*
5 *Absentiam allegantì debet statui terminus ad reum certiorandum.*
6 *Appellatio concedi an debeat à denegata dilatione absentiæ allegatæ, vel à brevitate dilationis, & praxis enunciatur.*
7 *Absentiæ, infirmitatis, &c. exceptio debet proponi ante ultimam contumaciam incusatam, & Curia pro Tribunali sedente.*
8 *Contumacia ultima etiam incusatur, si allegatur absentia ante ipsius incusationem, & forma decreti recensetur.*
9 *Liquidatio instrumenti retardatur ab allegatione absentiæ, ac terminus ad denunciandum etiam conceditur.*
Quid si fuerit locus designatus pro citatione, & absentia renunciatum.
10 *Citari quis ut possit in aliquo loco, vel ut supposita persona pro absente, an valeat pactum, & quando, decisio que recensetur.*
11 *Absentia maliciosè proposita non admittitur ubi casus enumerantur, & n. 12. ac 15.*
13 *Absentiæ exceptio maliciosè allegata, si fuerit rejecta, debet in secunda citatione concedi, ubi casus, & decisio referuntur.*

14 *Ab-*

14 *Absentiæ exceptio debet concedi, si fiscus, vel judex dederint causam fugæ.*
16 *Contumax non potest excusari uti absens.*
17 *Absentiæ excusatio, ut locum habeat, debet impedimentum probari; & locus, ac causa assignari.*
18 *Absentiam alleganti impartitur terminus judicis arbitrarius.*
19 *Absentia quotuplex est.*
20 *Absens, vel præsens quis in dubio an præsumatur.*
21 *Conjunctus pro conjuncto, an, & quando in judicio esse possit sine mandato, & in quibus casibus, usque ad nu.39. respectivè.*
24 *Absentiam allegans pro conjuncto non tenetur satisdare, & cur?*
36 *Absentem etiam mulieres possunt excusare.*
40 *Conjunctorum appellatione qui veniant.*
41 *Vir pro uxore absque mandato agere potest, & venit appellatione conjunctorum.*
42 *Maritus, vel conjunctus licet agere possint pro muliere, vel conjuncta sine mandato, si tamen uti procuratores, agerent cum tales non sint, acta sunt nulla ubi decisio adducitur.*
43 *Conjunctus admissus ad agendum pro conjuncto an teneatur in causa reconventionis eum tueri.*
44 *Conjuncti pro conjunctis in causis criminalibus an agere valeant, & quid de Patre pro filia.*
45 *Amicus ad instar conjuncti admittitur absq; mandato, ad comparendum pro amico.*
46 *Amicus venit appellatione familiæ.*
47 *Sequestri revocationem petere poterit quilibet amicus pro altero amico sine mandato.*
48 *Amicus non tenetur litem habens cum altero amico compromittere, vigore pragm. 1. de arbitris.*
49 *Amicus amicum an teneatur alere, & quid de arctissimo amico, tangitur succinctè.*
50 *Effectus sanguinis conjunctionis, & amicitiæ remissivè.*
51 *Amicitiæ vinculum laudatur.*

1 CONtrà absentem jus dicere vel barbaris
ipsis barbarum est: Inauditus enim pro
innocente habetur: & cum ei de se dicere non
vacat, non minùs à crimine, quàm à foro,
abesse putandus est. Quod ipsum non tacitè expressit *Tacitus*, *lib.1. histor.* Hinc *Cicer. act. 2. in Verrem* inter cætera, quæ Verri obiicit crimina. *Honestissimi*, inquit, *atque integerrimi absentes rei facti in dicta causa damnati, & ejecti*. Et Liberius summus Orbis Antistes, ut ex *histor. tripart. lib.5. cap.7.* Constantio Imperatori dixit, Judicem non posse, absente reo, scelera ejus punire, aut de crimine ejus pronunciare, neque enim illud fieri solere ab iniquo judice, qui privato odio læviat, aut domesticis simultatibus ad id impellatur. Peregrinos viros summa vbiquè afficiunt indigenæ benevolentia, maximisque onerant beneficiis, plurima illis favent, ut inter Religione pares, consentaneum erat, privilegia. Quod, & in ipsos Imperator Gordianus rescripsit, absentes non posse capitali crimine accusari, in *l. absentem*, 6. *C. de accusatio*, & etiam disposuit *text.* in *l. absentem*, *§. adversus contumacem*, ubi *Glosa*, *ff. de pœnis*, *Benedict. Carpzov. in praxi criminal. p.3. q.140. num.1.2. & 13.* ex *Farinac. & Jul. Clar.* Piè igitur cum eisdem agere debebant peculiaria jura, proindeque perhumaniter factum
est, ut qui de se quæcumque, sivè civilis, sivè
criminalis illa sit, in jus vocatur, tanquam ab-
2 sens excusari possit, nedum à conjuncto, ut
in hoc *Rit.* sancitur, sed etiam à quovis alio
non conjuncto, qui admittitur ad excusandum
citatum, ejusque absentiam proponendam, ut
in *Rit.* 269. teque en concurrente jurejurando,
3 explicamus in *Rit.* 268. & notant *Io. Mill. in prax. crim. c. incip. modo non laboret*, *in princip. q.66. l.4. Clar. lib.5. § fin. q.34. num.* 3. quem nostrum Ritum etiam refert *Camil Borrell. in summa decisio. tit. 30 de sententia definit.* 240. *tom.* 2.

Dispositioni nostri *Rit.* & alterius memoratæ 269. congruit jus commune, in *l. inter, accusatorem*, & *l. ven. §. ad crimen*, *ff. de public. judic. l. absens*, *ff. de procurat. l. reos*, *C. de accusat. Io. Ant. de Nigr. in cap. Regni*, *sivè quis*, *nu. 19. in fin. Clar. q.32.* verbo, *prædicta autem*, & *q.34. ex q.34. in princ. de Leonard. in pract. off. c.13. num.27. Guazzin. ad defens. reor. defens. 12. c.1. ex num.3. Viv. decis. 362. par. 1. Follen. in prax. crim. rub. audiantur excusatores*, *num.* 10. & ibi *Iudex de Angelis*, *num. 1. vers. secunda. declaratio*, & *num.3. Masull. ad Capyc. decis. 3. num.3 & decis. 143. de Franch. dec.* 327. cuius meminit *Bajard. ad Clar. cit q.34. § fin. nu. 9. ad 12. Menoch. de arbitr. judic. lib.1. q.* 99. latè *Farinac. in tom. 1. prima par. pract. crim. tit. de inquis. num.52. vers. primum impedimentum*, *in tract. de var. & divers. quæst.* 99. *Tepat. 1. lib. var. sent. tit. de absentia, & absentibus, Io. Zuffus de crimin. proc. legitimatio. lib.2. quæst.76. nu. 5. Gaspar Manenius de advoc. & defensorib. tit. 4. num.22. qui num.* 21. id protrahit tam ad causam civilem, quam criminalem, imò dicit, quod neque à Principe tolli possit talis excusatio absentiæ, ex *Soarez lit. B. num.24. Gomes. var. resol. cap.1. num.66. Clar. in §. fin. quæst.40. vers. it. quæro nunc.*

Ad quod admittuntur Mulier, & Clericus consanguinei citati, aliique inhabiles, de *Nigr.*
4 *loc. cit. num.50. Baiard. ad Clar. add. q.34. num.7.*
& conferunt tradita per *Guazzin. mem. cap.1. n.*
10. etsi *Danza tom.2. de pugn. DD. c.3. num.* 49.
tit. de absent. anceps exstat de Clerico in foro
laicali, cui contradicunt *Sciaby. in prax. for. jud.*
c.8. num.88. D. Luca ad Franch. dec. 327. *num.* 9.
& de muliere erit noster sermo infra *vers. mulieres*.

Statuendum proindè esse terminum excusatori
alleganti absentiam, ut res reo innotescat, ali-
5 ter irritum, infectumque processum esse, & ju-
dicium, docet *R. Saafel.* memor *Carav. in hoc ritu*, & *in altero* 269. *in decis.* 31. *num.6. tom.1.* ex *Farinac.* ac *Guazzin.* & addimus *Carthar. de exequ. sentent. c. fin. num.* 266. & *D. Consil. Stalban. resol.78. num. 13. tom. 1.* admonentem esse
expectandum aliquantispèr. Quo in casu si causæ cunctatio, vel penitùs denegetur, vel tantula concedatur, ut absenti reo prodesse mini-
6 mè videatur, licebit ad superiora tribunalia
recur-

cursus, ut optimè *Farinac.q.99.par.2 n.93: Bajard.add.q.34.num.16.de Nig.in c.Reg.post commissum, num.37.Reg.Tap.tom.3.iur. Reg. tit. de contumac.& in const.appellationis remedia, n.3.& 4.ac dec.S.C. 17.* attestans decisum, *de Franch. dec.589 Visconti ad eund. dec. 327.* in qua opinione *Præses* non est constans, nam in *dec.327.* testatur in Regno fuisse denegatam appellationem, & à Præside S. C. provisum, quod *M. C. justitiam faciat, vel debitè provideat*, de qua decreti forma ex mox *cit. de Franch. decis.* meminit *Reg.Ravit. in Rubr. pragm. de appell. n.13.* quem stylum vigere testatur *Reg.Sanfel.dec.33. ex num.1.lib.1.* prout servari in Gallia, scripsit *Rebuff. in Constit Gall. tit de excus. num.15.* verùm non esse tantæ authoritatis memor. *de Franch. decis. 589.* cum sit de collectis, & impressis post ejus obitum, ex *de Ponte de potest. Proreg. tit. de decret. Callat. super oblig. seu alien. rei dotal. num.13.* notat *Sanfelic. cit. decis.33. sub num.8.*

Atqui de hujusmodi appellationis receptione mihi præsertim liquet, idque sæpè sæpiùs in M. C. servatum vidi, fuisse admissam ejusmodi provocationem, & notat *Danz. de pugna DD. tom.2. tit. de absent. c.3. num. 22.* & non dissentit *Reg Ravit. cit. num.39.* necnon *Scialoy. in prax. forjud. c.8. num.91. & de Marin. ad Reverter. dec. 578. num. 3.* Cum dilatio omninò concedenda sit secundum loci distantiam *Afflict. in constit. Regn. exceptiones, num.4. Carrab. sing.2. Farinac. q.99. num.293. Borrel. cons.97. n.4. Dana. cit. tit. c.2. num.4.* qui notabilia subnectit, ad rationem viginti milliarium pro qualibet die, *l.1 ff si quis cautionib. l.3. ff. de verb. signif Baiard add.q.34. num.2.*

Hinc absentiæ exceptionem, sicuti, & alter
7 infirmitatis, & captivitatis, oppositionem debent excusatores proponere ante ultimam contumaciam incusatam, & Curia pro tribunali sedente, aliàs post rectam curiam non licebit, ut notat, post alios, *Scialoy. cit. tract. cap.9. num. 103.* subnectens tamen *num. 104.* posse etiam illam opponi, incusata ultima contumacia post rectam curiam, attenta hodierna praxi, de qua testatur quoque *Dana. cit. tit. cap.3. ex nu. 34.* firmans licere excusatori, ut possit se sistere, usque ad primum somnum, haud *Ritus* 206. dispositione obstante, ex *Foller. in pract. crim. tit. audiantur excusatores, num. 166.* & conferunt à nobis tradita in *cit. ritu num.8. lib.2.* Contrarium dicunt *Navar. t.1. q. forens. 148, num.5. R. Sanfel. dec.32 num.5. lib.1. Gallup. in prax. p.2. de contum. cap.4. num.22. qui num. 23.* testatur admitti, si judices non discesserint, quamvis in Tribunali non sedeant, dummodo in eo adsint, & cautelam adhibet *R. Ravit.* in comparente post lectam, & publicatam forjudicationis sententiam, in *Rub. de sentent. forjud num.36.*

Quod si allegetur absentia antè ultimam
8 contumaciam, tùnc hæc incusatur, sed additur decreto. *Verum stante absentia inquisiti allegata per N. supersedeatur in scribenda pœnam contumaciæ per tot dies, dummodo inquisitus non fuerit visus, neque captus.* Quam praxim recensent *Carav.* noster in hoc *rit. num.2. Foller. in dict. rub. audiantur excusatores num. 12. Dana. cit. cap.3. num.28. & 41. Aurend. ad Franch. decis. 327. Scialoy. add. tract. c.7. num.7. & cap 8. num. 105.* & illam, quæ servatur in statu Ecclesiæ, Mediolani, Florentiæ, & in Gallia, memorat *Clar. q.33 pag.147.*

Citatus verò debitor super tenore instru-
9 menti (in quo quilibet introducitur ad allegandam absentiam, & ex ea remoratur illius liquidatio *Galterus in prax. liquid. instrum. 3. par. princ. vers. aud. excus.* Imò terminus ad denunciandum impartitur; ut dixi in *rit.154. num.5. lib.1.*) non condemnatur, sed dies præscribuntur ad comparendum, ut notat *Carav.* in hoc *rit. sub num.2. Reg Sanfelic. dec.306 p.2.* & ratio est, quia cessat rigor pœnæ, si reus uti absens fuerit excusatus *Benedict. Carpzovius in process. jur. tit.8. artic.4. num.17.* Verùm, si in instrumento esset designatus locus citationis, prout solet fieri in hac Civitate, cum renunciatione absentiæ, tunc allegatio absentiæ nullo modo est admittenda, ut singulariter notat *Novar. dec.35. num.4. in med.*

Sed num jure subsistat hujusmodi pactum, ut
10 quis possit citari in aliquo loco, & in dubium revocavimus in *ritu 166. num. 132. tom. 2.* & quamvis pluriès in M. C. fuerit judicatum pro illius validitate, adeò quod in usum nostri Regni tale pactum fuisse introductum, doceat *Camillus Borrell. in sum. dec. tom.3. tit.14. de solutionibus, num.34.* quem sequitur *Baren. de citatio. tom.3. in annot. ad 12. quæst. num. 10.* tamen semper anceps extitit, quamvis enim recepta sit opinio, valere pactum à contrahentibus initum, citandi suppositam personam absentis nomine, uti *Valascus* probat *consul. 144. num. 1. lib.2* & post ipsum *Pereyr. dec.34. num.9.* videtur enim eo casu ille constitutus procurator absentis ad eum actum, ut pro absente citari possit, quod fieri potest. Hoc tamen cautè accipiendum est; ut scilicet persona citationi supposita certa, & determinata sit, in ipso contractu intersit, & acceptet hujus mandati onus, obstringitur enim tùnc citationem deindè factam absenti denunciare; quod si non fecerit, mandati actione ad interesse condemnabitur, uti DD. citati notant: at si incerta persona, & quæ hoc onus ignoret, aut non suscipiat designetur, utique pactum non valebit, quoniam videtur tùnc citatio in effectu omninò remissa, à quo abhorrent jura, *Barbos. in l. alia. §. eleganter num.47. solut. matrim. Consil. Carleval. de judic. tit.1. disp.2. q.7. sect.3. num.24.* cum ex ea nullam notitiam in posterum habiturum, se debitor speret, ita *Valasc. & Pereyr. mem. in locis, ille num.7. hic num. 9. & 10.* & non dissensit *Reg. Ravit. in rub. de citat. num.4.* Quod si hæc locum vendicant, quando persona citationi supponitur, quid dicendum ubi locus tantum, seù domus aliqua huic muneri destinatur? maximè si pactio adjiciatur, ut eo loci citatio facta valeat, etiam si nemo habitaverit, quo casu certum est ad debitoris notitiam pervenire non posse. Profectò rejiciendæ sunt prorsùs pactiones hujusmodi, quippè quæ nimis Reipublicæ obnoxiæ, sicuti *Valasc. & Pereyr.* observant *loc.*

add.

add.& notat *Annichin.de praevent.instrum.dub.* 1.*cap.2.num.*89.& 90.necnon *D.Consil.Joseph de Rosa consult.* 3. *num.*7. & conferunt ab eodem *Annich.* tradita *cap.4 num.*42. *Reg. Sanfelic. in prax sect.* 32.*ex num.* 4. *Vegat resol forens.* 1. *ex num.* 7. & quidem DD, personas tantummodò citationi supponi posse scribunt; locum verò, vel rem inanimem nullus, quem viderim, pro certo, firmiterque autumat, sed potius ex iis, quæ omnes in hac materia advertunt, tacitè rejicere videntur, dum personas ità demum admittunt, si præsentes sint, & mandatum suscipiant, quod in locis adimpleri non potest: nullam proindè dicebam liquidationem factam in M. C. adversus Salvatorem Pellegrino cum citatione in curia jamdiruta, ex *Barth. de Capua in add. ad Const. Reg edictorum, num.*7.& 8. *Bar. & Bal. in l.* 1.*C.de summ. Trinit. & fid. Cathol.Thor. voto* 8.1.*Barrel. in summ. decis. par.* 1. *tit* 44.*de citat.num.*23.qui haud sibi contradicit inferiùs *n.*479.& 580. *eodem Thor. in suppl. compend.* verbo *liquidatio*, quamvis decreto M. C. relatore D. Consil. tunc Judice D. Michaele Muscettula, die 22. Octobris 1666 fuerit valida declarata, & provisum, quòd *remaneat condemnatus*. In Banca Calendæ.

Suam generalem sanctionem noster coarctat Ritus, si malitiosè absentia proponatur. Sub
11 dolè autem proponi præsumendum est, quando inquisitus in judicio fuit, tunc enim non tantùm abesse, quàm latitare præsumitur propter sceleris conscientiam, *Geminian. in cap. actor, de dol.& contum. in fin. Inn. in c. fin. de ea, qui miss. est in poss. Nell. de Sancta Gemino in tract. bannitorum. par.*3 *primi temporis q.*3.*Bart. in l.* 1.*§.* 1. *ff. de liber. agnosc. Marian. Soccin. in rub. de dilat. art.* 17.*num.*26 *Bajard. ad Clar.§ fin. q.*34. *num.* 15. *Farinac. eamdem q.*99.*num.*196. dicens, illam non admitti, quando intercessit post inchoatam inquisitionem, idque firmant *Franc. Marc. dec.* 164.*num.*15 *Reg. Sanfelic. dec.*33. *num. tom.*1. Et generaliter absentia in dubio non præsumitur, & eam alleganti incumbit onus probandi, *Romana domus*. 1. *Februar.*1591. *coram Seraphino*, quæ est in ejus *decis.*932.*num.*11.*Ursell. in exam. apum, verb. Absentia, coact.*8. *num.* 46.

Vel si reus criminis fuerit in die patrati criminis,
12 vel antecedenti, aut subsequenti visus in loco delicti, ex *cap. Regni post commissum*, & ibi DD. *de Franch. dec.*327.*num.*5.*Franc. Marc. dec.* 626. *num.* 1. *p.*2. *Regent. Tapia decis.*16. *num.* 18.*Ricc. collection.* 2318. *Borell. p.* 2. *summ. decis. tit.* 30. *de sentent. diffinit. num.* 250. *Clar. q.*34.*num.*2.& 4.*Galter. in prax. instrum.*3. *par. princip. rub.*4. *num.* 11. *R. Rovit. in rub. de appell. num.*23.*Dana. de pugn DD. add. tit. de absent. c.*2.*num.*5. *Scialoy. in prax. forjudic. c.*8. *num.*93.*Novar. qq forens. lib.*1 *q.*148. *un.*7. *Reg. Sanfel. dec.*33 *lib.*1. dum tamen post modicum temporis admissi sceleris judicium compellaretur in foro, quod si hoc fuerit jamdudum patratum, & concedenda foret dilatio, quia potuit re vera aliquos post dies discedere, neque illi refragatur præsumpta jam memorata fraus, quæ oriri solet ex eo, quòd illis diebus fuit visus, ut idem *Clar.* advertit *eod. in loco*, nec non *Scialoy. citat. num.*94. post *Caravit. & de Franch.*

13 Quin si oportuerit eum citari, exemplum, si terminos unius anni in *Const. Regni* statuti ad comparendum, fuerit per Principem restrictus, juxtà de *Franch. dec.*213 *sub n.*25. quia ut inquisito eidem innotesceret restrictio ipsa, iterum notificãda esset citatio ad informãdũ, & ad capitula cum prædicta restrictione, vulgo abbreviatione termini, per alteram ejusdem de *Franch. dec.*589. *vers. propter quod*, certè si tunc veniret aliquis allegans absentiam, admittendus esset, quamvis prima vice allegata absentia rejecta fuerit, ex quo visus illis diebus in Civitate, quod revocata sententia M. C. decisum fuisse in S.C. relatos subdit de *Franch in mem. dec.*589. faveteque usus adductus per eundem de *Franch.* in sæpiùs *cit. dec.* 327.*n.*5.& quæ scribit *Reg. Sanfel. cit. dec.*33,*num.*2. *lib.*1. & notat *Dom. Luca ad cit. dec.*589 *de Franch. sub num* 3. adjungens formam libelli, & decretorum in hac materia. Si verò judex, vel fiscus dederint causam fugæ, esse illam concedendam, scribunt *Gizzarel.*
14 *decis.*17 *num* 9 *Scialoy. in prax. forjudic. cap.*8. *num.*97.

Bajardus insupèr ad *Clar. cit. quæst.*34. *n.* 13. post
15 *Carav. in hoc rit. num.*7. scribit, malitiosè etiam opponi absentiam, quando reus fuerit citatus personaliter, & cum eo conveniunt *Guazzin. defens.*12.*cap.*1.*num.*17 *Visconti ad Franch. cit. dec.*327.*lib.*1. cum affectata præsumatur, nam, vel re vera non abest, aut abesse simulat, nè justè puniatur, & si abest, potiùs fuga, quam absentia dicitur, quæ haud prodesse debet, ex *l.* 2. *in fin. ff. si quis caut. Glos. in l. scire oportet, §. sufficit*, verbo, *nocebit, ff. de excusat. tutor. Andr. in cap.*1. *de senten. inter Vassallum. & alium de benefic. & in constit. citationis litera arg l. spadonem, § est autem, ff. de excus. tutor.* quibus juribus fretus *Matth. de Affl. in eadem mox cit. Const. num.*21. scripsit, quod quando non ignoro M. C. velle pro causa civili, vel criminali, me citare, & ipse rei conscius Romam peto, & excusator absentiam opponit, illa frui non debeo, multisque tuentur *Farinac. add q.*99.*num.* 396. *Thom. Ferrar. caut.*18. *Guazzin. cit. cap.*1 *num.*16.*Reg. Sanfel. indic. dec.*33.

Et tandem *Carav.* in hoc *ritu num.*8. denegat di-
16 lationem absentiam alleganti pro contumace, eosque adjungimus *Galter. cit loc. num.*12. *Novar. q. forens.*148. *n.*5. *lib.* 1 memorem *Carav.* in hoc *rit*, *R. Sanfel. dec.*32 *lib.*1. singularem notantem regulæ restrictionem, & ex Oltramontanis, addo *Raibach in praxi civil. tit.* 13.*de defensor. num.*116.*Gaspar Manainm in tract. de advocat. & defensor tit.*4. *num.* 23. qui alios allegat, cum pro illo nemini loqui liceat, *l. sed si per procuratorem, §. ait prætor*, ubi *Glos. ff. ex quib. caus. major. in integ. rest. Glo. in l. contumacia, vers. litis damna, ff de repud.* & adest *Rit. M. C.* 220. Idemque erit in contumacia commissa in judicis conspectu, quæ nullam admittit excusationem, *Muscat. in prax. fidejuss. mod.* 10.*num.*12.

Ut autem fraudi, & malitiæ ansa non præbeatur,
17 in jurè constans est, quod non quælibet alle-
gata absentia per quemcunque facta sufficiat,
nisi & impedimentum probetur, & absentiæ
locus, ac causa assignetur, aliàs enim judicis
illuderetur authoritas, id quod I.C.docuit in *l.
al sent ff.de procur.* his verbis: *Absans reus cau-
sam absentiæ per procuratorem reddere potest*,
necnon in *l penul.§.ad crimen,ff.de public.judic.*
ubi *Gl.*verbo, *& si justum rationem*, *Marian.
Soccin.in c.veniens, num.137. & 139. extr. de
appell.Menoch.de arbitr.lib.1.q.80.sub num. 52,
Franc.Marc.decis.164num.3.& 4.Veral.dec.72.
p.2.Surd.dec.203. num. 57. & in tract. de ali-
ment.tit.4.q.15. num. 5 Marcell.Calà de modo
articul.num.590.pag. 137. Visconti in conclus.
jur.*verb.*impeditū se*,laudans *Carav.in rit.268.
in fin.Jo:Zanger de except.par.2.cap.9.n.11.Chri-
stoph.Zobel.p 1.differ.16.n.1.Carpzov. defin.jur.p.
1.const 9 defin.10.qui indefin.12. num.4.* docet,
quod sufficiat causas absentiæ summariè pro-
bare, scilicèt nudis schedulis, & privatis testi-
moniis. Verùm *Carav.in hoc rit.sub num. 2. &
3.*notat multores etiam loco non explicato ex-
cusanti alleganti in genere absentiam præfigi
18 terminum magis tamen brevem arbitrio judi-
cis, potiùs æquitate, quàm juris rigore atten-
to, & non dissentit *Clar.in add. q.34. vers. sed
nunquid*, cum semper id sit judici arbitrarium,
de *Franch.cit.dec 327.in fin.* allegans *Caravit.
Reg.Rovit.in rub.de appellat.num.24.Scialoy.cit.
cap.6.num.9.*& ante ipsos *Misinger.obser.92.cen-
tur.3.Vivius opin.368,par.1.Mascard. de probat.
conclus.885. vol.2.Præsul.Ricc.ad Franch. decis.
584.Dom.Luca* ad eundem mox *cit. decis. 327.
num.3.* qui omnes casus excusationis absentiæ
arbitrio remittit judicis, qui dilationem intcio
fisco in Regno concedere non valet ex *prag.15.
§ 6.de offic.Mag.Iustit.* Cui, sicuti & parti lice-
bit probare contrarium allegatæ absentiæ, de
*Leonard.in pract. judic. c.13. num. 27. vers. &
nota.Novar.dec.75.* & nos in *rit.seq num.59.* &
praxim indicant *Reg.Sansel.dec.33.nu.1. Danz.
add. cap 3.num.42.*

Absentia vero quotuplex sit, notant *Farinac. q.*
19 *99.ex num.28 Bajard.ad Clar.q.34.nu.1. Trois.*
in hoc *ritu num. 6. Danz.cit.cap.2.num.1. Ci-
gala in Comm.ad tit.de action.§.5. num.4.* quot
sint hujus vocabuli acceptiones latè *Odd. de re-
stit.in integ.par.1.integr. artic.6.* & quod penè
infinitis modis absentes dici possint, notant
*Bal.in l.præsens ff.de pact.Felyn.in cap quoniam
num.10.ut lit.non contest. Alciat.in l.absentes,
ff.de verbor.signific.*& arborem, ex qua, conci-
liatis Doctorum distinctionibus omnes absen-
tiarum species faciliùs dividi, & complecti pos-
sunt; noviter constituit *Domin Galesii in tract.
de rest in integr. cap.8. ex num. 10.* & absentiæ
species latè tradit *Ursellino in examine apum
concl.8. in verb.absens.* Et in dubio præsens, vel
20 absens quis præsumatur. Vacillant DD. &
quidem *Specul.in tit.de actore,§.1.Bal.in l.fin.C.
de bon.quæ liber.Alex in cons. 89. num. 13. &
cons.c2.num.29.lib.5.ac cons.177.num.13.lib.6.
Natta consil.67.num.6.Cephal.cons.203. num.5.
lib.2.* putant absentiam præsumi, donec con-
trarium non probetur. Contradicunt, & veriùs,
*Bar.& Dyn.in l.gis potest, ff. de acquir. hæred.
Paul.de Castr.in l.illud, num.6. C. de Sacros. Ec-
cles.*idem *Alex.* parùm constans, *in cons. 89. in
fin.lib.5.Mascard.de prob.concl.5. num.2. tom.1.
Afflict.in constit.de lit.cont. rub.89. lib.1. n.28.
Ant. Canar. in tract. de excusat. q. 16. Franc.
Marc.dec.174.par.1.& decis.626.num.3.par.2.
Clar.add.q.34.vers sed nunquid,Cical.in cit. §.5.
n.12.ex tex.in l.filium,de his,qui sunt sui, vel
alien.jur.*

Cæterum, conjunctum in judicio esse valere pro
21 conjuncto, & quibus in casibus, quibusque
concurrentibus, enarrant latissimè *Viv. dec. 31.
lib.1.Ricc.collect.736.Franc.Marc.dec.99.p.2.Ma-
gon.dec.Luc.6. Fab. de Ann. consil. 33. Golin. de
procur.p.3 cap.1.& 2. Bonden. de jure controvers.
collect.legal.49.num.1.p.1. Cancer.var. resol.p.2.
cap.14.num.137.Borrel in summ.dec.tit. 66. nu.
93.tom.1.Merlin. de pignor. & hypoth. decis.121.
num.11.* Nos autem addere aliqua haud vanum
existimamus, quin potius perutile, præsertim
si dissimili methodo utamur. Repetimus itaque
regulam juris esse, ut conjunctus pro conjun-
cto, adhuc nullo cum mandato, esse possit in
judicio, depromptam quippè ex *l.sed hæc, ff. de
procur.l.exigendi,*ubi *Ias.n.3.C.eod.tit.c.nonnulli,
§.fin.*adjuncto *cap.ex parte,vers.quia verò, de re-
scrip.*& apertis verbis constituit *Bar in l si quis
apud §.1.num.2. ff. de iudic. solv Alex. in l.sapè,
nu.88.ff.de re iudic.Roman.sing.619. Petr. Duca
regula. exord. coniunctus admittitur, Petruc
Garz.dicto 538. Io: Andr de Rub. in tract. de po-
test. procur.in caus.crim.par.1. num.222.& 315.
Iul.Clar.q.33.num.3.* & deducitur ex verbis no-
stri *Rit.* ibi; *civiliter*, & alterius 269 ibi: *pro
parte citati*, quæ aliàs de vento servirent, teste
Carav.in hoc rit.sub num.3.

Cavendum tamen omninò illi de rato, alioquin
22 non admittatur, idque probat *tex.in l. 3. §. de-
fendi, ff.iudic. solvi. Specul. in rub. de coniuncta
persona,num.1.Alex.cons.47.num.2.lib.7.Soccin.
cons.120.num.3.lib.2.Hyppol.sing.228.num.2. Io-
seph Lud.dec.Lucens.41.num.1. & 2. Ann. sing.
100.Marant.in prax.p.6.*verb.*appellatio, nu. 218
Ursill.ad Affl.dec.73.num 10.Magon.dec. Floren.
130.num.3.& Lucens.49 num.29. Grat. dec.23
in fin.const.de retract.cap.8.casu 4.nu.7 Aymon.
cons.27.Castill dec.36. num.8. Mastrill. dec. 131.
num.16.*alia jura refert ad propositum, & se-
quitur *Gaspar Manzius d.tit.4. num.28 qui n.
29.* hoc ampliat, etiam si ille locupletissimus
sit, vel immobilia possidet cum *Rosbach in d.
praxi civil.tit.de defens.13.num.28. & num.44*
docet, quod defensor cum satisdedit, domini
loco habendus sit, fretus *tex.in l.Titius,76.ff.de
defensoribus.* Objicientibus verò id adversariis
monet *Roman.singul.613.Ludov. dec. Perus.49.
num.1.& dec.110.num.12.Cassad dec.40.num.5.
sup.reg.Cancell.Surd.de aliment.tit.2. q.8. n.13.
Rosbach.in mem.prax.civil. tit. 13. de defensor.
num. 25.Gaspar Manzius loc.cit.num.33.*illa ta-
men nisi præstetur, incassum prosequeretur
judicium altera partium cum sui adversarii con-
juncto, quandoquidem si ratum ille non ha-
beret, neutiquam sibi obesset sui conjuncti fa-

ctum, *l.1.C.quib.res judic.non hoc. Abb. in cap.*
penult.num.5. de re judic. Bar. in cit. l. si quis
apud, §.1.n.2.Rot.dec.6.de procur.in novissim.de
Laurent.decis.Aven l.24. Marta in ff. tit. de pro-
cur.c.24. Efficeret autem cautio prædicta, ut con-
junctus ipse, qui in judicium venerit, & cave-
rit, curare debeat, ut alter, pro quo comparuit,
ratum habeat quidquid ab ipso illius nomine
gestum fuerit, teste *Abb.in dict. c. penult.* Secus
ipse jacturam compensare debebit, *Roman. sing.*
619.num.1.vers.secundo,ut communicata, & *Alex.*
in ead.l.exigendi, num. 24. quæ ratihabitio su-
23 pervenire debet infra decem dies, *Jas. in mon.*
cit.l.exigendi num.10.lim.12. Lud. cit. dec. Pe-
rus.49.num.4.Maur.de fidejuss par.1.princ. sect.
2.cap.9. num.24. quam satisdationem præstare
excusans in terminis hujus ritus non obtenta.
24 gitur; allegans enim absentiam, non deducit
in iudicium ius absentis, sed duntaxat ius pu-
blicum, quod dicitur consistere in defensione
absentium, sic monente *Carav.in hoc ritu, sub*
n.3.vers.tertio amplia, & notant *Clar. cit. n.17.*
Cagnol.in l.in ea.§.1.ff. de reg. iur. Xuar. comm.
opin.tit.de publ.indic.nu.53. Iodoc. in prax.crim.
c.24.num.4.Canar.in tract. de excusat. in prima
par.num.3.Rosbach in d.praxi civil.tit.13.de de-
fens.n.30.Gaspar Manzius,loc.cit. num.34. Fol-
ler.in prax.crim 1.par.45.pur.tit aud.excusat.ex
num.17.Scaloy.ald. c.8. num.92. ut servari in
Lusitaniæ Regno, testatur *Valasc.dec.66.num.*
14. Nota tamen id, quod dixit *Gaspar Man-*
*zius in cit.tract.de defensoribus,tit.4.n.14.*quod
illi, qui non coguntur absentem defendere, si
tamen satisdederint, iudicatum solvi, ad finem
eos defendendi, cogendi sunt litem prosequi,
licet à principio non poterant cogi eos defen-
dere, & hoc ideò, scilicèt decipiatur ille, qui
satis accepit, quod tamen limitat, nisi iusta
causa supervenerit, putà, si affinitas dissoluta
sit, vel inimicitia intercesserit.

Neque in omnibus recipi conjunctus debebit, non
enim in his, quæ speciale requirunt manda-
25 tum, in quibus non datur copia fandi, quod
præter *Rot.Specul.& Alex.* memoratis in locis,
asserunt *Bursat. cons. 21. num. 2. Felyn in cit.*
cap. nonnullis, §. sunt, & alij, num. 16. Bar.
in l. patri pro filio, ff. de minor.Surd.cons.190.
num.1.vol.2.& decis.215.num.1. Magon.decis.
Lucens.6.num.13.Ricc.collect.736. & 2461. fa-
vetque *tex.in c. qui generaliter, de procur. in*
6.

Et proindè haud petere potest in integrum resti-
tutionem, *l. patri. ff de minor. Jacob de Aren.*
26 *in l. 1. C. etiam per procurat Covar.lib. 1. var.*
resol.c.6.num.5.Domin.Gallesij de restit.in in-
teg.cap.9.num.53. & in Comment. ad cap. 7.
de integ. restit.num.30. qui ex *Gonzal., in com-*
ment. ad eundem tex.num.4. verbo, *manda-*
tum speciale occurrit textui *in cap. constitutis,*
de procurat.; illud quoque observans, petitio-
nem restitutionis in integrum à conjuncto fie-
ri posse incidentes, cum tunc non requirat
speciale mandatum, ex *Joseph Ludov. cons. 30.*
num. 10. & Magan.decis. Florent.70. num.fin.
Principale verò dictum coarctat idem *text. in*
l. patri, si adolescens esset vitæ simplicis, &
talis, ut ei bona interdici deberent, sine enim
speciali mandato, illoque invito, quilibet con-
junctus ad restitutionem petendam admittere-
tur, ut ex Canonistis, subnectit *Gallesii in*
Cit.tract.cap.9. num. 54. & videndus *Odd. de*
rest.p.2.q.26.art.6.

Nec in feudalibus, *Afflict. in cap. in generali, si*
27 *de feud.def.fuer.contr.int. dom. & agn. Gilin.*
cit.c.2.num.46.

Præterea in spiritualibus, nisi mandatum produ-
xerit, minimè ille admittitur, ex *Jas. in ead.*
28 *l. exigendi, num.9 vers.quinto fallit*, & *Rota*
in dict. decis. 6. alteraque *35. eod, tit. & lib.*
Mas. de contract. tit.de mand.ord.4. sub num.
52.vers.87. Golin. mox *cit. nu.20.* atque adeò
nequeat pro coniuncto acceptare beneficium
29 sine mandato, ut monuit *Staphil. tract. de*
litter.gratiæ, 4.par. rub. de effect. & in claus.
vers.successivè, num. 219. Bellarm. decis. 681.
Cassador.dec.40.

Item neque respondere positionibus, & articulis
30 poterit *Rebuff.in constit.Gall.tom.3.tit. de re-*
spons. per verbum credo, artic.1.Gl.unic. num.
7. Ludov. decis.Lucens.41.num. 5. & 6. ex di-
ctis per *Hippol.singul.245.*

Quin, & satisdationem exeipere nullo in casu, nul-
loque pacto valeat, si *Marantu* vera scribit
31 *cons.15. num.16.Viv. decis. 349. sub num. 4.*
*Roman sing.224.*atque *Bursat.* mentionato *cons.*
21. Alld.ad Mattesil.sing. 41. Gratian discept.
forens. c. 401. num. 4. neque cum cautione de
rato eiuis contrarium tuetur *Barbos. in l 3. &*
4. num.22.ff solut. matrim. tametsi debitorem
vegere potuit, ut deponat pecuniam, eodem
Vivio teste *num.5.* post alios præsertim *Dec. in*
l. si filius,C. de pact. Mantua sing.260. Caroc. vi-
dendus, loquens de sequestro, in *tract. de se-*
questr.p.3. q.31. p 243. necnon *Rodriq. Suar. in*
l. postrem judicatam,ver.quia supra de re judic.
p.679. An recipere possit illam pro minore, vel
prodigo, affirmativè deducit idem *Barbos. ex l.*
patri, ff. de minor. Roman.sing.227. Amanel.de
clarisaq. sing. 20. & favet *tex. in l. 2. ff. ut leg*
nom. caut. quid in dissequestro, indicamus in-
frà, *num.47.*

Item contra voluntatem principalis sibi coniuncti,
neque admittatur, ità asserit *Specul. in dict.*
32 *rub.num.1.*idemque *Marsil.sing. 228.* Et ratio
est, quia invitus nemo defenditur, *l. non agen-*
dum, 45. ff. de procur.l. Pomponia, 40. § fin.ff.
de defensorib. sicut, & invitus nemo tenetur
defendere, *l. invitus 156 ff. de reg jur.l. invi-*
tus 17. C. de procurat.Gaspar Manzius de defen-
sor.tit.4.num.20. & proptcrea neque comparere
posse, si principalis constituisset procuratorem,
33 declarat idem *Specul.sub num.3. Alex. & Jas.*
in loc.cit ac Magon.eius.decis.6. num. 10. & 15.
tametsi ubi procurator negligentia notaretur,
34 detineri posse coniunctum, quin agere posse,
docet *Puteus decis.21.lib.2.* necnon *Magon.dec.*
Lucens. 6.num.11.Maur.de fidejuss.1. par. princ,
sect.2.cap.9.n.14.

Mulieres atquè etiàm adhuc pro fæminis conjun-
ctis in judicium euntes reijciendas, testatum
35 reliquit *Natta cons.143. num.6. vol. 1. Ludov.*
decis. Perus.49.Tepat.var.jur.sent.tit.89. cap.8.

qui ex Natta cit.etiam si mater esset, adjungit,
Goli n. de procur.par.1.cap.2.n.21.& par.3.c.5.
n.40.Non tameo in termiois huiusce ritus,oam
ad excusandum omnes admittuntur , Carav. in
36 hoc ritu sub n.4.vers.4.ampl.Jodoc.in prax.c.25.
num.2.Golin.add.cap. 5. à num. 21.& diximus
supra vers.ad quod admittuntur.

Verùm quando vellet aliquis conjunctus agere
in alterum æquè conjuoctum , quod non sit
37 admittendus , tradiderunt complures , quos
sequitur Franch. Balbus de c.92. Surd. de alim.
eadem q.8.num. 16.Joseph Ludov. cit. decis. 49.
num.2.& 5. cum par ratio conjunctionis eum
repellat , arg.l. non solum §. 1. ff. de rit. nupt.
Salyc. in l. exigendi , C. de procur. do Marsil. in
l.1.§.cum quis latrones , post nu.12.ff.de quæst.
Scialoy. de foro compet.cap.33.nu.431. sed con-
rarium sentit Bal. in c. postremò, extr.de appell.
quem laudat Lanfran.Balb.concl.92. cent. 1. in-
ter comm.opin.tom.3. qui quam maximè anceps
existit in opinione Balbi.

Conjuocti verò ex damnato coitu rejeiuntur
omni tempore , dummodò non sint excusatores
38 (si mandatum non exhibeaot, sic dixit Innoc.
in mem.cap.nonnulli , eitatusque Jason. sub nu.
9. Quin pluribus existentibus coojunctis , re-
39 pellantur omnes excepto promixiore, ut post
alios , Vrsill. ad Afflict. decis.256.num.3. sicuti,
& qui esset coojunctus conjuuctione spiritua-
li, nàm ità , ex multis , quos recenset , dedu-
xit Jas. in ead.l.exigendi , vers.tertio decimo,sub
num.10.

Qui autem sub huiusmodi nomine , conjunctus,
veoiaot , adhùc inter se pugnant DD. aliqui
40 enim censuerunt comprehendi non modò a-
scendentes , verùm etiam desceodentes , una
cum transversalibus ad quartum usque gradũ
numerandis , vigore text. in l. petitionem , §.
egredientem, C. de advoc. divers. judic. & hujus
sententiæ plures sectatores commemoravit Me-
noch. de arbitr. judic.lib.2.cons.2.cas.146. num.
6.& 7. Borrell.de compromiss.§.1.Glos.3.nu. 6.
Oppugnant verò Angel. consil. 149. Hippol. de
Marsil.singul.133. Arnonius epitom. 96.à Toleta
dicta 139. Scialoy de foro compet.cap.33.nu.431.
Gratian. verò usque ad decimum extendit
gradum , cap. 97. in princip.discep.forens. tom.
41 1. quem laudat Golin.add.cap.5.par.2.num.11.
Veoit quoque sub illo nomine vir, qui absque
mandato agere valet , l. maritus , C de procur.
Castill. decis.Sicil.36. num.6. par. 1. Rol. consil.
64. num.1.lib.4.Honded.consil.66.num.23.lib.1.
Cassan.in consuet.Burgund.rub.4.§.5. titul.Sans.
procuration.num.9.vers.sed adverte. In quibus
bonis marito liceat pro uxore agere , scilicet ut
dotalibus , paraphernalibus , & bonis prorsus
separatis, & de his sermonem distinctum habet
Golin.cit cap.1.ex num.81. ac per M.C. me re-
latore , declarata fuere acta nulla facta à mari-
to uti procuratore uxoris , quando de manda-
42 to non constabat , sub die 10. Decembris
1666. in causa Antonii de Bucijs , in Banca
Ardiæ , ex Marant. in specul.par.4. dist. 16. n.
14. ubi si vir agat tanquam procurator , non
uti legitimus administrator , si postea non con-
stet de mandato , judicium est nullum , inse-
quitur cit.Golin.num. 34. Novar. quæst. forens.
3. num.14.tom.2. Scialoy. de for.compet.cap.33.
ex num.431. Sicuti si in conjuncti sui bonum
consanguineus procuratore fungatur ; cum re
vera sibi talis non sit demandata provincia: ta-
metsi , quòd uti consanguineus ille agere po-
tuisset ; acta funditùs corruunt , Cavalcan. dec.
24. par. 1. de judic. Roman. consil. 446. Jo: de
Amic. consil.115. num.9. & consil. 132.num.3.
Gratian. discept.forens.699.num.30. vol. 4. &
c.573.num.48.vol.3.Ann.alleg.27.num.2. Non
tamen licebit uxori pro viro agere , Golin.cit.
loc.ex num.42.

Quibus , & illud scitu quàm apprime dignum
adnectimus , coniunctum scilicèt pro altero ad
se attinente admissum ad agendum , teneri ju-
43 dicium suscipere in causa recooventionali , in-
eaque defendere coniunctum , si Marsil. vera
scripsit in dict. singul. 133. quod Roman. etiam
asseruit singul.227. alteroque 639. & Amanell.
de clarisaquis sing.20. Cotta memor.verbo, con-
iuncta persona , & Bertus q.132.tametsi in con-
trariam sententiam propendeant Ferrett. cons.
64.& 66. tandemque Crot. ad l.si constante 2.
repetit.nu.123.ff.solut.matrim.

Sed causis in criminalibus iudices præbere nec ne
suas aures debeant coniunctis delinquentium
44 eleganti (de more) themate , æque , ac pro-
lixo satis , investigavit, Arumæus dec. Senens.
7. tom. 1.& respectu Patris de quo quæstio
tunc exagitabatur, affirmative pronunciatum
in eo Senatu esse , asserit , num. 20. io reliquis
negat num.21.de quo nos alibi. Sed an absente
filio valeat pater in iudicio civili agere, ac ex-
periri , utpotè eius legitimus administrator,
cautiooem de rato offereodo , enucleant Pinel.
in 2. p.l.prima , C. de bon. matern. num. 66.
Consil. Paschal. de patr. potest.p.1.c. 2. num. 30.
Barbos. in repet.l.3.ff. solut.matrim.ex num. 40.
Vasq. de success.creat.lib.1.§. 6.num.63. Menoch.
cons. 279. num 37 lib.3. Bursat.cons.357.n. 18.
lib.4.Gramm.,& ibi Florez de Menna,dec.Lusit.
77.Castill. Sotomaior. de usufr. lib. 1. c. 3. ex
n.19.

Postremò tandèm amicum , instar coojuncti , ad-
iuncti , admitti absque mandato ad comparen-
45 dum pro amico , parum monent Alciat. in l.
late , §. amicos , ff. de verbor. signif. & in reg.
1. præsumpt.28.Cyn. ac Jas. in l. exigendi , C.de
procurat. Golin. cit. tract.par.3.cap.1. num. 15.
Ruyn. consil. 100. vol. 4. & post alios , Carol.
de Grass.de effect. amicit. num. 81. nimiàmque
necessitudinem idem operari , ac sanguinis
coniunctionem, addiderat Hippol. sing. 531. &
de fidejuss. num.134.Scacc. de judic. lib. 1. cap.
101.num 48.& 49. Maur. eadem tract. de fide-
juss. 2. par. princ.sect.7.cap.2.num.23. Carav. in
rit. M. C. 160. num. 9. & sæpè anteponi dedu-
citur ex tex. sed si plures , §. in arrogata : ibi:
Amicus , vel cognatus , ff. de vulg. & pupill.
substit. l. si servus plurium, §. fin. ibi : legatarij
charitas , & necessitudo , ff. de leg. 1. l. Teopom-
pus , ibi : Amici . & cognati , ff. de dote præleg.
l. affectiani , ibi : Amicus, & necessarios , ff. de.
donat.Menoch. consil. 683.nu.23. lib.7. de Grass.
46 cit.à num.83. & diximus io antecedenti ritu
ex

ex num. 137. ac venire amicum appellatione
familiæ, Luc. de Penn. in l. quicunque, C. de
re mi lit. & suorum, scripserit Bald. in l. 1. n.
53. C. qui accusar. non poss. nec non Tiraq. de
pœn. temper. caus. 22. & alii apud de Grassis cit.
num. 87. & 88. qui nostrates laudat, nempe
Foller. in constit. Regn. Pateranorum, num. 83.
tit. de haret. & Anibalem Cavensem sup. rit.
M. C. 192. num. 7. Cui àn competat ius accu-
sandi, inquirit Plas. epitom. delict. c. 43. Simpli-
citer tamen Jas. Cyn. Alciati, & asseclarum aliæ
non assentimur cum Ramano sing. 656. & Te-
pato tit. 89. c. 3. sed tantùm in excusatore, &
defensore. Verùm dicebam in doctissimorum
virorum consessu, ad petendam sequestri revo-
47 cationem non solùm non esse opus generali
mandato, sed peti posse etiam absque manda-
to à quolibet amico, ex Jacobo de Arena in l.
de pupillo, §. qui remissionem, de non oper. nunt.
ibi. Nota argumentum, quod quis potest. postu-
lare restitui sine tentam acceptam amico suo,
licet non habeat mandatum, satisdando de ju-
dicatum solvendo. Alber. ibidem num. 2. Paul.
de Castro in l. si fidejussor, in fin. num. 5. qui sa-
tisdare cog. ubi Jas. num. 17. ibi: Et nota, quia
ad revocationem talis sequestri quilibet admit-
titur, sivè habeat mandatum, sivè non, quia
ista est species defensionis. Huius enim conclu-
sionis ratio illa se offert, quia petens sequestri
revocationem sustinet defensoris vices, & pro-
inde rei, non actoris, ut notatum reliquit Bar.
in l. non cogendum, §. si procurator, ff. de procur.
num. 1. ibi: Vel petit tolli tentam acceptam
contra se, tùnc partes rei sustinet. licet ipse ad
judicium provocaverit, Angel. ibidem sequitur,
dicens. Et ideo quia petit revocari tentam,
vel sequestrationem partes sustinet defensores:
& primo omnium Jacob. de Arena in d. l. si de
pupillo. §. si procurator, inquit. Si Titius fecit
sequestrari bona mea, ego compareo, & peto re-
vocari dictum sequestrum: modo quæritur, an
sim actor, vel reus, & dicunt, quod sim reus.
Addebam, quòd dùm necessariò uti reus
in iudicio comparuit, reconventionis judi-
cio illaqueari non poterit, ex Angeli, placito
in auth. & consequenter, C. de sent. & interloq.
omn. judic. sermonem habentis in clerico, qui
licet possit reconveniri coram judice laico, si
tamen, necessitate cogente, & veluti satellitis
munere fungente, comparuit, ut quia dolo,
vel culpa laici fuit inductus an comparendum,
evitat conventionem; insequitur de Franch.
dec. 193.

At aures obstruximus in M.C. parti petenti com-
promissi vigore pragm. 1. de arbitr. litem ha-
48 bentem cum intimo amico, ex Alex. l. 1. §. lex
falcidia ff. ad l. falcid. Ea potissimum nexùs ra-
tione, quia qui ad litem vsque venit cum amico,
jam amicitiæ limites transgreditur, & evidens
argumentum est, periisse animorum unionem,
(in qua unione Thales Milesius apud Diog. La-
ert. l. 1. cap. 1. ait, consistere amicitiam) ipsa ani-
morum divisio in litigia, dissentionesque distra-
ctorum. Atque ità respondisse me, memini, ami-
co sciscitanti, an amicus obstringatur alere alte-
rum amicum. Passim apud Iuris interpretes le-
gimus, amicus non alit amicum, Salyc. in l. solo,
C. de liber. caus. Iacob. de S. Georg. in tra. de homag.
nu. 29. Roland. consil. 5. vol. 3. Capyc. in invest. feud.
verb. feudorum alimenta, Coler. de alim. lib. 1. cap.
13. n. 104.

Quod sanè dictum piissimis amicitiæ legibus pror-
sùs obstare videtur, cùm lata saltèm alimentorũ
49 charitas ad amicos pertinere videatur. Ioan. de
Ligna de amic. §. hic insurgit, Peptan. de alim. c.
11. num. 104. Imò ijsdem interpretes nimis uni-
versale dictum limitaverunt in arctissimo amico
Bart. in l. alimenta, ff. de alim. ubi Alex. Surd. de
alim. tit. 2. q. 88. Verum quidem est amicum ad
id non teneri ex aliquo iustitiæ pacto: si enim sic
teneretur, debitor potiùs, quam amicus dicendus
esset, sed tenetur ex pacto amicitiæ, quod, iuxtà
Pareyram intendit eam obligationem, quam a-
micitiam indueit, hoc est, ut velit amicum esse fe-
licem, eo modo quo se vult felicem, aliter non
amicitia, sed amicitiæ quædam inanis imago, ac
umbra est. Vndè scitissimè dixit nescio quis di-
viti pauperem amicum versi esse non posse, quia
si amicus foret, pauper esse non posset. Quod
dictum conforme est Aristoteli, asserenti requiri
necessario inter amicos æqualitatem, qua de re
alter ab infortuniis depressus ab altero sublevã-
dus est, si amicum velit, ac ad fortunæ suæ cul-
men educendus, cum amici subeãt maxima one-
ra pro amicis Bertaz. consil. crimin. 37. n. 12. vol. 1
Et in Eccles. cap. 22. vers. 28. legitur: Fidem pos-
side cum amico in paupertate illius, ut & in bo-
nis illius læteris in tempore tribulationis illius
permane illi fidelis, ut in hæreditate illius coha-
res sis. Ipse verò rem extra disputationis aleam
existimatio, si magis rem ipsam, quam nomen in-
spiciamus, cum eo ipso, quod quis alimenta ne-
gat, quod est necare l. necare, ff. de liber. agnosc. &
Lactant. Firmian. l. inst. 6. cap. 11. ait: qui succur-
rere perituro potest si non succurrit accidit, illicò
ex amicitia ad amicitiam gradum facit satis pu-
dendum, undè & absolvendus est re in iudiciũ
deducta. Quod si amicitiæ leges integras velit,
absque dubio ad alimenta se condemnabit; si
modo condemnationis nomen facinori longe
prestantissimo congrueret: nullus enim illustrior
triumphus post amicitiæ pugnas, quam amicitia
& beneficiis superasse. Supervacua est igitur
isthæc Doctorum altercatio. Vale 4. nonas Apri-
lis 1670. Simile argumentum extat apud And.
in cap. 1. §. inde quæsitum, si de feud. defun. milit.
in quæstione alimentorum inter dominum, &
vasallum Multos effectus sanguinis coniunctio-
nis indicant Sylvest. Maur. Soc. Ies. ad Arist. ethic.
l. 8. to. 1. ex cap. 1. ad 12. Rustic. ad l. cum Auus, c.
7. ff. de cond. & demonstr. Scialoy. de far. comp. c. 33.
50 ex n. 410. ad 440. R. Sanfelic. dec. 254. l. 2. ac 343.
l. 3. & amicitiæ de Grass. cit. tract. D. Antonin. de
dict. Senec. sub Nerone 1. par. & de dict. Quintil.
Bovad. l. 2. polit. c. 4 num. 11. & in materia alimen-
torum Lopez. in partibus hisp. 5. tit. 18. l. 37. vlt.
Gl. Budæ. l. 5. de asse pag. 180 & 190.

Occlude hunc ritum, quod Amicus usquè ad arã,
51 idest iudicium, Bovadill. lib. 2. polit. cap. 2. nu. 69.
& 89. Sine virtute non esse perpetuum amici-
tiæ vinculum, Æneas Silv. epist. 31. qui multas
suas epistolas amicis direxit, & Cic. epist. 101. dif-
ficile

ficile esse, monet, *amicitiam manere; si à virtute defecerit.* Amicos comparare, imperatoriam laudem esse, *Fab. l. 2. semestr. cap. 2. Magon. de author. notar c. 2. & de fidelit. notariat. c.* 1. ubi fidele amicorum obsequium in quonam situm sit, & ex quodam materie non violabile amicitiæ vinculum texatur, exponit.

RITVS CCLXVII.



Tem si aliquis, vel aliqua civiliter, vel criminaliter ex officio, vel via ordinaria de mandato ipsius curiæ citatus vel citata fuerit, & excusetur, per civem idoneum, vel aliam coniunctam personam, quia infirmus, vel infirma, vel mulier gravida sit, adeò quod sine suæ personæ periculo, in dicta curia comparere non potest, quamvis in instrumento excusationis ipsius, unus medicus, vel obstetrix sit, nihilominus eius excusatio, ex quadam æquitate admittitur per curiam supradictam,

SUMMARIUM.

1 *Contra infirmum ius dicere, inhumanum est, & proindè si fuerit citatus poterit à quocumque excusari; etiam non habente speciale mandatum, tum iure communi, tum nostro Ritu attentis.*

2 *Infirmo citato super tenore instrumenti, practica, & forma decreti traditur; & quid si infirmus citatus moretur extra Civitatem.*

3 *Infirmitatis exceptio adhoc, ut opponi possit, debet constare de loco infirmi per fidem Medici publico instrumento factam.*

4 *Infirmitatis fides qualiter fieri debeat, & quid si fiat a Notario Vassallo.*

5 *Infirmus non adstringitur personaliter comparere, licet sit de capitali crimine inquisitus.*

6 *Infirmus non poterit uti contumax reputari.*

7 *Restitutio in integrum, ut concedatur, iusta causa existimatur infirmitas.*

8 *Infirmitas consanguineorum etiam excusat.*

9 *Mulier pragnans citata, excusari, donec pariat, potest per amicos, & coniunctos. Intellige si sit imbecillis, secus si robusta, vel rustica, num. 12.*

10 *Pœna mulieris pragnantis differtur, tam capitalis, quam qualibet corporalis.*

11 *Mulier pragnans, licet post partum possit statim morti tradi, an etiam statim possit torqueri.*

13 *Mulier gravida, quando citata ad testimonium dicendum tenetur comparere, & quid si fuerit ad domum examinator missus, & num. 14.*

15 *Medici unius iudicio standum esse ad probandam excusationem infirmitatis statuit Ritus, licet aliter sit de iure communi, & nu. 21.*

16 *Tabularij, seù æstimatorie unius iudicium hodie attenditur, & quando.*

17 *Obstetricis unius assertionis mulierem esse gravidam poterit credi vigore nostri Ritus; ac an ei credatur de vita, ætate partus, nu. 19. Et quid si deponat de integritate, vel corruptione hymenis, n. 20.*

18. *Matrimonium, ut separetur ob impotentiam coeundi, septem iuramenta pro quinquorum requiruntur.*

22 *Peritis in arte est standum, licet nullam eorum dicti redderent rationem, & n. 28. exempla traduntur.*

23 *Perito uni magis fides adhibetur, quam tribus testibus.*

24 *Peritis in arte non creditur, nisi fuerint electi à iudice, de consensu inquisiti.*

25 *Iuramentum debent præstare antè relationem periti in arte, nisi præstiterint priùs generale iuramentum, initio eorum deputationis.*

26 *Medici, & Chirurgi non debent iurare de eorum iudicio, sed sufficit generale iuramentū initio deputationis præstitum.*

27 *Peritiores admittuntur, etiam post processus publicationem, quando causa terminanda est iudicio peritorum.*

29 *Sententia lato ex consilio peritorem in arte, an & quando faciat transitum in rem iudicatam.*

30 *Periti coguntur eorum officium exercere; sic Notarius stipulari.*

31 *Locare solens equum, eum pro solito pretio locare cogitur, & quid si diversis pretiis solitus sit illum locare.*

32 *Locator, si teneat plures equos destinatos ad locandum, sed unum teneat pro se, si equum suum locavit, tenetur dare illum, quem pro suo usu tenebat.*

33 *Hospitator cogi potest hospites respicere, & quando.*

34 *Macellary, Pistores. lanii, & similes artifices cogi possunt publice artem exercere.*

35 *Artifices dolose, & fraudulenter artem exercentes puniri possunt, ubi exempla traduntur, & infrà sub n. 46.*

36 *Animadvertendum summopere iudicibus est in caupones, qui sunt perfidi, versuti, & impostores, ac alia contra ipsos enarrantur.*

37 *Exulant ab istorum tabernis lacryma præter hospitum lacrymas.*

38 *Vinum, & aquam miscent caupones, veterum mores imitati.*

39 *Imbres, novo sanè more, in dolia servant.*

40 *In vino licèt veritas, tamen de illo falsum obtestantur.*

41 *Sæpissime acetum pro vino licitè vendere putāt*

42 *Frustrà desudat Salerni scola, quo vino utendum.*

43 *Cauponum perfidiæ, ut mederentur, plurima sunt manata sanctiones.*

44 *Illorum doli, & astus vectigal vini ad minutum ad exterminium pertulerunt.*

45 *Cui vectigali invigilans Exc. Marchio de los Velez, authori illius delegati plura mandata iniun-*

iniunxit, tabernasque prohibitus occludi mandavit in exequutionem ordinis S.M.

46 *Speratur maximum levamen arrendamento, accedentibus tanti Principis protectione, ac diligentia dicti delegati. Et expediens traditur.*

47 *Medici fides, ut probet, quæ requiruntur, & de praxi.*

48 *Examinari non debet notorie litteratus, & habilis.*

49 *Collegii Neapolitani consuetudo admittens scholares ad gradum doctoratus absque punctis taxativis, qui publice disputarunt, iustificatur, & tuetur.*

50 *Ipsiusmet Collegii statutum, ut doctor forensis non possit ingredi collegium Doctorum, non procedit in Doctore eminentis scientiæ.*

51 *Medicus senex, et mediocriter doctus, an, & quando præferendus sit Medico iuveni doctissimo.*

52 *Medicus iuvenis, & inexpers non commendatur.*

53 *Scoti solebant mittere in Angliam Medicos iuvenes, ad suorum inimicorum perniciem.*

54 *Officia sunt conferenda viris matura ætatis.*

55 *Magistratus petere omnibus civibus antiquitus licitum erat, sed quando.*

56 *Gulielmi Durandi, & Angel laudes, ob doctrinam in iuvenali ætate adeptam.*

57 *Iuvenem doctum advocato seni associari bonum est.*

58 *Medicorum fides, qui infirmitati interfuerunt prævalet fidei illorum, qui non interveneruut.*

59 *Infirmitate allegata rei citati, poterit Fiscus contrarium probare.*

60 *Medicis pluribus inter se discordantibus de aliqua infirmitate, quibus est credendum, ubi plures casus referuntur.*

61 *Medico Physico, an Chymico sit credendum, si diversimode de ægroti infirmitate sentiantur, late disseritur usque ad n.64. & authoris sententia n.65.*

62 *Medicæ, & chymicæ facultatis laudes, & censuræ traduntur.*

63 *Chimicam facultatem antiquam, non novam esse ostenditur.*

64 *Scientia, & artes non quia noviter inventa sunt, ideo flocci pendenda.*

65 *Medici remedia peiora ægrotis malis tribuunt, vel ob ignorantiam, vel ob malitiam.*

66 *Vnquam in unam concordant sententiam.*

67 *Salernitani ob avaritiam balneas Puteolanos perdiderunt.*

68 *Medicis est præstandum salarium ab hæredibus infirmi mortui.*

69 *Illis fuit per nostram constitutionem Regni constitutum salarium, sed talis constitutio recessit ab usu, & alia traduntur.*

70 *Medici Physici, & Chimici sunt in Republica necessarii.*

71 *Physicus, & chymicus si inter se discordant in ferendo iudicio, & sint æqualis peritiæ, & dignitatis, est sequenda illius Medici sententia, quæ reo magis favet pro quo minor pars præfertur.*

72 *Protomedicus, & medicus si diversam inter se de ægroto ferant sententiam creditur magis protomedico.*

73 *Protomedicus licet iuvenis sit, vel ultimo doctoratus, cæteris medicis nihilominus, in publicis, & in privatis consessibus est præferendus.*

74 *Dignior non præcedit, quando dignitas impertinenter se habet ad actum.*

75 *Medici sunt nobiles.*

76 *Medicinam Deus invenit, & donum Cœli est.*

77 *Filius Medici tàm Physici, quàm Chirurgi nobilis est.*

78 *Medici non æquiparantur obstetricibus.*

79 *Medicus non est nobilior Iurisperito.*

80 *Advocati nobiliores sunt Medicis.*

81 *Medicus debet esse bonis moribus imbutus.*

82 *Peccat, si medicamentis utitur incognitis, & inexpertis.*

73 *Reus erit homicidij, si applicaverit medicamina non tuta, atque dubia, relictis certis, & tutis.*

84 *Medicus, & advocatus debent esse fortunati.*

Contra infirmos ius dicere inhumanum, contraque naturæ legem; a recta enim ratione quam longissime distat, quem suis 1 natura vexat suppliciis, eundem iudicum pœnis exponere, duplici Foro subiicere, ac pluribus veluti telis eorum temporis articulo unum, eundemque reum confodere. Apud veteres in more positum, ut vel ipsi Imperatores ægrotos adire, solarique minimè dedignarentur; memoriæ siquidem traditum est, quod Titus Imperator, qui Orbis amor, & deliciæ dictus est, ægrotantes non modo invisebat, sed etiam per semetipsum reficiebat, *Sex. Aur. in Tito.* Agesilaus tàm ardenter affectus ergà ægrotos, ut sæpe exclamarit. *Heù Græciam, quæ tot milites, bello intestino perdidit Plutarc. apoph.* De Adriano hæc admiratione satis, laudequè digna retulit Spartianus, *Ægros bis, ac ter die, & nonnullos equites Romanos, ac libertinos visitavit, solatiis refovit, consiliis sublevavit. Lampri. in Adri. Dio in Adri.* Hoc inter excelsas virtutes piissimo Alphonso Aragonensi quam maximè refulsit, *Io. Santeaus in Specul. bon Princip. p. 125. Ego in paraaesi, de transfer. Reg. Alfonsi cineribus à Neapolitana Vrbe ad Basilicam maiorum tumulum. n. 49* Sapientissime igitur Maiores nostri instituerunt, ut citatum ægrotum omnibus effet integrum excusare: ac illorum excusatores etiam absque speciali mandato excipere, ut in hoc ritu, iuri communi conformi in *l. 2. §. si quis*, ubi *Alex.* & cæteri, *ff. si quis caut. Clar.* post alios, *§. fin. qu. 33. in princ. & qu. 34. versic dixi etiam, Follet. in prax. crim. verb. and. excusat. num. 27.* ubi. *de Angel. n. 1. vers. undecima declaratio, Guazzin. ad defens. reor. defens. 12. cap. 1. num. 22. Reg. Sanfelic. decis. 416. lib. 3.* memor *Carav. in hoc Rit. & in altero 169. Iodoc. in prax. crim. cap. 25. num. 20.* Etenim infirmitatis allatum impedimentum impedit condemnationem, sicut, & illud absentiæ, *cap. cum in sua, qui matrim accus. poss. Gizzarell. dec. 9. num. 6. Sesse dec. Aragonia 57. tom. 1. Giurba dec. 9. Muta ad consuet. Pauor,*

Panormi, cap. 1. num. 91.
Imò omnes actus facti contrà gravi morbo affe-
ctos, & sententia indè sequuta, tàm actus, quàm
sententia sunt nulla, *tex. est in l. quæsitum, ff. de
re iudicat. Muta ad d. consuet. Panormi cap. 1.
num. 91. Gizzarell. dec. 9. Fontanell. dec. 550. n.
12. & 13.* ubi dicit fuisse quondam Senatorem
syndicatum, qui miserat ad faciendam exequu-
tionem contra aliquem infirmum gravi infirmi-
tate in lecto iacentem, & conferunt tradita ab
*Affl. dec. 29. num. 3. Farinac. cons. 89. nu. 2. in
fin. ex Carav.* notat *Reg. Sanfelic. in addic. ugviss.
ad dec. 306.* & propterea cum allegatur infir-
mitas, interponitur decretum: quod *remaneat
condemnatus; verùm si infrà mensem, vel alium
terminum comparuerit, deleatur*, & non
aliter additur, quod notat *Foller. cit. loc. num. 33*
*Verùm si quamprimum convaluerit, & se præ-
sentaverit, deleatur à contumacia, & interim
in libro non describatur*, & elapso termino, si
non convaluerit, alia producta fide, iterum im-
partitur terminus, usquequò verè sit sanus, eo-
dem *Foller.* teste, *nu. 33. in fin.*
Quod ad liquidationem instrumentorum extendit
Franc. Anton. de Iudice Roberto de liquid. instr.
2 *consid. 4. nu. 19. Novarius prag. 7. de liquidat. in-
strument. num. 9.* adeòquod quamvis ex mox
cit. prag. 7. & 8. data fuerit forma, ubi de infir-
mitate citati opponitur, nempè quod si erit ci-
tatus in Civitate, tunc actuarius ad locum in-
firmi accedat: sin autem extrà Civitatem, in
qua sit citatio, decernit, quod præsentetur fides
authentica infirmitatis, & constituatur procu-
rator cum speciali mandato ad præsentandum
scripturas, & proponendum exceptiones iuris,
& ritus dispositione admissas, sublato antiquo
more superledenti in liquidatione per tempus,
memorato per *de Iudice Roberto* memor *nu. 19.
& Caravit. in hoc ritu*, tamen denegari non de-
bet terminus opponenti infirmitatem citati ad
producendam fidem cum speciali mandato, ut
decisum in Supremo à latere Consilio memorat
Reg. Sanfilic. cit. addit. ad decis. 306. qui compi-
lavit integram mem *decis. 416. lib. 3.* referens ex
Carav. in rit. 266. num. 2. formam, quam servat
M. C. *Quod remaneat condemnatus, verùm si
produxerit instrumentum infirmitatis, & procu-
rationis infra terminum datum procedatur cum
procuratore, & deleatur à contumacia.*
Dummodò constet de loco, ubi citatus infirmita-
3 te laboret, *Baiard. ad Clar. quæst. 34. Foller. cit.
num. 37.* & exhibeatur instrumentum, in quo
ille propter infirmitatem se excuset, ac fides
medici; itaùt, exhibito solùm instrumento
excusationis sine fide, aut ista sine illo, cita-
tus uti contumax condemnetur; quamvis
multoties de æquitate, attenta personæ, & facti
qualitate in interlocutoria, in qua contumax
existimatur, additur indicata forma à nobis, &
Carav. recensita, qui memor est praxis aliqua-
rum Curiarum Regni, & iterum observat *R.
Sanfel. in prax indic. sect. 35. num. 34 & 35.* quæ-
4 quidem fides debet fieri publico instrumento,
*Foller. cit. loco, num. 28. Guazzin. defens. 12. c. 1.
num. 23. Scialoy. in prax. for. iudic. cap. 8. num. 64.*
nec validum erit, si illud fiat à Notario Vasal-
lo, ut pluries in M.C. iudicavimus, & com-
muniter servari testatur *R. Sanfel. dec. mem. 416.
num. 12.* in quo articulo anceps est *Scialoy. mox
cit. nu. 75.* & continere fides debet qualitatem,
& speciem infirmitatis; & concludere quod
absque periculo vitæ discedere infirmus non
possit, ut ei opituletur, *Carav. in hoc rit. num.
5. D. Marcell. Calà de modo artic. Gl. unic. §. 2. nu.
995.* levis enim infirmitas non excusat, ut ip-
husmet *Rit.* verba ostendunt. & notant *Imbrian.
de repuls. requis. 1. num. 30. Danz. de pugn. DD.
tit. de offic. Audit. c. 1. n. 42. lib. 1. pag. 130. R. San-
felic. add. loco n. 10. & dec. 355.*
Taliter itaque infirmus non obstringitur perso-
5 naliter comparere, etiamsi inquisitus sit de ca-
pitali crimine, *Grat. consil. 58. num. 2. lib. 1. Ba-
iard. ad Clar. cit. loc. num. 5.* laudans *Carav. in hoc
6 ritu, num. 7. & 8.* Undè infirmus minimè esse
contumax potest, *Bero. consil. 101. num. 30. tom. 3.
Rimin. Jun. consil. 179. nu. 34. Bertazol. cons. crim.
402. num. 38. tom. 2.* & contra ipsum exequutio
facta ob contumaciam, non tenet, *Marant. par.
6. memb. 1. vers. contumacia, num. 2. Asin. in sua
prax. §. 31. cap. 2. ampl. 10. Bertaz consil. crim. 399.
7 num. 40 tom. 2.* & quod infirmitas iustam præ-
beat causam restitutionis in integrum, latè scri-
psit *Io. Maurit. de restit. cap. 339.* necnon *Dom.
Galesi in tract. de restit. in integr. cap. 8. ex num.
150.* nam tale impedimentum simile est illi Rei-
publicæ causa suscepto, *Bar. in l. quæsitum
num. 1. ff. de re judic. in l. fin. num. 4. ff. de rest. in
integ. Ias. in §. rursus, num. 3 inst. de action.*
Et sicuti infirmitas sua excusat, ita, & suorum, *Ias.
8 & Alex in l. 1. ff. in ius vocat. ut eant; Gl. in cap.
commumus filius, 23. dist. Baiard. ad Clar. cit. q. 34.
n. 22. ex l. 2. §. si quis in jud. ff. si quis caut. Guazz.
defens. 12. cap. 1. num. 26. Foller. in prax. cauc.
cap. 10. num. 51. vers. non comparentes*, quod alii
duntaxat admittunt in infirmitate patris, ma-
tris, filii, viri, & uxoris; *R. Sanfel.* ad eam *dec. 256.
lib. 2. & 343. lib. 3.* verum *Carav. in rit. 269. n. 4.
in fin.* affirmat, neque citatum excusari in non
comparendo ob infirmitatem prædictorum; *Fol-
ler.* proptereà in *rub. audientur excusatores, nu.
34.* advertit, nusquam admitti vidisse eiusmodi
excusationem, *Scialoy. cit. prax. for. judic. cap. 8,
num. 74.*
Venter insuper excusat mulierem prægnantem,
9 donec pariat, & recubuerit, cogique ad iter
arripiendum nequeat; & sic excusari potest
per Civem idoneum, vel coniunctam perso-
nam, quod sine illius periculo venire nequi-
ter, vigore huius ritus, quem adducit *Borrel.
in summ. dec. tit. 46. n. 182. & tit. 66. num. 140.
tom. 1.* secutus *Caravit. in ritu* hoc ipso docen-
tem praxim super eiusmodi re observandam,
quem præterea auctorem, & praxim refert *Clar.
in §. homicedium, num 37. & q. 34. num 5.* nec-
non *Foller.* eiusdem materiæ meminit in *pract.
crim. cit. verb. aud excusatores, nu. 28. 31. & 32.
Caball. resol. crim. cas. 79. & Reg. Sanfel. add. sect.
35 n. 25. in prax. indic.* quod iure etiam proba-
tur, *Rebuff. ad const. Gall. tit. de excusat. in rub
num. 41. tom. 3.* & *Mut a super consuetud. Panor-
mi, cap. 1. num. 90.* qui dicit, quod excusatur à
comparendo, etiam post partum per 50. dies,
donec

10 donec decumbat, nisi esset rustica. Sicuti ipsius mulieris prægnantis pœna differtur tùm si mortis sit, tum sialtera corporalis, ut deducuot ex *l. prægnant. ff. de pæn. Anton. Gomez var. resol. tr. 3. de delict. cap. 13. nu. 37. & Iul. Clar. q. 97. num. 5. & quæst. 62. num. 22.*

Quinimò, & post partum, licèt morti tradi illicò
12 possit, non autem torqueri, ut illic subdit *Gomez*, nulla addita expressa mentione temporis ad expectandum pro inferenda tortura, *Clar.* tamen exprimit *eod. num. 22.* illud, esse quadraginta dierum purgationis, ita quod nonnisi eo lapso torqueri valeat; & hoc ideò, ne ob debilitatem sequeretur mors, prout testatur servari in Curia Romana *Farinac. de indic. & tortur. qu. 41. num. 79.* docuerunt etiam *Pacian. de probat. lib. 2. cap. 4. nu. 1. Cavalcan. de brach. Reg. par. 3. n. 126. Guazzin. defens. 30. cap. 14. num. 1. Abano de reatibus quæst. 19. num. 92.* quos sequitur *Modern. Conciol. var. resol. iuris verb. tortura resol 1. num. 7.* cuius sententiam subsistere reor, si convaluerit intereà, & tam fortis evaserit, ac tanta polleat valetudine, quod tormentum sufferre queat, & procedat eiusdem *Gomesii* opinio.

Verùm adiuncta verba nostri Ritus illa nempè,
12 adeò *quod sine sua persona periculo in dicta Curia comparere non potest*, operari conditionem existimamus; & sic non omnis gravida, sed illa tantùm quæ ob illam causam, aliò se transferre sine periculo non valet, putà si debilis, aut iter facere non assueta, cuius quippè conclusionis partes ambas, maiorem scilicet, & minorem comprobat idem *Ant. Gomez add. num. 37. vers. rursùs etiam extende.* Undè si rustica illa sit, quæ posset ad Curiam accedere, non excusatur, dummodò non sit partui valdè proxima, advertunt *Scialoy. in prax. foriudic. cap. 8. num. 72. D. Carol. Rot. de privil. mulier. c. 1. sub num. 139.*

Hinc gravida quasi valetudinaria quamvis comparere non obstringatur ad testificandum
13 in causa civili, & criminali, ex *l. non exigimus, §. si non propter, ff. si quis cautio. Guid Pap. decis. 256. num. 1. & decis. 415. num. 5 Foller. in prax. crimin. 2. par. verbo, captat informationem num. 31.* hoc tamen vendicat locum existente periculo, si enim illud non immineat, non parendo, in pœnam incurrit *Bal. in l. Imperator, 18 in prima lect. num. 5. vers. sed nunquid mulier prægnant*, & *in prima add. sub n. 4.* post *vers. quæro utrum, ff de stat. hom.*

14 Nunquam autem excusatur à testimonio ferendo coram examinatore ad eam per iudicem misso, *Fulgos. in l. iusiurandum, §. procurator quoque num. 2 ff. de iur. iur.* falsum exclamans effatum illud, quod tales mulieres iurare non obstringantur *Caball. resol. crim. cas. 79. Scial. add. tract. cap. 22. num 29. de Angel. ad Foller, add. tit. aud. excusat. n. 17.*

Verba ampliùs Ritus, *Unus Medicus*, demon-
15 strant, unius Medici iudicio standum; quando aliter iure communi attento est dicendum, quod duos ad minus exquirit Medicos, *l. semel C. de re milit. lib. 10. c. significasti lo 2. de homic. Foller cit. loco cum. 28. Iodoc. mem. cap. 25. nu. 9. Marcell. Calà in add. tract. & loco n. 100. Rubin. dec. 195. Ricc. collect. 136. & 3065. Minsing. cent. 6 obser. 34.* idem *Ric. dec. Cur. Archiep. 193.* alios refert *Modern. Conciol. var. resol. verb. corpus delicti resol. 5. num. 6.* qui si fuerint discordes, tertius eligendus est à iudice *Caroc. decis. 50. Balb. decis. 141. Afflict. dec. 353.* de generali verò consuetudine usu receptum est, ut sufficiat unus Medicus, seu peritus, ut tradunt *Cajon. de indic. & tortur. cap. 2. sub num. 2. Clar. in pract. §. homicidium num. 34. Farinac. de homicidio d. quæst. 127. n. 170.* qui testatur sic servari in Urbe, quando Medicus, seu Chirurgus eligitur à iudice, secus si eligatur à partibus, in quibus terminis loquuntur *DD.* qui contrarium docuerunt, quos sequitur *Eugenius consil. 64. nu. 23. & seq. lib. 1.* quam consuetudinem etiam testantur *Scaccia de iudiciis lib. 1. cap. 83. nu. 13. Guazzin. defens. 4. cap. 12. num. 21. Conciol. d. resol. 5. verb. corpus delicti, num 11.* & fortan talis consuetudo ortum sumpsit à nostro Ritu.

Æstimatores quoque, sivè exploratores, quos
16 vulgò appellamus Tabularios, etsi duos saltem esse à iudice eligendos, moneat *Plotus consil. 8. num 5.* quia sunt locu testium, testes autem duo ad minus esse debent, unus tamen hodierno tempore sufficit de *Franch. dec. 54. nu 7. Visconti latè in concl. iur. verbo Periti. Donad. de renunc. lib. 1. c. 32. num. 126.*

Sic quamvis tres vocari obstetrices debeant, &
17 duæ earum affirmantes mulierem esse gravidam, probaretur ex *l. prima in princ. de ventr. inspic.* Ritus tamen noster, & usus admittunt unius assertioni standum, quod etiam iure ipso defendi fortassè posset, si *Specul.* vera fatetur, ut credo, *in tit. de teste, §. restat, sub num. 6.* dum hanc colligit conclusionem ex eadem *l. 1. de ventr. inspic.* & sequitur *Mascard. conclus. 1125. num. 7. tit. O. vol. 3.* ad separandum
18 licèt matrimonium ob impotentiam coeundi septima manus requiritur, *c. laudabilem, iuncto c. fin. de frigid & malefic.* Adde *Rota decis. 262. apud Farinac. Episc. Campan. in diversor. Canonic. rub. 1. num. 88.* quo verò ad vitam, & ætatem partus utrùm obstetrici credatur, præter
19 notata inibi per *Mascard.* vides *Magon. decis. Florent. 41.* & *Visconti in conclus. iur.* verbo, na-
20 *tur.* Illi autem, si de integritate, vel corruptione hymenis deponat, non credendum, utpotè quæ hujus rei peritiam sufficientem minimè habeat, in facti themate respondi, dùm recsidebam caput Aulæ capitalium causarum M, C.V. ex *Io. Coppen. lib. 1. pract. observat. 47. num. 11.*

Unius igitur medici attestationem sufficere, no-
21 stris quoque temporibus praxis observat *Novar. in prax. elect. & variat fori quæst. 9. sect. 1. in ult. impres. Neap.* etiam in eo casu, quo quis affici non possit aliqua tormenti specie *Farinac. in pract. crim. q. 41. num. 3. Cardin. Tusc. conclus. 326. num. 22 litt. T. Novar. dec. Apul. 106.* cum peritis in arte sue standum sit *Mascard. de pro-*
22 *bat. concl. 1169. vol. 3. Gratian. lib. 2. disceptat. forens. cap. 228. & 235. Tiraq. de nobilit. cap. 31. num. 1398. Honded consil. 31. num. 45. vol. 1* & de medicis loquitur *text. in l. septimo mense, ff. de stat.*

stat.homin l.si pater.ff. de solut. Bar. in l. 1. ff. si cert.pet & in l.quaesitum num.6. ff.de re judic. Thom.Act.de infirmit.par.1.cap.39. Gillau.Sens. in arbore judiciaria,p.8. cap. 6. num. 9. Eugen. cons 64.num.25.vol.1. Gramm. consil. crim. 24. Ludovic.dec.Perus.28.n.18.Reg.Valenz consil.25. num.22. tom.1. Maratta discept. forens. cap.11. num.3.Ricc.collect.136.1144. 3391. Novar. cit. dec.106.& dec.132.de Xarta decis. 75. D. Consil. Prat discept.forens.cap.20. num.17. lib. 3. Boer. decis.223.Vermigl.cons.238.nu.5.& consil. 647. num.14.Tiraq.de nobil.cap.31. num.398. etiam, si periti nullam eorum dicti redderent rationem *Mandel. consil. 60. num.15.* & cum juramento per verbum, *credo*, deponerent, *Gabriel. consil. 55.num.2.vol.1.Decian. consil.51. num.2. lib.2. Novar.cit.decis.106.num.1.* adeò ut si producerentur testes ex una parte iuniores periti, & ex altera seniores non periti, praeferentur iuniores, *Novar. dec.132.* & fides magis adhibetur uni perito, quam tribus testibus, *Rot.Rom.*
23 *in recent.decis.623.num.7.par.1.tom.2. Ludov. dec.161.num.8.*etiam pluribus, si agatur de innocentia rei, *Mascard.concl.1034. num.33. Farinac.q.127.num.168.de Xart. dec. 75. num.7. Costa de remed subsid.remed.70. num.17.* & decisum refert in Audientia Sardin. idem *Consil. de Xart.ad cap.Regni Sardin.lib.1.tit.2. cap.11. de brach.milit.num.4.Carpzov in prax.crim.1. par. q.26.*quod testis periti dictum per verbum (*videtur*) subsistit in eo, de quo deponit, ex *Bar,* notat in Medico, *Jacob.Mandelli consil.55.num. 9.lib.1.*

Quod verò periti in criminalibus non attendantur,
24 nisi fuerint electi à judice de consensu etiam inquisiti, scribit *Farinac.consil.70. num.16. consil.112.num.16.& consil.179.num.5.* in quorum relatione juramentum exquiritur, partisque ci-
25 tatio, *Prosp.Farinac.cit consil.70 n.16. vers. & propterea,,& consil.108. num.24. ac consil. 156. num 5.*aliaq; notat *Vermigl.consil. 231. num.18. & consil.256.*id,quod non accipiendum de Me-
26 dicis, seù Chirurgis specialiter deputatis, ac destinatis, ad visitandum vulneratos, in quibus iat est generale jusjurandum initio deputationis praestitum, monent *Gaill. observ.111. ex num. 13. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 1034.à num.34.*insuperque in praxi observari, subnectit *Carpzov.cit.loc. num.40.* necnon *Speckan.qq.iur.cont.3.class.2.num.10.*

Et quando causa terminanda est iudicio perito-
27 rum,excipiuntur peritiores, etiam post processus publicationem, *Farinac.de test.ib. q. 75. num.124.Vermigl.consil.365.*& docent *Canonista in cap.propos.nisti,4.pe probatio. Giurba consil.43.num.28.versic. non obstat quintum*, alios citat *Cenciol.var.resol.verb.corpus delicti,resol.5. num.12.*

Hine cuilibet perito adhibetur fides de sua arte,
28 & professione, *Gl.in l.cum quidam,§. quod dicitur, ff.de acquir.hared,Gaill.lib.2.pract.observ. 111*& loquitur in specie de medico,*Claud Tut. in l.pragnent is,num.14, ff. de pan. Soccin.reg. 294 ex l.seme l,C.de re milit.lib.12.Mandelli cit. cons.55.num.5.lib.1.Domin. Gallef. in tract. de restit.in integ.c.8.num.350.Rebuff.t.1.comment ad cons.Gallic.tract.de sent.provisional.ar.1. gl. 8.Rot Romana decis.620.num.3.vol.1. par.1. divers.*nam uti Horat.dixit *epist. lib. 2. epist. 1. ad Augustum.*

Navem agere ignarus navit timet; abrotonum agra
Non audet, nisi qui didicit, dare.Quod medicarum est,
Promittunt Medici: tractant fabrilia fabri.

Et *Arist.lib.1.topicor.cap.8. in fin.* hæc habet verba. *Ponet enim aliquis ea, quae videntur iis, qui in eis probati sunt, ut de iis quidem, quae Geometria, ut Geometer; de illis autem, quae in medicina, ut medicus.Marian. Soccin. consil. 150.num.1.lib.1.Eugen.consil.28.num.25. vol.1. Reg.Valenz.cons.25 ex num.21. lib.1.*

In agricultura standum rusticis, de morbo equi mariscallio, *Paris.de Syndic.* verbo *tortura*, *c. officialis* excitans quaestionem de equo commodato,qui in itinere infirmatur: Æstimatoribus, seù Tabulariis de valore terrarum, de quibus *Casar Bara.decis. Bonon.26.* loquitur Militibus de re militari, *Claudius Coterus de iure,& privil.milit.lib.2.c.6.lit.P. Nicol. Boer. ad Consuet. Bituricenses, rubr.Des costumes concernans les juges, & leur iurisdiction.§.2.lit.B fol.15.*regulam subnectens, unumquodque decidendum potiùs committi illi, qui habet plus peritiae illius artis, quàm alteri, licet in omnibus aliis rebus sit imperitior. Erroneam propterea putat *Franc.de Petr.festiv. lect. lib.1.cap. 6. num. 19.* illorum opinionem, qui reiecto, damnatoque
29 peritorum iudicio, arbitrantur sententiam latam ex consilio periti in arte, nunquam in rem judicatam transire, sed perpetuò retractabilem esse, inter quos sunt *Gerard. sing. 60. Hippol. sing.467.Affl.in Const.Regni terminum vita, ex num.42.*& in *Const.qui de alta,ac dec.33.num.6. Marant.in prax. act.1. p. 6.* quorum sententiam restringit *Ursill.ad Afflict.ibidem*, si per sententiam judicis fuerit illa confirmata, ex *tex. in l. 3.C de iur.fisci lib.10.*quae *Ursill.* restrictio non arridet *Franc.de Petr.cit.loco,num.20.* sed robur recipit ex traditis à *Novar. decis. 111.* necnon *Bara.cit.dec.26.num.3.*laudatis nostratibus,potissimum *Caravit.in hoc ritu, num.10. num.4.* tradit *Afflict.*ac aliorum sententiam procedere, quando electi sunt periti à iudice, secus si assumpti de voluntate utriusque partis, tunc enim sententiam non posse retractari, ex *Marant.cit.num.131.Ber.Rocca in pract.iudic.tit de appell. & null.pag.461.& Paset.consil.53.ex n.7.* qua in re videndus *Carpzov. add. tom. 1.par.1. quaest.26.num.47.& Speckan.tit.loco,num.26.*

Qui quidem periti renentes, coguntur deponere,
30 & eorum officium implere. quamvis *Hippolyt. de Marsil.singul.127.*cuius meminit *Ursill. ad Affl.cit.dec.33.in fin.* dicat,artifices peritia artis insignes referendi officium super re, aliqua ad experientiā pertinente cogi non posse. Sic Notarius compelli potest rogare instrumentum, *l. prima,*

prima,C.de tabul.& ibi *DD.Feder.de Senis cons.* 113.*Tusci concl,*74.v.*Notarius Cappel. Tal.decis.* 481,sermocinans in advocato pro personis miserabilibus, eadem *dec.*484 loquens de religiosis exemptis, qui ab Archiepiscopo compelli possunt ad rogationes ire, ad ornatum *text. in cap.nimis,de excess.Prælat.& dec.*446. quod habens in horreo segetes possit coerceri ad vendendum, si semel exposuit venales; Obstringi quis potest ad accusandum, *Paris.de syndic.* verbo, *accusatus*, *num.*8. *pag.* 114. qui habet actionem ad commodum alterius, cogitur agere, *l.Julianus*, *§. pen. ff. de act. empt.* videndus *Fab.in def.*1.*&* 3.*C.ut nemo invitus*. Hinc hæres cohiberi potest à legatario, ut recuperet rem legatam, adeòut ipse suum consequatur legatum, *Apostilla Bart.in mem.§.pen.*ab hoc verò nexu eximitur, cedendo actionem,teste eodem *Bar.ibidem.*

Qui equum locare consuevit, cum certè solito
31 pretio locare cogitur. Quod si diversis pretiis illum locare solitus sit, statuendum illud est judicis arbitrio,*Platea cit.loco. Avil. in cap. sive legibus Prætor.cap.*17 *num.*8. & habens plures equos destinatos locationi, sed unum teneat
32 pro se: si locavit, dicens, loco equum meum, tenetur dare illum; sic judicavi uti judex M.C. domi sub die 6. Aprilis 1666. ex *Bal.* doctrina in *l.prima,C.de aur.& arg.legat. ex l.penultima, §.ultimo.ff.eod.Rebuff.in l. meorum*, *pag* 556. *de verbor.signif.*docente quod donans equum suum cum plures habeat, is debeatur, cui frequentius insidere solebat, ut pleno modo intelligatur suus quoad proprietatem, & usum.

Hospitator transeuntes hospites accipere, *Bar.in l.*
33 *in eas*, *§.servi*, *ff.furt.advers.naut.in l.*1.*§.maxima*, *ff.naut.caup.stabular.Platea in l.cursum ambulantem*, *num.*2. *C. de curs. public. lib.* 12. *Caball.casu* 187.*num* 1.*Visconti in conclus. jur.* verbo,*lanio.* Modo signum, veluti tabulam hospitandi in domo posuerit, & ex causa hospites recipere non recuset, ut *Bar.*intelligit Beccarii,
34 sivè macellarii possunt cogi ad suum officium exercendum, idque sub certa pœna iis præcipi, *Alber.in l.moris,num.*2.*ff.de pœn.* affirmans, de facto ità vidisse, cum Beccarii carnes vendere, & fornarii panem facere recusarent, quibus potestas sub pœna præcepit, idque facere eos coegit,quod frequentèr in hac Civitate à Præfectis annonæ fieri solet, & jure præcipiunt iis, qui talem artem exercere publicè consueverunt, secùs si tam non exercent, vel exercere nesciunt: nam eos cogere minimè poterunt, ut *Alber.*declarat, qui Beccarii, seù lanii, vulgò *Chanchieri*,inflantes arietes mortuos, ut pinguiores appareant in specie carnis, à judice possunt mulctari extra ordinem, *Avend.de exeq.mandat.lib.*1.*cap.*19.*num.*30.*versic.decimo infertur*,qui testatur hoc vitium frequens esse in Civitate Valentiæ; est pariter usitatum in hac Civitate Neapolis, aliique Regni locis.Sic etiam puniri possunt pistores, quos appellamus *Panettieri*, lavantes aceto manus, ut panis ex-
35 haletur, & major appareat quantitate, *Avend. cit.cap.*19. *num.*30. Insupèr Pistores dulciarii, vulgò *Pasticcieri*, *Rebuff.in l.imponere,§. utilis*, *p.*515.*de verb.signif.* quorum magnus est numerus in hac Civitate. Et Miniatores, qui miniant cum coloribus adulterinis, tenentur dominis ad interesse, ac stellionatus crimine,*Bar.in l.*2.*num.*1.*C.de murilegul.lib.*11.*Avend.cit.loco,vers, septimo*,Piscatores,qui in fluminibus projiciunt taxum, vel alias herbas ad capiendos pisces, puniri possunt, quia ejusmodi pisces solent esse noxiosi, eorumque pastu homines infirmantur *Aud.in Const.de vendit. venen. Avend. num.*30. *vers.octavo infertur*, qua pœna stellionatus obstringuntur quoque Sutores, qui ex corruptis vel malis pellibus construunt calceamenta, ideoque contra eos potest fieri statutum certam pœnam imponens *Avend.mem.cap.*19. *num.*30. *versic.septimo.* Scriptores, qui aquam miscent atramento, per quam litera est magis alba,idem *Avendan num.*30 *vers.*7.10 quo concludit,posse fieri statutum puniens tabelliones scribentes literas atramento albo. Sartores, qui ponunt lanam in toracibus loco bombycis, tanquam committentes fraudem de re ad rem, ut notat ipsemet *Avend.nu.*30 *vers.item puniri possunt*. Et aromatariorum pœnas miscentium farinam fabarum in cera, recenset *Marant.de indic.par.*4.*distinct.*11.*num.*28 & in *singul* verbo, *aromatarius.pag.*129 necnon *Roman singul.*532.ibique additio.ac *Ripa de peste tit.de remed.præservat. contra pestem.num.*147.*&* 150. indicant, quot modis mulctetur vendens quid pro quo, & vocantur impostores, *Stracch.de mercatur. nu.*20. *par.*248.in partis *Caball.resol crim cas* 8.*num.*3. *Menoch de arbitr. cas.* 383. *Marsil. singul.* 441. *Clar.§ fin.q.*83.*vers.si quis imposturam*, *Visconti in conclus jur.*verbo, *impostores*, necnon *Carpzov.in prax.crim.par.*2.*q.*22.*ex num.*86.

Animadvertendum summoperè judicibus est etiam
36 in caupones, si eorum munus non impleant, qui cum sint, ut plurimum ex infimo hominum ordine, cuncta, quæ libeant, sibi putant licere. Illud est hoc hominum genus, ut nesciat, nisi hisce titulis eos decorare *Horat. Satyr.* 1. *Perfidus hic caupo*, & *Satyr.* 5. *cauponibus,atque malignis*; nihil enim est quoad putum, quod non corrumpant: nihil est quoad cibaria, quod non depravent. Versutos, & impostores nuncupat Zenodotus. Athenis etenim caupo fuit nomine Cantharus, qui ob maleficia, ac imposturas, proditionesque, capitis pœnam luit;proindè, vulgò receptum, ut versuti, & impostores dicerentur, teste *Eras.in Adag.*M.Ant. C. Marii sævientis manus effugiens, & apud familiatem plebeium latitans, à caupone proditur, ex *Plutarch in vita Marii.*

Ultrò invitant transeuntem, pollicentur se minimo pretio contentos; Excipiunt tandem progressurum ulterius viatorem fucatis eorum blandimentis allectum. Vix degustet defatigatus longo itinere viator aliquid ex cibariis, vel libet summis labiis vinum, mane non dimittitur à caupone, qua solet comitate dimitti amicus hospitalibus muneribus donatus, sed occlusis foribus tanquam captivus retinetur, atque se redimere cogitur omni ære exutus, bonis omnibus denudatus, ut adamussim observat *Plato lib.*2.*de Republ.*

Exulent ab istorum tabernis, si unas hospitum
sese deceptos à cauponibus flentium lacrymas
37 excipias, lacrymæ illæ, de quibus intuens
ad Nesitis metamorphosin lusit *Bernard. Rota
elegiar. lib. 3. ad Rodulfum Pium Cardinal.*

Et tibi Pausylipi lachrymæ, quas fudit ad undae:
Dum fugiens Nesis vertitur in scopulum.
Tuncque Dicharchei dederunt suspiria colles,
Ex illo semper sulphure flagrat ager.
Gaiolam vicinam flevit, lachrymasque dedere Mergillina suas, Antiniana suas.
Nec non ipsa velut venturi præscia fati Vberius lacbrymas spargit, & Aegla suas.
Aegla olim ad numeros, quæ responsare solebat
Piscantum, sed nunc non nisi flere tuum est.

Non adest in eorum doliis obliviosum Græcum, cuius encomia congessit *Petr. Gravina epigr. ad M. Anton. Magnum*, dicens:

Hoc tibi dulce merum non mittit florida Lesbos,
Vlla nec Aegei terra beata maris.
Proxima conspicui, sed Baccho sacra Vesevi
Dant iuga, vitiferis nobiliora locis.
Frigidus ingrato si quis torpore tenetur:
Hoc bibat, & latus membra calebit amans.
At si quis malè fert prædura jussa puellæ,
Hoc tamen Epoto non dolor ullus erit.

Frustrà à nostris cauponibus iterùm deprecaretur Falernos Tibullus, quos in *lib. 2. eleg. 7.* exoravit.

Nunc mihi fumosos veteris proferte Falernos
Consulis, & Chio solvite vincla cado?

De quibus *Pontan. de Hort. Hesperi lib. 1.*
Abierunt vetustissima vina ex eorum Cellis, de quibus *Martial.*

De Sinuessanis venerunt Massica prælis,
Condita quo quæris, consule? nullus erat.

Hi enim Propolæ, atquè decupæ veterum mores
imitati, qui in crateribus vinum, & aquam
38 immiscebant, indèque in pocula iubebant
diffundi, ut dicebat *Plutarch. in Marcell.* si viderint merum esse aliquanto generosius, aquam immittunt in dolia pro eorum libito ob turpem quæstum, ac illicitum: non uti Staphylius Sitheni filius, qui primus omnium mero aquam immiscuit, ut ebrietatem caveret *Plin. natur. histor. lib. 7 cap 56.* refert *Hieron. Mercurial. variar. lection. lib. 1. cap. 18.* latè *Alciat. embl 25. & ad eum commentator.* Audierunt facillimè aliquando Caupones, aquæ potum ad diuturniorem vitam conduxisse, cum aquæ potus saluberrimus sit, *C. Plin. histor. lib. 14. cap. 22.* Unde Thales philosophus aquam primùm rerum omnium semen, ac principium fuisse asseruit; *Plato*, quem refert *Comment. ad Alciat. cit. emblem. 25. vers. hinc sapit*, admonebat, Baccum temulentum Deum sobrius Nymphis temperandum esse, idest vinum aqua miscendum. Et *Plutarch. de tuend. bona valetud. aqua*, inquit, *vini vis, rigorque lenior redditur; & postea cum vehement, & velocis efficacia sit vinum, aqua mitigatur:* merum verò saluti nocere, ut ait ad *Semeles* fabulam alludens *Muretus.*

Nondùm natus eram, cum me prope perdidit ignis;
Ex illo fontes tempore Bacchus amo;
Qui colitis Bacchum, comites simul addite Nymphas:
Nam sine ope illarum munera nostra nocent.

His edocti imbres novo ferè more inducunt in
39 doliis, servantes sibi ipsi quodcumque optimum
videtur merum *Cornel. à Lapid.* super *Isai. 1.*
Vinum tuum mixtum est aqua: Caupones tui non miscentes ea bibunt; Eaque re non modo decipiunt ementes, quis enim credat, vel elemento aquæ, quæ communis est cuique, caupones esse appositos? quod ingemebat suo quoque tempore Isai. 1. ad Hierusalem; *Pecunia tua reproba est, Caupones tui miscent vinum cum aqua*; de quo meminit *Can. ejcient, 11. dist. 88* & *Hieron.* super *Isai. 1. Sunt verò Caupones pessimi facientes de vino aquam, cum è contrario Dominus noster aquas in vinum verterit, & tale vinum, quod miratur Architriclinus, quale, & Regina Saba in Salomonis est mirata convivio, pincernas ejus, et Ministros vini sua voce collaudans*: verùm etiam ementium salutem deperdunt; maximè quando postquam vinum senserint ex eorum commixtione corruptum, salis, aluminisque medicamine credunt reparare; quamobrem pluribus iecur cumbustum, viscera ulceribus plena, exstaquè omnia miserorum ementium arida fiunt.

At quid deindè, licèt sit in vino veritas, de vino
Caupones falsò non obtestantur, adveniente
40 Magistratu, à se nunquam aquam esse immi-
xtam in dolijs? quos reprehendit *Eccles. 26. Non justificabitur caupo à peccatis labiorum*, quem locum explicat *Nicolaus de Lyra*: *Non justificabitur caupo, idest tabernarius: nam ex frequentata juratione incurrit perjurium*; Et posset addi, quoque quod vendentes, non dicam, vinum aqua dilutum, sed aquam ferè, sunt causa, cur hospites, & tot Cives in eos congerant diras, tot querulas ad astra voces extollant; Et ita *non justificabitur à peccatis labiorum.*

Sæpissimè acetum vendunt pro vino, putantes
sibi licere pro suis commodis: vel philosophan-
41 tes, quia eadem est vini, atque aceti substan-
tia, ut ait *Vlpian. in l. 9. in fine, ff. de contrah. emps.* vel jus sibi ipsi interpretantes, acetum venire sub vini appellatione, ut in *leg. 1. ff. de tritic. vin. & oleo leg.* ibi: *vino legato acetum quoque continetur, & l. 9. eod. tit.* ibi: *omnia vini appellatione contineri, quæ vini numero paterfamilias habuit: igitur, & acetum, quod vini nomine paterfamilias habuit, Jo. de Platea in l. 1. C. de erogat. mil. annon. lib. 12. Jo. Sayson in consuet. Turon. des droit de basse Iustice art. 5. in tex. & ne sint lapoche.*

Quamobrem frustra deludat *Salerni Schola* docens,

quo

42 qun vino utendum, vel valentibus, vel ægris, cum canit;

Vina probantur odora, sapore, nitore, calore.
Si bona vina cupis, fac quinque probentur in illis.
Fortia, formosa, fragrantia, frigida, frisca.

De quibus meminit *Cassan. in Catal. glor. mund. p. 12. consid. 84. num. 1. Alex. Petroni cap. 20. lib. 2. Bologaet. in l. cum quid. n. 22. si cert. petat.*

Execranda enim istorum arte fit, ut vnum vini genus adsit, pessimum nempè; illudque tanta aquæ vi dilutum, ut potantibus, neque aqua videatur, neque vinum.

Cui cauponum perfidiæ, ut mederentur, non destitere ij, quibus huius Regni cura demandata
43 est, pragmaticis acerrimas pœnas minitari; ac cavere, ne quis vinum, quod abiret in acetum, vel aliter mixturatum; ausit vendere, at prò fædam, inexplicabilem, immanemque cauponum avaritiam, quò plura fiont in eos edicta, eò plures fraudes patrantur, in quos invehitur *Gaspar Mantius in decis. Palat. q. 25. n. 5.* inquiens: *Atqui caupones sæpe tàm sunt malitiosi, ut vinum melius cum deteriori, vel cum aqua misceant: qua mixtura, neque toleranda, neque occasio ei præbenda, sed omnibus modis præcavenda.* Hinc si quidam Polonus, ut ait idem *Mantius loc. cit. num. 1.* cum degustasset in Bavaria nationale vinum, quod vix distat ab aceto, irridens, dixit: *O felix patria, in qua acetum, quod non alibi non sine magno labore, ac studio fit, sponte nascitur*; dicere possemus festive, ò ter felix Parthenope, in qua, vel perenne est vinum in dolijs ex artifici cauponis manu, vel in qua, ne merum humores alteret, hominumque valetudini obsit, vel ne studijs illud officiat, (teste *Horat. Lucio in tract. de privil. scholar. in præfat. n. 17. int. tract. t. 18.*) in ipsis dolijs vini subcrescit aqua.

Cauponum, & conductorum doli, fraudesque vectigal vini ad minutum, ex cujus annuis red-
44 ditibus tot alebantur pauperes, tot loca pia vigebant, ad exterminium vsque pertulerunt.

Graviter igitur puniendos censeo istiusmodi homunciones, qui pharisaicam hypocrisim, in moribus adeò detestandam, & a qua natura tantum abhorret, in ipsis quoque invehunt artefactis. Conferunt, quæ de publicanis Romanis scripsit Cic. ad Attic. *jam illa causa Publicanorum, quantum acerbitate afferat socijs intelleximus ex Civibus, qui nuper in portorijs Italiæ tollendis, non tam de portorio, quàm de nonnullis injurijs portitorum querebantur. Carol. Segon. de antiq. cap. 16. lib. 1.*

Huic vectigali, imò dixerim, tanto pupillorum, viduarum, aliorumque inopum patrimonio
45 invigilans, ut par est, Exc: D. Marchio de los Velez in hoc Regno Prorex, postquam plura mandata mihi uti huius vectigalis Delegato iniunxit, qui sanè omnes conatus, omnes vires mei ingenij, quodcumque sit adhibui nè vectigal istud penitus deperiret, novissimè re ipsa executioni nunquam anteà tamen demandatas Regias literas, datas sub diebus 22. Junij 1660. 30. Octobris 1672. ac 18. Martij 1675. exequi mandavit; in quibus S. M. jusserat, ut clauderentur omnes, quæ in privatis ædibus erant vini tabernæ: nulla habita personarum, cujuscumque forent conditionis, ratione; omnesque aliæ, quæ in albo prædicti Arrendamenti non descriptæ, à Principum tamen Residentibus, vel militum Tribunis palam habebantur; cum ageretur in hac re interesse Consignatariorum, quod non sine scrupulo posset omitti. Primò igitur, ut foret exemplo, jussit occludi tabernam, quæ in Regijs ædibus erat, vigore rescriptorum ex bellico scrinio expeditorum sub diebus 16. Julij, 1. 4. & 23. Augusti instantis anni 1678. Hinc spe-
46 ratur maximum levamen Arrendamento, ex quo tot pauperum pendent alimenta, accedentibus maxima tanti Principis protectione, maximaque Ill. D. Ducis Campimele D. Troiani Mirobállo Delegati mei successoris vndequaque integerrimi, ac spectantissimi viri cura qua supplebit nostris defectibus, qui non quidem ex voluntatis pravitate, sed ex intellectus imbecillitate ortum duxerunt.

Esset expediens valdè adæquatum deductum multotiès, & pro quo instant assiduè Deputati; si vtrumque arrendamentum, & vini ad minutum, scilicèt, & vnius aurei in singula dolia, vulgò *docato à botte*, vniretur. Sic enim vnusquisque posset vendere vinum domi; quamobrem quilibet Civium certatim conaretur venalia habere optima quæque vina, ut citiùs vendat, nec quereretur Populus conductorum, seù cauponum astus, fraudesque. Servatur hoc, non modò in plerisque Regni civitatibus, verum etiam in florentissimis Italiæ vrbibus, non exigua omnium civium, necnon advenarum lætitia. Et licèt aliquantulum vectigali superadderetur in singulis dolijs, id non haberetur onus, sed beneficium potiùs, quod peræquè gratum esset omnibus, attentis ementium satisfactione, ad vendentium lucro, quod ab vnione prædicta esset veret.

Hæc autèm vtriusque arrendamenti vnio nullam fert mutationem substantiæ in vectigali, sed formæ tantùm; & sicut magis, minùsque substantiam non variant, sic etiam, quod exigatur gabella, seù vectigal isto, vel alio potiùs modo, nulla Aleavalæ, & vectigali mutatio substantiæ infertur; quia quoquo modo fiat hæc exactio, comprehendetur semper sub nomine datii, gabellæ, seù vectigalis; quæ tria idem sonant, promiscuèque accipiuntur nostro *Vlpiano* teste in *l. inter publica, §. publica, ff. de verbor. sign.* ubi explicans publica vectigalia, ait, ea esse quamcumque solutionem, quæ Fisco persolvitur, ibi: *publica vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal Fiscus capit: quale est vectigal portus, vel venalium rerum*; hi autem sunt duo modi, quibus hac in re vtimur; primus enim est, quem servamus in vectigali vnius aurei in dolium, alioque nomine nuncupari posset Portorium, nempè à portando, seù à portu, quia Portitori solvitur, ut ait *Cicer. & Plaut.* quos citat *Rebuff. in d. l.*

inter

Inter publica, 17. *ff. de verbor. signif.* verbo, *vectigal.* quando invehitur vinum intra mœnia secundus est, quando solvitur vectigal rerum venalium, quale est Tertiaria vini, quæ persolvitur ad rationem tertiæ partis de quolibet vini genere venditi in tabernis, quod à Romanis exigebatur ad rationẽ octavæ, eiusq; exactores vocabantur exactores octavarii, ut habetur ex statuto *Grat. Valen. & Theod. l. à legas* 8. *& l. ex præstatione*, 7. *C. de vectigalib. & commiss.* sic in Gallia solvitur ex vini doliis octava, aiente *Rebuff. in repet. d. l. inter publica, ff. de verbor. signific.* verbo, *venalium*; quæ impositio antiquitùs vocabatur vectigal decumarum, hoc est solutio decimæ, seù gabella decimæ partis; vndè propterea maior Publicanorum appellabatur decumanus, princeps publicanorum; quod quidem vectigal, teste *Ausonio Pediano* exigebatur à frumento, vino, oleo, aliisque minutis, ad differentiam illius, quod solvebatur pro pascuis, ac portorio rerum, quæ invehebantur vel extrahebantur, ut ait *Prateius in lexic. verb. vectigalium*, *Goth. in d. l.* 17. ubi *Alciat.* Istæ autem exactiones, licèt multifariam fierent; ab *Vlpiano* tamen sub unico vectigalis generali nomine comprehenduntur. Si igitur vectigal est, tàm exigi aliquid in portis, seù in ingressu vini, quàm in venditione, non erit sanè mutatio, seù novitas arrendamenti: si quod solvitur de vino ad minutum ad solutionem in singula dolia transferretur; idem est enim vectigal in substantia, materia, & qualitate, licèt non in quantitate; cum ex hoc minuatur derictus, seù vectigal vini ad minutum, prout in pluribus sessionibus ordine Excell. Domini coram me sectis fuit consideratum.

Idipsum experientia rerum magistra indicavit In vectigali, quod primitùs persolvebatur de farina tantùm, non verò de frumento, quod invehebatur, in ipso ingressu quamvis adhuc adnotaretur frumentum, ut de quo rationem reddituri essent cives suo tempore. Cum autem incomperto esset, id ansam fraudibus dedisse annuente Excell. Prorege illius temporis, mutata fuit forma vectigalis: nempè, quod persolveretur in ingressu frumenti, ut odierna servat praxis; nequè hæc nuncupata fuit mutatio, seù novitas, sed forma potiùs tutior, quæ fraudibus obsisteret. In hoc tamen casu potuisset aliqua subesse suspicio mutationis; quandoquidem datium, seù vectigal, quod solvitur pro rebus, quæ invehuntur, ut ajebat *Bar. in l. vectigalia*, 10. *ff. de publ. & vectig. Rip de pest. c.* 5. est contra ius, in eoque non datur extentio de una ad aliam rem, sed tantùm in ea specie rei, in qua est impositum vectigal, non in similibus, *Guttier. de gabell. cap.* 20. Hinc si vectigal solvebatur de farina, non potuit solvi de tritico absque novitate quadam impositionis; licèt enim in tritico contineatur farina, quæ moliendo detegitur, teste *Caja in l. adeò*, 7. *§ cum quis, ff. de acquiren. rer. domin. Rip. loc. cit. num* 46. *Rovit. cons.* 42. *lib.* 2. re tamen vera triticum non est farina. Indò cum dubitatum fuisset, an vectigal, quod debetur de tritico, debeatur de farina, ajebat *Fel. in cap. Ecclesia S. M. de Const. & Rip. loc. cit.* quod ad evitandas fraudes solvi debebat de farina, quippè eadem erat *ratio*, seù Usio, ut refert *Budæus* in eius *annot.* & *I. G. in d. l. in venditionibus*, 9. *§. fin. ff. de contrahen. empt.* non sic è contra, cum triticum possit in farinam verti, non idem farina in triticum, ut perpendit optimè *Io. Franc. Rip. in d. tract. de pest. c.* 5. *à num.* 44. & videndi ad rem *Surd. dec.* 159. *Bertachin. de gabell.* 8. *par.* verbo, *secundo loco*; *q.* 10. *num.* 14. *Guid. Papa dec.* 373. *Clar. §. fin. q.* 82. *Bovad. in politic. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 23. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 151. *& cons.* 106. *num.* 39. *Azeved. l.* 25. *num.* 11. *tit.* 18. *lib.* 2. *nov. recop. Antonin. resol.* 33. *num.* 1 a. *lib.* 2. *Camill. de Medic. cons.* 97. *Pechius de testam. coniug. lib.* 5. *cap.* 13. *num.* 1. *Barrii de success. lib.* 9. *tit.* 9. *num.* 5. Nihilominùs translatio vectigalis de farina ad triticum fuit deducta ad praxim facillimè, ac nemine obstrepente; an propter rationem, quam attulit *Rip.* ibidèm, dicens, posse fieri transitum ad effectum, ac rem non permissam per media non prohibita, ex *Ulpian. in l. & per jusjurandum*, *§. & si fidejussori*, *ff. de accept.* hoc est, transire ad solutionem vectigalis pro tritico non permissam per medium non prohibitæ impositionis de farina, dummodò absit dolus, & fraus ex edicto *Imp Justiniani in l per diversas*, *& l. ab Anastasio*, *C. mand.* an potiùs, quia favor publicus, de quo agebatur, sustinebat extentionem ex identitate rationis, *l. illud*, *C. de sacrasanct. Eccl. Rip. num.* 45.

Hinc si in tritico, in quo nullum erat impositum vectigal, introductum fuit vectigal, quod solvebatur de farina, ad evitandas fraudes; posset fieri tutius, ad easdem cavendas, in casu vini, in quo non agitur de imponenda majori solutione, sed de persolvendo eodem vectigali in substantia, & qualitate, mutata tantùm favore publico exactionis forma. *Secundum* enim *varietatem temporum*, dicebat *Innoc. III. in cap. non debet*, 8. *de consang. & affinit. statuta mutantur, præsertim cum urgens necessitas, & utilitas id exposcit*, *Martinus in cap. & si illa*, 23. *caus.* 1. *q.* 7. & *Divus Thomas*, *p.* 2. *q.* 97. *art.* 2. *ad* 1. inquit, *ubi, vel utilitas loquitur, vel necessitas expostulat: rerum ordo mutandus est*, & non dissentit *S. Augustinus lib.* 1. *de liber. arbitr. lex temporalis, quamvis iusta sit, commutari tamen per tempora justè potest*, necnon *Iustinianus & Ulpianus in l. prima*, *§. sed in hoc*, *& §. sed quia*, *C. de veter jur. enucl. in Auth de quæstor. in princ. in Authen ut omnes obed. iud. prov. §. si verò ille*, *in Authen. de non alien. §. nos igitur in princ. in l. in rebus* 2. *de constit. princ.*

Et quia id fert secum non parum temporis, ut statui possit, apprimè utile censerem, si interim unus, & idem Minister utrique præsit arrendamento; non enim, nisi in alterius iactura, alterum vectigal commoda sentit, qui quidem, debita, qua moris est, prudentia, Gubernatorumque integrarum vigili solertia, æquè consulet utriquè, nè alterum ex altero prægravetur, & nè vinum in loca prohibita provehatur; utque, servatis utriusque vectigalis instructionibus, unumquodque vectigal, quod suum est, agnoscat; ad quod forsan præludens Excell. D. Prorex,

rex, & Collaterale Consilium, quærentibus
arrendatoribus, & conductore vectigalis au-
rei in singula dolia in me, qui ut delegatus vi-
ni ad minutum sinebam multa innovari contra
solitum, in notabile illius detrimentum, quò
eorum delegatus justitiam faceret, ut ego ipse,
pro indemnitate utriusq; arrendamenti provi-
derem, jussit hujusmodi consulto. *Die 17. men-
sis Novembris 1676. Neapoli. Lecto iterum S. E.
in R. Collaterali Consilio memoriali porrecto pro
parte Petri de Honufrio affictatoris arrendamen-
ti del docato à botte, visaque replicatione in
calce ipsius facta pro parte Mag. Gubernatorum
arrendamenti vini ad minutum, visis viden-
dis. Ill. & Exc. D. Vicerex, Locumtenens, & Ca-
pitaneus Generalis providet, decernit, atque
mandat, quod M. Delegatus vini ad minutum
de justitia provideat pro indemnitate utriusque
gabellæ; hoc suum. Galeota Reg. Carrillo R. Calà
R. Soria Repente Nicolaum Villanum scribam à
mandatis.*

Hujus autem opinionis censuram remitto saniori
iudicio Superiorum, qui rem optimè cogno-
scunt, quique orti sunt publicæ incolumitati,
ac felicitati. Salutem enim Reipublicæ tueri,
nulli magis convenit, quam Princip, *Paul. in
l. nam salutem, ff. de offic. præf. vigi.* & *Jo: Co-
chier. in thesau. polit. lib. 4. ca. 5. bonum publicum*,
inquit, *spectandum semper*, monitu *Æliani lib.
8. histor.* dicentis: *ne quidem verbum ad popu-
lum, quod utilitati civium repugnaret*, & pro-
indè *Plutarch.* monet, *omninò consultum est, ut
in omnibus consultationibus honestum semper,
& bonum publicum præ oculis versetur.*

Minuta sunt hæc, sed notabilia; sæpiùs enim è
minimis majora insurgunt mala; idcircò mini-
ma quoque nec contemnenda.

Medicus itaque (ut è semita redeam ad viam
47 fidem faciens debet esse peritus, alioquin non
sufficeret *Gl.* monet in *l. ab hostibus, §. si vir, ff. so-
luto matr.* cum idem sit non adhibere, & adhi-
bere imperitum medicum, *l. quod si nolit. §. si
mancipium, vers. culpam*, ibi: *Etiamsi non
adhibuerit medicum, vel malum adhibuerit*,
& ibi *Bal ff. de ædil. edict.* & *Paris. in tract. syn-
dic. vers. negligentia, 5. colum.* & verb. *tortura,
vers. officialis posuit ad torturam*, admonet, quod
carcerati infirmitate allegata, cum instantia, ut
vinculis solvatur, nimis diligens, atque cir-
cumspectus debeat esse judex adhibendo
medicos, qui non decipiant, neque de-
cipiantur; & si pro ære alieno carceribus
sit mancipatus, creditores requiri faciat, inse-
quitur *Baiard. Foller.* memor, ad *Clar. q. 34. num.
23.* Undè medici depositio non probat, nisi dili-
gens præcedat judicis inquisitio, ex *l. semel*, ubi
*Bar. C. de re milit. lib. 12. Alex. in proem. ff. 3. col. in
fin. Corf. in suis notab.* verbo, *medicus*, & aliis, ad
vertit *R. Tapia lib. 3. jur. Reg. Neap. tit. de excep.
pag. 104. sup. hoc Rit.*

Quæ omnia judicis arbitrio jura remittunt, ut in-
frà notamus sub *num. 71.* qui attentis facti
circumstantiis, eligat quem maluerit, maximè
notoriè peritum, & eminentis professionis, etsi
à curia non salariatum, qui alia non indiget
approbatione: notoriè enim liberaliter erudi-
48 tus, & habilis examinari non debet, *Epis. Ricc.
dec. 139. num. 1. & 140. num. 3. Prat. respons.
crim. 30. num. 17.* Scholaris indè peritus debet
doctorari absque examine, *Panorm. in cap. con-
stitutus, il 2. de appel. Alex. in l. prima, C. de Ath-
let. lib. 10. Anton. Scopp. de iur. non scripi. lib. 3.
cap. 112. num. 4.* ex aliis, quos laudavimus in
rit. 101. ex num. 51. tom. 1. & me adducit *Altom.
ad Rovit. cons. 8. num. 10.* & repetit *cons. 47. n. 9.
tom. 3.* sed contradicit *Recch. in glos. ad privil.
Colleg. pag. 98. & 99.* Ex hoc justificatur statu-
tum, & consuetudo Almi Collegii Neapolita-
ni, vel alterius admittentis scholares ad gra-
dum doctoratus absque punctis taxativis, qui,
vel publicè sunt interpretati, vel disputarunt;
49 nàm ex utroque actu peritus præsumitur,
quod declarat *Alex.* ibidem, non obtinere, si re-
quireretur pro forma, ut in doctoratu adhi-
bendum sit examen. *Bald.* propterea *in l. sed &
reprobare, §. ampliùs num. 2. ff. de excus. tutor.*
(cujus meminimus in *ritu 63. sub num. 8. t. 1.*)
notatu dignum affirmat, quod homini scien-
tiæ multum eminentis maior prærogativa de-
beatur, & ipsius favore possit recedi à nume-
ro, & a communi statuto; infertur proindè ad
statutum, quale est Bononiæ, ut Doctor fo-
rensis non possit legere de mane, vel ingredi
Collegium Doctorum, quale extat in hac flo-
50 rentissima Civitate Neapoli, Salernitana, &
aliis, quod etsi validum, locum non obtineat
in Doctore eminentis scientiæ, ex *cit. tex. in l.
sed, & reprobare, §. ampliùs, vers. valdè tamen*,
atque ex eo *Barbatia in rub. de reb. Eccles. non
alien. num. 13.* nominatim resolvit in Collegio
Doctorum, illumque profitetur esse casum sin-
gularem, literisque aureis notandum, insequi-
tur *Catellian mem iur.* verbo, *statuto cavetur*,
quem adduximus *in cit. rit. 63. num. 9.* Simile
est, quod tradit *Felyn. in cap. cleric. col. 1. de iu-
dic.* laicum purum propter excellentem ipsius
scientiam posse eligi in Episcopum.

Hinc durum semper visum mihi fuit P. Fragosii,
51 viri cæteroqui peritissimi; dictum illud, in
*tract. de regim. Reipub. tom. 1. 8. q. num. 228. pag.
71 a.* simpliciter intellectum, nempè medicum
annosum, & expertum etiam mediocriter pru-
dentem præferendum esse medico juveni do-
ctissimo. Nam licèt verum existimem, non esse
commendandos medicos juvenes, experimento
52 destitutos, ingenio suo fidentes, ut notat
*Mandos. in prax. tit. de ingratitud. vers. quid tan-
dem dicam*, quos pestem in patriam *Alber.* vo-
cat *in l. providendum in princ. C. de postul.* pro-
indè addit *Rebuff. tom. 3. ad consti. Reg. in tit. de
mater. poster. art. 13. Gl. unic. num. 13.* Schotos
53 solere mittere in Angliam medicos juvenes,
ut ibi medicam artem exerceant in gravem ini-
micorum perniciem, *Jacob. Baron.* insequitur de
*privil. jurisconsult. 3. par. priv. 55. num. 4. Cened.
ad decretal. collect. 193. num. 10.* Ex quo tam
opus sit medico senectus, propter quam nan-
ciscitur experientiam, ut antiquitas finxit Æ-
sculapium habentem primarium Sedile in illa
arte, barbatum, innuentes in medico multa-
rum rerum usum, & experientiam requiri, te-
ste *Valer. Maxim.* apud Stratonicum maximè in

laude

laude existimabantur, qui ætate laborabant,
inquit *Anton.in Meliss.p.1.serm.* commendantē
quendam medicum, his verbis: *Laudo tuam
experientiam, quia non sinis infirmos compu-
trescere, sed statim eos à vita liberas*, scientia
enim experientia, & conscientia medicum de-
cet; undè *D.Staib.lib.1. resol. forens.100. ex n.*
273 lepidè, eruditè, juribus, rationibus, ac au-
54 thoritatibus contendit, officia esse conferenda
tantùm viris maturæ ætatis, ac senibus, *Solorz.
de jur.indiar.tom.2.lib.4. cap.4. num. 8. Paul.
Zacb.de medic.legal.lib.1.tit.1.quæst.1.Mastrill.
de Magistrat.lib.2.cap.5.ex num.4.* Adductæ ta-
men authoritates sermocinantur ex præsum-
ptione ineptitudinis, intemperantiæ, juvenilis
caloris, aliarumque qualitatum, quæ in juve-
nibus adesse soleot, at juvenibus virtute, pru-
dentia, religione, ac scientia præditis, inge-
nio senibus, cur major non est adhibenda fides,
quàm seni minùs perito? cur non sunt pariter
conferenda officia: cum non canicies commen-
detur annorum, sed morum, *Gregor. moral. lib.
3. & Tacit.lib.11. annal.* notat, quod apud ma-
55 jores virtutis id præmium fuerat; cunctisque
civibus, si bonis artibus fiderent, licitum pe-
tere Magistratus; nec ætas quidem distingue-
batur, quin prima juventus consulatus, & di-
ctaturas inirent, & expressè voluit *Justinian.
Imperat.in § plane, Auth.de Monacis* & observat
Salyc.in cit.l.providendum, C.de postul.
Gulielmus Durandi Speculator appellatus, in pri-
56 ma sua iuventute opus legale, quod Speculum
nuncupavit, immortalitati consecravit, *Paul.de
Castro in l.anteà, C.quib.appellar.non est permis-
sum. Nig de laudens, tom.1.q.6.tit.1.num.3. Bar-
tolus:* auriga Jurecosultorum, teste *Marant. p.4.
dist.9. n. 63.* dùm decimum septimum agebat
annum, causas, in foro patrocinabatur, ut
ipse testatur in *l.quidam cum filium, ff.de ver-
bor.oblig.& Angel.in l.1.§.initium, ff.de liber. &
postum.* qui etiam de se ipso ait, quod viceca-
rius cœpit causas agere, & alii sexcenti; Un-
dè senes non sunt dedignati juvenum adsectari
opiniones, teste *Paulo in l. si servum Stichum,
§.sequitur,* verb. *Celsus adolescens, ff. de verb. si-
gnif.* ubi *Imol.Jas, Alex.* & alii. Et *Ripa de peste*
57 *num.*60.admonet, ut advocato seni juvenis do-
ctus semper associetur, *Paul.Xamar.de offic. iu-
dic. & Advocat. par. 2. qu. 2. num. 14. Consal.
ad tex.in l.unic.§.11.nu.29.C.si quis Imp. male-
dix.* notans *num.*25.à iure improbari, quod oi-
mis senes efficiantur iudices, ex *l penul. in prin.
ff.de vacat.mun. Glos in cap.nisi cum pridem, §.
alia, & in cap.1.* verbo, *senectutem, de renun-
ciat. Archid.in c.santa 86.dist, Segura in director
iudic.par.1.cap 4.in fin. Viv. decis.243. num.21.
lib.2. Narbon.de ætat. anno 30. quæst.2. num.8.
Domin. Antunez Portugal.de donat. Reg. par. 2.
lib.1. cap.12.ex num.*26.potissimùm sub *n.* 32.
conferunt tradita à *Sylv.nupt.lib.2. ex num. 3.
& 6.*
Quin *Carolus Anton.Moccia* patritius Neapolita-
nus, *Dom. Consil. Staiban.* ex sorore nepos, *in
sylva cas.forens.cap. 69. ex num. 25.* illo citato
mem. *resol.* 100.ampliat, hujusmodi juvenes in
dignitatibus, & officiis præferendos esse seni-
bus prudentibus, etiam paribus, *arg. tex. in cap.
nunquam 56. dist. cum Glos. & Apostill. Archi-
diac. ibidem.* Senectuti tamen semper honos, ac
reverentia debetur.
Fides verò medicorum, qui in cura infirmi sio-
58 terfuere, circa causam subsequutæ mortis, fidei
aliorum medicorum, qui non intervenerunt,
juridicè prævalet, *Rota* perpendit in una Ro-
mana causa partus 6. Junii 1580. ut apud *Rot.
divers.decis.701.par.1.in fin.*& alias decrevit co-
ram Eminent. *Purpurato Cavalerio* ipsemet te-
statur *dec.220. num.7. Novar.* insequitur *decis.
Apul.106.*
Licere autem fisco, allegata infirmitate rei citati,
59 probare contrarium; nempè nunquam illum
morbo laborasse, vel convaluisse, notant *de
Leonard.in pract.official.cap.13. num.27. ver. &
nota. Scialoy.in prax.for.judic. cap. 8. num.70.&
102. Novar.dec.75. num.4.* ex *Mansuer. in prax.
tit.de contum. à num. 24. & Carav. in hoc ritu*,
praxim adducens, quod soleat provideri, *capia-
tur informatio*, & de absentia loquuti sumus
antecedenti *rit.sub num.*18.
Quibus nè verò credendum, quando plures me-
60 dici inter se discordant? si credere velimus *Pe-
risalvo Faustino de medicina*, nulli fides ha-
benda.

*Heù mihi quàm stultum est medicorum cre-
dere nugis,
Quàm sæpè hos videas morbo laborare mo-
lesto*

Hadrianus Imperator medicinæ studiosissimus, &
fortasse plus nimio, in sepulchro suo inscribi vo-
luit; *Turba medicorum Cæsarem perdidit, Dion.
in Adri. Gulielm. Boekel de public.judic.§.18.vers.
verùm veri medici, pagina* (mihi) 154. Arbitror
illum huc detorsisse Græcum proverbium, πολλοὶ
στρατηγοὶ κάριαν ἀπώλεσαν πολλοὶ δὲ ἰατροὶ τὸν βασιλ-
έα ὤλεσαν Quanquam, & hodiè verum est, turbam
medicorum causam esse mortis. *Menander. Mul-
torum medicorum ingressus me perdidit.*
Standum dicto seniores, tradunt *Tiraquell. de pri-
mogen. in præfat. num. 155. Cassan. ad consuet.
Burg fol.70. num.4. Barb in collect.tom.3. ad cap.
significasti 2.de homicid. num. 5.* qua de re latè
*Farinac.de homic.quæst.127. num. 101. & sequ.
Guazzin.defens.4.cap.12.per tot. Giurba d.consil.
43. num. 28. vers non obstat quintum.* Verùm
Mascard. distinctius difficultatem solvit *de pro-
bat.conclus.1028. num. 46. & 3174. à num. 40.*
quando nempè dignitas, & peritia medicorum
contraria asserentium esset æqualis, credendum
est majori parti ex *l.1.§.1. & § si omnes, vel plu-
res, ff de vener.inspic. Afflict. decis.1. Juven. satyr.*
13.
Curentur dubii medicis majoribus ægri.
Si duo periti discordent, standum est peritiori, post
alios *Capol. 28. num. 23.* si igitur quæritur, an
vulnus sit lethale, chirurgus medico præfertur,
Mascard.cit. ex Glos.in c. ut veterum 9 dist. ille
enim circa vulnus censetur peritior medico.
P. Pereyra de academ.lib.8. quæst.4. num 1359.
*disp.*3. quod si plures medici imperiti discor-
dent cum paucioribus peritis, his omninò cre-
den-

dendum,monet *Specul. tit. de homic. post princ. verb.de facto quaritur. Baorn.de effect.inimicit. effect.37 num.*38.Si omnes essent æqualiter periti, & æqualis numerus, standum est iis, qui magis verisimile dicunt, *Capol. cons.61. Bal. in cap.1.in princ.quib.mod feud.ami. in usib feud.* P. *Pereyra cit. loc. n.* 1360. *Ric.* ad rem *collect.* 3065.*&* 3391.

Si physicus, & chymicus diversam de ægroto
61 sententiam ferant, cuinam fides præstanda sit, physico nè,an chymico? in dubium revocatur. Nemo enim est, quem fugiat, adeò inter hos facultates hac præsertim tempestate exarsisse dissidia, ut earum fautores sæpè ad academias in arenam veluti theatralem, gladiatorio sanè animo, turmatim conscenderint, quisque pugnaturus pro sua. Audiatur, itaque, quid hac de re differat chymicus, quid physicus differat. Ipse ambos in arenam expediam; legentium erit intueri, quibus armis se mutuò petat: quibus præsidiis tueantur: qua vi, quo robore rationum tela vibrentur: quibus vitentur effugiis, qua virium firmitate propellantur; denique vobis, alterum victoria decorabit, alterum pugna.

Ecce primus causam suam suadere ex physicorum
62 agmine unus. Hic sui incuriosus, totus eum impetendo hostem. Quis est,inquit,mentis adeò deturbatæ, tàm effrænatæ audaciæ, consilii tàm deperditi, ut chymicæ potiùs, quàm physicæ fidem esse præstandam asserat? non nè chymica illa est, quæ sapientium quamplurimorum suffragio in exilium est pulsanda,à privatis etiam conventibus, nedùm à publicis academiis? quem fugit, ejus pharmaca non solùm non esse tuta, verùm etiam perniciosa; & quæ malum non expellunt, sed vel secum ipse ducunt, vel inventum augent? quis hac de arte periculum adhuc fecit? Quos melis gravatos ejus ope deproperans fatum fugisse vidimus? Quis antiquorum illa jactat pro sua? Loquetur *Germ. Contem adverf.Paracel.Qua à Diis inventa, legibus exculta, & praceptionibus à Philosophis in Artem confirmata, ut hominum universa generi maximè salutaris,omnium commendationibus celebratur; nunc quasi deformato vultu, ac statu, circumforaneorum myrathecis,paracelsistarum pyrotechniis,& sycophantarum versutiis ità miserè ludificatur; & importunis, procacibusque circulatorum conviciis traducitur, ut pannosus Thelefus in vulgi scena esse videatur*, & *Fernel. de lue venerea.*

Crede ratem ventis, corpus ne crede Chymistis;
Est tali Chymica tutior unda fide.
Vestrum nemo bonus, vel si bonus obtigit ullus,
Nescio, quo fato res mala facta bona est.

Audiatur *Trincavellus Chymista lib.1.de compos t. medicam.c.*15. hanc veritatem optimè noscens, sermonem habens de mineralibus, inquit, *Sapè enim adeò naturam conturbant, & tantoperè exagitant, ut omni, qua potest vi, susquè,deque se exonerare cogantur*, & pauló antè. *Sed atque benignam, ac tutam, atque Manua, Cassia, & Sena, nemo mihi persuadebit: illorum enim unius grani pondere, homini plus nocere, quàm horum semiuncia possunt.* Et *Magnenus in Democrita*, sivè *de atomis disp.1.cap.2.* inquit; *Chymicorum plurimi à suis officinis egressi ab alambichi fulcris tanquam ab Apollinis tripode revelata sibi arcana jactant: & ea loquuntur, qua nec ipsimet intelligunt*, cuius dicti ratio traditur à *cit.Germ.Gour.in disp.adver.Paracelsum*, his verbis. *Quod solent illi nebulones, qui se falsò crocodilorum convictores, & ex Nilo compoteres credi volunt, antiquum Chemeseni genus, undè fortassè Chymistas non absurdè majores nuncuparunt, sibi de pera, & cupa novum non in scholis, sed emporiis, & lustris idioma fingere, quo credulitati, & simplicitati plebecula fallaciter illudant, præsentium loculos excutiant, & festivissimè nummos expiscantur, dùm se ex vultu, manuumque ductibus mores, cujusque fortunamque scire profitentur; sic illi sordidis, & inauditis vocabulorum ambagibus res praclarissimas involvunt; & suis idiotismis à sensibus remotissimas sic obscurant, ut penè soli suis sterquiliniis, et fornacibus frui velle videantur*, & de his sermonem habent *Ann.Robert.rer.judic.lib.1.c.5. Zacch. de medic. legal.lib.6.cap.*11. Hi sunt, Physicus clamat,qui in vasis jactura artem figulinam experiri volunt,*Lev Lemn.de occult.nat.mirac.1.cap.*17. & per experimenta sua faciunt funera,*Plin.lib* 29. *nat.histor.cap.*1.qui unum omnibus aptum medicamentum morbis censent, cum tamen eadem medicina eumdem non semper tollat adfectum, *Petr.foresti obser.3.in schol. lib. 6. de febr.pestilent. tract. pagina* (mihi) 17. & *observat. 17.in schol.lib.pag.*110. exemplum adducens de quodam omnibus purgationibus theriacam imponente, & *Laurent. Hofman. de us. & abusu chym.*admonens, quod idem remedium homini salutare est, & calamitosum: nec una fideli à curandum: nec artifex quodvis opus, quodcunque voluerit per quævis instrumenta perficere poterit; nullus morbus omnibus est idem; neque ullum remedii genus est, quod eandem habet vim, & efficaciam in singulis, *I. Heurn. lib.3.method. ad prax.* quorum medicorum tota ars hac constat triga; *Omne laxum adstringas, omne strictum laxes, omne cavum impleas*, *Guil.Boekeli de public.judic. disquis.6. num.*18. *vers.proinde si vel noxiis*: ideoquè monet *Levin. Lemn. cit. loc.* caveat unusquisque sibi ab illis medicastris, nè ipse fiat homicida corporis, quando talem expetit, qui nihil in arte medica didicit.

Quid adhæc Chymicus? Physicæ nè tota fides
63 chymicæ nulla? hæc ablegandà à literatorum conciliis, illa ubique gentium prælegenda? ergo nè tam altè quosdam perstrinxit audacia ut hæc in egregiam, præstantissimamque facultatem audeant effutire? et quid est in causa cur scioli homines, & eruditulistam iniquè faciant? ajunt, chymicam novam esse facultatem, adeòque nulla fide dignam; chymica facultas nova? ergò nova erit physica, nova Rhetorica, Philosophia nova; nam omnes hæ disciplinæ, vel uno, eodemque tempore, vel

minimo temporis intervallo dissitæ natura præ-
monstrante ipsa, inventæ sunt. Testes sint
Hermetas, Trismegisti, Gulielmi, Aragosii,
Avicenna, Jacob. Sylvii, Arnaldi de Villanova,
Raymundi Lullo, & alii innumeri, qui tot sæ-
cula nedùm annos ante nostram hanc ætatem,
de facultate hac solida volumina conscripse-
runt. Hos, hos authores terant, qui chymi-
cam novam esse dictitant, quia ignorant esse
veterem, & antiquissimam.
At sit sanè, ut aiunt, nova, igitur erit fide indi-
64 gna, & à scholis amandanda? quænam ex
his facultatibus, quas nunciàm senescentes ad-
mirabundo suscipimus supercilio, non fuit
nova? ergò nè tunc, cum novæ erant, erant
succidendæ; incassum tot sapientes, & sæcu-
lorum inventores omnem iam vitam per sum-
mos labores transegere, ut novum aliquid in-
venirent, ut novis facultatibus Rempublicam
literariam decorarent. Stultus Socrates, quod
tanto labore moralem philosophiam primus in-
vexerit orbi, si quia nova, nemini literatorum
erat probanda. Amentes Zoroastes, Anaxi-
mandri, Empedocles, Ctesibii, Theodori, Phœ-
nices, Ægyptii, Lacedæmonii, qui novas fa-
cultates, & artes summo labore, & opere po-
steris tradidere; forsan sapientes hoc deterriti
cessant solidos dies, noctesque chartis insudare,
libris impallescere, ut nova aliqua facultate ac-
perta, dignitatem patriæ, posteris emolumen-
tum, sibi immortalitatem consequantur.
Postremò aiunt Physici, prosequitur Chymicus,
medicamina nostra plus nimio violenta esse,
atque adeò venenosa. At liceat mihi perscruta-
ri, ubi hæc dictitant; & qui sint, qui tantam
dedecoris notam nobis injurant? hac in urbe
hæc tauctare non verentur? in hac, inquam,
urbe, ubi tanta ægrotantium vis, atque copia,
nostra ope à lethi verriculis extorta est? Deniq;
illi hæc effutiunt, qui nulla alia ratione se erigi
putant, nisi cæteros deprimant; & de his lo-
quitur Cassendus lib.4 vita Tychon. Brà. Erant
in his Medici quidem, qui videntur, non modò
ex Dania, sed ex regionibus etiam cæteris ma-
ximam turbam ad Tychonem confugere, &
spagyrica illius remedia, quæ quibuslibet gratis
largiebatur, experiri feliciter, ac morborum,
etiam vulgò habitorum insanabilium levamen
sentire, livore insigni exardescebant, & quà pote-
rant apud quoslibet, Proceresque potissimùm qui-
bus præstabant operam, ipsius nomè traducebant.
Hi sunt, qui remedia mala pejora ægrotis tribu-
65 unt, vel artis ignoratione, vel cupiditate pretii.
Hujus notæ ille erat, qui ut J.C. Alfenus notat in
l.medicus 26.ff.de operis libert. suis libertis cu-
rationis usum interdixerat: ut quò pauciores
essent medici, eò plures ipse haberet ægrotos,
quos semper auro emungeret, nunquam virium
firmitate donaret. Et ilius alius, cujus nomen,
l.si medicus 3.ff. de var. & extraord. cognit po-
steritatis convicio consecravit; qui quendam
leni oculorum morbo impeditum, è quo nullo
negotio convalescere poterat, impiè ad cæci-
tatis discrimen impegit, ut illo abactus timore,
medico suo suos fundos, possessionesque ven-
deret, qua de re Caroc.de locat.& conduct. tit.
de medic q.4.n.13. Pinell.in l.2. par.2.c.2 num.
32.C.de resc.vendit. Baron.de effect.inimic. affect.
37.n.46 & 47 Carpon.ad statut. Medialan.tom.
2.c.356.n.15.& 62. affirmantes, puniendos ju-
dicis arbitrio. Hi sunt, quos diris olim devovit
Plin., eò quod repugnandi studio, nunquam in
66 unam, eamdemque visi sunt ire sententiam, & mi-
serorum salutem per summum scelus negligunt,
nè alteri diversa à se sentienti adhæreant. Hinc
ille circa ægrum inquit Plin. misera sententia-
rum concertationes, nullo idem censente, nè vide-
antur accessio alterius. Horum hominum est ars,
mentiri, fallere, fraudare, furari, atque ex alieno
damno sibi lucrum facere, de quibus And. Li-
bav in tract.de cruentat. vulner pag. 395. Guil.
Boekeli de public. indic. disquis. 6. num. 18. de
quorum centum erroribus libellum edidit Hier.
Cardan. quamvis medicus, & iis signis. Hos
67 etiam sectabant belluæ illæ, quæ cæco impetu,
ac rabie concitatæ ab urbe Salerni, tanquam
è cavernosis latebulis egressæ, optimos thesau-
ros, præstantissima generis humani præsidia,
præcipua urbis, & regni hujus ornamenta,
Puteolanos balneos per summam avaritiam per-
didere, eo adducti consilio, ut quod præsidium
ab ipsa natura largè, effuseque habebant mor-
tales, ab medicis, velint, nolint, petant, &
malè avarèque consequantur, testibus Jo: Villa-
no, aliisque auctoribus: hoc etiam consilio,
atque adeò hac insania incitati ex Dania medi-
ci, Thyconi B. à jàm mòx memorato, omnium
memoria seculorum insigni, fortunis omnibus
expilato, ignem, & aquam interdixere; de
prememoratis verò balneis Capac. noster in histor.
Neapolit.lib.2.cap.23. scripsit: Medici hoc tempo-
re (sed quis medicus? qui Galeni tantùm mo-
thodum legerit? qui impunè homines accidit?)
cum nihil reliqui habeant medendis corporibus,
vel cum re ipsa ignorent, qua morbi genere
ægri sint effecti, ad aquas Bajanas eos rejiciunt,
quas nemini unquam prodesse cognovi. Novi ta-
men stolidos nostræ ætatis homines, qui si cæci
eò proficiscantur, jam se videre cæciores inde
reversi contendunt.
Quid ipse tot inter dissidia dicam? quid afferam,
quod satis accommodè utrique sit, & nemini
grave? certè Horatianum illud mihi jure opti-
mo dicere, quis posset: Mala plenum opus alea
tractas, & incedis per ignes cineri supposito do-
loso: præsertim cum aliqui gravi tulissent, quod
ego non nisi per locum dixerim in tit.99.num.
14.lib.1. medicos scilicèt, aut vivat, aut decedat
ægrotus, æquali èè triumphare, ex Zasio in §.
tripli, Instit.de action. illis namque ab hæredi-
68 bus infirmi mortui salarium præstandum, Glos.
in cap.in summa 83.distinct. Novar. de elect. &
variar for.q.6 num.10 sect.1.ult.impr. idem No-
var.dec.211. Fontanell.dec.423.num.8.lib.2. Ric.
collect 336c. Velasc.de priv.pauper.q.28 n.29 p.1.
& memini Const. Regni exordientis, quia nun-
quam sciri sub Rub.de medic. cum qua concor-
dat cap. Regni Sardiniæ, quod non asservasi in-
dicant Consil.de Xarta ad comment. illius Regn.
capit.lib.3.tit.11.de salar.& diet. cap.39. nu. 1.
prout illa Const. in hoc Regno recessit ab aula,
adeòut conspiciatur verum axioma, Dat Ga-
lenus

lenn opes ; & Petrum Apponensem Bononiæ medicum ab Honorio Summo Pontifice ad morbi curationem accersitum, diurnas operas aureis quadrigentis locasse, memorat *Royzius dec.Lituanica 1. ex num.178.* laudatus ab *And. Cesjal.ad tex.in l.unic.C.si quis imp. maledix. §. 6917. num. 50.* Accedit, quod, cum possit homo aliquando, licèt nunc virium firmitatem jactet, inopinantèr, & physica, & chymica indigere, periculosum est alteruttam lacessere : maximè cum utriusque facultatis professore s huius civitatis, viros sapientia, integritate, ac omnium virtutum genere conspicuos summè veneror, atque colam. Utcumquè tamen cessura res est consilii mei summa est : Physicus, ut suæ artis fastigium attingat, chymicus etiam
70 sit, oportet ; ut vehementia mala, vehementibus etiam remediis propellat : sciatque iis opportunè uti ; in chymicis enim medicamentis magnam requirit prudentiam *Hofma. de us. & abus.medicam.chym.pag.* (mihi) 89. quod præcipuum est in medicina, juxtà *Platonis in Timeo* præceptum : *Violentis medicamentis non temerè utendum est.Senec.epist.29.In ipsa desperatione, extrema remedia sunt tentanda*, & *Hippocrat. Extremi morbi extrema poscunt remedia, & malo nodo malus applicandus est cuneus. Carpzov.in prax. crim. par.3. q.101. n.14.* Excusantur proptereà medici desperatam suscipientes curam. *Boer. dec. 323. num.25.* quando cum Asclepiade, *Plin.lib.7.cap.37.*& Apollonio *Phyloſtrat.lib.4.c.16.* in cymba Charontis positum revocare ad vitæ spiritum nequeunt ægrotum; ac nec immortalem mortales præstare possunt ; homo medicus est ; non Deus, regulariter proindè fugienda ejusmodi remedia, monet, *Heurn.*dicens : *fugite nova remedia, quæ turbant, & non purgant, quod decet, in tract. de morb.cap.pagina* (mihi) 155. dicente *Erasto, felix, qui cautè mineralibus ager utitur.*

Quamobrem egregiè *Martin.del Rio* Soc. Jesu, in his facultatibus apprimè versatus : *Chymicam ego artem,*inquit,*quæ medicinæ adminiculatur, sanè laudo, ac veneror* ; & *Petrus Castelli* optimus scriptor in libro de optimo medico his monet verbis. *Mihi verò plurima in mentem veniunt pro chymica facultate dicenda, sed pauca hæc sufficiant, ut agnoscat idiota, medicum undique perfectum, debère etiam esse chymicum: & simul etiam ut cognoscant Pseudomedici isti larvati, qui verbis, & fraudibus confidunt, se illorum agere, quorum impos erat Antisthenis discipulus, nempè libri novi, styli novi, novæque tabellæ; & denuum ut cognoscant Principes, & Respublicæ, quæ medicum advocaturæ sunt, modum eligendi perfectum medicum, qui cum aliis suprascriptis dotibus junctam etiam chymicam possideat.* Et medicus *Mattiolus lib. 4. epist.ad Andr. Plaven.Ausim dicere*, inquit,*neminem medicum absolutum esse posse, imò nec mediocrem quidem, qui in hac nobilissima distillandi scientia non sit exercitatus.* Quapropter si tantorum virorum & aliorum sapientum sententia Chymica medicinæ nèdum adminiculatur, sed necessaria quidem censetur : satis iniquè faciunt, qui illam ex optimarum artium numero expungendam cupiunt. An putamus novercam potiùs, quam parentem nobiscum se prætulisse naturam, ut cum tot viæ pateant ad mortem, una duntaxàt, Physica scilicèt, pateat ad vitam? Igitur si de ægroto aliquid affirmet Physicus, Chymicus neget ; in ferenda sententia utri credendum sit? Non est habenda ratio artium, sed artes exercentium ; volui dicere, si Physicus longo suæ facultatis usu, multa authoritate, ac doctrina probatus : chymicus autem non ità, utique credatur illi. Si hæc ornamenta contingant chymico abhorreant, à physico, credatur chymico. Et quando datur
71 omnimoda æqualitas nempè in peritia, dignitate, & numero discordantium, & verisimilia pro utraque parte sentientium, credendum est magis pro reo absolvendo, *Glos. in cap. clerici 81. dist.Capel.cons.28.num.23.Felyn.in cap. proposuisti num.10.vers.4. Hercul. tract. de probat. negat.n.213.Alex.cons.112.col fin. lib.3. Campeg. de testi.reg.302.vers.3.fallit P. Pereyra de jur. academ.lib.8.disp.3.de Doctor. num.1360. in fin.* ex illo axiomate, in dubio favendum esse reo, de quo *August.Barbos.tractat. de axiom. axiom. 204. Ric.collect. 136. & 1144.* proindè dicebat *Bal.*sequutus ab *Alex.in l.quæsitum,ff. de re jud.* ad infirmitatem probandam duo astantes etiam familiares admitti, quod menti tenendum, clamat *Reg.Tapia loc.cit.sup.hoc ritu*;concinit singularis restrictio ad *Glosa dictum in §. si verò absunt,*verbo *Tabularii, Auth.de hered. & falcid.*quam insequitur *Bal.in Auth sed cum testator,C.ad legem falcid.* quod notandum monet *Roman.sing.365.* ut non vendicet locum in causa criminali, quin tunc non tabelliones præferentur tabellionibus, ex *Bal.*in simili *in l. data opera, C qui accus non poss.*& *Gl.in c.clerici,81.distinct.*observat *Nicol.Pignolati in add.ad mem.sing.Roman.365.in fine.*Undè duobus medicis attestantibus infirmum non decessisse ex vulnere, magis credendum, quàm mille contrarium assirmantibus notat *Paul.Zacchi.q.medit.legal.t.1.*quem laudat *Basilicò dec.43. nu.2. Bertaz.ad patrem cons.59 lit.B.lib 2.* Ex his durum videtur dictum *Muta in Sicil. consuet.42. bu.68.*in dubio judicandum contra percussorem, quem *Baron.* laudat *de effect. inimic. effect. 37. num 42.* & ante ipsos *Bal. in cap. 1. quib. mod.feud. amitt. Corn. cons.274. lib. 1.* quibus inhæret *Calvin.comm.in dub.jur.conclus.758.*qua de re latè *Clar. §. homicidium, ex num.34.*ibique additionator *Hieronymus Giacherius, Mascard.de probat.conclus.1037.Speckan cit.class.num. 16.* Hoc ipsum tandem discreti, & providi judicis remittimus arbitrio, qui ex aspectu infirmi agere etiam posset,& faciei extenuatione, adhibito etiam jurejurando ad indicium confirmandum, illum non levitèr ægrotare. *Bar.in cit.l.quæsitum num.6. Abb.in cap. tamen, num.2.de re jud.arg. l. minor ex aspectu de minor.*& de hujusmodi juramento meminit *Gallesi adduct. tract. de rest. in integ. c. 8. num 352.*

Quid si Protomedicus, & Medicus diversam de
72 ægroto ferant sententiam? utri credendum est?

Cæteris paribus concurrentibus, Protomedico
potiùs præstandam esse fidem censui; is enim
ille est, qui præfecturam in omnes medicos
exercens, dicitur Protomedicus, idest primus
medicus, & Archiatrus, *Pancirol. lib. 2. var. lection.cap.245. Mastrill.de magistrat.lib.4.cap.8. num.* 5.qui debita sibi jurisdictione potest mar-
te suo decernere. Igitur, vel juvenis, & nuper-
rimè doctoratus ille sit: omnibus tamen cùm
73 in publicis, tùm etiam in privatis consessibus,
est præferendus; nihil refragante regula illa,
Episcopum Canonicum sedere, ut canonicum
post antiquiores, in *cap. à collatione, de appellat. in* 6.& ibi *Gemin. Rebuff. Bologn. & cæteri* affe-
rentes, Conciarium in Collegio Doctorum
non præcedere antiquiores, & *Gratian.discept.* 845. *in princ.* episcopum in studio non præce-
dere lectorem in artibus scholasticis, inquit,
nã quidquid sit de illius regulæ veritate, quam
exornant *Felix Centeolor. in tract. de praced. ex num.*19.*de Ponte dec.*2. *Franch. dec.* 138. exci-
tans quæsitum, si Senator in aula patrocinans
causam, locum habere debeat senatorium, vel
ultimum uti advocatus, & contra hujusmodi
senatorem scribit, cui inhæret, attento juris
rigore, *Fontanell.dec.*207.*num.*11. confirmant-
que exorata apud *R.de Marin. resol.* 202. *lib.*1.
& *Mastrill.dec.*130.contradicit verò *Episc. Ricc.* addens ad mem.*de Franch.dec.*138 dignitas pro-
tomedici pertinentes se habet ad actum, nem-
pè ad medicatum, & est cum illo annexa, &
inseparabilis. *Fermosin.in cap.*4. *ut lit. non contestat.* adducens quoque exemplum Protoco-
mitis, his verbis: *Aldo etiam esse dignitatem Protocomitis; imò Regem posse Protocomitem creare in Regno, qui pracedat Comites, si essent tempore digniores.* Alitèr verò dicendum, quo-
74 tiescumque ipsa dignitas impertinenter se ha-
beret ad actum. Concinunt prædictis *Cagnoli* verba *in l.cum quid, de verborum oblig. Prafertur junior in electione, si constat ipsum esse meliorem*; subdit, *quod junior habens majorem dignitatem praferatur seniori*, ex *Alex.*dicente: *Doctor junior, qui habet aliquam dignitatem annexam, prafertur Doctori antiquiori, Fab.de Anna cons.*40.*R.Rovit.in prag.*1.*n.*36.*de tit.*& in
specie *Cassan. in cathal.glor.mund.p.*4. *consid.*32. 38.& 43. & *p.*7. *consid.*12. decisum refert *Thor. p.*1.*compend.decis.*verbo, *pracedentia pag.*405. &
videndi *Reg.Tap.dec.supr.Senat.*21.*Reg.de Ponte dec.*8.*Franc.de Petr.cons.*9.& quæ ipse scripsi in
*rit.*101.*n* 47. *lib.*1. & nonnulla de protomedici
munere, scribunt *Caput. de regim. reipub. cap.*7.
§.14.*num.*5.& 33.*Avend.de exeq.mand.Reg. p.*1.
*cap.*19.*num.*30.*Baron. cit. effect.*37. *ex num.* 69.
August.Barbos.in tract. de potest.Episc. alleg. 91.
*nu.*5.*pag.* (mihi) 630.attestans, in Regno Por-
tugalliæ solere insigniri nobili habitu militari,
Doctor medicus physicus Doctori philosopho
an præferatur? affirmativè respondet *Dec. in cap.si clericum* 31.*de judic.* latèque *Marott. discept.forens.c.*11. potissimum *n.* 24. ad rem alia
congerens, scribit *Basilico dec.*31.& 43.

Cæterum, apertè falluntur affirmantes medici-
75 nam esse artem, occidentem medicum non te-
neri, nisi ad sexaginta aureos, ex *l.*3. verbo *medicis*, & verbo *notarius, C.commun. de legat.* &
non esse medicos majoris authoritatis, quàm
obstetrices, cum has numero illorum I. C. ad-
scribat in *l.*1 §.*sed & obstetrices ff.de var. & extraord. cognit.* Siquidem medicina est nobilissi-
ma, quæ originem ab ipsa divinitate jactat que
de re latè *Tiraq.de nobilit.c.*31. *ex num.* 81. &
*Plin.lib.*29.*cap.*18.*histor.*scripsit: *Apud reliquos*
76 *quoque medicina diis primùm inventores suos assignavit, & Calo donavit: ipsaque ab oraculis deorum multifariam petita est,*& *Quintil.declamat.*268. *Medicina*, inquit, *authores antè omnia accepimus Deos, sivè ut hec infirmitas hominum haberet adjamenta aliqua, atque solatia: sivè tantum huic arti attribuere majores, ut eam vix crederent humanis potuisse ingeniis inveniri*; & sinè illa salus, donum Dei ab *Hippocr.*vocata periclitatur, *l.cum antiquitas*, *n*8,
C.de testam. Medicos Doctores proindè esse no-
biles, post alios notarunt. *Fregos.de regim. Reipubl.par.*3.*lib.*1.*de oblig.parent.disp.*2.*de spur.instit.* §. 6. *num.* 164. *de Franch.decis.*564. *Consil. Prat. resp. crim.*21.& 22.*Aug.Barbos. cit. alleg.* 91.*n.*5.improbans *Jo:Gara.de nobilit.glos.*48.§.4.
*n.*12.aliosque relatos à *Gamar. de excell. legal. scient.ad fin.*existimans, quodlibet honore di-
gnos esse, ex *text.in l.medicos, C. de profess. & medic.lib.*10 & *in l.prima, §.medicorum, ff. de var.& extraord.cogn.* quidquid dicat *Cafar. in pereg.qq.Specul.lib.*1.*q.*6. objurgans *n.* 15. Sen-
torellum medicum uti suam artem sine funda-
mentis extollentem in *lib.de sanit.nat.cap.*8.*in apparatu, fol.*11.& ad filium medici nobilitatem
77 extendit *Ann. in const. Regn. terminum vita num.* 25. *Ricc. in prax. decis.* 545. *num.*2.nec-
non *Consil. Prat. add. cap.* 21. & 22. & ad *Paschal. de patr.potest.par.*2. *cap.*5. *ad num.* 85. *P. Fragos. in d. loco, de Petris cons.* 14. & viden-
di *Gizzarell. decis.*10.; & tàm ad physicos, quam
ad chirurgos medicos ampliant, *de Franch.cit. decis.* 564. *D. Consil. Rocc. resp.* 99. *tom.* 2. *D. Prat. cit. cap.* 21. *ex num.* 6. *Ricc. collect. decis.* 147. & 1843. & ad aromatarium *Jacobus Mandelli cons.* 43. *lib.* 1. & horum laudes recensent
Caund. ad Decretal. collect. 163. *num.* 8. *Tiraq. loco mem. Cassan. in Cathal. p.* 11.*consid.* 48.
*Cabed.*2.*par.Arrest.*36. Quod verò dicitur; illos
78 æquiparari obstetricibus, intelligitur de barbi-
tonsoribus, *Bon. de Cart. in* 3.*par.*155.*de nobil. Corset. in* 5 *par. num.* 54. *de potest. Reg.* & ob-
servet iudex de *Angel. in Prato sug.l. Parabolani* 18. *C. de Episc. & cleric. Amend. ad Franch. decis.*4.*nu.*10. improbantes ambo *Carav.dictum* in hoc *ritu in fin.* qui re vera etiam medicis fa-
vet. Vel dicendum æquiparari obstetricibus re-
spectu credulitatis: quod ita credatur obstetri-
ci peritæ in arte sua, quemadmodum, & me-
dico in sua, prout iuris esse aiebat *Iodoc.in suo Enchirid. parium*, verb. *medicus, obstetrix.* &
videndi *Nicol. Boer. decis.* 222. *num.*11. & *Carrab. de syndic.p.*2. *nu.*41.

Atquè adeò *Franch. Valles de sacra philosoph. cap.*
79 74. *in fin.*licèt civili scientiæ palmam porrigat,
ex *Arist.lib.*2.*ethic. cap.* 10. qui inquit, *facultas civilis honorabilior medica est, atque prastabilior*, ausus fuerit distinguere inter civilem

doctri-

doctrinam, quæ versatur in gerenda Republica,
hancque nobiliorem medica agnoscit: & alte-
ram quam litigiosam dicit, quia in agendis
causis versatur, huicque parti medicinam an-
teponit: quia præstabilior ea ars est, quæ curat,
ne homo antè fatale tempus intereat, quàm quæ
ne illi quidpiam suorum bonorum iniuria detra-
hatur; aliisquè nitetur minus cautè rationibus,
quæ præstantissimis advocatis adimunt, quid-
quid concedunt præstantissimæ iurisperitiæ, quæ
de formandis moribus, & omnibus in suo offi-
cio continendis, laborat. Et quod advocati lon-
80 gè præstantiores sint medicis, omnes conve-
niunt, *Mozzi de contract. tit. de locat. num.* 16.
*Tiraq. de nobil.c.*29.*Cassan. par.*7.*consid.* 28. 29.
30.31.*&* 32.*Mattien. in Dialog.relator.p.*1.*cap.*
7.8.9. *& p.*3.*cap.*1.*Garc.de nobil it.Gl.*35.*n.*11.
*Bovadil.in politic.lib.*3.*cap.*14. *ex nu.*56.*Donell.*
*comm.iur. civil.lib.*18.*c.*3.*Balzar.ad Const.Regn.*
*Rubr.de advocat. ordin.*necnon *Bernard. Gravl*
*ad pract.Camer.Imper.lib.*1.*concl.*43.*num.*6. nos,
qui illorum prærogativas recensimus in *rit.*100.
& 101. *lib.*1. & infra *rit.*288. & adversus me-
morati *Valles* dictum insurgit *Pegas in commen.*
*ad Ord.Reg.Portug.lib.*1.*tit.*48.*ad Rub.Gl.*1.*fol.*
140.*t.*4. *Muta ad consuet.Panorm.cap.*68. *num.*
42. *Iosias Holden de statu nobilium civili, cap.*
5.*§.*3.*num.*42. De privilegiis verò medicorum,
iure, & utilitatibus integrum tractatum edidit
Vuolffhangus Gattser, ubi omnes quæstiones
quæ vel ad medicum attinent, vel eum quoquo-
modo tangunt eruditissimè differit apud *Basi-*
*liens.tom.*1. *lit. Aa.* & nonnulla *Bechtius de se-*
curitate attigit *num.*238. *lit.X.*

Occlude hunc Ritum, quod medicus debet esse
bonis moribus imbutus, ut medicamina ab ip-
81 so præstita suos benè sortiantur effectus; nam
medendi ars absque misericordia Dei nihil pro-
dest, & non à medicis est sanitas, *D. Ieron. ad*
Isajam 26. & *Iuan.*5.*Dmter.* Deus enim infirmi-
tatem agnoscit, & sanitatem restitui, homo ve-
rò quàmmaximè fallax, iuxtà *Cardano* illud *lib.*
2. *de subtilit.* referente *Kechermanno in syste-*
mat. Politic. libr. cap. 3. *hominem propterea esse*
conditum, ut esset animal fallax.

Quod medicus lethaliter peccet, si medicamina
inexplorata, explorandi gratia adhibeat, vi-
82 tamque miseri infirmi tantò discrimini expo-
nat, *Corrad. in summ.respon.cas.conscien.q.*201.
ratione tuetur *Layman.l.*1.*tract.*5.*c.*5.*§.* 3. quia
medici officium, & lex postulant, ut adhibean-
tur remedia, quæ ad propositum sanitatis finem
profutura iudicantur, & ubi fuerint utrimque
opiniones probabiles de medicamento, & adhuc
83 suppetunt alia remedia, de quibus nil dubite-
tur, reus erit homicidii, qui, iis relictis, illa
applicaverit, *Compend.clavis Regia par.* 1. *cap.*
10. id, quod Gentiles ipsi fassi fuere, ob id com-
mendantes studiosorum Aegyptiorum legem,
quia, admonente *Diodoro Siculo, lib.*2. *cap.*13.
Ea cautum ne hit, qui medicina artem profi-
tebuntur aliter, quam secundum antiquorum
medicorum præcepta curare licuisset, & confe-
sunt tradita à *Gregor. Tholosan.lib.*17 *de Repu-*
*blic.cap.*9.*nu.*2. Semper propterea adhibendum
medicum bonum, monet *Claud. Bertaz. in add.*
*ad patris consil.crim.*406. *lit.A. lib.* 2. sed hoc
satius esse intelligere, quam experiri, subnectit,
& excusari, qui necessitate adactus, vel serò
adhibet medicum, vel imperitum, ex *Mascard.*
*de probat.concl.*1035. qua de re *Marsil. consil.*7.
*num.*49.*Corn.cons.*363.quin *Ann.Robert.rer.iu-*
dic. cap. 5. advertit: *Neque agrotis permitten-*
dum est, quem voluerint medicum indiscreta
voluntate ad morbi curationem advocare: pu-
blicè enim interest, non modo ut cives rebus suis
malè utantur, sed & ut in vita discrimen im-
prudenter incurrant. Gravius proinde multari,
ac peccare medicos, quam iuristas, ex imperi-
tia minus probe agentes, *Caiet.* scribit *in sum-*
ma, verb. Doctorari discriminis causam tradens,
aliamque tribuit, *de Peeris festiv.lect. lib.*1. *cap.*
6. *num.*17.*Clar.§. homicidium, num.* 13. *Ricc.*
*collect.*1834. & iudicem excusari, qui in abstru-
sioribus iuris apicibus errore labatur, iodicat
*Glos. ult.§.*1.*instit.de oblig. qua ex quas. deli.*
nascu. consocia *in c. temerariam* 11. *q* 3. inse-
quutæ à *Iason. in l. quod te, in fin. ff. si cert.*
pet. non ita in causa facili; unde Sulmonensis,
& Venusinus, primus *Trist.lib.* 3. secundus in
Ar.Poet.

In causa facili cuivis licet esse diserto
Verum opere in grandi fas est obrepere somnum.

Et tandem medicus, uti advocatus, debet esse
fortunatus, *Vincent. de Ann. in Consult. Diva*
84 *memoria, num.*72.*pag.*184. qui haud differunt
in eo, quod sentiet *Accurs. in l. quod si nolit,*
§. si plures, vers. Pomponius, verb. *adhibuit, ff.*
de adil.edict. his verbis: *cum medicus mortale*
vulnus sanare non possit, patronus verò pessimum
potest facere videri bonum, cui *Accursio* meritò
succenset *Claud. Bertaz.* ad mox *cit.cons. crim.*
406. *lit.A.lib.* 2. aderit ergò in iure nostro pe-
ritia quædam, qua patronus poterit quamlibet
causam malam superiorem facere, & qua etiam
prudentes iudices errare: & boni minùs benè
sentire videbuntur.

Postquam mandaveram typis, quidquid suprà *n.*
45.dixeram de geminatis S.M.literis præcipien-
tibus obserari Oenopolia omnia prohibita, quæ
etiam aperta tenebantur à Principum Residen-
tibus, seù Administris, quas adamussim, ac
indistinctè servatas, videmus: addo, ius exi-
gendi vectigal pro vino, quod venditur in
Oenopolijs, seù tabernis esse de regalibus,
DD.inter consilia pro ærario, classi 11.*ordin.*847.
quos sequitur *Gaspar Manzius in decis.Palatin*
*q.*96. *ex num.*1.*Petr.Gregor.de Republ.lib.*9.*cap.*
6. *Klock de jure vectigalis ex lib.* 1. *num.* 104.
*Gaspar. Klokius de contribut. cap.*5. *ex nu.*121.
Kiuspildius de privil. Civit. Imperial. lib. 2.
cap. 19. *num.* 59. *additio ad Martin. Vannium*
*cons.*20.*num.*6.*vol.*2. *Magemus de advocatia ar-*
mata, c. 10. *num.*63. *Klok. cons.* 8.*vol.*1. *num.*
128. *Mavius par.*3.*decis.*157.*& decis.* 340. fu-
siùs firmans, officiales, & Magistratus Princi-
pum, qui civilia negotia in urbibus coram
Principibus exercent, non esse immunes, ac
exemptos ab huiusmodi gabella, & datio vini
ad minutum, *Coler. de process. execut. par.* 2.
*c.*3. *num.* 137. non enim officium existimatur,
nisi ut quilibet civis, *Mav. par.* 3. *decis.* 403.
num.

num.5. & ad jus Lubicense, quaest. proœmial. 3. ex nu. 45. Hassnerus de jur. enopolij c. ultim. in fin. num.25. notaos *num. 31.* aliud servari in Germania, in qua multi sunt immunes. Ex quibus jure perspicuo, atque dilucido fulcitur prohibitio, ne ematur vinum minutim, nisi in cellis vinerijs arrendamenti, ut servari quoque in Civitatibus jure Lubicensi viventibus, indicat *Mav. ad jus Lubicens. lib.3. tit.1. art.11. in addit. num.4.* & ne in locis prohibitis sub certa pœna accedant cives ad bibendum. Possunt enim prohiberi cives, ne aliquid agant extrà territorium, ex *l. fin. C. de decret. ab ordin. faciend. Everard. cons.45. num.3. Hassuer. cit. tract. de jur. Oenopolij, cap. ult. in fin.* & in specie ne emant, vel bibant vinum extrà Civitatem, ostendunt *Kinspildius lib.2. c.19. nu. 66. Klok de regal. col. 14. lit. C. Everard. mem. cons. 45. num. 3.* adversus *Pistorium obser. 12. nu.4.* publicam enim utilitatem respicientia, sunt justa, *Bal. cons. 409. num.14. Decian. lib.8. crimin. cap.2. num.5. Kollerus de offic. juridico politice, lib. 2. c.18. Marquardus de jure commerciali, lib. 4. c. 7.* De Portorijs, de quibus memini suprà sub *nu. 45. vers. esset*, scribunt *Papen. ad consuet. Barbou. §.363. Tholosan. syntag. jur. lib.3. c.9. Sixtin. de regal. cap.6. Bulenger. de vectig. popul. roman. cap. 5. pag.21. Baer. cl.3. disp.2. th.26.*

Nuperrimè Sua Majestas, quam Deus servet in columem diutissimè, ad perenne suæ sanctæ fidei incrementum, ac perpetuam totius orbis felicitatem, suo regio diplomate dato Matriti die XI. mensis Octobris M.DC.LXXVIII. per Supremum Italiæ Areopagum, non solum totum id, quod effectum est circa Oenopoliorum omnium clausuram confirmavit, verùm etiam eximium Excell. D. Proregis zelum, summamque justitiam laudavit; ac inviolabiliter deinceps observari mandavit, idque postquam Residentes ad eius pedes provoluti, de hoc conquesti erant.

Nè miretur lector, si multa in summarijs non apposita leget hoc in opere absque numeris; sæpè enim accidit, ut folio summarium continente typis tradito, fiat obviam doctrina aliqua, ratio, vel auctoritas non negligenda; Summariorum omnium defectus; copiosissimo, Deo dante, rerum indice suppleturo.

RITUS CCLXVIII.



Tem servat ipsa Curia: quòd petitio excusationis absentiæ non admittitur per ipsam Curiam; si datur petitio, postquam lata est interlocutoria civilis, & non sufficit, quod sit lata: nisi etiam lata sit scripta in actis. Undè si esset lata, id est, lecta per unum ex judicibus: (ut est de consuetudine Curiæ) & non est scriptum in actis, lata est dicta interloquutoria: & tunc datur excusanti juramentum: quod animo differendi judicium & calumniosè non facit: cujus datio juramenti non scribitur in actis: Item datur dicto excusato, quod veniat, & ad comparere faciendum: qui terminus datur secundum distantiam loci: juxtà formam juris communis; si verò ille excusator cum vellet offerre dictam petitionem, fuit forsitan impeditus; putà, quia ad locum, ubi curia regitur, intrare nequivit, & Curiæ hoc constat verbotenus per aliquem, vel aliquos, qui illa hora, qua Curia regitur, fuerit, vel fuerint in Curia; tunc ipsa eadem hora antequam Curia descendat, recipitur dicta petitio cum prædicto juramẽto: & fit in ea prædictus actus; & habent locum prædicta in civilibus, & in criminalibus, secundum antiquam observantiam dictæ Curiæ, quod nota.

SUMMARIUM.

1 *Alleganti absentiam alterius defertur juramentum, quod animo dilatandi non opponit.*
2 *Judex suspicans unum ex litigantibus calumniosè petere dilationem, potest comminari, quod si in probatione defecerit, cum mulcta afficiet.*
3 *Juramentum, de quo loquitur Ritus, an hodie sit in usu.*
4 *Constitutio Regni incipiens, partes in judicio, de interrogat. litigat. a judice perpenditur.*
5 *Citatus, & impeditus nedum allegare, sed probare impedimentum obstringitur.*
6 *Quando dicatur justum impedimentum.*
7 *Ob justum impedimentum excusetur quis à contumacia, & auditur, non refectis expensis, & alia ad rem adducuntur.*
8 *Impeditus, tollere an obstringatur, impedimentum.*
9 *Aestivi calores, ac loci Intemperies, an excusent, quidquid in Aquilanis, alijsque Aprutinis.*
10 *Exceptionem loci non tuti, & tempora æstiva, an opponat procurator.*
11 *Quidnè in causa nobilis.*
12 *Magni Barones sedent in judicio, & quomodo id procedat, ostenditur.*
13 *Dictum Carav. in rit. 47. num. 3. ex verbis hujus Ritus redarguitur.*
14 *De termino, de quo fatur Ritus, fit mentio, remissivè.*

EXcusanti citatum tanquam absentem deferri iusjurandum, quod id non calumniæ causa agat, statuit Ritus; Idque etiam, attento
1 jure communi, faciendum esse, constat ex DD. mox citandis, quo iure alicqui excusans non admittitur; quale autem præstare debeat iuramentum, cum hæsitatur, respondet *Ioan. Andr. ad Specul. in tit. de juram. calumn. §. sequitur, lit. Q. per Guid. de Suzzar. in l. servum, §.*

fin-

publicè, ff. de procur. quos sequitur Pomar. in addit.ad Bart. super eodem §. publicè, num.6. omnesque opioantur teneri jurare; & præstare juramentum de calumnia, Marius Anton. var. resol.lib.3.resol.3.num.5. Guazzin. in suo tract. ad defens. cap.1. defens.12.num.19. quio, & Alber. in eodem §. publicè, num.13. multa coacervat, & assentitur, atque ita concludit, & tamen addita declaratione, ut noo sit proprie juramentum calumniæ, sed juramentum malitiæ, concioitque Rub. Alex. in l. penn. 1. §. ad crimen, num.117. ff. de public. judic. Farinac. q.99. num. 298. Cirillum adscribens in summ. crim.Rub.10. de Procurat.num. 8. in fin. vers. absentium pratereà excusatores, Gaill. lib.1. observ.87. Berlich. lib. 1. conclus. 57. Gilhaus. in arb.judic.civi.c.5.ram.9. Bocer.cl.5. disp. 8. th. 27. & à oominante, testes habere extrà Re-
2 goum, consimile præstandum esse juramentum, quod nominet non animo differendi, & agendi calumniam, sancitur io Rit. 140. ubi quam multa edissertavimus ad id spectantia; necnon in Rit.88. Alia verò ad iuramentum calumniæ pertinentia prosequuti in rit.147. lib.1, notant Ricc. collect.3797. p. 8. latèq; Borrell.in summ. decis. p.1.tit.51. per totum, fol.236. vnum verò singulare advertas, quod si judex suspicionem habeat, aliquem ex litigantibus calumniose petere dilationem ad probandum, poterit ei comminari, quod si in probatione defecerit, ipsum mulcta afficiet, Imol. & alii, post Anchar. in cap. constitutus, col. vlt. vers. cautela esse potest, de fidejussor. quod notatum dignum affirmant, imò probant Alex. Soccin. & cæteri, quos collig t Io.Redin.de Majest.Princip.in verbo, sed etiam per legitimos tramites, numer. 120.

Hujusmodi verò juramentum, de quo fatur Rit, recessisse ab aula, optimè monet Carav. in hoc
3 ritu, & nunquam illud præstitisse subnectit, ne auctor esset periurij, cum multoties absentiæ allegatæ veritate haud nitantur: quibus collimant, quæ familiari epistola scripsi D. Consiliario D. Ferdinando Ramirez, tunc meo Collegæ in M. C. causarum criminalium viro optimo, atque integerrimo, his verbis: Federici Imperatoris constitutio, quæ incip. partes in
4 judicio de interrogat.litigatoribus à judice, quæ interrogandis litigatoribus à judice tractat disponit, ut plerumque judex, vel pro qualitate causæ, vel personæ: si interrogatum, quod falsum respondeat, suspectum habeat, respondentem ad sacramenti religionem adducere possit; Glos. verò ibi notat, quod si judex habeat aliquam partium suspectam, oe respondeat falsum, noo debet ei deferre juramentum, nam noo debet esse auctor periurij, l. 1. C. si advers. vendit.l.2.C.de indic. vidu. difficilis est antinomia inter tex. & glosam, & prorsùs ex diametro pugnant. Bartholomæus de Capua, & Afflict. textum constitutionis intelligunt simpliciter: ut scilicet judex, quoties timet de interrogati responso, occurrat jurisjurandi religione; quod si timeat, oe pars periuret, ne scilicet sacramento contempto falsa respondeat, tunc omninò caveat, ne auctor periurii efficiatur, & ita glo.

conciliando intelligunt Bar.de Cap.& Afflict.in d. constit. Apertius dicamus nos, hoc totum in discreti judicis arbitrium recidere; cum inter casus arbitrarios judicum referatur, Menoch.de arbitr.judic.lib.2.cas.192. Tu autem, cuius arbitrium à lege regulatissimum est, non facilè à respoodentibus deciperis. Vale, XIII. Kal. Julij 1676.

Citatus, & impeditus non solùm allegare debet præpedimentum, sed etiam teoetur illud pro-
5 bare, quo si noo fuisset impeditus, vtique adimplevisset totum id, cui obstringebatur, per text. in l. qui commeatus, ubi Bart. ff. de re milit. & l. 2. §. quod diximus, ff. si quis cautio. ibi Alexand. num. 6. & plura retulit Cravett. cons. 252.num.28.& cons.179. num 6. Dec.cons.454. num.6.& cons. 551.num.7.Reg. Revert. tom. 1. decis.286. in fin. Surd. de aliment.tit.4.qu. 15. num. 52. Menoch.de arbitr.judic.cas.1 8. idem Surd. decis. 203. num. 17. illudque fuisse immediatam causam non faciendi id, ad quod tenebatur facere, & adhibuisse diligentiam, Boer. decis. 40. Ricc.collect. 2890. Rauden.de Analog. cap. 37. num. 77. Verall. decis.42.par.2. Vndè absceotiæ causam non solùm allegari, sed etiam probari debere, aiunt Franch. Marc.decis.164. & 606. D. Marcell. Calà de modo articulandi, nu.590. fol. 137. & quando dicatur iusta impeditio, vide Hartman.Hart.tit. 13. de dilat.
6 observ.4. num. 15. necnon Mynsing.observ. 57. cent.4. & centur. 3. observ. 92. Anns meus ad Capyc. in decis.123.num. 2. An autem eo casu requiratur protestatio, & utrum paupertas à protestando, & ab appellando excuset, & quis dicatur pauper, Grat. decis. March. 34. Vrsill. ad Afflict. decis. 29.num.4.Valenzuol. cons.44. num. 29. tom 1. & regularitèr impeditus non eximitur ab onere iniuncto; sed dilationem tantùm impetrat, Hartman. Hort. tit. 19. de appellat. observ.22.num.9. Vndè ob tale impedimentum quis excusatur à contumacia, oec tenetur expensas reficere, Alex. in l.2.§. si quis ff. si quis, Affl decis.29. num.3. Farinac.de inquis.q. 11.num.10.Guttier. lib.3. pract. quæst. q 34 num.20. Didacus de Mari ad Grammat. in cons.1. num 20. Ludov.decis. Perus. 105. nu. 9. Prat. discept. forens. cap.1.num. 109. tom.3. quin ne dùm iusta causa contumacem excusat à refectione expensarum, quibus aliàs obstringeretur, l. sancimus, ff. de judic. auth. qui semel, C. quomodo, & quando judex, Ploz. in l. si quando, num 674. C. unde vi, sed nec tenetur causam, in eo statu, in quo reperitur, assumere; sed in integrum restitutionis beneficio ex clausula generali restituitur adversùs omnia acta, processus, & sententiam, si lata fuerit, ex text in cit.l. 2. §. si quis in judicio, ff. si quis caut. in l. 1. ff de diverf.tempor.præscript. Montaleg. in prax. judic. de exerc. pract. 48.cap.13.num.12. notans num.13. plus operari contra contumaciam restitutionem majoris impediti ex justa causa, quam minoris ratione ætatis; nam maior impeditus, non refectis expensis auditur: minor verò contumax non auditur, nisi refectis expensis, & damnis, Bart. in l. si finita, §. sed si fortè, num.5. ff. de damn.

no infect. Marsil. in l. rectè de vno quoque , nu.
135. ff. de re judicat. Menoch. de arbitrio judi-
cum 1. q. 36. quos refert, insequiturq; *Novar.*
de gravam. Vassall. tom.3. grav. 56. & Mynsig.
cent. 4. observ. 58. Ricc. in collect. dec. 155. &
maximè quando propter odia , vel partialitates
non potest comparere, *Angel. in cit. l. 2. §. quod*
diximus , ff. si quis cautio . Io. de Imol. & Alex.
in l. recusare , §. fin. ff. ad Trebell. Afflict. mem.
decis. 29. num. 4. Gallup. in prax. S. C. par. 2.
cap. 4. num. 19. Thor. in compend. decis. p. 1. verb,
citatus si non compareat. Deci. cons. 699. & qui
causam impedimenti dedit , tenetur ad omnia
damna , & interesse , *Surd. decis. 94. Viscont.*
conclus. jur. verb. *impeditum, pag. 118. Surdus*
de aliment. tit. 1. q. 45. num. 35. Prat. discept.
forens. cap. 44. num. 40. tom. 2. Franch. decis. 419.
in fin. qui illud controversum nectit , an im-
pedimentum possit iureiurando duntaxat pro-
bari , concurrente qualitate personæ , atque
iudicis arbitrio ; & post multos innitur *Caravi-*
ta in hoc rit. num. 3. aienti ; posse aliquando so-
lo iuramento probari impedimentum , inspectis
qualitate causæ , loci , ubi illud fuit , & per-
sonæ præpeditæ ; tamen non potest quis dici
7 benè constrictus , & quando potuit facere , ut
impedimentum desineret , *argum. tex. in l. qui*
potest facere , ff. de regul. juris , Rota Rom. di-
vers. decis. 104. par. 1. Ludov. decis. Perus. 36.
Verallus decis. 72. p. 2. Surd. de aliment. tit. 7 q.
15. num. 19. & q. 36. num. 8. Rebuff. ad Gall.
constit. tit. de contumac. glos. vnica art. 5. n. 2.
& 3.

Rectiùs tamen facit , si impeditus iusto impedi-
8 mento , vel notorio mittat excusatorem , vel
sufficientem responsalem . *l. 2. §. si quis in judi-*
cio , ubi *Bart. in fin. ff. si quis cautionib. Afflict.*
in constitut. Edictorum , num. 31. Sanfelic. in
prax. judic. sect. 36 num. 27 Afflict. cit. constit.
num 23. Paris. cons. 203. num. 6. vol. 4. Sforza de
restitut. in integrum , q. 30. art. 17. Imola in
cap. Pastoralis , num. 58. de sententia, & re ju-
dicata , ex *Glos.* civili , & canonica *in cap. 2.*
de dol. & controv. atque ex *tex. in c. cum di-*
lecti eod. tit. latèq; *Foller. pract. crimin. in verb.*
audiantur excusatores , ubi per plures numeros
docet , quando in causa criminali procurator
sit admittendus , & posteà à *nu. 9.* quando sim-
plex excusator absque mandato , & propterea
subdit ibi *text.* nequaquam sufficere , literas ad
se excusandum mittere , qualiter insidias , calo-
9 resque formidabat , ex quo *tex.* una cum *Glos.*
in verbo, *calores*, est notandum, calorem æstiuum
excusationem minimè præstare , quominus quis
comparere teneatur, juxtà illud ,

Nos genus ignavum tecta gaudemus , & vmbra.

Licèt arguat , & non solvat de *tex. in c. quondam*
74. distinct. ubi de mala loci qualitate rationem
habendam esse sancitur , & loci intemperiem
excusationem præstare , dicit *Glos. in cap. com-*
munis , ex ipso *tex.* in verb. *communis 23. di-*
stinct. & *Bartol. in l. de etate* , quam legit sub
lege recusare , §. si quis alio in fin. ad Treb. quæ-
rit de citato , ubi est malus , & corruptus aer ;
& dicit , licitè se posse excusatione uti ex iuri-
bus , quæ ibi allegat , & alia vide per *Bartol.*
Socc. 12. cap. ex tua de Eccl. non residen. & *Felyn.*
in c. accedens. 2. ut lit. non contest. sed *Abbas in*
d. cap. cum dilecti , num. 16. nectit, tunc excu-
sari , quando vehemens esset aeris corruptio, &
citati adeò complexionis delicatæ , ut verisimi-
liter ex eius accessu mortis subirent discrimen
per iura , quæ ibi allegat ; & de loco , ubi est
pestis , dicit , quod ibi stare , est Deum tentare
cum homo , ut mortem effugiat , debeat quan-
tum in se est laborare , & tandem se Dei mise-
ricordiæ committere , *23. q. 8. cap. si nulla* , li-
cèt *Jason. in l. 1. §. quod dixim. us. ff. si quis caut.*
in fin. dicat , nisi tempore pestis ius in illo loco
reddatur , *Io. Franch. de S. Nazario in tract. de*
peste , par. 3. vers. tertiò dubitatur , de Nigris
in c. Regni post com missum num. 26. Afflict. dec.
386. *Marc. Ant. Fulver.* ad eundem *Affl. decis.*
389. Et in specie , quod citatus non excusatur
à comparendo propter calores æstivos , tenet
Hieron. Fravidet de pest. tit. de jud. vers. at quia
superius , à *num. 2.* invehens contra *Gemin. in*
cons. 43. incip. Pro intellectu , quem dixit , malè
intellexisse *tex. in dict. cap. cum dilecti* , non
advertendo ad *Glos.* quæ totum oppositum di-
cit in verbo , *calores*, prout supra nos diximus,
adducens insuper *Alex. in c. de ætate , ad Tre-*
bell. ita etiam expendentem verbo dicti *text.*
subiungens pro notabili, quod conducens ope-
rarium pro die , si ob calorem æstiuum parum
perquiescere operarius voluerit, evincitur con-
cedere,

Et *Specul. in tit. de cit. §. 1. num. 10. vers. item, quod*
valetudine , hanc etiam opinionem tenet , ut
ob calores æstivos à comparendo non excusetur
per *tex. in dict. cap. cum dilecti* . Sed *Foller. in*
prax. crim. cit. in prima p. 2. part. in verb. *au-*
diant. excusator. sub *n. 34. vers. & Ideo Apru-*
tini , & *Jo. Franciscus Scaglionus in ritu M. C.*
163. num. 27. dicunt, Aprutinos de nostro Re-
gno à die 13. Julij , usque ad mensem Septem-
bris non coarctari ad comparendum , si infra
illud tempus citari , contingerit , ex *Bart. in d.*
l. recusari, §. si quis alio , necnon *Rip. de pest. in*
3. par. 2. part. Gl. condescendendo , nu. 1. & idem
asseverat *Farinac. q 11. num. 51.* post *Bajard. ad*
Clar. q. 34. num. 31. ubi ponit malum aerem ju-
stam comparend excusationem præbere . Quo-
rum dictum fundatum in his , qui malo, & in-
salubri aere nituntur si esset verum , nè dùm
Aprutinos , sed omnes de Regno excusaret,
cum totum oppositum in dies experiatur , non
enim est dare in Civitate Neap. in æstate cor-
ruptum , atque noxium aerem , imò in Roma-
na Vrbe , ubi communiter circumfertur , peri-
culosum esse ibi æstate morari, ut ex *Gl. in cap.*
qualiter , in verb. *quatriennio , 7. quæst. 1.* nec
etiam æstivo tempore vitam ducere procul a pe-
riculo est , imò sanum vivere , ex *eod. cap. qua-*
liter arguitur secundum *Joann.* quem ibi , *Gl.*
allegat est tamen verum , quod de diuturnis
partibus Romam in diebus æstivis accedere, pe-
riculum non aufugiet , prout Neapolim etiam
accessus ex longinquis partibus tempore æstivo
non tutus , iudicio Medicorum , licet aeris in-
temperies , & cælum insaluberrimum non sit,
Neapolim quovis tempore accedere , Et ut mi-
hi

hi retulit doctissimus vir, cum tempore Ducis Medinæ in hoc Regno Proregis allegasset, non potuisse ad informandum citari, nec ad comparendum teneri nobilem Civitatis Theatinæ citatum, tanquam Aprutinum ex prædictorum authoritatibus, talis non fuit admissa excusatio, atque habitum fuit pro verò, nullo unquam tempore Neapolim accessum ob eius perfectissimum aerem esse periculosum. Verùm istud privilegium inter Aprutinos Aquilani retinent Cives, etiam si pro arctissima causa fuissent citati, ut refert *Manfon. in Dialog. Histor, Civit. Aquil. pag.* 112. quod quidem privilegium, cum sit Aquilanis concessum, quia ex aeris ibi nimia frigiditate. Vndè est in Adagio.

Le pene si soffriscon dell'Inferno.

L'Estate in Puglia, all'Aquilà l'Inverno.

Non sine euidenti periculo fieri potest ex dicta Civitate Neapolim appulsus, proindè ad alios Aprutinos populos non extendendum, putant aliqui; ad *text. in cap. fané, extr. de privileg.* cum sit strictì iuris, & strictè accipiendum, iuxtà notata in *l. beneficium, C. de const. princ.* maximè ubi Fisci, & partium querelantium præiudicio agitur, *Luc. de Penn. in l. 1. num. 17. C. de impon. luc. descript. & in l. ufum, C. de aqued. lib.* 11. & notatur in *cap. pastoralis, & in cap. in his, ext. de privil.* licet *Franch. Vivius* Aquilanus *in decis.* 323. *num.* 17. *p.* 2. quem locum cumalijs laudat *Io. Iac. Laurent. de jud. susp. cap.* 10. *num.* 10. post multa adducta de ijs, quæ fieri tempore necessitatis permittuntur, & post sancitam conclusionem, quod non obstante aeris intemperie, vocatus comparere astringitur, ex communi sententia *Gl. Jo. Aut.* & aliorum in *cap. cum dilecti, de dol. & contumac.* constat respectu omnium Aprutinorum, ex Regia constitutione, & ex *Scagl. in loc.* mòx *citato*, sed ubi sit hæc constitutio posita, non aperit, idemque ex *Scagl.* comprobat *Avus meus ad Capyc. decis.* 86. *num.* 9. Sed an, & quando exceptio loci non tuti citato, ad non comparendum, excusationem præstet; Et quot modis contingat locum non esse tutum, & alia circa hoc est videndus, præ cæteris, *Farin. in cit. q.* 99. *num.* 58. necnon *Borrel. ad Bellug. in spec. princ. Rub.* 3. *de evoc. ad cur. vers. tut. pateat accessus num.* 9. & de necessitate hyemis, an citatum excuset, *Avus meus loc. mòx cit. sub num.* 9. & de aëris intemperie, *Capell. de servit. rust. præd. tit. de cloaca cap.* 8. *Diaa. reg.* 83. *Baiard. ad Clar. qu.* 34. *num.* 31. & de illo, qui iter arripuit, & propter impedimentum superveniens non valuit comparere, loquitur *Carav. num.* 4. & scribunt *Capell. Tholos. decis.* 302. *Ricc. collec.* 155. *Vrsill. ad Afflict. dec.* 29. *num.* 5.

Adeò ut si quis in iudicium vocavit testes in termino, & terminus est elapsus, non debet ei terminus restaurari; si non fecit ipsos mulctari, & gravari, nam quando quis est impeditus, nec agit ad submovendum impedimentum, videtur illud pati volens, *arg. l. fin. C. ne Sac. Baptism. & tit. de elect. cap. sit quibus, & l. sed. & per Prætorem, ff. ex quibus causis major.* Vndè appellans impeditus ex parte iudicis non excusatur in prosequutione appellationis, si de facili potuisset tale impedimentum tollere, implorato Prætoris auxilio, & non fecit, quia currit tempus appellationis, sine spe aliqua restitutionis in integrum, *Bald. in cit. l. sed. & si per Prat. §. 1. ff. ex quibus caus. maior. Alex. cons.* 72. *num.* 12. & 13. *lib.* 3. *Decius cons.* 677. *num.* 3. *Mascatellus par.* 5. *Gloss. suspectorum, num.* 25 *lib.* 1. & *lib.* 2. *par.* 2. *Glos. secundi, num.* 11. & 12. Impeditus ille, qui fuit citatus ad testificandum, & non comparens, neque pro procuratorem, ex quo fuit excommunicatus, quo ad Ecclesiam est excommunicatus, sed non quo ad Deum, attamen constito de legitimo impedimento debet de facili absolui, *Glos. in cap. cum super in Glos. fin. de test cogen.*

Ad verò exceptio loci non tuti opponi non possit per procuratorem, inquirit *Donat. à Farin. in*

10 *regula incip. exceptionem loci non tuti*, necnon *Carav. in seq. ritu* 169. *num.* 7 subnectens in Regno illius *rit.* vigore termini non valere allegare huiusmodi exceptionem. Verùm, si deinde citatus contumax reputatus compareat, hanc exceptionem deducens, à contumacia est immunis; qu n leriudicatione m nullam, deducitur, ex *Cuman, cons.* 146. *Boss. pract. crim. tit. de bann. nulli. num* 6. *Guazzin. ad defens. reor. defens.* 11. *c.* 2. *Carthar. de execut. sent. c. fin. nu.* 256. & declarat *Scaloy. de forjudic. c.* 6. *nu.* 12. & *cap.* 8. *num* 53. & 56. quoque ex *Reg. Sanfelic. in decis.* 31 *lib.* 1 *num.* 4. ostendit, æstiva

11 tempora, & mali aeris exceptionem posse opponi à procuratore in causa criminali nobilium, in quorum nimis latè, in terminis hujusce ritus respondet illepidè tamen *Donat. lib.* 1. *de renunc. cap.* 25. *ex num.* 55. quod simpliciter, iure communi perspecto, dixere *Tiraquell. de nobil. cap.* 20 *num.* 14. *Viv. dec.* 112. *num.* 5. *Grat. cons.* 71. *vol.* 2., id quod in Regno minimè obtineri potest, in quo indistinctè vinculis mancipantur illustrea personæ, *Cyrill. Fulgo. in summula crimin. par.* 1. *tit. de procur. § unico num.* 3 *Rub. Alexandri, de potest. procur. in Cauf. crim. n.* 146. *Borrel.* 1. *par. summ. decis. tit.* 66. *de procur. n.* 12.

Quamvis multæ prærogativæ illustribus, nobilibusque personis elargiantur, de quibus scripsimus in *rit.* 160. *num.* 20. *lib.* 1. quem locum pluries laudat *D. Altimare ad Rovit. cons.* 23. *lib.* 3. necnon in *rit.* 166. *num.* 163. *lib.* 2. & ad ibi exarata, adde *Capibl. de Baron. pragm.* 19. *n.* 23. *lib.* 1. & *cap.* 93. *ex num.* 20. *Vasq. controv.* 97. memorem opinionis in Hispania receptæ, nobiles pro ære alieno vinculis alligandos non esse, insequitur *Reg. Top. de const. Princip. cap.* 16.

Magni enim Barones in ius vocati, & accusati habent facultatem sedendi, etiam si propriam

12 causam defendat, *l. fin. § sedendi*, & ibi *Bal. ubi Senat. vel clariss.* quod aliàs non permittitur, ut in *l.* 1. *§. honorati, C. de offic. civil. judic. Sanch. in Rub. de major. &* ibid. 4. *col. Chassan. in Catal. glor. mund. p.* 7. *consid.* 3. latè *Freccia de differentiis inter feud. regal. titul. & alia. differ.* 13. & videndus *Matthæus. de relator. & advocat. par.* 2. *cap.* 2.

Hinc Comes, vel Marchio de crimine capitali inquisitus antequam sit convictus, non stabit & tam

N

tam judice, sed sedebit in loco tamen inferiori, & non in eo, in quo staret, si non esset inquisitus, *l. fin. C. ubi sen. vel clariss. Cassan. loco cit.* & declarat *Frecc. ibidem, differ. 48.* dicens dum interrogatur, & disceptatur causa feudatarii inquisiti, quod stabit coram judice denudato capite. Concinuntque quæ ad rem aliàs scripsi. Neminoi fas est sedere coram iudicibus, dum judicant, *tex. in auth. ut ab illustribus, l. fin. C. ubi senat. vel clar. l. 1. C. de offic. civil. judic.* mos itaque in supremis huius Regni tribunalibus receptus, ut illustribus personis in aula judicum sella concedatur, videtur incautus, iudiciali schemate indignè procedente; verùm illustribus personis plura à iure elargita sunt privilegia, *Conrad. in templo jud. lib. 2. §. 3 de excell. Cardin. Chas. in catal. p. 7. conf. 3.* inter quæ antiquitas pro dignitatum honore sanxit, illustres viros modis omnibus per procuratores pecuniarias exercere eas, ne cogantur sedere cum judicibus, *cit. auth. ut ab illustribus*, tantùm igitur abest, ut sit incautum illustres personas sedere cum judicibus, ut privata lege donentur, nè scilicet cogantur sedere cum judicibus, verùm ex utroque, causa videtur cauta, idcircò enim constituendi procuratoris necessitas introducta fuit nè judicialis dignitas injuriam sustineret, innuit *tex. in eo auth.* quicquid tamen sit observantia solertissima antiquitatum interpres induxit in cunctis urbis Tribunalibus illustres personas comparentes, sivè actores, sivè reos ultimum cum sella habere locum, veluti in titulatis observatum est; *Surg. de Neap. illust. cap. 23.* & religiosissimis antistibus, *Ann. Jun. conf. 12.*

Ex verbis insupèr Ritus. *Idest lecta per unum ex judicibus (ut est de consuetudine Curiæ) re-*
13 *darguendus erit Caravit.* cum legendam à judice sententiam, solo jure communi ita sanciente probat in *ritu 37. num. 5.* etenim prædicta nostri Ritus verba à judice legendam esse dicant, & observari in Magna Curia adjungant, tametsi certò certiùs sit contrario more uti nostris postremis his temporibus cuncta Regni Tribunalia laicalia, in quibus nemo judicum sententiam perlegit, omnesque scribi dumtaxat mandantes propria manu subscribunt, ab Actuario tantùm legi demandantes, qui eo absente ipsomet judice proferente nonnumque legi, & publicari solent, ut etiam tetigimus *ritu 249. num. 1.* Et term ni, de quo sermonem habet *Rit.* meminit *Jacob. Menoch.* de eo perfunctoriè tractans *in tract. de arbitr. judic. lib. 2. cas. 40. ex num. 6.* & *Farinac.* adducta *q. 99. num. 293.*



RITVS CCLXIX.

Die 21. Mensis Iulii primæ indictionis Neapol. anno Domini 1378. provisum est per dictam curiam, & decretum consilii Reginalis deliberatione matura, quod in quibuscunque causis criminalibus per quascunque personas, in dicta curia pro tempore movendis, nulla exceptio admittatur pro parte citati, vel citandi, aut citandorum, per procuratorem, scilicèt ipsius citati offerenda, nisi fuerit exceptio infirmitatis, aut absentiæ, aut captivitatis

SUMMARIUM.

1 *Procurator in in criminalibus causis non admittur, tam ex parte accusantis, quàm accusati.*
2 *Si quis accusaret per procuratorem, criminaliter accusatus venit absolvendus.*
3 *Principalis conclusio à DD. varios recipit intellectus.*
4 *Illa firmatur ex ritibus M.C.*
5 *Presens Rit. 269. illam corroborat, excipit tantum absentiæ, infirmitatis, & captivitatis causas.*
6 *De absentia nonnulla remissivè.*
Necnon de coniunctis, potissimum de patre remissivè, & an conjuncto pro confesso, & convicto liceat appellare.
7 *Alia traduntur de infirmitate, & peritorum iudicio standum, quod prævalet, etiam partis confessioni.*
8 *Periti coguntur eorum officium adimplere, & I. C. consiliam præstare, & causam tueri.*
9 *Advocatus, qui patrocinium sustinet contra iudicem, vel eius sanguine coniunctos, an iustè illum recuset in causis propriis.*
10 *Recensetur scitum nuperrimè manatum è S. C. insequuto R. Roviti, & aliorum affirmativam insectantium sententiam, ex quo contrahitur livor, & perpenditur Antonii Fabri effatum.*
11 *Nonnulla in illa hypotesi fuerunt dispuncta, nempè lapsus temporis, permissio, ut procederet in causa, effectata. ac retardata depositio, & alia, quæ recensentur.*
12 *Sectanda maiorum placita, novitates vitanda.*
13 *De captivitatis exceptione remissive, & infrà num. 17. & 18.*
14 *Carcerationis quoque exceptio admittitur.*
15 *Dummodò non sit affectata, & quando præsumatur de qua, sicuti, & de præventione affectata nulla habetur ratio.*
16 *Insuper nullitatis notoriæ exceptio admittitur, & an, & quando notoria dicatur, ac multa ad rem adnotantur.*
17 *Lata forindicationis sententia, & forindicato in vinculis minimè existente agnati, atque cognati de nullitate sententiæ forindicationis num dicere valeant.*
18 *Forindicatus, ipso existente in vinculis an admitti possit, & debeat ad docendum se ante, & post forindicationem captivum extitisse apud*

hoc

hostes, ac in integrum restitui, & dispungantur decisiones ad invicem contrariæ.

19 *An post executioni demandatum sententiam, vel decretum, dum de nullitate dicitur, sit super illarum discussione dandus terminus, sitq; tela iudiciaria adimplenda, vel statim, prævia monitione, sit de illis pronunciandum.*

30 *An ex eisdem actis nullitates semper incidenter, & non principaliter intentatæ dicantur; Elucidatur Vincentii de Ann. alleg. 22. iura DD. & S. C. decisio ab ipso adducta sigillatim discutiuntur.*

21 *Num ex iisdem actis nullitates quocunque tempore proponantur, tam ante quam post captũ exequi, & impediant, quominus ad ulteriorà procedi possit ad interpetrationem theoricæ eiusdem Anna, ac Rovitis in locis, qui indicantur.*

22 *Quid in restitutione in integrum.*

23 *Quando nullitates dicantur principaliter, vel incidenter deducta.*

24 *Adversus quod decretum opponi possint, si proponantur iure actionis, & alia ad rem subnectuntur.*

25 *Iudicis incompetentia, & fori declinatoria num opponi possit a procuratore, sive a tertio.*

26 *Quid in citatione ad foriudicandum late inquiritur, & M. C. determinatio indicatur.*

27 *Expenditur cap. 48. Dom. Præs. D. Francisci Merlini lib. 1. controv. & nonnulla de iudicis incompetentia ostenduntur.*

28 *Auctor, elapso biennio, è decano Consiliario in M.C.V. ad S.C. rediit.*

29 *Tertius an valeat purgare contumaciam.*

An possit petere assecurationem pro aliis criminibus.

30 *Regula, quod pro contumace nemo loquitur, quomodo procedat, & an in aliis causis, etiam civilibus, quidve in S. C. & de excommunicato.*

31 *Minores mitius puniuntur.*

32 *Foriudicari num possint, an contumaciam contrahant, illisque pœnis mulctentur, quidve in atrocioribus, sive atrocissimis delictis, attentu quoque prag. 1. de minorib.*

33 *Minor ætas potest adduci tam à tertio, quàm à foriudicato in fortiis curiæ existente, & peregrinus casus recensetur.*

34 *Illa quomodo probetur, an ex libro baptismatis aspectu, & libris numerationis, &c.*

35 *In causis capitalibus ludunt quoque fata.*

36 *Damnatorum ad triremes vita miseria gravissima, qualis ex Iodoco Dambouderio.*

37 *Exceptionem, quod occisus erat bannitus, & illam in laesas, an opponere valeat procurator, seu excusator.*

38 *An exceptionem loci non tuti.*

39 *Procurator admittitur quando pro criminali causa agitur civiliter.*

40 *Si pro delicto imponeretur pœna corporalis, vel pecuniaria arbitrió, iudicis, tunc, arbitrio pendente, indicatur, ut de Capitali, & traditur restrictio.*

41 *Ampliatur regula, etiam circa media causæ.*

42 *Etiam si inquisitus, & citatus esset vidua, vel pupillus, sive mulier coniugata.*

43 *Quid si essent pater, & mater.*

44 *Universitas accusans, & accusata per procuratorem auditur.*

45 *Quid si citati essent plures numero decem.*

46 *An Ecclesia, Collegia artificum, & similia de quibus nonnulla remissive.*

47 *Puniuntur capita, parcitur multitudini.*

48 *Reus non in fortiis existens an audiri possit, ad remorandam citationem.*

49 *Procurator admittitur, quando causa criminalis agitur contra mortuum.*

50 *Causa mancipationis in Castro Luculliano, & condemnationis ad mortem Francisci Corradi acta à iuncta ordine S. M. recensetur.*

51 *Cadaver ipsius, qui propriæ necis author, & satelles fuit, omni iure supplicio addictum fuisse, rationum DD. rerum iudicatarum unanimine, latè ostenditur.*

OPtimè rationi consentanea illa pervagata, ac popularis regula, quod in criminalibus causis non excipiendus procu-
1 rator, nec ex parte accusantis, nec accusati, quandoquidem iudicia elusoria, & derisoria fierent, & in tenues auras abirent, si res omnia procuratoris parte deferreatur, & facinora, quam intolerabiliter multa resi lereat, partesque præcipuæ litigantes majori conatu abigerent rationes adversantium, ut nocat *Franc. Aretin. in c. veniens num 6 de accusat.* quem *Caravit.* laudat in hoc *rit. num* 8 adductus à *Consil. Prato observat. 30. num.* 8. & melius elucescit in capitalibus causis veritas ex sermonibus, trepidatione, & constantia partium, teste *J.C. in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæst.* maximè cum
2 criminalis causa non solum ardua, sed arduissima dicatur, *Io. de Arnon sing. 49. nu. 2.* Gulielm. *Boekel. de public. iudic. disq. 4. num.* 16. adeout si quis accusaret per procuratorem criminaliter, accusatus veniret absolvendus, *Coman. cons. 42. vis. process. in fin.* Sic iure canonum ex *capite si quando 2. q. 1. 6. c. criminationes 2. quæst 7. cap. 3. absentes quæst. 9. cap. absens, item cap. non oportet. 3. c. qui accusatore 3. cap. ultim. quæst. 9. Ancharan. cons. 116. vol. 2. num.* 18. quin iure Hispano Regio non solùm non admittitur procurator, sed nec defensor admittendus est, ut in *L. 9. tit. 13. lib. 4. recopilat.* in his verbis: *ni procuradores, ni defensores salvo si estubieren presos;* ita *Avendan.* quoque habet *resp.* 15. & *Alcalà in l. 1. tit. 11. lib. 4. recopilat.*

Principalis itaque regula nititur quoque *tex. in l. 1. ff. an per al. causa appel. red. posse, l. fin. C. de*
3 *injur. l. accusatores, §. ad crimin. ff. de public.* Albert. *Gandin. in tract. malefic. tit. utrum procurator in malefic. interveniat num. 2. Specul. in tit. de procur. §. 1. vers. item, quod est criminalis,* plenè *Alexandrin cons.* 116. *incip. circa accusationem. Afflict. dec. 64 num. 2.* Nicol. *Boer. in decis. 185. sub num. 4. Anton Gabriel. commun. opin. lib. 7. tit. de malefic. conclus. 9. num. 1. Bar. Socc. in regul. 322. Iulius Clarus in pract. crimin. q. 1. 8. 32. num. 1. Franc Viv. in dec. 112. num. 1. Bursius in decis. Bon. n. 152. num. 1. Guido Papa in dec. 338. Rota in Novis in dec. 485. incip. si Clericus,*

Hieronym. Magon. in decis. Lucens. 36. num.3. Mynsig. observ.76.cent.1. Alfons. Montalvus in l.fori lib.1. tit,10. de los personeros l.7. in verb. ninguno, Petrus Belnga in Specul. Principium rub.4.sub num.3. Ant.Scappus de jure non scripto lib.5.cap.61.num.1. Parladorus rerum quotidianar.lib.1.cap.20.num.1. Hieronym. Cavall. pract.opin.comm.contra comm. quaest.237. nu.1, Nicol,Reusnerus in dec.24. num.14. lib.2. Dominicus Arumaus in dec. Senens. 4.num.5.Bertaz. cons.432.num.13.vol.2.Menoch.de arbitr.qu.80. Farin.pract.crim quaest.99.Caval.in tract.comm. contr.comm.q.237.num.1.Gotin. de procurat. p. 3.cap.1.num.29.Fachin.lib.1.contr.cap.24.Praes. de Franch.dec.414.num.1.dec.470.num.8.cujus meminit Caball.resol.crim.23.num.13. R.Rovit. in pragm.1. num. 34. vers. nec dicant in fin. de offic.bajuli, Prat.in cit.obser.30.ex num.1. Concioli resolut. crim. verb. procurator, resolut. 1, Campani resol. 21. num. 1. Quaequidem regula multarum,atque multarum opinionum Doctorum in tenebris clausa, cum angustaretur,quaeritaretq;non paucos intellectus, ac coarctationes:ideò rationabiliter manatus fuit ritus 108. qui expressè, ac indiscriminatim id prohibet, ad sedandum difficultates circà intellectus cit. text.in §.ad crimen & aliorum teste de Franch. mox cit.decis.314. num.4. Caravit. in rit. 108, num.3.memore,ac de Franch. laudat Bajard. ad Clar.§.fin.q.33.num.3. & testatur Reg. Sanfelic.
5 dec.237.num.5.Itidem in hoc Rit.269.expressè disponitur, ut nunquam ex parte citati ulla exceptio adhibeatur, nisi absentiae,infirmitatis, & captivitatis, quem ritum nostrates,exornant, potissimum Donad.de renunc.lib.1.c.25. nu.54. Reg.Sanfelic.in prax.judic.sect.53.num.33. Avus meus ad Capyc.dec.5 num.1.& 2.D.Altimare de nullit.rub.4.q.10.num.1.

De absentia locutus fuit alter ritus 276. ibiq; nos
6 scripsimus. Relegamus iterùm lectorem ad Farinac.tom.1.par.1.crim.tit. de inquisit. num.52, de var.& extraord.cogn.quaest. 9. num. 176. latè explicantem materiam, cum declarationibus multis, aliisque ampliationibus, & restrictionibus, Amend.ad Franch.dec.327. D. Majoran. in op.praxi crimin.cap.10. ex num.1. quiq; formam libelli pro illa alleganda num. 5. pro admittenda num.6. in casu contumaciae, subnectit; De hostica verò exceptione latè, Donad. lib.1.de renunc.cap.49.D.Franc.Mari a Prat.lib. 1. disceptation.forens.cap.20.tradens ex Reg.Tapia lib.3.jur.Regni in annot.ad constit.incip Hostici exceptionem, hujusmodi exceptionem locum vendicare in gratiam omnium, qui sunt in exercitu, licet non submoniti, nec citati, nec militent propriis stipendiis,adversus de Franch. decis.286.quam tuetur D. Paul. Staiban. resol. forens.66.par.1. occurrens rei judicatae authoritati per Prat. adductae, quidve contra dotem, idem de Franch.pertractat ibidem,post Capyc.decis.172.Mar.Giurba dec.118.adversus illam respondentes, pro qua calamum arripuere Nauclerius, & alii, quos D.Luc. laudat ad cit. dec. de Franch.memor mei in ritu 167. nu.32. lib.1. & Reg. de Marinis lib. 2. resol.74. num. 15. sibi contrarii, & scripsit Praesul ad Isern. de statut. & consuet.n.12. lit.A. Galter.2. p. 3. par. num, 23.

Ad ea verò, quae diximus de conjunctis, addimus Borrell.1.par.summ.decis.tit.33.de appellat. ex num.920.Ricc.collect.decis.739.& 2401. Vilhelm.Radelant.dec.Traject.81. inquirentem, an valeant solutionem exigere, cavendo de rato, D.Altomari de nullit.rub.4. quaest. 28. ex num. 39.Cartar.dec.34.num.15.& an pater, filio absente, valeat in judicio agere, & experiri uti ipsius legitimus administrator, offerens cautionem de rato, indicant Gamm, & addit. dec. Lusitan.72.Castill.Sotomayor.de usufruct. lib. 1. cap.3.ex num.19.Paschal. de patria potest. par.1. cap.2.num.36.& ibi Franc.Mar. Prat. quin nedùm reo condemnato, & confesso appellare licet, ex traditis à Farinac.qu.101.num.150.Gomes de delict. cap. 13. num.31. & distinctionem adhibent de Franch. decis.556. Capr. in tract. de notor.4.memb.num.114.Giurb.de confess.rei contr.fisc.cap.57.Dana.tom.3. de pugna DD. tit. de confess.cap.3.D.Altimar.de nullit. rub.4. qu.14. sed & conjuncto ejus nomine, advertit Gomes. loc.mox cit.Hector Guido in tract.de confess. p.3. cap.2.num.124. dummodò appellationem condemnatus reus ratificet intrà decem dies, post Avum meum, & Novar. expendit memoratus Danza, subnectens hodierno die haud in usu esse, ut conjunctus appellare hoc casu valeat.

De infirmitate allocutus fuit rit.267. & addimus
7 Grat.cons.98.num.2.vol.1.Suarez in thesaur. recep.sent.§.aegrotus,num.115.Gayll.de pac.public. lib.1.cap.10.num.10.Thom.Act.in tract. de infir. verbo, procurator, n.6.p.2.Ludov.dec.125. n.9. p.2.Ludov.dec.125.num.9. Bovadill. lib.3. polit. cap.15.num.29.& 39.notantem., infirmum pro aere alieno carcerari non posse, insequitur D. D. Raphael de Vilosa in tract. de debit.susp. cap. 19.§.2.num.105.Camil.Borrel.p.2.summ.dec. tit. 60.de procur.ex n.136. qui memor Carav. in hoc rit.necnon ejusdem ritus praxim indicans,subnectit num.137.regulam,ex Luca de Penn. in l. semel, C.de militar.lib.12. haud sufficere unius medici attestationem ad illam probandam, coarctari,si in loco alii non reperiuntur, vel unus sit à publico salario constitutus, ex Carav. Cyrill.Fulgeon.in summul.crim.p.1. tit. de procur, §.unico sub num.2,Boer.dec. Burdegal.323.n.23. Plaz.in epitom.delict.lib.1.cap.13. num.10. & de Luca dicto meminit Novar. apud Ricc. collect. 3065.illudque confirmat Rubinus decis. 195.& negat Passerin.in prax.formand.process.in for. Regul.quaest.20. art.unic.num.39.Peritorum enim judicium summoperè praevalet, & exquiritur, proindè confessionem rei porrexisse venenum, & ex eo absorbentem periisse; illi haud nocere, quoad dictum ex eo defunctum esse, quia illud non est suum scire, sed expertorum, scripsit Foller.in pract.crim.rub.item quod soror venen.num.15 pluriès propterea judicavimus in M.C.rei confessionem super delatione armorum prohibitorum non sufficere, ex Vermigl. cons. 187.num.6. nec testium depositiones super illorum mensuram; sed expertos esse adhibendos, qui haud probant in hac materia, si dixerint in circa, Farinac.de divers.crim.qu.108. Guazzin.

ad

ad defens.reor.def.5.cap.8. num. 3. Bertaz. consf. crim.461.num.10. Ao autem reo liceat producere alios peritos, aliasque attestationes ad oppugnandas fiscalium medicorum attestationes, ibidèm scripsi, & affirmativè probat text. in cap.causam matrimonii, de probat. ubi Glos. præbet modos reprobandi expertos fiscales, & voluere Scacc.de iudic.c.89.ex num.3.Guazzin. defens.4.c.6.ex num.8. ibi: Sed advocatus, si velis defendere clientem suum in stupro, inducat alias obstetrices pro defensione,& concinunt text. in l.fin.C.commun.de leg.l.1.§.sed, & obstetrices, ff.de var.& extraord.cognit. & levem haud sufficere iofirmitatem in terminis ritus scripsi, conferuntque tradita à Gomes.in reg. Cancellar. de infirm.resignant.qu.7. Novar. apud Ricc. cit. loc.& in prax.elect.for. qu.9. num. 5. Actio cit. tract.c. 50. num. 16. p.1. concinunt tradita ab Avo meo ad Grumm.dec.33.ex num.1.de Angelis ad Foller.tit.item,quod soror.venen.Thor.par. 1. compend.verbo, venenum, & par.2. vat. 2. ex num.1.Reg.Salernit. decis.30. multaque de medicis, ac protomedicis scribuot Baron. de effect. inimic.affect.37.num.39.Petr. Gregor. Tholosan. syntagm.jur.lib.18.c.25. num.2. Augustin. Barbosa de potest.Episcop.allegat.91.Vincent. Curocc. de locut.verbo,Medicus in indic.Rutger. Rulandus par.1.de commissar.cap.15.Herman. Latherus lib.3.de Censu.c.21.Rodericus à Castro in medico polit.Besold.thesaur.pract.lit.A.voce Arkt. & de vita, & mortis considerat. lib. 2. cap. 1. Daniel Otto de jur.publ.c.19. Huginus lib. 2. qu. 26 Johann.Lymnæ de jur.publ.cap.4.ex num.19. De illorum privilegiis Saclet. disp. de jure, & privil.Medic.1.th.48.& seqq.Poucet.de jur. municipal.dist.51.pag.188.cum seq. Brisson. antiq. lib.2.cap.3.p.49 De medici imperiti pœnis,Menoch.lib.2.de arbitr.cas.581. Rip. de peste tit. de remed.contr.pestes medicorum 66, Alphan. collect.949.Vasq.lib.1.controv. c.19. & de obstetricum officio agunt Fulv.Pacian.lib.2. de probat. cap.2.Rutger.Ruland.p.1. de Commissar. lib.4. c. 17.Tholos.syntag.jur.lib.18.c.25.Caranza de partu natur.& legit.c.1.sect.1.n.36.Mascar.lib.2.de prob.concl.1125.

Qui quidem periti jure coguntur suum exercere officium, ut ibidem dixi, sicuti notarius
8 iostrumenta conficere, caupo hospites recipere, advocatus, ac J. C. de jure respondere, coosilium, ac patrocinium præstare, Ripa de Nocturn. temp. cap.132. num.4. Grass. de effect. amic. num.141. Novar. qu.forens. 27. num.4. Muta consuet.68. num.20. Palm. in divers.jur.comm.& Regn.prag.2. Glos.7. num.35. Ferret.de for. seù induc. milit. num.187. & in specie de Iureconsulto loquitur Consil.Marpurg. 29. num.7.& 8. vol.2.Fich.cons.23.par.2. Bes.cons.52.num.1. & de patrono Christian. lib. 2.decis.102. Sich.ad l.17. C.de procur. Speckhan. cent.2.class.4.qu.46.Ayror. in process. par.1,cap. 1.observ.8. Iudex propterea petentibus Advocatum dare devincitur, maximè si ex adverso pars omnes meliores prævenit, dixi in ritu 99.num. 3. lib. 1. addo Joan. Bechtoldum in loc. commun. verbo, advocatus, vers.qui advocationis, prædictaque coarctari in inimico, pro quo haud periti possunt cogi munus adimplere, notat Gratian. decis. 133. ex num. 14. vel contra amicum Reg.Revit.in rub.de postul.num. 10.Valasc.consult.124.tom.2. Gabel. decis.Lusitan.214.num.8.& 10.p.2. præcipuum verò dictum nititur, quia quis iovitus compelli potest ad officia publica, oi justa detineatur excusatione tot.tit. ff. de munir. & honor. l. penult. §. qui autem, ff.de vacat.& excus. mun. Gl. in l. 2. verbo. consensum, C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. Hac ratione ductus ingeniorum phœ-
9 oix Ant.Faber in C. lib.3. tit.4. ne quis in causa sua, defens. 1. voluit, quod Seoator recusari non possit in causa patroni, vel procuratoris, qui adversus ipsum prestant patrocinium, oam, ut inquit in add. num. 5. Quia nec causa ulla est, cur probus Senator, quales esse omnes credendi sunt, odio prosequi debeat adversarii sui advocatum, vel procuratorem, quem sciat ex officii sui necessitate munus illud subire omnimodo debuisse, & ut fungeret, ipso etiam Senatu sub gravissimarum pœnarum comminatione jubente, cogi potuisse. Quid enim huic possit imputare? arg. l. quod autem 6. §. apud Labeonem, D.quæ in fraud.cred.l.nec quicquam 9. §. advocatus, D.de offic.Proconf.

Hoc Fabri axioma ad libellam revocatum est hodiè, dum jam daretur typis hæc pagioa, io
10 S. C. etenim U. I. D. D. Hyacinthus Ursioo suspectum deduxit alterum ex DD. Consiliariis, contra socrum cujus quibusdam ab hinc annis patricioium præstiterat, & nuoc præstat, qui cum deindè in S.C. in ejus Aula litem habens cum Francisco Dominico Cesarano, æquo animo tulit, quod ille ferret suffragium super incideoti, at cum causæ principalis expeditio immineret, ipsum recusavit formiter, facto deposito, io duabus causis io sua aula vertentibus, & in omnibus aliis, propter duo capita. Primo, quia patrocinium præstiterat diù contra ejus socrum, ut eam excluderet à credito dotali oon exigui momenti, in quo post socrus obitum successura erat ejus uxor, et consequenter ipsemet administer, cui promissæ fuerant in dotem omoes successiones, quomodocumque ad uxorem pertinentes. Secundo, quia sanguine coojunctus erat alteri parti ex adverso, cum qua similiter litem, idem D. Hyacinthus agitat io eadem aula.

Adversarii è contra obstrepebant obstare pragmaticam 15. §. 6. de suspic. offic. quæ tempus 40. dierum ad proponendas suspiciones statuit, de qua memioi in rit. 265 num. 52. lib. 2. quod jam erat elapsum; ipsummet D. Hyacinthum tulisse, imò, et assensum esse, ut suffragium ferret minister in causa, et obstare eadem prag. in §. 7. ac jus commune apud Grass. excep. 24. Giurb.decis.99. ex num. 3. Gallerat. de renunc. cent.2.renunc.143.Caroc.de exception.excep.120. num.16.Gunav.dec.11. num.17. Cesar.qq. peregrin.q.48.num.10.

Præterea ooo esse verum illud axioma, quod minister sit suspectus in causa patroni, qui in ipsum patrocinatur, cum nullibi ioveniatur id cautum, jure nec communi, nec municipali, & licèt antesignanus huius opinionis videatur

D.Reg.

D.Reg.Scipio Rovit. in pragm.1. ex num.55. de suspic.official. attamen *Antonius Faber* non minoris auctoritatis Doctor *cit.loc.& lib.3. tit.1. definit. 35. de judic.* clarius dixit oppositum in causa civili, secùs criminali, cui ex *Luca de Penna in l. unic. C. de his, qui se defer. lib. 10. col. 2. circa finem*, assentitur *Avus meus ad Gramm. decis. 33. sub num. 2.* quin adamussim *Barbos. in c. ex litteris, num. 4. de offic. judic.* advertit, inimicitiam ex advocatione contractam, haud esse consideratione dignam. Imò nullam oriri, censet *Consil Campan.resol.crim.2. num.36.* quod enim dicitur de inimicitia resultante ex lite, procedit inter principales, non cum advocato, procuratore, seù alio auxiatore, *Bart.in l.3.§. non solùm, num.3.ff.de adim. leg.ex tex.in l.qui cum major. §. pen. ff. de bonis liber.* sermocinante etiam de auxiliatore in causis criminalibus, et ad offensam, et in fortioribus terminis id comprobat *Ripa in cap. 1. num. 15. de judic.* quod veritate non oriri in causa criminali, sed duntaxat civili, ostendit *Jo.Vincent.Honded.consf.107.ex num.33.* his verbis: *& licèt hoc non sit verum in advocato, & procuratore, seù alio auxiliatore in causa criminali contra inquisitum, seù querelatum, cum quo inimicitiam contrahi ostendit Blanc. de judic.num.138. & seq. Aliud est in procuratore in causa civili, in qua maxima diversitatis ratio perpenditur, ut est clarissimum. Honded.* refert *Jo Jacob.Speidelii sylloge qq. juridic. & politic.* verbo, *inimicus, el primo.*

A quorum opinione non esse discedendum addebant, non modò, quia ratio cui innititur, non exigua est, nec est enim præsumendum, quod minister concipiat odium in patronum adversæ partis, qui fungitur officio necessario, maximè si omnibus, quibus par est, sedulitate, & zelo id agat, in hoc potissimùm casu, in quo lis erat non cum ministro, sed cum ejus socru; verùm etiam quia modus imponendus est suspicionibus, quæ cutisque devoniunt, ut causas ferè immortales reddiderint, in maximum justitiæ, illiusque dignitatis, detrimentum, ut dixi à me in *rit.165.in princ.* hoc *lib.3.* Circa secundum caput ajebant, quod jam minister longè antè ad alterius instantiam declaraverat, se non posse intervenire, utpotè alteri conjunctus sanguine, quapropter superfluum, imò affectatum videbatur hoc caput in officiali, qui neque judex erat, neque suffragium laturus in illa causa.

Re autem pluriès, ac plenius discussa, decrevit Senatus, quod *non interveniat in causis, in quibus habet interesse D.Hyacinthus Ursinus, die 12. Januarii 1679.* suffragia præstantibus DD. spectabili Præside, Ill. Comite Legardi, aulæ præfecto, me causæ Commissario, & D. Jo.Baptista de Afflicto, penès Scr. Nostrum S.R.C. sententiam à nostratibus nostrisque subselliis simpliciter canonizatam, quod reddatur suspectus, ratam habuit, quam infectantur *Reg.de Marin. lib.1. quotid. cap.210 Donad. de renunc.lib.1.cap 32.num.87.* & alii à me laudati in *rit.265.num.172.lib.2.& num.167. lib.3.* ac ibidem decisum trado, & determinavit Collaterale Consilium in D. Consiliarium Franciscum Rocco, quem uti consultorem Rev. Fabricæ suspectum deduxit D. D. Hyeronimus Lanfranco, vir nobilitate, ac doctrina insignis, ex quo in ipsum, petentem palmarium ducatorum mille, & quincentum, à Duce Nucariæ, patrocinabatur, & die 18. Januarii 1661. relatore D.Spectabili Reg. D. Felice Ulloa, & Lanzina, nunc nostro dignissimo Præside, fuit provisum, quod, *non interveniat*, penès Lombardum scribam à mandatis. Nemo enim inficias ibit, quod minister litigans aliquod odii, atque iracundiæ concipiat in patronum, qui ipsi obstat; contradicit, & adversatur, & quod incurrant advocati inimicitiam cum parte adversa, docet *Glos. in l. si pecuniam, in princ.* verbo, *repetetur, ff. de condit caus. data, & in l. qui operas, ff. locati, Prat.lib.3.cap.48.num.5.*& ad *Muscatell. par.1. Glos.sententia*, verbo, *nec ignores velim, vers. quodquam dolendum, Decian.par.1. lib.3. cap. 25. num.18.* & alij à me laudati *cit. loc. Baron. de effect.inimic.effect.37. num.2.* notans *num.1.* ob id licere ipsis arma gestare, ex *Muta*, post alios, in *prag.Regn.Sicil.de arm. prohib. tit. 41. num.53.* & certè ipse patronus dicitur adversarius, *l.1. §. fin. ff. de calumniat*, ubi *Glos. ibi*, verbo, *adversario, lit. D. non principali, sed ejus procuratori, vel advocato, qui & adversarii dici possunt*, & verbo, *adversarius, lit.G. idest procurator adversarii*, contextque *text. in cap.2.de confess.in 6.* quamvis autem integerrimus sit, certè homo est, affectibus obnoxius ad quod respexit Sabaudiæ Senatus apud *Fabrum* referentem in *mem. defin.* 1. quod aliter atque aliter pro personarum, causarumque varietatibus hac de re ille decernere solet.

Minusque officit *cit. consil.107, Honded.* loquitur enim *num.35.* attenta consuetudine illius provinciæ Umbriæ, qua cum procuratore in causis civilibus minimè contrahitur inimicitia, ad quam dignoscendam, consuetudo patriæ attendi debeat *Par.in l.tutor,§.si tutor,num. 1. ff. de suspect.tutor.Paul.Merend.int.crim.div. cons. 88.num.41. tom. 1.* quin tradit *num.37.* non oriri capitalem inimicitiam, post *Blanc. cit. loc. n. 142.* ad finem, ut cum aliis juncta indicium faciat ad torturam, sed duntaxat levem, ex *Ripa in cit.cap 1.num 15.de judic.* & repetit. *nu.42.* & sic intelligendus *Campan. cit. num.36.* qui *Honded.* nititur authoritate, quæquidem levis inimicitia, seù talis, quæ tantùm in simplicem indignationem transeat, qualis qualis sufficit ad removendum judicem etiam si non sit capitalis, sed levis, vel præsumpta, *Capyc.dec.158. num.34.* post alios, *Donad.loc.cit. num.82. Reg. Rovit.consf.2.num.2. lib.3. Reg. de Marin. lib.1. quotid.cap.209.num.6.* & magis in specie *cap. 211.num.11.* Vide *Farinac. de indit. quæst.49. num.75.*

Nec quia munus sit necessarium, hos animi affectus minuit, aut emollit; undè hac ratione dignitatis est causa removendi, dixi in *rit. 265. ex num.128.lib.2.*& addo *Reg.Rovit. dec.80.* in tutore & Gubernatore arrendamenti, ibidem sub *num.99.vers.hinc remota,& num.131.* quid;

quid

quid velit *Specul.tit.de judic.deleg.§.7.num.*10.
quem laudat *Gullup.in prax.par.*1. *cap.*5. *n.*39.
quin ut observat *Reg.Rovit.in cit.pragm. n.*56.
cum enim fuerit ab initio liberum tale non sub-
ire munus, videtur necessitas affectata, quæ
prodesse non debet, *Cors.lib.*1.*indagat. jur. cap.*
23.*ex l.*2.*§.penul.ff.si quis caut.* Perpensum in-
super fuit, quod sat erat lis cum socru, ut
11 posset removeri, ex decisis in fortiori casu apud
*Reg.de Marin.cap.*210.*lib.*1. *quot. resolut.* & de-
ductis à me in *ritu cit.* 265. *sub num.* 119. &
*sub num.*172.*lib.*2.maximè quia magni inter-
erat ministri, cui à sua conjuge promissæ fue-
rant in dotem successiones. Unus præcipuè ex
Dominis lepidè perpendit, quod dicere, ut in-
terveniret, esset auferre clienti D. Hyacinthi
defensionem adversus ministrum, quia patronus
subditus illi propter suam causam, vel causæ
tuitionem, pro qua non, ità facillimè alterum
patronum inveniebat contra eum, deserturus
esset, vel saltèm tepidè defensurus. Tempus
proferebatur non obstare, quia recusatio erat
notoria, tractum habens successivum, juxtà à
nobis tradita in *rit.*265. *num.* 64. *lib.* 2 & *ex*
*num.*39.hoc *lib.*3. multò minus consensus in
eum, quia, ut ajebat alter ex Dominis, pra-
gmatica loquitur, si quis consentiat in profe-
renda sententia, non in decreto interloquuto-
rio, ibi: *Ordiniamo di più, che quelli Giudici,*
che non saranno dati per sospetti nella prima in-
stanza, non se possano allegar per sospetti nella
causa di appellatione, ò reclamatione, ò di nul-
lità, ò di restitutione in integrum adversùs sen-
tentiam; & tetigi *in rit.*265. *sub n.* 41. *in fin.*
*hoc lib.*3.ac *Prat.lib.*4.*discept.c.*48. *n.*8. nec im-
meritò, nam sententia, quæ causam attingit
præcipuam, & definitionem, est illa, quæ ani-
mum judicis testificatur, tum quia consensus
nullum infert præjudicium in aliis causis, quin
possit illum abouere, ad notata à me in eodem
ritu 265.*num.*45.*lib.*3.(quicquid dicant alii, ex
glos.in c.insinuante, extrà de offic. deleg. Paul. de
*Castro cons.*441.*num.*4.*vol.*2.*Reg.Rovit. cons.*19.
*num.*1.*lib.*1.) quod erit in altera causa cum
sanguine conjuncto, in qua si removeatur,
abstrahi etiam debet in illa cum illis de Cesa-
rano, consumato jam actu recusationis, vigore
pragmat. Excell. Comitis de Onnatæ 20.*de su-*
*spic.official.tom.*2.

Quàpropter edisserebatur, non posse intervenire
ob secundum caput, quia vinculum cum parte
adversa confitebatur, & non constiterat officia-
lis excusatio ad aliorum instantiam, sed argue-
batur tantùm ab ipsiusmet depositione, quæ vi-
debatur affectata, cum respondisset præter in-
terrogata, super una enim re, nempè, consan-
guinitate, ut deponeret, mandavit S. C. quæ
non petita responsio diù, solertique studio me-
ditata aliquantulum suspicionis causam coale-
scèbat, ex his, quæ scripsimus in mox *cit.ritu,*
*num.*20. Et tandèm memorabatur, licèt coer-
cendæ sint crebræ suspiciones, iustas non esse
negligendas, & amplectenda nostrorum Majo-
12 rum, & Senatuum placita, minimè enim mu-
tanda, quæ certam habuerunt determinatio-
nem, *Paulus I. C.* monet in *l.minimè, ff. de le-*
gib. & *S. Leo Pontifex epist.lib.*12. *epist.* 82. *ad*
Anastasium, c. 20. inquit. *Si ea destruerem,*
quæ Antecessores nostri statuerunt, non constru-
ctor, sed versor esse justè comprobarer, testante
veritatis oraculo *in cap.si ea destruerem* 25.*q.*2.
ibi: *nulla possunt improbitate convelli, nulla*
novitate mutari, & *cap.*5. ibi: *Nec prætermit-*
ti posset hoc, quod antiqua Patrum institutio,
concinitque *Erasmi à Cochier.*dictum *in thesaur.*
*politico, par.*1.*lib.*1.*c.*5. ibi: *Majorum enim in-*
stituta tueri, sacris cæremoniis, quas retinere
sapientis est, ac *Divi Gregorii in cap.*12.25. *q.*
2. ibi. *est omninò conveniens, ut quæ ordinata*
fuerint, vel rationabiliter decisa, nulla in po-
sterum debeant refragatione turbari, & repetit
*c.*1.35.*q.*9. necnon *c.*3.25.*q.*2. confertque locus
*Diocesis lib.*53. *histor.* de quo *Tholos.lib.*33.*Sya-*
*tagm.c.*7.*num.*8.& *lib.*8. *de republ. cap.* 2. *num.*
14.*Jo.de Solerz. de jur.indiar.lib.*2.*cap.*16.*n.*75.
concluditque *Cassiodar.lib.*2 *epist.*4. ibi: *delecta-*
mur vetustatis invento, & sequi regulas con-
stitutas libenter amplectimur: quia locus sur-
reptionibus non relinquitur, quoties rationabi-
liter constituta servantur, & iterùm *lib.*10.*epist.*
25. quem laudat *D. Caponus lib.* 2. *discept. fo-*
*rens.*85.*n.*13.

De tertia captivitatis exceptione, de qua fatur
13 Ritus, & sic quod reus reperitur captus ab ho-
stibus, vel latrunculis, loquitur *Scialoy.de for-*
*jud.c.*8.*n.*76. in huiusce ritus terminis, necnon
antè *de Nigr. in cap. Regni post commissum, n.*
15. *Guazz.defens.*12.*cap.*1. *num.*46. *Bajard. ad*
*Clar.§.fin.q.*94. *num.*69. notantes, probata cau-
sa captivitatis, citatum in integrum restitui, de
quo nos pleniùs infrà.

De captivis sermo est apud *Peregr. de jur. fisc. lib.*
3.*tit.*3.*Besold.par.*2. *delibat. pag.* 176. *Gramm.*
*decis.*335. & 384. *Gratian discept. forens. cap.*
801.*Valusc.decis.* 30. *Viv. lib.*1. *decis.* 43. *The-*
*saur.lib.*2.*q.forens.*43.& 90. *Sande lib.* 5. *decis.*
*Fris. tit.*7. *defin.*2. *Mastrill. decis.*120.*Ricc.col-*
*lect.decis.*412.& 1614.& de illorum redemptio-
ne *Illephonsus.Perez de Lara Toletanus tract.de*
*anniverf. & capell.Carol.Ruyn.cons.*118.*num.*5.
*vol.*2.*Barnab.Cornae.decis.Lucens.*65.*num.*6. *Ce-*
*phal.cons.*121.*num.*4.*lib.*1. *Tholos.lib.*10. *c.*5. &
*lib.*20.*c.*4.*Coras.epist. quæst. cap.* 17. *Cuiac.* 11.
*observ.*23. *Thomas Cardan.de Talada de capti-*
vit, ac vinctis, causisque criminal.Petr. Citar.
de mercede redemptionis captivorum.

Aliam adesse, præter memoratas exceptiones, in-
sinuat *Carav.num.*13. nempè, carcerationis pe-
14 nès alium iudicem, cuius prax im idem *Carav.*
ostendit, *num.* 14. quam, illo citato, recensent
*Galter. in prax.instrum.*3. *par princ.* verbo, *au-*
diantur excusatores, *num.* 14. *Franc. de judice*
*robert.de liquid.instrum consid.*4.*num.*21.& ex-
teris, atque nostratibus, attento quoque iu-
re communi, tradunt *Bar.in mem.§.ad crimen,*
*num.*139. *q.*2. *Anchar. Soccin. Aretin. in §. ve-*
*nient, de accusat.Socin.reg.*322.*num.*11.*Foller.*
in pract.crim. in verb. *Audiantur excusatores,*
*num.*8. *Rubeus Alexandrin. de potest.procur. in*
*crim.num.*124.ac 125. *Matthias Colerus in dec.*
Germania 107. *sub num.*31.optimè *Rota in no-*
vis decis. 201. *incip.lites in causa. Nicol. Reus-*
ner.

ner. in decis. Senensi 10. num. 10. & 11. lib. 2. Philipp. Port. in cons. 3. sub num. 2. Villadieg. in for. judic. lib. 2. l. 4. num. 10. tit. 3. quidquid contrarium certarint adducti à Gabriel. in tit. de malefic. conclus. 9. sub num. 65. vers. contrarium, aliàs enim esset negare defensionem, quæ cum sit de iure naturali, ex c. Pastoralis, de re iud. & dicit Petr. Bellu. in specul. prin. rub. 26. in verb Iesu Christi, num. 14. eruitur, quod carceratus pro causa capitali, tum extra carceres non habeat defensorem, sine procuratore decederet indefensus, ac iniustè moreretur, ait Cic. lib. 3. de off. quam tuitionem reo nec Princeps de suæ auctoritatis plenitudine tollere potest, Bal. in l. 3. §. si is pro quo, ff. quod quisque juris, de Marsil. in pract. §. expedita, num. 76. ex quo iure fulcitur, reum in carceribus arrestatum pro capitali delicto, per procuratorem intervenire posse, tribus exceptis capitibus, scilicet ad contestandum litem, ad torturam, & ad sententiam, ut ex Bald. effato in l. reos, C. de accus. voluit Gabriel. in dict. conclus. 9. num. 66. tam enim litis contestatio, quam tortura, & sententia capitalis, rei, non tamèn procuratoris personam respiciunt, & ita servatur in M. C. Vicar.

Quod si carceratio in alio Tribunali sit affectata,
15 haud iuvet, notant Clar. §. fin. q. 34. de Lauren. de judic. suspect. c. 15. num. 56. Foller. cit. loc. ex num. 34. de Leonar. in prax. offic. c. 13. n. 19. Scialoja de for. iudic. cap. 8. ex num. 78. Consil. Carleval. de judic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 7 sub num. 888. vers. qua in re, qui Carav. effatum in hoc ritu sub num. 5. minimè ratum habet, monetque, ut cum casus contingerit ex indiciis, circumstantiis, ac præsumptionibus dignoscatur, an sit affectata, quod propterea totum iudicis arbitrio remittit Avus meus ad Grammat. decis. 26. num. 11. relato Carav. num. 15. & 16. qua in re ae Angelis ad Foller. cit. rub. audiantur excusatores, num. 42. advertit, huiusmodi affectatam carcerationem operari, ut minimè causa Baroni remittatur: contradicit verò Capiblanc. tom. 2. de baron. cap. 31. ex num. 4. Thor. p. 3. comp. fe. 1. verbo, debitor condemnatus, & verbo, debitor, ut audiri possit. Apud me tamèn verùm est in dubio præsumi affectatam, si citatus iussu iudicis superioris, se exindè consignaverit in carceribus inferioris iudicis, ex l. 2. §. simili modo, ff. si quis caution. Tiraquel. de retract. Linager. §. 35. gl. 4. nu. 37. Cassan. in consuet. Burg. tit. des fiedz, §. 1. num. 10. & decisum à Senatu Mediolanensi, notat Iul. Cæsar. Calvin. comm. in dub. jur. conclus. concl. 100. verbo, carceratio affectata, ex Carav. in hoc ritu effato, quo fretus Novar. decis. 65. scribit, vassalli causæ remissionem Baroni prorsùs denegandam, si ipsius remissionis articulo pendente, Curia Baronalis, quæ illum in suis vinculis detinebat nomine iudicis superioris, habilitavit, Reg. Carol. Tap. de iur. Regn. pragm. 6. ubi de delict. quis conven. deb. post de Franch. decis. 232. addo Capibl. de Baron. tom. 2. cap. 51. num. 7. Scial. cit. cap. 8. num. 137. quiq; subnectit, Capitaneum, qui carcerationis fidem egit, non mulctari, si deinde reus in vinculis non existat, ex Dans. de pugn. DD. t. 3. tit. de praevent. cap. 1. ex num. 28.

Hinc nil mirum, si de præventione affectata nulla sit habenda ratio, veluti, si spontè reus coram iudice prævento se constituisset, animo graviorem effugiendi mulctam, quo casu præventio per citationem verbalem prævalet reali, Farin. de inquis. q. 7. n. 13. in 1. & 2. sublimit. Tond. de praevent. cap. 50. num. 13. p. 2. Et de absoluto, an possit iterum molestari, si fraus, & collusio intercessit, ad tradita per Carav. in hoc ritu num. 22. & 23. scribunt Muta decis. Sicil. 26. num. 16. & tom. 5. cap. Sicil. c. 359. num. 11. Scagl. in rit. 291. num. 2. Clar. §. fin. qu. 57. vers. si dictum est. Dans. t. 3. de pugn. DD. tit. de absolut. & an possit iter. molest. Ex collusione enim nè dum actus, sed sententia indè manata corruit, Surd. de alim. tit. 9. q. 42. Giurb. decis. 91. num. 15. Viv. decis. 196. num. 4. Fab. de Ann. cons. 103. num. 16. Sempron. Asteia determin. 170. Visconti memor Carav. in concl. jur. verb collusio.

Aliam addit Carav. num. 20 exceptionem, quam, tum de iure, tum de observantia, posse per
16 quemcunque opponi in hoc Regno, nempè nullitatis notoriæ, ex eisdem actis apparentis, ut si opponatur relationem nomine nuntii citantis carere, vel sinè testibus esse, vel fuisse citationem actam die festivo, aut circumductam, contumaciam non esse accusatam suo die, vel die feriato, Carav. laudat Præs. de Franch. decis. 232. num. 3. in fin. carpens illum nihil allegasse; ad suum firmandum effatum, sed illud niti, quia exceptio nullitatis non est propriè exceptio, de Franch. meminit D. Prat. cit. obser. 30. num. 28. & ad Muscat. par. 2. lib. 2. Glos. gradum, pag 63. col. 2 vers. ad num. 8. Laganar. ad Reg. Rovit. in pragm. 2. de citat. vers. sub citatione Follerij, Avus meus, post Carav. in hoc ritu, ad Capyc. decis. 167. num. 4. in fin. qui nonnulla de exceptione nullitatis notoriæ, & in continenti probatæ observat, nosq; scripsimus in ritu 166. num. 221. lib. 2. & supra in rit. 265. num. 40. hoc lib 3. Anich de praevent. c. 2. dub. 5 num. 138. extollens, Carav. doctrinam in hoc rit. num. 20. in praxi servari, quod nullitatis notoriæ exceptio, ex eisdem actis apparentis, non solum à procuratore, sed à quocunque allegata admittetur, & impediat, ne procedatur ad condemnationem non comparentis, nec aliter sit contumax, hocque etiam attenta pragm. sanctione 8. de instrum. liquidat. Præsul. Cavensis Afflict. contiov. 11. & in add. ego in ritu 106. num. 16. lib. 1. quem locum laudat, & insequitur D. Altimar. de nullit. Rub. 4. q. 10. num. 29.

Propterèa de foriudicationis sententiæ nullitate, non solùm inquisitus, sed eius agnati, cognati,
17 cæterique dicere valent, ante tamen illius prolationem, notant Jo. Ant. de Nigris in cap. 155. sive quis, num. 19. alii mox citandi, ex eo, quod cum agnati, atque alii citentur ad dicendum, quare ad foriudicationis sententiam procedi, non possit, meritò ad opponendum de nullitate eis permissum; alias frustrà citarentur, ex DD. quos allegat Achill. Personalis de

posse

poss. remed. 4. *num.* 69 & *Menoch. de adipis. r.* 14.
num. 555. *Gramm. cons.* 1. *Franch. decis.* 329. *n.*
7. *&* 11. quod quidem post sententiam aliter
est, nam sententia lata, ipsoque reo in carceri-
18 bus existente, nonnisi hoc nullitatis reme-
dium habere indubitati est, de *Franch. decis.*
673. 674. 687. *&* 688. *Baiard. ad Clar. q.* 94. *n.*
8. *Intrigl. sing.* 24. *Farinac. cons.* 111. *num.* 11.
Reg. Sanfelic. decis. 199. *Molfes. ad consuet. Neap.*,
p. 4. *q.* 47. *num.* 12. *Thor. ad Jo. Grand. de bell.*
exul. spec. 48. *Consil. Campan. de foriud. resol.* 25.
num. 4. *Altimar. de nullit. Rub.* 4. *qu.* 9. *num.*
50. adeò quod *Reg. Tapp. de jur. Regni*, *in* 5.
tom. de bann. & foriudic num. 9. determinatum
contra quendam de Caballo refert, qui, dedu-
cens nullitates, minime fuit admissus, ad pro-
bandum, se tempore sententiæ captivum in
Turcarum potestate extitisse, & proinde fuit
decapitatus, & illam decisionem postea inseruit
in suis aliis S. C. decisionibus *num.* 54. eiusque
alcam alio in themate insectatur *Reg. Salernit.*
decis. 3. ubi quamvis per inquisitum fuisset op-
positum inter alias exceptiones contumaciam
impedientes, istam captivitatis esse, huiusce
Ritus vigore; tamen fuit decretum, præfatam
foriudicationis sententiam fore exequutioni de-
mandandam, quia habitum fuit pro vero, cap-
tivitatem ante sententiam non extitisse, quo
in casu ità intelligere dicit *Ant. de Ball. ad prag.*
lib. 5. *tit.* 12. *§.* 1. *de nullit. forjudic. non aud. nu.*
16. *&* 17. subsequens in fine id, quod dicitur,
posse reum de nullitate dicere, vendicare lo-
cam in nullitatibus notoriis, & evidentibus,
ex DD. quos ibi exteros, & non nostrates lau-
dat, & nuperrimè omnes adducit *D. Altimare*
mox *cit. loc. num.* 51. & evidentes, ac notorias
non intelligas velim de notoriis, & evidenti-
bus aliunde, quàm ex actis; notorium namq;
insurgere, præter acta, potest, ut indicavit
Vant. tit. quis possit dic. de nullit. n. 53. ubi cum
laudasset *Glo.* notabilem *in clem. appellanti*, in
verb. *judex de Appell.* & *Anch. cons.* 388. *nu.* 6.
dicentes, quod licet notorium ab onere pro-
bandi relevet, non tamen relavat ab onere pro-
ponendi, quorum dictum adversatur ei, quod
dixerat sub *num.* 52. notoriam nullitatem ex
actis resultantem non oportere deduci, sed iu-
dex ex officio perpendere eam potest, ex DD.
ibi memoratis, propterea ipse sub *cit. num.* 53.
dicit illud *Glos. & Anchar.* dictum debere in-
telligi de alio notorio, quam ex actis resultan-
te: Ideò intelliges de evidentibus, & notoriis
ex eisdem actis, quis notorias, & manifesta
esse dixit *Riv. in cit. l.* 4. *§. condemnatum, num*
16. *de re judic. & Vant. de nullit. tit. coram qua*
num. 13 & quas de ventre processus practici di-
cunt, *Joseph. Ludov. decis.* 224. *num.* 2. & ex re-
volutione cartarum, *Afflict. decis.* 283. &
in ore omnium est, nullitates ex eisdem
actis propositas sententiæ executionem impe-
dire, *DD. in d. l.* 4. *§. condemnatum, & in*
clem. 1. *eodem tit. de re judic.* ita quod licet
Pragm. Regis Ferdinandi primi 5. *sub tit. de*
offic. S. C. de nullitate sententiæ S. C. dici in-
hiberetur ad finem retardandæ executionis ob
tanti Senatus eminentiam, prout etiam de iure
canonico trium conformium sententiarum sub
nullitatum prætextu, executio minimè impe-
ditur, ut in *dicta clem.* 1. tamen illa Ferdinan-
di sanctio fuit declarata, ut de nullitatibus in-
telligatur, quæ extrinsecam probationem, vel
aliam indaginem requirunt; & quando ex eis-
dem actis nullitates allegantur, declaravit D.
Per Afan, tùnc Vicerex in eadem *pragm.* 5.
vers. qua præsenti sunt, esse, quousque discu-
tiantur, in executione supersedendum, prout
eandem declarationem DD. facere ad *text. in*
d. clem. 1. notat *Gabriel. de execut. rei indic.*
concl. 1. *num.* 8. *vers. contrariam. & cap. cit. de*
except. concl. 4. ex *Olerad.* antesignanu in *cons.*
106. & sic puto, illum doctissimum Reg. Ta-
piam dicere voluisse, admittendum reum mi-
nime in nullitatibus extrinsecam probationem
requirentibus, prout erat in illo casu, in quo
reus ad probandam captivitatem terminum pe-
tebat. Quamvis in illo casu si S.C. non habuis-
set pro vero, illum ante citationem in captivi-
tate non utique extitisse, quodque illa excep-
tio, ad dilatandum, proponebatur, nescio,
an illum capite privasset, quia si daretur pro
vero illum in ostium manus incidisse, ibique
tam diù stetisse, ut comparere non potuisset,
certè foriudicatio nulliter decreta fuisset, & re-
versus in libertatem, sicuti iure postliminij, om-
nia alia recuperaret, *l. postliminij*, 5. *de capti-*
vit. & postlim. divers. ita, & eò magis admitti
deberet ad illud tempus elapsum quo ab hosti-
bus impeditus comparere non valuit, & resti-
tutionis in integrum clypeo, si qua mihi iusta
causa, poterit ipse foriudicatus docere de impe-
dimento, quo detentus infra annum compare-
re non potuit, ut indicat *Reg. Rovit. in tit. de*
sent. foriudicat. ex *Campagn. in d. cap. Regni si-*
vè quis, num. 24. quamvis dicat sibi non lique-
re, an hæc theorica sit vsu recepta, sed quia ra-
tioni, ac æquitati consentaneum est, ut resti-
tuatur, qui ab hostibus captus comparere ne-
quivit, puto, quod si casus iterum occurrerit,
melius forsan, trutinato articulo, aliter dici
deberet, & miror, quare in casu *Regent. Tap.*
nec ab ipso, nec à *Reg. Rovit.* ibi fuit allegatus
Foll. in verbo, *audiantur excusatores, num.* 60.
ubi hoc nectit expresè concedi foriudicato per
viam restitutionis in integrum, dicens, non
modo sic in facto evenisse Io. *Antonio de Nigris*
in dicto cap. sive quis, sed etiam ipsi in causa
Jo. Jacobi de Morte de Terra Ebuli foriudicati,
qui tandèm fuit absolutus. & sic theorica, in
qua anceps est *R. Rav.* additur vsu frequens ex
memoratis saltèm binis præiudicatis, ut dicit
Glos. 3. *in l.* 3. *C. de Episc. audient*, & *Napod. in con-*
suet. si de binis, in verbo, *non habet*, & alios
laudat *de Franch. decis.* 238. *num.* 3. nec sine au-
thoritate id præfati dun Regnicolæ afferunt,
sed moventur ex *Bald. Felyn. & Alberic. de Bru-*
no allegatis priùs per ipsum *Camp.* & postea per
Foller. qui quasi ad litteram hanc eamdem cum
ijsdem DD. theoricam tradit, & post prædictos
optimè *Farinac. q.* 11. *de inquisitia*, *num.* 50. *&*
60. *in fine*, hæc profert verba. *Et omnia præ-*
dicta tu lector tene menti, quia alibi non repe-
ries, ita in specie, de qua agitur disputata, tu

autem Judex bene serva, ut dura tibi videantur, quia juris rationi, & aequitati conformia sunt, & tu Advocate bene in illis insiste, quia & reum, & veritatem ipsam hoc modo defendes, haec *Farinac.* qui sub *num.*69.*vers. quibus tamen non obstantibus*, *Affl.* effato occurrit in *constit. poenam eorum*, *num.* 1. *vers. tertius effectus*, dictum nempè forjudicatum non valere deducere iustum impedimentum, quia non ipse comparuit, nec alium misit ad iustas causas absentiae allegandum. Si autem foriudicatus capturam extitisse post citationem sibi iniunctam, diceret, tunc non esset audiendus, per ea, quae subiungit *Foller. sub num.* 61. quia impedimentum superveniens post citationem, ac post arreptam fugam, ne compareret, sibi imputari debet, ad iura, & DD. quos ibi memorat, & si posset coram aequo iudice pro foriudicato dici, quod cum habebat annum ad comparendum, si infrà illud fuit captus, & statim comparuisset, quod tali casu posset haec *Foller.* cessare restrictio ex discursù *Farinac.* in mox *cit. loc.*; ad quem lectorem relego; haec namque restitutio in integrum, cum sit diversa à nullitatum exceptione, quam ex actis resultantem allegari, opus esse, diximus, poterit aliunde probari, licèt in continenti probari, debeat, ut tradunt DD. in hypothesi, an executio sententiae per restitutionem in integrum retardetur, de qua diximus *in rit.* 152. *sub num.* 14. *lib.* 1. qui quidem DD, licèt loquantur in civilibus, tamen multò magis in criminalibus, cum illius executio sit maioris praeiudicii, ut per *Roman. in l. possidere, §. si servus, ff. de acquirend. possess.* & ante eum, dixit *Bart. in locis ab eo citatis*, quos omnes referre *Vital.* dicit *Lancell. de att. rest. pend num.* 43. ubi sub *num.* 4. enarrat, interim ab executione abstinendum esse, etiam quod suspicetur de calumnia, modò evidentèr de ipsa calumnia non appareat, & propterea subtexit, quod interim bannitus non possit offendi, etiam si in statuto diceretur, quod banniti non audiantur, nam bannitus ad restitutionem est admittendus.

Et ista distinctione de nullitatibus notorijs, & evidentibus usum fuit nostrum S. C. saepiùs, in favorem agnatorum decidendo, ut de nullitate sententiae foriudicationis dicere potuissent, reo non existente in vinculis, ut in *decis. de Franch.* 688. *Giurb. cons.* 95. *num.* 13. *Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. resolut. cap.* 33. *ex num.* 6. quem laudat *Luc. ad mox. cit. decis de Franch.* 588 *Scial. de foriudic. c.* 11. *num.* 23. & *Gara. Mastrill. dec.* 561. *lib.* 2. cum dixisset, in illo Regno de nullitate foriudicationis dici posse, reo tamen carceribus mancipato, ex *Foller. in supra cit. loco*, & *Afflict. in const. poenam eorum*, *num.* 4. ita ut quando agnati, de nullitate sententiae dicere, praetendunt, fiunt decretationes, quo foriudicati se praesentent, & postea providebitur, subsequitur ipse *Mastrill.* aliter tamen, quo ad nullitates notorias, & evidentes, quae ab agnatis, alijsque propositae recipi debent, licet reus in carceribus non existat, quamvis *Reg. Tap. eodem num.* 10. dixerit, nullo modo ad dicendum de nullitate sententiae, illo non existente in fortijs, agnatos admitti debere, ex rationibus ibi per eum adductis, subnectens, ipsum adversus sententiam in Aula D. Petri de Vera, de qua fit mentio in *mem. decis.* 688. *de Franch.* cum partes fisci tueretur, impetrasse à Prorege rescriptum, ut in executione praefati decreti supersederetur, & alias refert *Thor. in suo* 2. *tom. compend. decis.* in verb. *nullitates notoriae*, fuisse per S. C. determinatum, ut foriudicatus veniret cum guidatico duorum mensium, quam decisionem in beneficium foriudicati latam fuisse, potius, quam contra, reos, nam si agnatos excludere voluisset, satis fuisset uti decreto, de quo per *Guaro. Mastrill. in mem. decis.* 161. sed ipsum foriudicatum ad veniendum hortari voluit, duorum mensiumei praestando inducias, seù guidaticum ex duo certum erat, nullitates fuisse subsistentes, & in hoc est discrimen, quando proponuntur nullitates, notoriè, & quando proponuntur nullitates de quibus non est certum, ex eis nullam foriudicationis sententiam reddi, nam quando Judex evidenter, atque notoriè perspicit in citatione Nuncij relationem non adesse, vel adesse sine testium opportunorum interventu, ut diximus supra, ex *dec. Praes. de Franch.* 382. & alios defectus notoriè annullantes, tunc ad quid deseruit Agnatos excludere, cum indubitati sit, quod cum primùm reus comparuerit, erit ipsa annullanda sententia. Circuitus enim est evitandus, *l. dominus* 53. *de condit. indeb.* ubi *Glos. fin.* concordantes allegat, necnon ex aequitate, & utilitate introductum colligitur ex *tex.* & ibi *Jason*, qua aequitate, & utilitate perspecta, ita in re tam magni praejudicij, qualis est foriudicatio, ut dicit *d. de Franch decis.* 349. *num.* 6. observandum esse, decernere deberent judices ex officio, etiam parte non opponente, cum sententiam nullam percipiunt, illius executionem suspendere obstringuntur, *Alex. cons.* 77. *num.* 20. *lib.* 3. sufficit enim nullitates ex actis apparere, ut per *Bald. in l. si unus, §. pactus, ne peteret, vers. quod in specie, num.* 20. *de pact.* quem *Alex.* in praefato loco allegavit *in l. plene in fin. ff. de petit. haeredit.* ubi si aliqui ex forma statuti de nullitate dicere prohibeatur, tamen Iudex ex officio supplere poterit, prout alia ad rem notat *Iason. in l. ubi pactum, C. de transact.* & eò maximè, cum ex facie actus resultant, & praecipuè ratione publicae utilitatis per DD. quos *Vant.* laudat *cit. quis dic. de null. poss. num.* 10. necnon per *Foelin. in cap. cum ordinem, col.* 8 *nu.* 11. *de rescript.* & *Alex. in l.* 1. *C. ut qua des. Advoc.* & singulariter notat ex *Vant. ibidem; num.* 52. & 57. dicente, quod & si nullitates notoriae ex actis resultantes non allegarentur tamen Judex, tacentibus litigantibus, eas tollere & revocare potest, quia hoc eius munus est, ne frustra litigari contingat, argumento *text. in ca.* 1. *de procur.* & *cap. causam, quae de iudic.* & recenset plures huius opinionis Doctores.

Restringitur tamen haec opinio, quando agnati eas proponerent nullitates, quae ex oculari inspectione, atque ex actis reluceant, non autem illas, quae licèt ex actis possint exurgere, tamen dubiam altercationem habent, an ex eis nulla reddenda sit sententia, nec nè, cum iuris articulus dubius facto aequiparetur, ex *Bart. in l. cum*

pre-

prolatis, *de re jud.* & *Bald.in l. cum proponas, C. de rebus cred.* dicens tunc ius esse certum, quando de illo constat ex sola librorum apertura, *l. ancilla C. de furt.* non autem quando sunt rationes hinc, indè, *Affl. in add. ad controv.* 46. & 47. *num.7. Prat. lib.4.discept.7. nu.3.* quapropter sicuti in quæstione facti compromissum fieri potest, ita in quæstione articuli iuris dubii, quæ omnia adducit *Ruin.consf.87.num.27. lib.3.in fin. num.* ad probandum, quod sicuti quando factum in terminis *l. fin. C. de Aed. D. Adria.toll.* altiorem requirens indaginem, non impedit rerum hæreditariarum immissionem, ita & similiter quando est quæstio iuris, altiorem exigens perscrutationem, ut est in nullitatibus, de quibus in *decis. de Franch.* 322.515. & 560. cum sit dubium, an nulla ex nullitatibus propositis reddatur foriudicationis sententia, etiam quod illæ ex actis fuissent elicitæ, posset sub rigore stare Judex, nè contingat elusoriam reddi ipsius pronunciationem, si dixerit nullitates non obstare, & non posset propterea ad sententiæ executionem contra foriudicatum, qui non est in fortiis, devenire, iuxta perpensa in iuris responsis à *Thor.* rescriptis sed si nullitates sunt certæ, quæ oculis corporeis cernuntur, & in omnem casum essent, nullam foriudicationis sententiam reddituræ, nihil indè resultat absonum, ut foriudicato absente, nulla foriudicationis sententia reddatur, imò inconveniens valdè perniciosum evitatur, nam si sententia est nulla, non potest dici quisquam condemnatus, *l.4. §. condemnatum, de re judicata*, & ibi Doctores, si non dicitur foriudicatus, & Judex ex severitate duntaxàt non admittendi aliquem, ad instandum declarati nullam ipsam sententiam, posset interim à quolibet impunè occidi, ut expendit *Mastrill.cit.* cui restrictioni collimat adamussim dictum de *Franch.dec.233. num.2.* ubi cum à Fisco opponeretur non posse procuratorem admitti, ad dicendum de nullitate citationum, reluctante hoc ritu, S.C. ratum habuit, quod possit, ex quo nullitas ipsius citationis ex eisdem actis oculis corporeis cerni potest, & propterea fiscus de novo inquisitum ritè citavit, erat namque citatio circumducta ex lapsu sex mensium, infrà quos debebant accusari contumaciæ, quæ ibi fuerunt post dictum tempus accusatæ; & sic oculis non caligantibus cernebatur ista nullitas contra *ritum* 121. sic expresse sancientem, prout etiam quando in citatione, seù relatione non adsunt testes descripti, si sumus extrà locum iudicis citari mandantis, iuxtà iura nostri Regni, & alia similia.

Et ut aliquid aliud in praxi utilius in hoc loco adducatur, advertendum censui ex his, quæ su-
19 pra dixi, an nullitates ex eisdem actis existentes, sicuti sententiæ exequutionem impedient possint, post exequutam sententiam, vel post cœptum exequi, produci, ut ad earum discussionem iudex ex eisdem actis procedere debeat, vel impartiri terminum, & instructo processu, sententia indè diffinitiva nullam declarari sententiam, quod pluriès vidi ad libellum revocatum; Eximius; *I. C. Io.Vinc.de Ann. alleg.* 22. *sub num.* 1. viriliter sustinet, esse terminum impartiendum, motus ratione, quia post sententiam nullitates dicuntur principaliter intentatæ, & requiritur libellus, ex iuribus inibi adductis, & sic manasse è S. C. scitum, sub *n. 5.in fin.* quinimò ipse *Ann.* subnectit, quod post mandatum de parendo, quo in Regno, post latam sententiam per S. C. vice intimationis, utimur, & advertit *Musc.in praxi appell.2.par Glos. demandatur,n.* 15. si contigerit proponi nullitates, quod illæ non impediant, executionem, sicuti ante dictum mandatum, vel cœptum exequi, impedirent, in *rub.de vassal. decrep. ætat. in sent.n.*244.& expressè adnotavit *Reg Rov.in prag. 5.de offic.S.C.nu.*22.& amplius in *præfata rubr.* docuit ipse *Ann.nu.*239.ut nec etiam post notificatum præfatum mandatum de parendo, vel cœptum exequi, impediat petita restitutio in integrum, quem laudat quoque *Reg.Rovit.in prag. 1.de minori.n.*25.vbi quod sola præventio in petenda executione sit in causa, ut exequutionem non impediat, & dixi *in rit.*152. *in fin.*

Ann. partes *in cit.alleg.* 22. insectantur *Præsul Cavensis Affl.in add.ad c.*33.*contrav.iur.num.*45.ex *Giurb.dec.*49.*nu.*4.inhæret *Lagunar ad Rovit.in prag.*1.*vers.& in supradictornm, de offic. S. C.* & ipsemet tetegi in *rit.* 6.*sub.n.*9.*lib.*1.

Mihi verò seduiò rem perscrutanti illa arridet sententia, quod nullitates ex eisdem actis
20 etiam postquam sententia fuerit executioni demandata, sint ex eisdem actis, non dato termino, neque compilato processu, discutiendæ; prout nullitates, ex eisdem actis, quocumque tempore proponi contingerit, debeant, atque possunt exequutionem in illis terminis, in quibus exequutio reperitur, impedire, nè progrediatur vlterius.

Nàm nullitates ex eisdem actis, quæ etiam ex ventre processus, & ex revolutione cartarum in subselliis appellantur, ut dixi, sunt tanti roboris, ut dicantur notoriæ, & manifestæ, *Vant. de Nullit.in tit.coram quo,n.*13.*ac Ripa in l.4.§. condemnatum ff. de re iudic.n.*16.*ex cap. cum olim,de verb.signific.* & *l. gesta, C. de re iudic.* & proindè succedit regula, hodie constat, hodie agatur, *l.si is,à quo ff.ut in poss.legat*, quam allegat *Isern.de controv.inter vasal.& al. in fin.* loquendo de nullitatibus ex tenore actorum, & passim in pluribus aliis locis, de quibus meminit *Lipar.de controv.inter Episcop.& vasal.cap.*1. *n.* 3 *lit.P*, quam regulam adducit quoque *Rot.Roman.in novis,antiq & antiquioribus,sub tit. de lit.contest.decis.*5.*alias* 140.*incip.fuit dubitatū, utrum quando fol* (mihi) 114.*n.*2.dicens quoq; quia in notorijs ordinem servare, est ordinem nō servare, *cap.ad nostram, de iureiurand.*& præfatas regulas adducit in proposita quæstione: utrū quando agitur de nullitate sententiæ, vel processus, sit litis contestatio, vel alius iuris ordo requisitus; quam controversiam dirimendam ibi censuit cum distinctione de nullitatibus, quæ ex eisdem actis constare, vel non constare possunt; ut in primo casu, nec litis contestatio, nec libellus requiratur: quinimò ibi dicitur, quod si daretur libellus, adhuc iudex, si sibi sententiam esse nullam ex iisdem actis liqueret, statim facta mo-

nitione poterit se expedire, & sententiam nullā declarare, per *text. in cap. cum ad sedem, de restit. spoliat. & clemen. Pastoralis, de re iudic. & cap. licet de in reinrand. Innoc. in ca. cum inter, de consuetud. circa fin.* & quia poterat objici hoc argumentum, quod declaratio, per quam sententia significatur nulla, illam habet vim, quam diffinitiva, ex *Innoc. & Io. Andr. cit. loc.* sed ad diffinitivam, non nisi iuris ordine servato devenitur, ex iuribus ibi allegatis; meritò igitur ad faciendam declarationem de nullitatibus nullam redd̄entibus sententiam, ordo iuris servari debeat, Ideò ipse hoc obiectū, eadem adhibita distinctione, diluit, dicens: argumentum procedere, quando non ex eisdem actis, sed ab extrinsecis, & aliunde sunt, ad ipsam annullandam sententiam, probandæ nullitates, ex iuribus, & DD. ibi allegatis, insuper etiam in isto casu distinguit, principaliter nè, an incidenter istæ extrinsecæ, atq; aliundè probandæ nullitates, proponantur; ut quando principalitèr, litis contestatio, libellus, & iuris ordo requiratur: secus autem, si incidenter, de quo latè ibi.

Et propterea esset videndum, num quando nullitates, adversùs sententiam post illius executionem proponuntur, dicantur principaliter, vel incidenter adductæ: ut *Ann.* theorica, ex qua tradit, tunc esse principaliter intentatas, sustineri, vel respui possit, & per consequens, si non principaliter, sed incidenter dicantur propositæ, non sit necessarius libellus, nec terminus, neque iudiciaria tela; labente enim fundamento, in quo Doctor suam constituit opinionem, etiam eius corruit opinio, ut per *Ant. Mar. Corat. de elect. op. tit. qui Doctores faciant opin. nu. 15. ex Curt. in cons. 56. col. 4. circa medium, vers. 3. conclusio*, & in hoc reperi *Vant. de nullit. in tit. cerum quo deb. & poss. nullit. propon. n. 13.* dicentem, semper nullitates ex actis propositas dici incidenter in iudicio deductas, ex *Old. cons. 205. Bart. in l. si expressim, col. antepen. de appellat. ex Affl. dec. 283*, quia tunc dicitur nullitas patens, & notoria, *arg. text. in l. si quis legatam ff. de fals.* cum aliis exaratis per *Alex. cons. 85. col. 1. lib. 6. & cons. 59. n. 17. lib. 4.* & subdit, quod ne dum idem iudex primus, sed etiam quilibet alius, etiam inferior de huiusmodi nullitate ex actibus resultante cognoscere valeat, ex *Bald. in l. si adversus, C. si adv. vers. rem indic. & Perus. in c. dilecto, q. 28. ver. sed limita 1. de appellat.* licèt hoc non servetur in Regno: in quo, vel ipsemet iudex, qui sententiam tulit, vel alius eius superior, ad quem per appellationem esset devolvenda causa, de nullitatibus cognoscat, & coram istis tantum esse eas proponendas, voluit *Muscat. in praxi appell. par. 1. Glos. in form. à n. 50.* nisi fortè per alium iudicem inferiorem intelligere voluerit ipsi *Vant. Bald. & Perus.* de iudice executore: coram quo, dixit *Lancell. de attent. null. pend. n. 125.* si opponatur de nullitate: licèt regulariter debeat ad iudicem, qui sententiam tulit, eius discussio remitti: tamen si nullitas ex iisdem actis allegatur, cognoscere iudex executor de illa posset, quod non servat praxis: cum nullus iudex, cui executio sententiæ demandatur, in hoc se intrudat at verò remittit ad iudicem, qui sententiam tulit: & interim nec ipse ab exequendo se abstinere debet, & est iuxtà monitum *Mynsing. sing. observ. cent. 3. decis. 69.* de qua *Lancell. sub num. 127.* pro opinione autem, ut interim iudex executor supersedere debeat, videas *Isern. de controvers. feud. in fin. à num. 16. Joseph. Lud. in decis. Luc. 24.* & *text.* loquentem de nullitatibus propositis coram iudice executore, *in l. si praetor. §. Marcellus, ff. de iudic.* & vide de iudice inferiori, cui est demandata executio, an debeat interim post coram ipso propositas nullitates supersedere, vel ne? *Herculan d. l. 4. §. condemnatum, à num. 20.*

At redeundo ad *Vantium*, qui dixit hujusmodi ex actis prosilentes nullitates, semper dici incidenter in iudicio deductas, affero *Muscatell. in prax. appell. p. 1. Gl. nullitatis, num. 27. Vantio* militantem, qui deindè, sub *num. 53.* declarans, quid illa operētur verba in appellatione apponi solita (*appellat, & aquè principaliter de nullitate dicit*) quamplurima dicit, ad demonstrandum: quòd quamvis quis dicat, se principaliter de nullitate dicere: & proindè, quòd sit super eis dandus terminus, quòd ordinarii super illis nullitatibus sit cognoscendum, atque etiam quòd executionem sententiæ non impediant: cum hi sint effectus, qui ex nullitatibus principaliter propositis producuntur, ut per DD. quos ipse *Muscat.* allegavit *supra sub num. 36.* ubi nectit discrimen, dicendi de nullitate principaliter, & incidenter, & sub *num. 54.* Attamen evidenter cognoscitur, Titium obstrepentem se appellare, atque æquè principaliter de nullitate dicere, ejus esse intentionis, ut ex executioni non sit illa sententia demandanda, stante appellatione, ac de nullitate; atquè adeò melius foret, si incidenter de nullitate diceret, quia tunc impediretur sententiæ executio, ex *Afflict. & Oldrad.* ibique *Muscatell.* deindè pergit, sub *num. 55.* ad ostendendum, quod sicuti quando de nullitate principaliter dicitur, est dandus terminus, ita quando incidenter dicitur; ac ita ipse testatur, ne dum ex DD. ibi adductis, sed in praxi S. C. & M. C. aliisque Tribunalibus, in quibus quamvis ex eisdem actis, & processu nullitates proponantur; tamen semper servari, impartiri terminum, vidit tot dierum ad docendum de allegatis nullitatibus; ut infrà illum ne dum valeat subscribere nullitates, signando locos processus, ex quibus nullitates exeipiuntur: sed etiam ut possit fieri probatio promptuaria, & incontinenti; circa quod diversimodè est sentiendum de praxi S C., Regiæ Cam. Summariæ, aliorumque Reg. Tribunalium, ac de praxi aliarum Curiarum Baronalium; nam in Curiis Baronalibus, quidquid sit de praxi impartiendi terminum, ad docendum de allegatis nullitatibus: infrà quem, ne dùm possunt formari nullitatum capita, cum designatione locorum processus, ipsas nullitates munientium, sed etiam incontinenti ea, quæ extrinsecùs sunt probanda, probare ex *Bart. in l. fin. C. si ex fals. inst.* & communiter in *dicto §. condemnatum*, & ibi in specie *Cast.* quos ipse *Muscat.* adducit, sub *num. 51.* ubi potentia probandi ex extrinsecis

fecis,in promptu,& incontinenti facit, ut differat sententia S.C.ab aliis ; nam ab aliis ne dum ex eisdem actis, sed ex aliis extrinsecis modò in promptu,& illicò probatio fieret,secus autem in sētētiaS.C.in qua nullitates non extrinsecùs,sed eisdē solū actis eliciuntur,ut ex mem.prag.D.D. Per Afan.In sententiis verò S.C.R.Cam.Summ. ac M.C.,aliorumque Regiorum Tribunalium sunt emanatæ pragmaticæ circa nullitates proponendas cum deposito, ac nullitatum propositione, & propterea nihil aliud requiritur, nisi monitio super discussione nullitatum,juxta theoricam, de qua in *decis. 5. Rot. Rom.* & in *pragm.*Comitis de Lemos in anno 1612. vulgariter dicta *delli 28. capi*, & propriè *cap. 16.* hinc ipse *Muscatel.* quamvis suprà sub *dicto n. 27.* dixerit, nullitates ex eisdem actis semper dici incidenter fuisse deductas, labitur indè sub *num.* 60.dicendo : quod quando post sententiam proponuntur, tunc principaliter propositæ dicuntur, quodque libellus, atque litis contestatio requiratur, ex *d.alleg. Ann.*22. nàm si semper dicuntur incidenter propositæ, ut ex *Old.& Bart.*dicit *Afflict.*& post eum *Vant.*& ipsemet *Muscat.*ergò etiam post sententiam, cum dictio *semper* denotet sine præfinitione temporis, *l.in cognitione, ff.ad Syllan.l.ultim. de parricid.* ideoque omne tempus, omnemque casum respicere, *l. semper de jur.immunit.* & per *Bartol.in l.1.sol.matrim.Calvin. in lexic. jur.* in verb.*semper.*Non defuerunt tamen DD.qui dixerint, quod quando nullitates principaliter proponuntur per viam actionis, tunc executionem impediant, secùs autem, quando per viam exceptionis, & incidenter, quos refert ipsemet *Muscat. sub num. 65.* in mox *cit. Glo. nullitatis, & Ann.in cap.1.de vas.decrep atat. num.*244.de qua quæstione, an quando nullitates sunt principaliter, & per viam actionis intentatæ, sententiam executionem impediant? vide *Lancell.d.tit.de attent.nullit. pendent. à n. 9.* ubi primam opinionem refert cum juribus, rationibus, & authoritatibus ut executionem impediat ; alteram negativam probat etiam non sinè legum, ac rationum munimine; & pro ista negativa novissimò loco adducit *August. Berov.* dicentem, quod nunquam nullitas, seù restitutio in integrum principaliter petita executionem impediat, eamq; opinionem tanquam communiori DD. calculo vallatam ipse *Lancell* sectatur,sub *num.* 32. occurrendo omnibus pro prima opinione adductis: & sic apertè respuitur id, quod dixit *D.de Ann.*sub *num.*144.cum respectu nullitatis, tùm respectu restitutionis in integrum principaliter intentatæ, & vidcas *dec. 3. aliàs 9.tit.de restit.in integrum,in præfat.tom. decis. Rot.Rom.incip.si petatur, num.* 1.ubi de restitutione in integrum adversùs fatalia, quod non sit necessaria litis contestatio ; quia non fuit principaliter, sed incidenter intentata; & quid in judicis officii imploratione, quidque in reductione ad arbitrium boni viri, videas ibidem à *num.*2. Sed ad dignoscendum, quando nullitas dicitur principaliter, vel incidentèr intentata *Ann.in dict.tract de Vasal. decrep. atat. num.*245.se remittit ad*Afflict.dec.*283.*in princ.* ubi hanc declarationem non reperiri, sed solùm, quod nullitas ex eodem processu, ex revolutione chartarum sententiæ executionem impediat sub *num.*1. quodque nullitas ex eisdem actis semper dicitur incidenter, & non principaliter intentata ; se remittit quòque ad *Hercul.in d.§.condemnatum, num.*13.*& n.* 22. qui *sub cit.n.*13.dicens,quod quando condemnatus executionem prævenit, & sententiam declarari nullam petit, quòd tunc, quia non per viam exceptionis, sed principaliter intentata per viam principalis petitionis, indistinctè executionem impediat, etiam quod nullitatum cognitio altiorem requireret indaginem ; & sic secundum istam declarationem, maximoperè adversatur ei, quod dixerat ipse *Ann. in mem. alleg.*22.*num.*1. sed est consentanea declarationi, quam facit in *cit.tit.de Vasall. decrep.atat. num.*240.*& num.*144. *& Hercul.sub n.*22. ubi etiam se remittit *Ann.* verbum nullum circa declarationem nullitatis, vel restitutionis in integrum, quando dicatur principaliter, vel incidenter proposita, sed agit de restitutione in integrū, quando impediat,vel nè,ubi videas.

Stat ergo inconcussa conclusio, nullitates, quæ
23 post exequutam sententiam proponuntur,semper dici incidenter, & non principaliter intentatas,quia manifestæ, & notoriæ dicuntur ; & propterea nullum requiri libellum, nullamque telam judiciariam, sed statim, facta monitione, esse discutiendas, & succedere regulam, *hodie constat, hodie agatur*, ut supra probatum est ; quibus accedat, quod ista ex eisdem actis nullitatum discussio est tanti roboris, ut à quocumque Statuto minimè exclusa intelligatur, ita per *Bald.Imol.& Felyn.*firmat *Rip.in d.§.condemnatum,num.*17.& alios memorat *Vant.* in casu Statuti terminum ad proponendum nullitates præfigentis, *in tit.quis possit de nullit. dicer.n.*54.& in eodem ferè Statuto Hispanensi eandem limitationem, ut etiam post terminum illa admittatur ex eisdem actis nullitatum discussio, adducit *Did. Lopez in l.1.tit.8.lib.3.ordin.col.*1276.*vers.intellige, & limita*, & *Lud. Mex.in l.reg.tit.de los terminos, 2. par.num.*28. *Reg.Valens.cons.*182.*num.*19.*lib.*2. *Mich. Nicol. alleg.*15 *Jacob. Mandel. cons.* 70. *num.*13. *lib.*1. *Christoph. Mart. decis. Sen.* 32. *num.*10. *Cancer. var.resol.cap.*18.*in quib. caus. non lic. num.* 29. *tom.*1.*& cap.*15. *de liter. requisit. ex num.* 40. *tom.*3.*Nig.Cyriac.controv.*499.*n.*8. *Fontan. dec.* 16.*num.*8.licèt cum fuissent olim in S. C. propositæ nullitates à decreto interlocutorio post sex dies, præfixos per *d. pragm.*28. & propriè, sub *cap.*18.non fuere admissæ: nullaque habita de eis fuit ratio, non obstante supradicta theorica *Vantii*, ac aliorum, in eodem ferè statuto; & quamvis præfatæ rejectionis causa non fuisset cognita, nisi tantùm, ex quo in Statuto præfato dicebatur, (*che delli decreti interlocutorii, etiam di quelli che hanno forza di diffinitivo, non si possa dire di nullità, se non frà sei giorni, dopò che saranno intimati, e notificati ; e proponendosi elasso d. termine, non se ne tenghi cunto alcuno*) attamen ego censui, præfatam theoricam limitantem, ut respectù nullitatum ex eisdem actis non procedat, non ha-

habere locum in S. C. ubi diximus non posse illius sententiæ, seù decreti de nullitate dici, nisi nullitates sint ex eisdem actis, ergò quando *cit. pragm.* 28. excludit nullitatum propositionem post dictum terminum, intelligit de nullitatibus ex eisdem actis: & sic cum in specie Statutum excludat post terminum nullitates ex eisdem actis, nulli dubium erit, quin tueri debeat, cum Princeps hoc facere possit, ut sæpiùs dixi; sed dubium potest esse, nùm illa theorica locum habeat in aliis Tribunalibus, in quibus non adest illa pragmatica, ut dici de nullitate nequeat, nisi ex eisdem actis? & in Tribunali R.C. Sum. est idem dicendum, prout diximus in S.C. ista namque duo Tribunalia circa eminentiam decretorum, & sententiarum æquiparantur, ut aliàs dictum est: licèt in Magna Curia semper viderim de nullitate dici ex eisdem actis: & nunquam ex probationibus extrinsecùs resultantibus.

Domin. de Ann. ad tutandum suum assertum *in d. allegat.* 22. *n.* 1. adducit *tex. in l. quadam, ff. fam. ercisc.* hæc lex licèt subtiliter per ipsum *Ann.* inducta videri possit, ex quo dum sententiam primi judicis rescindendo in parte, & in parte approbando, appellationis judex tulisset, est dicendum, id totum fuisse cum causæ cognitione factum: ergo quando post sententiam de nullitate dicitur, debet causæ cognitio adhiberi; attamen si æqua lance perpendatur *tex.* clarè patet, ibi fuisse à divisione per judicem facta appellatum, sub illis verbis, *appellaverat*; si appellaverat, ergò non intrat quæstio nostra de nullitatibus ex eisdem, vel intrinsecis actis deducendis; & verba novissima illius *tex. sed & illud adjecit, nullam esse libertum divisionem*, respiciunt justitiam, vel injustitiam divisionis, non autem nullitatem sententiæ: & est, ac dixisset, *sed & illud adjecit, nullè judicatum circà libertorum divisionem*, & colligitur etiam ex prædictis verbis, ibi: *nulla enim jure id cum fecisse*, & ibi *Glos.* in verbo, *nulla*, explicat, *& ita appellavit à certo capitulo de libertis*; vel quatenus appellasset, & de nullitate unà insimul dixisset, tunc quia unicum est judicium, ideò causæ cognitio in tali judicio requiritur, ut ex iis, quæ adducit *Lancell. de att. null. pen. cap.* 17. *nu.* 71. *&* 72. & *tex. prædictus in d. l. quadam*, unà cum *tex. in cit. l. Camelia*, quem etiam allegat *Ann.* adducitur per *Muscatell. in prax. appell. par.* 1. *Glos. nullitatis, num.* 19. ad probandum, quod in simplici appellatione, etiam quod non sit dictum de nullitate, continetur tacitè, quod de nullitate quoq; dixerit; & sic potest judex utrumq; cognoscere; & ad hoc communiter per Scribentes præfata jura allegari dicit, & ibi DD. congerit.

Citat *tex. in l. Carmelia Pia, de jure patr.* hæc namque lex eandem continet decisionem cum iisdem ferè verbis, sicuti in *l. quadam. fam. ercisc.* & eadem, ut suprà adaptatur responsio.

Nec sibi prodest *tex. in l.* 1. *§.* 1. *de feriis.* quem sanè inducere non valui ad id, per quod *Ann.* adduxit, in eo enim tantummodò deciditur, quod, si tempore feriarum absens fuerit condemnatus, tunc sententia nullius sit, momenti; & si condemnatus, appellaverit, sententia infirmabitur, in quo verbo *Gl.* notat, quod ubi sententia ipso jure non tenent, non est necesse appellare, sed dicere de nullitate, & si fortè appellaverit, & appellatio fuisset deserta, non per hoc confirmabitur illa sententia, quæ ipso jure erat nulla; & allegat *tex. in l. si expressim de appellationibus*, nisi in casu, quando falsum procurator egit, & succubuit; nam si dominus appellaverit, videtur ratum judicium habuisse, gestum per falsum procuratorem, & sic retrotrahitur, & producit *tex. in l. cum minor, §. fin. ff. rem rat. hab.*

Affert *tex. in d. l. si expressum, ff. de appel.* qui *tex.* cum contineat illum casum, ad quem *d. Glos.* in verb. *infirmabitur*, de quo *in fin. d. l. §.* 1. mox diximus, allegavit, ideò est dicendum neutram dictarum legum potuisse induci ad probandum, quod, quando post sententiæ executiuuem de nullitate dicitur, tunc nullitates dicuntur principalitèr intentatæ, quodque libellus, litisque contestatio requiratur.

Multò minùs proficit sibi *Glo. & DD. In cap. fin. de offic. jud.* ubi *Innoc.* quia tàm *Glos.* quam *Innoc.* dicunt illud idem, quod dicit *tex.* nempè, quod si officium judicis principaliter exposcitur, litis contestatio requiritur: veluti cum restitutio in integrum petitur; hæc illius *tex.* cum *Glos. Innoc. & DD.* decisio, atque theorica minimè probant, quod, nullitates post executam sententiam propositæ, principaliter dicantur, cum possint incidenter dici propositæ, putà, quando ex eisdem actis, ut suprà fundavimus, prout & judicis officium in restitutione in integrum etiam sunt casus, in quibus litis contestatio non requiritur, de quibus aliquos declarat *Glos. fin. & DD. ibid.*

Allegat *Bald. in l. tale pactum, §. qui provocavit, ff. de pact. quæst.* 13. quæ est *sub nu.* 26. ubi *Bald.* illam agitat quæstionem, an deserta appellatione, sit etiam deserta nullitas, & sub ista quæstione nonnulla dicit de nullitatibus principaliter, vel incidenter propositis, & de nullitatibus semotim, vel una simul cum appellatione propositis; & sic nihil de intentione ipsius *Ann.* qui forsan ex typographi errore non in *q.* 13. sed in *q.* 14. voluit allegare *Bald.* ubi illam habet quæstionem, an sententia, per quam sententia declaratur nulla, sit interlocutoria, vel diffinitiva, & de qua suprà nos diximus, ex *dec. Rot. Rom.* & post adducta argumenta, quod sit interlocutoria, congerit ea, quæ oppositæ sententiæ favent, & inter illa, profert in argumentum, quod in causa nullitatis debet offerri libellus, & lis contestari, sicuti in causa restitutionis in integrum; si *Ann.* ducit *Bald.* pro sua intentione ex ista majori propositione ibi adducta, ad nihilum illa deservit; cum illa propositio non sit semper vera: nàm tam respectu nullitatum, quam restitutionis in integrum, etiam ad mentem ipsius *Annæ*, & aliorum DD. non requiritur libellus, neque litis contestatio, quando incidenter, & non principaliter deducitur, & ipsemet *Bald.* cùm quæstionis principalis solutionem tradit, nempè cum judex ad quem sententiam nullam declarasset, an possit posteà cognoscere de ju-

Stiti,

stitia, actionis, & dominij priùs intentati, & pro intelligentia hujus quæst. adduxit, esse necesse scire, an sit talis sententia interlocutoria, vel diffinitiva, ergò functus est officio suo: si interlocutoria, secus; quando, inquam, solutionem illius quæsiti tradit, dicit: aut est id solum petitum, ut sententia nulla declararetur & tunc judex nullitatis nullam super principali penitus se jurisdictionem habet, quia ipsum ad hoc non adivit, neque ut super principali negotio procedatur, fuit petitum; aut verò dum de nullitate fuit dictum, fuit etiam efflagitatum, ut super principali negotio procedatur, & tunc potest, per *tex. in l. 4. C. de accusat.* & sic quotidiè videmus, quod declarata nulla sententia, iterum idem judex, qui sententiam nullam declaravit, super negotio principali cognoscit, undè ista *Bald.* theorica facit contra ipsum *Anna*, quia per consequens destruit ipse *Bald.* omnia, quæ supra adduxerat pro opinione illorum, qui voluissent, censere sententiam, declarantem nullam illam sententiam, esse diffinitivam: & per consequens opinantur libellum, & litis contestationem requiri.

Adducit denique *Bald. in l. 1. §. 1. de feriis, col. 2.* legi *Bald. in tota d. l. 1.* & nihil reperi, ex quo colligere potuissem, quod post executam sententiam nullitates dicantur principaliter intentatæ, quodque libellus, litisque contestatio requiratur.

Reliquum est, ut videamus, quid sit dicendum de sententia S.C. per ipsum *Ann.* relata; nàm terminum ibi impertiri S.C. potuit; Primò, quia ille, qui proposuit nullitates adversùs sententias in eum prolatas, jam illas ratas habuerat, solvendo per *l. 5. C. de re jud.* ubi dilatio ad solvendum facit, ut sententiæ quis acquievisse videatur, & etiam appellationi renunciasse, ut ibi per *Bart. Bald. & Salycet.* ille *tex.* summatur, & tantò magis appellationi renunciasse, erat videndum, cum solvisset, quia solutio est quid plus, quàm dilatio ad solvendum, ut ex *tex. in l. cum te, C. quod met. caus.* & sic dum appellationi videtur renunciatum, videbatur etiam juri dicendi de nullitate; cum utraque tam appellatio, quàm nullitatum propositio adversùs vim sententiæ tendant, & utrumque includere ibi *textum*, satis ex ejus verbis colligitur: dum dicit, ex dilatione perspici, eum sententiæ acquievisse; & sic S.C. licèt eum rejicere à propositis nullitatibus poterat, utpotè qui per solutionem acquieverit sententiæ, cum instaurari finita rerum judicatarum non patiatur auctoritas, ut *in fin.* subdit *tex.* tamen, quia dubium est, an per dilationem, seù solutionem intelligitur renunciatum appellationi interponendæ, sicuti jam interpositæ, ut per *add. ad Roman. cons. 9. lit. C.* ideò S.C. mediam viam eligendo, *l. Nesennius, C. de negot. gest.* terminum impertivit; & maximè, quia dum ille dicebat, se fuisse in maxima summa læsum, & fuisset petitum, in unam quam quantitatem fuit læsus, *l. pen. C. de arbitr.* & quantitas non fuit expressa; ut dicit *Ann. in 3. ratione*; fas fuit, S.C. terminum impertire, ut in termino illam læsionem probare, ac dum exprimere potuisset. Tùm potuit terminus dari, quia dum reperiebatur in possessione bonorum sibi per condemnatum traditorum in satisfactionem quantitatum judicatarum, poterat ipsa victrix in ea possessione conservari, licèt nullitates subsisterent; quia illa Actrix erat manifestè creditrix ex dotibus, & antephato cum hypotheca, virtute cujus datur retentio, ex *tex. in l. si non sortem, § si centum, juncta Gloss. ff. de condit. indebit.* quem præter adductos per *Ann. in 5. ratione sub num. 4.* allegat *Nig. de pignor. 2. memb. 2. par. num. 20. circa med.* Deindè quia in illa causa nullitates videbantur principaliter propositæ, quod colligitur ex tertia ratione per *Ann.* adducta, sub *n. 3.* dum in libello dicebat ille, qui nullitates proposuerat, quod fuit in dictis sententiis læsus; quæ læsio, ut sententiæ latæ contra ipsum locum non haberent, erat discutienda, & videnda; & sic cum nullitatibus cumulabat etiam læsionem, & ita videbantur principaliter dictæ nullitates fuisse propositæ; & fursàn ista læsio erat verificanda ex probationibus extrinsecùs faciendis, cum nec ipse *Ann.* aperiat, num nullitates essent ex eisdem actis propositæ. Undè audacter dicere possumus, præfatam decisionem, non illam inducere regulam, atque theoricam, qua nonnulli pragmatici in subselliis utuntur; ut semper, & indistinctè, quod, post executam sententiam nullitates proponuntur, sit dandus libellus, atque judiciaria tela, tanquam principaliter intentatæ, cum decisiones, modico facto mutato, adduci non mereantur, ex regula de qua in *l. si ex plagis, §. in clivo Capitolino, ff. ad l. Aquil.* & sparsim per DD. & per *Camer. in c. Imperialem, car. 29. lit. D.* & ipsemet *Ann.* non decisionem fuisse prolatam ex prima ratione, dicit, sed ex aliis quatuor ibi adductis rationibus, & primam de nullitatibus post sententiam posuit, tanquam debiliorem, ut boni Oratores agunt, semper à debilioribus inchoantes.

Et proindè sicuti nullitates ex eisdem actis post sententiæ executionem statim sunt discutiendæ, ita etiam isthæc ex actis nullitates, quocumque tempore opponuntur. sententiæ cujusvis, & quantumvis supremi Tribunalis executionem impediunt & si ad executionem fuisset perventum, fore, supersedendum progressum ad ulteriora, quousque ipsæ discutiantur; quod quidem assertum constare poterit ex iis, quæ in supradicto discursu diximus, & roboratur ex infrà dicendis.

Et primo perpenditur declaratio facta per illos doctissimos Cancellariæ Regentes tempore prudentissimi Proregis D. Per Afan de Ribera: in qua, cum non distinguant, an nullitates debeant proponi ante, vel post cœptum exequi, ad finem retardandi, nec nos distinguere debemus, *l. de pretio, de publ.* Nàm in simili casu de executione sententiæ assistentiæ, quam non per appellationem, sed per nullitatis ex eisdem actis oppositionem retardari, fuit sancitum in *pragm. 2. de appellat.* & de qua per *Afflict. decis. 356.* in qua sententia fuit *Lancell. d. tit. de att. null. pens. num. 148.* ut nullitates, tàm principaliter

liter, quam per viam exceptionis allegatæ, executionem retardent, ea ratione, quia ipsa pragmatica hanc distinctionem non facit: & utique dixisset, si voluisset; noluit, cum non dixit, ad *tex. in l. 1. §. fin autem, de cad. toll.* prout hoc etiam argumento usus fuit *Socc. Sen. consl. 121. vers. item cum generaliter, vol. 3.*

Quinimò eum ex mem. prag. Reg. Ferdinandi fuisset sancitum, ut nullo modo ex nullitatum oppositione retardari potuisset tanti Tribunalis sententiæ executio, S. S. C. & sic eum eo tempore, neque per priùs, neque per posterius nullitatum allegatio hoc impedimentum operari poterat ex generalitate sanctionis, ideò sequens D. Per Afan declaratio, qua ad nullitates ex eisdem actis restrinxit, sequitur, quod eam eum eadem generalitate, ut tàm antequàm post cœptum exequi, restingere voluit: Nam exceptionem esse de regula, dixit *Bart. in l. de his, ff. de legibus, & in l. 1. de reg. jur. in fin.* quam laudat *Dec. consl. 656. num. 9.* ubi allegando, quod exceptio esse de regula debeat, dicit, quod ex hoc consonat, ut exceptio in eo casu intelligatur, in quo regula loquitur: prout diximus de lege interpretante, vel corrigente, quæ secundum terminos legis interpretatæ, vel correctæ intelligi debet, & de lege nova, quæ per veterem declarari debet, *l. nihil, de conjung. cum emanc. liberis, §. fin. in authen. de filiis ante instrum. dot. nat. & l. sciendum, qui satisd. cog.* & quia exceptionis natura est affirmare, si regula negat, ut per *Cravett. consl. 23. num. 10. lib. 2.* ideò sicuti per priùs in omnem casum propositæ nullitates executionem non retardabant, ita exceptio nullitatis ex eisdem actis in omnem casum executionem remorabitur; eum ea, quæ sunt in lege interpretata, censeantur repetita in lege interpretante, ut dicit *Bald. in consl. 81. incip. si in causa, num. 4. vol. 4.*

Insuper adduco *Paul. de Castr. in d. §. condemnatum, num. 2.* qui in specie hanc quæstionem dirimit, *vers. circa articul.* ubi ponit duos casus, primò quando ille, qui in sui favorem sententiam obtinuit, prævenit in petendo executionem; at condemnatus de nullitate opponit, & distinguit tres casus: primò quando de nullitate ex tenore sententiæ, vel processus appareret, & tunc impeditur executio per dictum *§. condemnatum.* secundo, quando ex eisdem actis non liqueret, sed extrinseca indiget probatione, & tunc si incontinentèr probatio offertur, & similiter executio impeditur, *DD. ibidèm*, nisi actor pro se tres sententias diffinitivas habeat; nam licet se incontinenti probaturum dicat, adhuc tamen nihil affert impedimenti, ut per *tex. in d. clem. 1.* quam, sicuti sententias S. C. diximus supra, impediri ex nullitatibus solùm ex eisdem actis; Tertiò, quando non in promptu probatio offertur, tunc executionem non differri ait per *tex. in l. satis aperté, C. de fals.* quia in executione exceptiones altiorem requirentes indaginem non admittuntur, sed in judicio ordinario reservantur. In altero verò casu, quem ponit sub *num. 3.* quando condemnatus prævenit, efflagitans sententiam declarari nullam, tunc licèt adducat *Innoc.* tenentem, quod impediatur executio, *in cap. cum in jur. de offic. deleg.* tamen ipse eum *Specul. in tit. de lib. concept. §. nunc dicendum, in fin. circa fin.* cujus opinionem dicit esse veriorem: & communiorem, tuetur quod tunc, etiam quod incontinentèr offeratur probatio, adhuc impediatur executio.

And. de Isern. de controv. feud. in fin. à num. 16. usq; ad finem, postquam dixit, quod executor sententiæ in exequendo supersedere debeat, si condemnatus coram ipso nullitates contra sententiam proposuerit; hoc dictum restringit ex Jure Consultis, si nullitas ex tenore actorum proponeretur, argumento jurium per ipsum adductorum; si *Isern.* hoc sentit in dicto casu, multò magis est dicendum ipsum opinari, ut quamvis fuisset executione præventus, sit ab exequendo abstinendum ex nullitatibus ex eisdem actis propositis. Et post *And.* idem in eisdē terminis tuetur *Joseph. Lud. dec. Lucens. 24.* allegans, inter alios, *Vestr. in prac. Rom. Cur. cap. 1. lib. 8. num. 28. & 29.* ajentem, hoc habere locum, etiam in judiciis summariis, & de DD. sustinentibus, ut etiam coram executore istæ ex actis nullitates proponi valeant, jam suprà diximus ex *Lancell.* & aliis; ex quibus, quidquid sit de veritate, an coram dicto executore in causa fuerint, ut ipsum ab exequendo impediant: id tamèn dubio proculest. Ìaltèm ex eorum dictis communiter colligi, quod, etiam post præventam executionem, nullitas ex eisdem actis reliquum executionis impediat, atque in eo statu exequendi jus remaneat, in quo tempore propositarum nullitatum reperitur. Deinde *Io. Vinc. de Ann. in alleg. loc. de Vasal. decrep. etat. sub num. 244.* ubi dicens, quod nullitatis remedium sententiæ executionem compescat: subjicit, quod nonnulli distinguunt, prout ipse dixerat suprà *num. 239.* in materia restitutionis in integrum, quod aut nullitas proponitur principaliter, & impedit; aut incidenter, & non; hæc namque distinctio est juxtà opinionem aliquorum, quibus adversati diximus distinctionem è converso procedere, ut jàm superiùs. Attamen ipse *Ann.* dum dicit, quod quando de nullitate, post mandatum de parendo, opponeretur, ut tunc executio non impediretur, subdit, nisi nullitates ex actis ex revolutione chartarum constarent, ut clarè aperit sub *num. 245.* & sic ex ipsiusmet *Ann.* assertione nostra vallatur opinio.

Tandèm liceat adducere *Muscatell. in dicta Glos. nullitatis sub num. 70.* ubi postquam sub *num. 69.* dixit, nullitates post executam sententiam dici principaliter intentatas, quodque libellus, & judiciaria tela requiratur juxtà opinionem *Ann. in d. allegat. 22. num. 1.* advertit, quod licèt per nullitatum oppositionem executio retractari nequeat, tamen ejus venditionem impediri posse, putat: quando nullitatis exceptio expediti posset infrà eundem terminum, infrà quem executio expedienda foret, ex *Bart. & Menoch.* ibi allegatis, prout evenit in casu nullitatum ex eisdem actis, quæ statim ex revolutione chartarum discuti celerrimè possunt, subdens sub *num. 71.* hinc praxim inolevisse de supersedendo in ultima licitatione, donec

donec dictæ nullitates fuerint discussæ.

Neque infringit opinionem nostram, id quod ab initio diximus ex consimili de restitutione in integrum, quam post mandatum de parendo nullo executioni impedimento esse, dixit *Ann.* nàm primò restitutionis remedium longè differt à nullitatis exceptione, quam in executione sententiæ suspendenda omnibus aliis auxiliis efficaciorem esse, cecinit *Muscat. in supr. cit. Glos. num.* 4. & *Alex. in diet. §. condemnatum, num.* 27. ideò trium conformium sententiarum executionem per restitutionem in integrum non impediri, inquit; quia nullitas, quæ de jure communi est remedium ordinarium, non impedit; licèt facilius tollatur, quod est contra jus commune, quam contra jus speciale, *l. ejus militis, §. militia missus, de test. am. milit.* Il. respondetur, quod *Alex. in ment. loco cit.* videtur ex proximè ejus dictis opinari, quod si nullitates executionem trium conformium impedirent, etiam in integrum restitutio eumdem operaretur effectum, sed supra dilucidè, ac conspicuè fundavimus, executionem trium conformium retardari ex oppositione nullitatum ex eisdem actis; ergò quando ex iisdem actis in integrum restitutio petitur, similiter retardabit; & nos suprà adduximus theoricas, quod restitutio in integrum, quando incidenter proponitur, & non principaliter, executionem remoretur, & in dies in S.C. experimur, quod, supplicatione porrecta per viam restitutionis in integrum, emanat provisio, quod verbum faciat in S.C. ad finem videndi, si est deferendum petitæ restitutioni; & si ex actis constat, decernitur esse deferendum, & impeditur executio; quinimò ipse *Ann. in loc.* ex adverso superius adducto, plures refert decisiones, quæ sententiæ executionem impedivere ex scripturis per petentem restitutionem productis, quæ alicujus momenti erant, firmans regulam, ut semper impediat, quando non calumniandi studio, & executionem differendi, petita videtur, ex *Innoc. & And. in locis ibi citatis Ill. Lancell. de attent. rest. in integ. p. 2. d. à num.* 27. recensens DD. negativam teſtantes, ipse sub *num.* 128. refert *Petr. de Benint. dec.* 85. quam ipse approbat, dicendo, solam petitam executionem non sufficere, sed quod ante postulatam restitutionem sit facta realis executio, subjungens indè *num.* 129. non reddi per DD. sufficientem rationem, quare ista simplex executionis petitio, & ista modica anticipatio hunc effectum operari debeat, ut retardare nequeat, quoad actus indè sequentes faciendos; & pro hac opinione dicit militare ea, quæ superiùs sub *num.* 6. dixit, ut restitutio executionem jam factam non revocet, sed faciendam omninò suspendat.

Puto, ex his esse factum satis in oppositum adductis, faciliqúe negotio posse dilui, quæ per *Vinc. de Ann. & Reg. Rovit.* exarata fuere; procedunt quippe eorum dicta; hoc adhibito distinctionis fœdere de nullitatibus, quæ vel ex iisdem actis, vel ex probationibus extrinsecùs ad futuris innotescent. Atque tandem hujusmodi distinctionem testantur plures à me ipso relati in *rit.* 254. *n.* 28 *lib.* 1. quos referibit, me citato, *D. Altimare de nullitat. rub.* 6. *q.* 13. *num.* 24. additque *Thor. in supplem. compend.* verbo *nullitates propositæ*, *Consil. Marcian. cons.* 21. *lib.* 2. *Cafar. c.* 33. *nu.* 36. & non contradicit *Philipp. Franchus* ab eodem *Ann.* adductus, si attentè perpendatur, in *cap. dilecto, num.* 43. *vers. duodecimo quæritur*, verbo, *tunc si est notoria non requiritur ordo juris.*

Nullo autem dubio habito, nupèr S.C. judicavit,
24 non esse impartiendum terminum, si sententias vel decreta, adversùs quæ de nullitate fuit dictum, fuerint absque termino prolata, mecum relatore, suffragia præstantibus DD. Consil. Ill. Comite Legardi, & Jo: Baptista de Afflicto die 10. Januarii, instantis anni 1679. in causa Caroli Serra cum Honuphrio Susanna, actoris Magistro Figliola, manavitque settum, & confirmatum in reclamatione eodem anno, cum interventu spectab. Præsid. quod *procedatur ad discussionem nullitatum absque termino* ex decantato axiomate, causam appellationis, (quæ est remedium uberius nullitate) ejusdem esse naturæ, cujus est causa principalis, *l.* 1. *ff. an per alium caus. appellat.* quo fretus *Præs. de Franch. dec.* 520. *num.* 1. post *Angel. ibidem* observat, quod si prima causa est summaria, etiam appellationis erit summaria, indè originem traxit S.C. praxis, procedendi in causis per horas, si in M.C. à cujus decreto fuit appellatum, fuerit per horas processum, cui Præsidis effato subscribunt *Muscat. in prax. appell. par.* 3. *Gl. instantiam, ex n.* 11. *Michael Ferrer. par.* 3. *obser. cap.* 483. *Fontanell. de pact. nupt. cl.* 4. *Glos.* 11. *num.* 71. & *decis.* 42. *ac* 410. *Caroc. dec.* 115. *Reg. Capyc. Latro dec.* 139. *num.* & 2. *Prat. lib.* 4. *discept. forens. cap.* 6. *num.* 3. & videtur disponi ex *pragm.* 44. *§. item si aliquis, de offic. S. C.* ibi: *Et detur terminus non longior, quam in causa principali, ad probandum:* quo in illo themate judicavit S.C. licere de nullitate jure actionis dici, nedùm ultimi decreti S. C. alterum confirmantis, in gradu reclamationis, sed & confirmati, haud refragante *pragm. sanctione* 4. *§.* 19. *de dilat.* quæ disponitur, quod quando adsunt duo decreta conformia alicujus Tribunalis, non possit dici de nullitate primi decreti, à quo pars appellavit, vel reclamavit; quam pragm. exorat *Consil. Staiban. resol.* 113. *lib.* 2. intelligi enim debet de illis nullitatibus, quæ exceptionis jure ad illorum remorandam exequutionem, deducuntur, non de illis, quæ, exequuto decreto, per viam actionis proponuntur; etenim cum illa sit correctoria juris communis, innixa præsumptæ calumniæ, hac cessante, exequuto jam decreto, minimè est extendenda, nè per viam comprehensionis quidem; cum maximum sit discrimen inter utrumque modum proponendi nullitates, exceptionis, & actionis jure, ut perpendi in *rit.* 6. *num.* 9 *lib.* 1. & huic opinioni inhærere videtur *Præsul Cavensis Afflict in add. ad controv. cap.* 33. *num.* 42. quidquid anteà dixerit in eadem *controv.* 33. *num.* 24.

Quin in materia, notabilis est decisio *Præsid. de Franch.* 674. quod licèt nullitates propositæ per agna-

agnatos, ac alios citatos adversus foriudicationis sententiam proferendam, fuissent rejectæ, ac proindè ad ipsam sententiam deventum, non ideò, reo postmodum capto, easdem, vel alias proponere nullitates, prohibeatur; factum enim cum excusatore, qui pro eo legitimam personam in judicio standi non habebat, ei nocere non debet, post *And.& Affl.* poterant namque agnati, aliique citati sententiæ, actorumque nullitates allegare, & tueri, atque adeò succumbere; prout contigisse in illo casu, in quo dicit de *Franch.* fuisse eum agnatis perfunctoriè pro nullitatum rejectione manatum scitum, pro quibus indè, facta diligenti discussione, fuisse judicatum. Imò si lata forjudicationis sententia, sint elapsi anni duodecim, deindè capto forjudicato licebit nullitates deducere, haud obstante *prag. dispositione 77. §. 21 de dilat.* quæ hodiè, est 4. *eod. tit. de dilat.* nè possit dici de nullitate sententiæ diffinitivæ post decem annos; non enim illius dispositio vendicat locum in causa, in qua proceditur in contumaciam, & in damnum non valentis agere, *Nell. de bannit. 2. par. 2. tempor. num. 64. Boss. pract. crim. tit. de bann. nullit. num. 2. Chartar. de execut. sent. cap. fin. num. 87. & 166. Scialoya de forjudic. cap. 25. num. 60. & 67.*

Ad objiciendum judicis incompetentiam, &
25 actorum nullitatem, procurator an admittatur? affirmativè, attento jure communi, notant *Bart. in mem. §. ad crimen, num. 19.* ubi *Benedict. de Plumbin. num. 52. Rubeus num. 102, 214.* & post alios, quos laudat *Aegyd. Boss. in pract. crimin. tit. de carcerat. fidejuss. commiss. n. 16. Clar. in pract. crim. q. 32. num. 20.* Qui exemplificant in exceptionibus dilatoriis: putà, quod quis non possit esse accusator, & in aliis exceptionibus quo ad processum, *Menoch. de arbitrar. judic. lib. 1. qu. 80. num. 58. Alex. cons. 138. num. 12. vol. 6. Berous. in cons. 170. num. 34. vol. 3. Grammat. in cons. civil. 62.* ac *Thom. Actius de infirmis parte 2.* in verb. *Procurator, num. 5. Foller. in pract. crim.* in verb. *Audiantur excusatores, num. 7. Rubeus Alexandrin. de potest. procur. in causis crimin. ex num. 144. Cæsar Barzi, in decis. Bonon. 152. num. 5. Hippolytus Bonacoss. in q. 9. crimin. §. procurator, Nicolaus Reusner. in decis. Senen 10. num. 17. 22. lib. 2. & dec. 23.* necnon *Hyppol. de Marsil. in pract. crim. §. sequitur num. 30.* quos, & alios laudans, sequitur *Hieron. Magon. in decis. Lucens. 22. num. 17. & in decis. 36. n. 6. 7. & 16.* subnectens, posse deduci à patre pro filio, aliosque memorat *Borrel. p. 2. summ. dec. tit. 43. num. 114. de for. compet. & in tit. 66. num. 127. de procur. Ricc. collect. 1622. Novar. in prax. elect. fori, t. 1. sect. 4. q. 22. num. 2. Umminus in process. judic. tit. de procur. direct. 3. thes. 1. sub num. 31.* ibi: *In primis cùm generaliter notarit Gail. d. c. 10. nu. 16. semper admitti procuratorem à parte rei, quoties non agitur super causa meritis, sed exceptio opponitur, sivè contra judicium, sivè accusatorium, sivè contra quidvis aliud, diversum tamen ab ipso crimine, tex. notab. in c. veniens, de accus. in specie Bar. l. penult. §. ad crimen, D. publ. jud. Salyc. in l. 2. num. 5. C. de accus. ad opponendum exceptionem incompetentiæ, procuratorem admittunt. Adde Marant. disp. 6. num. 32. & omninò Chartar. de execut. sent. capt. bann. in præf. num. 35.* Attenta verò hujusce ritus dispositione, minimè opponi posse de jure Regni, *Carav.* in hoc ritu insinuat, ex *num. 1.* & dixerat *in rit. 205. num. 4. de Franch. dec. 417. post num. 1. Novar. in prax. elect. for. qu. 22. Donad. de renunc. lib. 2. c. 18. num. 97. & 98.* & adducto *Carav. Franc. Mar. Prat. respons. crim. 43. ex num. 4. Scial. de for. compet. c. 8. num. 131. & in prax. forjudic.* itidèm *cap. 8. num. 16. D. Locumtenens R. C. Anton. de Gaeta in respons. rescripto à D. Reg. de Marin. 124. sub num. 4. lib. 3.* & in terminis consimilis statuti sermonem habent *Clar. q. 36. ex num. 5. Farinac. de inquis. q. 11. num. 52.* sed contradicit *Muta super consuetud. Panormit. cap. 4. num. 11.*

At ad libellam revocatum vidi, an id cureat etiam in citatione ad foriudicandum, in causa D.
26 Ferdinandi de Tovar, quo, me relatore in M. C. citato, servatis servandis, die 23. Iulij 1677. ad foriudicandum, quia restiterat strictlo ense, atque indecentibus verbis cuidam M. C. judici, se ipsum eximendo a manibus Regiæ Curiæ: citatis insuper eius patre, agnatis omnibus, & cognatis, Ill. D. Apostolus de Tovar Marchio S. Marcellini parens inter nullitates proposuit, ipsum D. Ferdinandum esse militem; & ideò immunem, atque exemptum à M. C. iurisdictione, propterreaque iudicis incompetentiam opponebat.

Pergebat dicendo, D. Ferdinandum esse Militem cohortis Ducis D. Joannis de Zembrana, qui militabat, vectus nave S. Catharinæ de Senis classis Suæ Catholicæ Maiestatis, ut ex descriptione ad relatā Militiam clarè ex fide Ratiocinatoris eiusdem classis liquideque patebat, ex dispositis in *pragmat. 11. §. 14. de milit.* ac traditis à *Reg. Sanfelic. dec. 290. nu. 26. lib. 2. Carleval. de iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. disp. 2. qu. 6. sect. 4. num. 468. Giurb. cons. 59. num. 71. D. Consil. Paschal. de patr. potest. p. 3. c. 3. num. 34.* & proindè quod cum iudex in omni negotio competens sit adeundus, ad ea, quæ adauget *Gayll. pract. obser. lib. 1. observ. 42. num. 9.* & M. C. non sit iudex competens militis, qui non potest conveniri, nisi coram iudice suo, ad *tex. in l. magisteria, C. de iurisd. omn. iud. Riccius coll. 207. pa. 2. & 2085. p. 7.* in quolibet iudicio tam civili, quā criminali, apertissimum est in *tex. l. 1. C. de exhib. reis, Ayal. de iure. & offic. bell. c. 8. n. 1. lib. 3. Petrin. bell. de re milit. par. 7. & tit. 3. num. 16. Clau. Cotor de iure milit. lib. 2. cap. 6. Paul. de castr. in d. l. magisteria, de Franch. dec. 88. D. Domin. Crispo in pract. crimin. tract. lib. 1. c. 6.* multa nectens de militibus, de quibus scripsere *Andreas Alciatus in 4. tom. oper.* agens de militaribus officiis, *Nicolaus Vigelius in 1. tom. sup. ff. de re militari. Baltazar Ayala de jure, & officiis bellicis, & disciplina militari. Leandrus Galganettus in lib. de jure publico, de re militari. Jacobus Calicius in Margarita Fisci Viridarium militiæ, & de prærogativa militari Julius Ferrettus de re, & disciplina militari. Tullii Crispolti casus militares, & Appendix ad privilegia militaria*

taria status Ecclesiastici. Claudius Coterçus de jure, & privilegiis militum. Scipio à Trigona de militia. Carol. à Mansfeldt Magisterium militare. Matthaeus Paciunus de judice, & privilegiis militum. Georgius Acacius Enenkelius de privilegiis militum, & militia, & de privilegiis veteranorum. Juan Calderon de los judicios militares. Jo. Berardinus Muscatellus scripsit *in sua praxi, judicium inter utramque militiam armatam, & inermem. Bartholomaeus à Chassaneo in Catalogo gloriae mundi, in 9. par. edidit de laudibus militum. Jo. Otto Tabor in tit. Cod. de metatis, & epidemeticis, idest hospitalitate militum, & numeratione pecunia pro liberatione hospitum. Andreas Knichen de vestiturarum pactionib.* ubi *de Equitiis militaribus. Franciscus Zoannettus de Romano Imperio*, ubi etiam *ad rub. Cod. de militari testam.* ibique *de privilegiis militum. Joachinus Burgert in suis observ.* scripsit *de militibus.*

Ex hoc promanabat, quod citatio, sivè mandatum relatum contra praefatum D. Ferdinandum dilucidè nullitatis vitio subjaceret *Bellam dec. 207. Ferall. dec. 97. par. 1* & omnes actus super illa facti, *Gl. in. l. si accusatoribus, in fin.* verb. *eundem C. de accusat. Afflict. dec. 366. nu. 16. Boer. dec. 235. Dom. Reg. de Marin. lib. 1. quotid. resol. cap. 44. num. 14.* & ibi *D. Roder. n. 22.* quod quidem fori privilegium, cum militia sit contractus inter Principem, & militem (ex convento namque miles illi inservire compellitur) optimo jure Princeps militi inconcussum reddere, sicuti alia, obstringitur, pro illo lege militari urgente; qua sancitum est, nè cujusque scripti nomen, nisi ipso volente, deleretur, ex *Liv. lib. 7. 3. decad.* Neque in hac novissima descriptione sub die 27. mensis Maii 1677. in militum rollo D. Ferdinandum adnumeratum esse, addebat; nàm annum duodecimum vix attingens, inter milites auxiliarios adscriptus fuerat; & solo praelidiarii militia nomine non contentus, demùm in legione Generalis Ill. Principis de Monte Herculis Supremi *Praefecti* in classe Invictissimi nostri Regis militem in vivo Messanae bello pugnaturum se conscripsit; Messanam cum classe perrexit, ibique diuturno belli labore, non levi corporis morbo affectus, Neapolim redire coactus est, à Generali commeatu obtento, curandae gratia infirmitatis; hinc est, quod adhuc erat miles, militumque privilegiis gaudebat, dum ex commeatu aberat à Messanae bello, ex doctrina *Alberici in l. fin. C. de testam. militar. Tull. Crispolli cit. tract. de privil. milit. privil.* 18. & denuò vix saluti restitutus ad praestandas operas militares Panormum ubi erat classis, suis sumptibus reversus, in conflictu classis nostri Potentissimi Monarchae cum Gallis, ingravescente igne in naves Hispanas, ipse D. Ferdinandus ita in ea pugna se gessit, ut debuit; & pluribus navium combustis, nostrorum militum reliquias ad litera expositas per dies quinque suis sumptibus, suoque ingenti labore vitam pro singulis, qui ab igne evaserant expendendo, curavit, victumque iis praestitit, necnon operam impendit, cujus rei gratia milites omnes ad numerum quingentorum suo Regi, & Regno conservavit, & quia navem, super qua pro milite descriptus erat Pontus mersit, ideò festinanter denuò super aliam prosilire, & servire curavit.

Quin exponebatur, quod licèt vera sit praxis, illam minimè posse opponi, quod licèt vera sit praxis illam minimè posse opponi, nisi reus sit in fortiis, vel ipsemet personalitèr compareat, quia pro contumace nemo loquitur, *l. si fidejussor, §. si necessariò ff. qui satisd. cog.* & diximus *in ritu 220. lib. 2. & infrà.* id tamen locum vendicat in citationibus, & contumacibus ad informandum, quae sunt modici praejudicii: non item in citationibus ad forjudicandum, in quibus citantur parentes, agnati, cognati, atque amici, juxtà dispositionem juris communis, & Regni, *in l. hunc autem, §. 1. ff. ex quib. causis in poss. eatur, & const. poenam eorum, de forband.* quo *text in cit. §. 1.* nixus *Pulverinus in add. ad mem. constit. col 3. glos.* verb. *forjudicari debet, in princ.* notat, esse citandos, tam minùs, quam magis strictos, sub nullitatis vinculo, *Favon. decis. Rot. Roman. 365. num. 3. qu. 1. de Franch. dec. 516. Fras. Merlin. cent. 2. controv. 39. num. 1.* quibus repugnare videtur *Reg. Sanf. dec. 225.* & distinguit *Cons. Rocc. de offic tit. de offic. Commiss. general rub. 15. n. 139* omnesque refert *Lin. ad mem. de Franch. decis. 516.* & videndos *Novar. decis. 12. 14. 18. 20. & 33. Scaloy. de forjudic. c. 1. nu. 4. Reg. Capyc. Latro dec. 74.* & hi tertii veniunt, ut principaliter vocati, & tanquam tertii possunt illam proprio nomine opponere, saltèm si non ad finem remittendi, ad finem non procedendi ad ulteriora, data incompetentia, ut in Clerico, qui non auditur, vigore rituum, de quibus ultrà, & tamen in citatione ad forjudicandum recipiuntur ejus Bullae extrà processum, quod expressè perpendit *de Franch. mem. dec. 329.* & in altera decisione ejusdem 673. *num.* 12. circà finem, ibi: *Secus autem in citatione ad forjudicandum, in qua citantur agnati, & cognati, quarè ad sententiam forjudicationis procedi non debeat, & sic videntur admissi, si non ad allegandam innocentiam inquisiti, & ad opponendum, ea, quae sunt extrà crimen, ut est dictum in decis.* 314. & quam maximè validum est argumentum de clerico ad militem, ex *Glos. & DD. in l. miles, ff. de re judicat. & Cavall. controvers. commun. quaest.* 328.

Ità potest tertius vocatus in citatione ad forjudicandum allegare judicem suspectum, tanquam tertius, & quia sua interest, prout perpendit
27 *Reg. Merlin. lib. 1. c. 48. ex consil. Gramm. primi* post *decis.* perperam reprehensi à *Carauita*, quo *Gram. in mem. cons. 1.* aliàs *cons. 71.* inter sua consilia ultimae editionis, (contra quem *Gram*, idem *Fras Merlin.* invehitur *seq. c. 49. n. 12. lib. 1.* observans post *Fras. de Franch.* pluriès *in cit. decis. 329 Gramm. in add. consil. 1.* calamum pro filio, non pro justitia arripuisse,) loquutus est in citatione ad forjudicandum, decisumque *Merlin.* tradit, & ante ipsum alias determinatum refert *Thor. par. 2 compend.* verbo, *suspicio judicis. Reg. Capyc. Latro dec. 164. num. 23. lib. 2. de Laurent. de judic. suspect. c. 15. ex num. 148. Scta-*

loya de forjudic. cap.11. num.17. in novissima editione, & alii, quos laudavi *in rit.265.n.26.* & adamussim observat *D. Altimare de nullit. rub.4.q.10.num.81.* citatus enim censetur pro legitimo contradictore approbatus, & debet audiri, licèt aliàs non fuisset admittendus; sic plenissimè probat, & de communi testatur *Argel. de legit.contradict.q.3.art.1. n.19. & 20. & eodem num.20.in fine*, dicit hæc verba. *Probatur autem prima, quia citatio esset omninò inanis, nullumque prorsùs effectum pareret, quod absonum videtur, nisi approbando citatum faceret legitimum contradictorem, & cuilibet tertio licet pro suo interesse judicem suspectum adducere, Abb.in c.cum super ex illa ten.Scialoy. cit. fol.112.*& ità practicatum, testatur *Anna sing. 500.*& docent *Afflict.dec.235.in fin. Reg.Revit. prag.1.num.75.*& in *pragm.7.n.a.de suspic.offic. Grassa t de except.except. 24. n. 12.Guazzin. ad defens.reorum,defens.t.c.19.*& *Riccius coll.1612.*

Peracta nullitatum discussione, die 1. Decembris 1677. suffragia præstate M.C.coram Excell. D. Prorege in Colaterali Consilio, ex peculiari rescripto, referente D. Consiliario D. Josepho Ledelma, viro nobilissimo, doctissimo, ac Decano aulæ Præfecto in M. C. qui successerat mihi, postquam biennium completam, die 10.

28 Octobris 1677. & ad S.C.redieram, juxtà generalia Suæ Majestatis mandata, *in prag.4. §.5. de visitat.seù recens. captivor.* fuit decretum, *nullitates non obstare*, penès Calistum.

Citrà enim omnem controversiam esse censeo, hujusmodi tertium frustrà opponere pro reo, etiàm in citatione ad forjudicandum, judicem citantem esse incompetentem; ea quippè ratione, quoniam ex dispositione ritus 230. constitutum est, eum; qui intendit jurisdictionem judicis citantis declinare, oportere, quod personaliter compareat coram judice, etiam si qui citatus est, haberet privilegium insertum in corpore juris; loquitur enim Ritus de vidua, vel pupillo volente declinare jurisdictionem M.C.neque hoc est solummodò in casu, quo judex est incompetens: sed idem constitutum est, quando judex esset omninò incapax, putà, si judex laicus citaret clericum; nàm ad finem declinandi jurisdictionem secularem, tenetur itidèm personaliter se coram judice laico præsentare cum legitimis documentis, attentis *Rit. M.C.65.& 235.*& advertunt *Caravit.* pluribus in locis, *Borrell.in summ. dec. p.1. tit. 7. num.33. Dana.de pugn.DD.tit.1,cap.4.num.1.tit. de cleric.*& alii, quod servari in Gallia, scribit *Papon, arrest.5.*& Mediolani, *Clar.§.fin. quæst.36. nu.3.* quin reus, ut possit remitti, necesse est, in vinculis se constituat, ut individualiter de milite scripsit *Præs. Merlin.lib.1.controv. cap. 14.* quidquid dixerit *Consil.Patign.in tractat. de indica, & privilegio militum, ex num. 49.* rescripto à *Revit.in pragm.2.de milit.* de militari exemptione, verba faciens non obstringi militem comparere, si notorie judici constet de ejus incompetentia ex militaribus documentis.

Hinc non refregantur ea, quæ scribit *Giurba cons.95.num.13.* quo loci videtur probare, quod possit tertius excusator rei citati opponere declinatoriam fori; siquidem inibi loquitur juxtà terminos statuti illius Regni Siciliæ, quod est *pragm.5.tit.12.* quibus permissum est tertio, allegare pro reo absente citato, nullitatem ex defectu jurisdictionis, ut clarè scribit idem *Giurba cit. num. 13. vers. quod si nullitatem*, quod in hoc Regno non tantùm non permittitur, sed omninò prohibetur. Ampliùs, declinatoria fori potest respicere personam rei citati, & tertii venientis ad illum excusandum, & defendendum: ex persona rei haud opponi potest, & opposita si fuerit, nihil operatur exceptio prædicta declinatoria, per contumaciam namquè amittitur illa, *l.de die, §. planè, ff.qui satis dare cogant. Afflict.in dec.133.& in const. Regni pœnam eorum, num.9. Ferrarius cautela 56.num.2.& 3.Catalan.de indultu cap. 12. nu. 21.Thes.decis.265.num.2.Novar.& alii per eum citati in praxi elect fori tom.1. sect.4. quæst.22. num.2.Anna in sing.120.Foller.pract.crim.rubr. banniantur,num.50.de Franch.decis.417. nu.1.* ac *Caravit.205.num.4. Scialoya in prax.forjudic.c.2.num.15 & 16.Tusc lit.C. concl..1027. num.1.Carpan.ad stat.Mediol.10.num.137.Thesaur.dec.265.num.2.*

Ex persona verò excusatoris, sivè tertii, futile esset, & omninò absonum dicere, posse eam opponi. Etenim cum hic tertius veniat tamquã interesse habens, tenetur coram eo judice stare, coram quo comparet ad defendendum reum; Exemplo clerici, qui citatus per edictum prolatum contra interesse habentes, tenetur parere judici citanti, nec potest petere se remitti ad judicem Ecclesiasticum, ut notavit *Ann.allegat. 76 num.1.&2 Vivius decis.30 Giurb.dec.1. nu. 35.vers.& si sit clericus*, & cæteri apud eos, *Capyc.dec.8.* rationem tradit *Ann. cit. alleg. 76.* quia veniens spontè & ultrò est actor, non reus, & ideò declinatoria juvari nequit, confertque *Gallup.in prax.p.1.cap.7.n.7.Prat.resp.51. n.31.*

Nec refragatur exemplum clerici in citatione ad foriudicandum; nàm tunc judex laicus est penitùs incompetens, & incapax, & cognitis bullis constituit se in mala fide: itaut nequeat amplius se intromittere, vel iudicare, *Salgad. de reg.protec.p.4 cap.14.num.84.* Imò ipsa praxis quotidiana id corroborat, quia in hoc casu Bullæ non præsentantur formaliter, neque in forma iudiciaria, sed extraiudicialiter tantùm ad hoc, ut iudici innotescant, sciatque Curia, se non esse iudicem, *Castr.cons.431.lib.1.Alvar. in spec.iur.Pont sic.c.33. vers. & nota, Boss. in tract.crim.de for.competent.num.156.*& satis est quod reddatur dubia, ex *Abb.in cap. si delinquenti, de for.compet.Dec.in cap.si duobus, n.3. de appell.Alex.cons.53.lib.5.Jo.Mar. Camp. in resolut.crimin.in mat.forindic.resol.4.ex num. 1. & resol.30.* indicat *Baron.de effect. minor. ætat. eff.6.n.20.* quàm praxim ex eadem *de Franch. cit.dec.329.* docent *Tapia de jure Regn. ad Rit. M.C.65.tit.de Episc.cleric.& lib.3. ad hunc ritum num.2.& Revit.in rub. ad pragm. de sent. foriud.c.num.11.Gypt.ad Capyc.Latro dec.161. p.3.* quæquidem *decis. 329. de Franch.* maximè innixa fuit æquitati; obstante iurium munici-

pelium

palium rigore, in qua hypothesi adeò anceps extitit S.C. ut recursum habuit ad dispositionem *tex. in l. si de interpretatione, ff. de leg.* illamque S. C. æquitatem redargunt *Michael Ferrer. observ. 173. Mastrill. dec. 113. num. 8. Moderni H spani in comment. ad rit. 235. nu. 181. par. 1.* quos laudat *Præf. Merlin. lib. 1. controv. forens. c. 49. num. 23. Prat. cit. resp. 43. sub n. 21. & Luca ad eand. in dec. de Franch. 329. sub n. t.*

Peregrinum ad hoc est effatum *Innoc. in cap. ex parte, de verbor. signific.* regulam, ut exemptus non teneatur comparere, constito iudici per ostensionem privilegii de exemptione, vendicare locum in exempto ipso jure, juxtà *tex. in c. cum persona, de privil. in 6.* (ut est clericus) non verò in non exempto, & si habeat fori declinatoriam, nàm antequàm præfata exceptio objiciatur, in nullo est elisa iudicis iurisdictio. Clerico enim quantumvis citato, ac contumaci semper fori declinatoriam objicere licet, *Faller. in prax. rub. bandiantur, num. 5, Marsil. in tract. de bannit. vers. contumacia, nu. 75. Ant. sing. 120. Jo: Grand. de bell. essul in prædict. pati, q. 3. spec. 97. in fin. Gramm. vot. 18. nu. 19.*

Paritas, quod possit tertius allegare iudicem suspectum non currit, nàm hoc casu planè crediderim ex utriusquè persona licere, scilicèt rei citati, & tertii; Nam quantum attinet ad personam excusatoris, nemo unquam negare poterit, etenim cum actor ipse sit in illo judicio, dicatque sua interesse, reum non foriudicari, hoc ipso licitum ei erit, judicem recusare, prout quilibet alius, ad tradita à nobis *in rit 265. n. 55. lib. 2.* meque laudat *Luc. ad Franch dec. 261. in fin.*

Ex quo inducor, ut credam, posse etiam ex persona rei citati iudicem allegari suspectum (quamvis ipsi contumaci non liceret, ad tradita a me in *rit. 265. sub num. 26. lib. 2.* & in specie notat *Io. Baptista Costa Papiensis in caus. seu respons. 46.* etiam purgata contumacia, *R. Rom. in pragm. 1. num. 76. de suspic. Maurit. Apicell. in add. ad Luc. Mattb. in tract. de suspic. lit. T. à num. 30. ad num. 74.* qua de re latè *de Laurent. Beneventanus, de indic. suspect. cap. 14. in nu. 52. et 59.*) scilicet ut clarius d cam ex causa descendente à persona rei citati, putà si sit inimicus rei citati, vel affinis, vel consanguineus querelantis, & si quæ sunt aliæ causæ his similes recusandi iudicem, & hæc suspicio à tertio obiici potest; quia cum ipse tertius actor sit, & agat pro suo interesse, quod versatur circa personam rei citati, & foriudicandi, poterit tertius ex illius persona iudicem removere; quemadmodum quis posset suspectum iudicem dicere ex causa descendente a re, de qua in iudicio agitur: putà si tractaretur de aliqua, in qua si haberet interesse iudex, certè in iudicio civili non posset ipse iudicare in illa causa, cuius effati ratio non tantum innititur iis, quæ à *D. Præsidente Merlino* tradita sunt, *cit. cap. 48, ex num. 13.* sed potissimum in eo; mirum, quod aliud sit fori declinatoriam opponere, aliud verò, iudicem suspectum allegare. Declinatoria siquidem fori exceptio, quæ ex particulari lege non potest deduci, nisi reo præsente: ideò prohibetur proponi, quia aufert iurisdictionem, & ipsam sigillat; quæ non solum dicitur prorogata à reo citato per contumaciam, ex dictis: sed habet pro se maximam præsumptionem iuris; nàm iudex quicumque in suo territorio habet à natura, & lege fundatam suam iurisdictionem in subditis illius territorii ordinariam, quemadmodum de M. C. & Regiis Audientiis loquitur, & testatur *Caranit. ad rit. 230. num. 7.* quamobrem, ut quis illam valeat declinare, debet personaliter comparere, & parere mandatis iudicis ordinarii, qui de iure, ad suam exercendam iurisdictionem, habet ex natura intentionem fundatam, & in hac ratione residet vis dispositionis nostrorum rituum ut *mem. Caranit. cit. loco,* & ad *Rit. 235.* notavit.

Recusatio autem iudicis non sigillat, neque tangit iurisdictionem; non enim dicit, quod nullam in reum habeat auctoritatem, vel potestatem iudex citans: sed sigillat, & dirigitur contra personam iudicis, ut privati, quod docemur ex *text. in l. prætor, ff. de iurisdict. omn. iudic.* & tradit idem *Reg. Merlin. controv. cent. 2. cap. 37. num. 10. Fab. in C. lib. 7. tit. 17. si à non compet. iudic defin. 1.* notans, quantum interfit, an iudex incompetens dicatur, an ut suspectus recusetur; hoc est vera defensio, quæ proficiscitur à iure natu æ; illud autèm minimè, quilibet enim reg lariter potest prorogare iurisdictionem iudicis incompetentis, *l. 1. & 2. ff. iur. dic. Angel. & Imol. in l. si finita, §. item videamus, ff. de damn. infect. Alex. in l. quidam consulebant, ff. de re indic. Natta consil. 18. num. 14. Bursat. consil. 74. num. 48*

Quod potissimùm absquè ulla hæsitatione locum vendicat, si suspicio sit notoria, & iure, *Bal. in l. eas, sub. num. 4. ff. de apell. Iaf. in l. qui iurisdictioni, ff. de iurisdict. omn. iudic. num. 7. Cancer. var. par. 3. cap. 13. num. 147.* Perspicuò namque iure statutum est, posse iudicem in notoriis de veritate extraiudicialiter, & parte non citata se informare, *Gratian. lib. 3. forens. cap. 435. num. 2. & lib. 9. cap. 824. num. 29. Andreol. 1. controv. cap. 79. num. 29. Encyclopedia iurisf. par. 2. tit. 15. de notorio, num. 28 fol. mihi 100.* notoria enim ab onere probandi relevant, *Caillet 2. observ. 26. num. 11. Sigismundus Scacc. de judiciis lib. 2. cap. 9. num. 567. Vasq. in præfat. illustr. controv. num. 25. & & lib. 1. cap. 2. Vuesembec. cons. 13. num. 62. Corasius lib. 4. miscellan. iuris, cap. 20. num. 3. Hermann. Vulteius de iudiciis lib. 3. cap. 7. tit. de probat. n. 63. pag. (mihi) 570.* nec in eis requiritur causæ cognitio, *Ioseph. Ludovic. dec. Perus. 67. n. 20. par. 2. Gaill. 1. obs. 39. num. 5. & lib. 2. obs. 44. n. 10. Vuesembec. cons. 2. num. 95. volum. 1. Hermann Vulteius cons. Marpurgens. 21. num. 337. vol. 3. ex Salyc. in l. unica, num. 3. C. de prohibit. se quest. pecun.* de quo *Colerus de process. execut. par. 1. cap. 2. num. 132.* Quapropter cum hoc omni iure permissum sit, nil quidem commune habet cum declin. tori fori: quæ, certis iuribus statutum est, quod proponi non possit, nisi reo præsente. Si secus diceretur, redderetur elusoria omnis causa criminalis, atque evanescerent

rent foriudicationes; quando audivisse memini, incolumitatem Regni Neapolitani consistere in duobus polis: in observantia scilicèt *Constit. Regni*, *pœnam eorum*, quæ loquitur de foriudicatione, & respicit capitales causas; & in *Ritu M. C. V.* 166. qui sermocinatur de instrumentorum liquidatione, & respicit pecuniarias, & ideò in vtroque, singulari, nimiaquè cura vti debemus: ex altera enim delictorum coercitio dependet, quæ patrantur assiduè: ex altera debitorum constrictio, qui obdurescunt in dies: solutionem creditoribus, nisi renuentes, certè differentes.

Non omittam tamen dicere, quod dum agebatur hæc causa in Collaterali Consilio, ut audivi, perpensum fuit, in ea esse M. C. iudicem competentem, dum delictum, & offensio commissa fuerat in eiusdem officialem, ut post *Covarr. pract. q. c.* 18. indicant *Menoch. de arbitr. iudic. q.* 91. *num.* 2. *Mastrill. decis.* 174. *de Franch. decis.* 722. *Donad.* post alios, *de renunciat. cit. lib.* 2. *c.* 18. *num.* 123. *Pet. Greger. Syntag. iur. c.* 40. *num.* 24. *Iudex de Angelis ad Foller. in tit. & si confitebuntur. num.* 21. & in specie, ut militiæ ascriptus ab offenso iudice multari possit, subscribunt *Caball. resol. crim. cas.* 294. *num.* 257. *Ayala de iure belli, lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 5. *Carleval. de indic. lib.* 1. *disp.* 2. *tit.* 1. *sect.* 4. *num.* 478. *Chrispolutin casib. milit. casu* 33. *Reg. Sanfelic. decis.* 150. *num.* 16. dispungens *prag.* verba 13. *de offic. procur. Cæsar.* ibi: *e quando fusse offeso la Regia Camera, che è Tribunale supremo: quella non habbia a rimetterlo, nè aspettare il remedio*, concinunt *text. in l. de ætate. §. qui tacuit, in fin. ff. de interrog. act.* ibi: *quia prætorem contemnere videtur, & in l. familiæ, ff. de iurisd. omn. iudic.* ibi: *contempta Maiestas prætoris vindicatur.* Maximè attentis ritibus M. C. sancientibus, ad ipsam spectare, cognoscere de delictis officialium activè, & passivè, potissimùm ritu 49. & ibi scripsi, meque eodem in ritu laudat *Capon. lib.* 4. *discept. forens.* 246. *nu.* 32.

Per quemcumque verò amici inquisitum posse purgari contumaciam, etiam illo absente, ex
29 *Caravit. in ritu* 213. *in princ. & Dans. de pugn. DD. tit. de contumace, cap.* 1. *num.* 15. *lib.* 1. scribit *Novar. lib.* 2. *de gravam. vasal. gravam.* 160. dummodo tamen infra terminum statutum compareat deinde personaliter pro delicto principali, subnectit, rescribens Collateralis Consilii provisiones, de quibus, & aliis memini in *mem. rit.* 211. *num.* 1. & 2. addo *D. Locumtenentem R. C. D. Ant. de Gaeta in alleg. edita à D. de Marin.* 124. *nu.* 21. *to.* 3.

An si inquisitus de alijs delictis citetur pro alio crimine, valeat opponi ab excusatore, esse dandam securitatem: ita ut, illa non impertita, contumacia, & foriudicatio nullitatis labe scateant, inquirunt *Clar. §. fin. q.* 31. *num.* 12. *Farinac. q.* 11. *num.* 58. & *q.* 29. *num.* 85. *Scacc. de iudic. lib.* 1. *cap.* 52. *num.* 29. & *lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 1774. *Guazzin. defens.* 12. *cap.* 1. *ex num* 53. *Cancer. var. resol. cap.* 13. *de indic. suspect. num.* 26. *Baren. de cit. t.* 1. *q.* 37. *ex num.* 9. & *tom.* 2. *in add. ad* 1. *q. ex num.* 13. & *tom.* 3. *in add. ad* *sand. q. R. Sanfelic. decis.* 236. *lib.* 2. *Scial. in prax. foriudic. c.* 8. *num.* 54. *Consil. Campan. resol. crim.* 17. plures subnectens conclusiones, fusiùs materiam declarantes. Hac nostra tamen tempestate plures in M. C. conceptas vidi citationes cum assecuratione aliorum delictorum, quatenùs opus sit, *ex Foller. in vers. vel eos verbaliter citari faciat, num.* 32.

Brocardicum decantatum, quod pro contumace nemo loquatur, & quod contumax ob causam
30 capitalem non sit audiendus in civili, quamvis inter diversas partes, cum sit ita cautum in *rit.* 220. accidit maximè disputandum in S. C. inter Ill. Principem Belmontis cum D. Ramiro Ravascherio fratre, cùm ferè gemebat torcular, iam iam typis huiusce *rit.* 269. commentarios daturum. Siquidem cum institisset hic declarandum fore nullum, atque irritum transactionis contractum inter ipsos fratres initum, obstrepuit Princeps, non esse eum audiendum, utpotè in causa capitali contumacem ad informandum, & capitula, fretus præfati *rit.* 220. sanctione, & DD. à me adductis *ibidem*, quibus addo *Gallup. in prax. S. C. par.* 1. *cap.* 5. *n.* 5. qui si attentè perpendatur, de contumace loquitur, deindè de bannito, vtens dictione, *maximè*, & scitum manatum è S. C. de anno 1564. de quo meminit in causa illorum de Milo, his utitur verbis: *Non esse in ea procedendum, obstante contumacia*, *Gallup.* simpliciter laudant *Thor. par.* 2. *compend. decis.* verbo, *contumax*, *Iudex de Angel. ad Foller. in prax. crim. rub. accusentur contumacia, num.* 20. & mei memor in *cit. rit.* 220. insequitur D. *Blasius Altimar. de nullit. rub.* 4. *q.* 8. *ex num.* 31. & conferunt tradita à *Thor. p.* 3. *compend. sect.* 1. verbo, *contumax pro aliquo*, de cuius *rit.* 220. observantia testatur *Foller. in pract. crim.* verbo, *banniantur, sub num.* 55. quem *Carav.* ibidem memorat.

At exponebatur ex D. Ramiri parte, axioma illud dupliciter considerari: vel iure communi, quo contumax non potest audiri: & intelligitur in eadem causa, in qua est contumax, in qua litis damno coercetur, *l. contumacia, ff. de re iudic.* & licèt *Glos. in l. sed & si per prætorem, §. ait prætor, vers. sed & si decurio, ff. ex quib. caus. maior.* ampliet, id procedere etiam in aliis causis: eius tamen dictum geminæ limitationi à DD. supponitur; primò, quod debet intelligi in alijs causis inter easdem partes: secundò debet intelligi, esse in iudicis arbitrio, si velit ipse aures occludere; non verò denegari iudici, posse illum audire, si ita velit, ad tradita per *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *q.* 36. *sub nu.* 4. & notent *Boer. decis.* 329. *de Franch. decis.* 471. *num.* 3. & 6. *Reg. Sanfelic. decis.* 364. *ex num.* 9. *lib.* 3. vel iure Regni: quo perspecto, contumax pro causa criminali non potest penitùs audiri in causa civili, non solùm in agendo, sed ne excipiendo quidem, neque per se, neque per procuratorem, etiam in diverso Tribunali, & inter alias partes; non sufficere tamen, aiebat, quod esset contumax, sed, & positus in banno: & denegationem audientiæ in causa civili pendere à ratione banni, non solius

con-

contumaciæ, ex perlucidis verbis *Rit.* prædicti 220.

Ideòque *Carav. in cit.n.1.* dicere, rationem huiusmodi dispositionis non esse, quia contumaci denegetur audientia; non enim procederet hęc regula in eo, qui compareret tanquam reus, ad se defendendum, *cap. intelleximus, de judic. & cap. cum inter, de except.* & tamen in illo ritu contumax non potest audiri, ne quidem tanquam reus in causa civili; sed rationem esse addit *num.3. quod ritus non repellit contumacem, sed bannitum: & ad hoc, ut quis dicatur bannitus, multa requiruntur, quæ ponuntur in Const. grandis utilitas*, & ibi per *Afflict.n. 8. & 9. adeòut si ea non concurrant, bannum non teneat; ut expressè Afflict. dicit non notab.*

Quamobrem mirum non est, quod ritus excludat taliter bannitum ab omnibus iis, quæ sunt de iure civili, quale est audiri in iudicio; *quia*, subdit, *bannitus dicitur esse extrà protectionem civitatis: & ad similitudinem excommunicati, qui reijcitur à foro Ecclesiastico, bannitus est separatus à beneficijs competentibus secularibus personis, c.1. in princ.vers.sed Obertus,tit.hic finitur lex.*

Quod effatum *Carav.* apprehendit ab *Affl.in const. grandis utilitas,n.10.*ibi: *quia sicut excommunicatio ejicit excommunicatū à communione fidelium, sta bannum in foro civili separat bannitum à beneficijs, quæ competunt personis secularibus.*

Atque hanc esse rationem ritus, testatur idem *Afflict. num. 11.* inquiens: *quapropter ritus M.C.* qui incipit: *Item si aliquis: qui vult, quod si bannitus citetur ad instantiam alterius, etiam pro causa civili, non potest comparere per procuratorem, nisi priùs contumaciam purgaverit.*

Hinc addebat liquere, quam falleretur *Anich. in suo tract. de praevent.cap.6.n.17.* quem ipse adduxi *in eod.rit.220.* cum dedisit sententiam *Caravita*, quia ritus expressè loquitur de contumace per ea verba: *nisi contumaciam suam primò purgaveris*, non adverteos, quod eundem *Caravit.* sententiam priùs docuerat *Afflict.* & quod bannitus, definit esse contumax. Imò bannum est pœna contumaciæ in flagitio capitali; quia primò fit contumax, deindè bannitur. Neque bannitus potest purgare contumaciam, nisi compareat intra annum, & antè quam forjudicetur.

Vrgebat tamen Princeps, loqui ritum 220. de contumace; etenim contra reum citatum non comparentem inculcatur prima contumacia: deindè cum secunda inculcatur, dicitur, *& vocato in banco iuris, Curia pro Tribunali sedente, per ordinarium Alguazirium, ut moris est, quia non comparuit, fuit factus contumax ad capitula, &c.* quàm formulam tàm in citatione ad informandum, quàm ad capitula recenset *Scialoy.de forindic. c.7.n.7.* Igitur fuit bannitus: is enim dicitur, qui palàm fuit renunciatus contumax, & vocatus in banco iuris à præcone, non comparuit, ad differentiam banniti, seù forjudicati per sententiam, de quibus loquuntur *Isern. in constit. ob filiorum culpas, vers.& si dicatur, Praes. Merlin.cent.2.cap. 21. Reg. de Ponte consf.69.num.8.vol.1. D.Marcian.sen.consf.* 43. *de Gregor. de concess. feud. p. 4. q. 9. nu.53. Surd. cons.394.num.22. Anichin.cit.cap.6.ex n. 2.* & alii, quorum nomina insipidè confunduot *Donad.lib.1.de renunc.cap.25. num. 18.* quem ipse retuli in *eod. rit.220.* & *Scialoy. de forind. c.8.num.45.*

Quod probant *pragm. 27. §.36. de offic.magist. iustitiar.* verba: *item, quod statim apparente de delinquentibus, quod fortè non reperiuntur, & sunt in fuga, fiat annotatio omnium eorum, bonorum, & similiter statim ipsis inquisitis bannitis, seù reputatis contumacibus facere debeant annotationem omnium bonorum, eorum mobilium, & stabilium fideliter*, & suadetur qu ia bannum, teste *Cuiac.in suis comment. de feud.in praefat.* est nomen generale, per quod edictum, sivè citatio significabatur, & *Alciat. parerg. lib. 2. cap.2.* ait: *nisi fortè à tuba quis malit, quam barbaro sermone constat, bannum dici.* Et fusiùs *Alber.in suo diction.* verb. *bannum* ibi: *bannum dicitur à banneria, idest parvum vexillum: & à verbo, eo, is; undè bannio, idest, publicè contra illum eo, hoc est procedo: quia publici processus fiunt contra contumaces, deiiciendo eos per denegationem iurisdictionis, ut ff. de re iud.l. contumacia; & ideò cum talis processus publicè fit, maximè per praeconizationem, vel edictum publicum; appellantur banna.* Atque in his terminis ita ait *Marin. Caramanic. ad const.Regn. poenam eorum*, ibi: *cum enim banniti contumacia sit notoria, quin publicè innotuit, & tam publicè est divulgatus bannitus; ut supra Cod. eod. l. grandis, ideò quod ipse etiam se contumacem fuisse negare non potest*, & post ipsum, *Hornt. Montan. de regal.* verb. *bona contrahentium incastae nuptiae, num. 7.* inquiens: *forma autem huius indicii est, ut citato reo ad informandum & capitula inquisitionis recipiendum, & accusatis contumacijs, in ultima vocetur in banco iustitia à praecone: & non comparens, bannitur à iudice*; & in *const. Cordi nobis, tit. de exhibit. malefic.dicitur que bannitus, quasi banno, seu edicto publicatus.* Hinc bonum in M. C. non servari, voluerunt *Scaglion. pragm. 1. num.78. de duello, Index de Angel. ad Giazar. decis.3.num.4.* sufficitque, quod declaretur contumax, & proindè annus incipit currere a die ultimæ contumaciæ contractæ in citatione ad capitula, *Scialoy. de forind.cap. 9. num.* 1 as-seus in Curiis Baronalibus *D.Carol.Rot. in flor. conclus.9.ex num.76.* ita quod vel sola notitia, quem fuisse declaratum contumacem, satis sit, ut ei denegetur possit auxilium, quod testatur *Reg. de Pont. de potest.Prorog. tit. 1. de provis.fieri solit.§.3.num.10.* his verbis: *ex quibus infero, quod in receptante contumacem M. C. non admittitur excusatio propter ignorantiam, quia habentur omnes pro praesentibus, & praesumitur omnibus innotuisse*, ex *Foller.super constit.Regn. puteraverunt, num.34.* & probetur evidentius ex eo, quod exaravit *Praes. de Franch. cit. decis. 271. num. 8.* quod debitor, adversùs quem liquidatur instrumentum, habetur contumax, & bannitus, Curia pro Tribunali sedente: non alia ratione, quam qu a pu-

publicè, & Curia pro Tribunali, declaratur contumax: non quidem quia expeditur contra ipsum bannum, eique supponeretur. Non comparente enim debitore, secunda die iuridica, fit actus hisce verbis: *quia citatus vocatus non comparuit, neque aliquis pro eo, ideò fuit reputatus contumax, & condemnatus ad pœnam in citatione contentam*, ut legitur apud *Galter.* hanc formulam describentem *in prax. instrum. 3. p. princ.* verbo *personaliter in Curia comparens, num. 11.* Quin in hoc facti themate à Regia Audientia haud bannum fuit comminatum (dato, illud non abiisse in Audientiis in desuetudinem) quia procedebat cum abreviatione termini servata forma Regiæ Pragmaticæ in delictis cum ictu sclopi, quæ Pragmatica illud non exigit, sed terminum dierum quindecim iubet currere à die, quo fuerint reputati contumaces, quam praxim colligit *Danza de pugn. DD. tom. 3. tit. de sentent. forindic. cap. 6. nu. 13.* dum attentis verbis Pragmaticæ, inquit esse inquisitos priùs citandos ad informandum, inde contumaciis convictis, currere debere terminum quindecim dierum, quo elapso, effigi foriudicatos, & iterum *de var. crimin. cognit. lib. 3. cap. 4. num. 25.* & non dissentit *Scialoy. cap. 5. num. 26.* aliàs esset melioris conditionis reus, qui patrasset flagitium immanius igneis armis: cui si non fieret bannum, posset deindè non esse foriudicatus, præsentis bullis, vel aliis scripturis: & ita neque esset bannitus, neque foriudicatus, ut delibabimus *in rit. seq.*

Et cèrtè hæc est maxima, inter tot contumaciæ pœnas, ut nemo quidem pro contumace loquatur, neque in aliis causis, & attento quoque iure communi, quod simpliciter etiam inter alias partes, scripsere *Surd. cons. 360. num. 13. vol. 2.* quem corruptè, impressoris incuria laudant *Præs. Merlin. lib. 1. controv. forens. cap. 48. nu. 9.* necnon *Io. Bapt. Costa cons. 46. num. 13. in consil. 300. num. 3. vol. 1. Anton. Perea Sigler in Manipulo florum iur. Pontif. & Cæsar.* verbo, *contumax in una causa, num. 9. pagina* (mihi) 6. ibi; *contumax in una causa non est audiendus, etiam in quacumque alia*, ex *Bald. Dec.* & aliis, ac *Burg. de Pax consil. 12. num. 11. & 12.* & *Marant. in prax. p. 6. 2. memb. princ. nu. 13.* qui utitur verbo, *potest*, quamvis alii inter easdem partes coram eodem iudice intelligant, apud *Vin. decis. 12. num. 5. lib. 1. Franch. Marc. decis. 15. par. 1.* Contumacia enim est delictum, *Isern. in cap. 1. §. fin. de cap. Conradi*, ex *text. in l. Fulcinius, §. fin. ff. ex quibus caus. in poss. eat* quem etiam ad hoc allegat in *tit. quæ sint Regal. num. 42.* ubi agit, an contumax bonorum publicatione mulctari possit, de quo videas *Farinac. de delict. & punit. q. 18. num. 37.* multos ex nostratibus, & alienigenis subnectens, cum distinctione gravitatis, & atrocitatis facinoris, & alia, de quibus ibi, & utrobique affirmat *Isern.* contumaciam delictum esse, *l. contumaciam, ff. de re iud. & l. si quis id; & l. si familia, ff. de iurisd. omn. iud.* sed in neutris his iuribus, dicitur apertè contumaciam esse delictum, & *Bald. in l. fin. C. de crim. stellion.* notavit, nulla lege caveri, contumaciam esse maleficium; delictum verò esse inferunt ex eo, quia punitur, ut ibi *Paul. de Castr. in princ.* & propterea allegatur quoque *text. in l. omne delictum, §. contumacia, ff. de re milit.* ubi *Glos. in vers. contumacia*, dicit facere *text. in l. 3. §. in bello, eod. tit. de re milit.* & *Glos. in l. 1. final. ff. si quis ius dic. non obtemper.* idem dicit, & ad hoc adducitur à *Paul. de Castr. in l. plerique, num. 9. de in ius voc.* & dicunt adamussim DD. laudati à *Farinac. q. 18. num. 26.* ubi nectendo regulam, quod contumacia sit delictum, & verè multi sunt casus, in quibus contumacia tamquam delictum punitur *Bald. in cap. testimonium, col. ult. ad med. vers. ad contrarium, de testibus, Ancor. in cap. finem litibus, in princ. num. 9. de dol. & contumac. Felyn. in cap. ex literis, in fin. lib. 28. Gemin in cap. quidam, col. pen. post medium, vers. ad secundum, num. 3. caus. 4. q. 1.* firmans, inquam, *Farinac.* regulam, quod contumacia sit delictum, multa ad concomitantiam adducit, quod dicatur vitium, peccatum mortale, quodque contumax dicatur in infidelis, necnon quod contumacia in non obediendo quodammodò hæresi æquiparetur, & quod contra contumacem omnia iura clament, ac ex nostris laudat *Foller. in pract. Canon.* verb. *non compar. cont. reputent.* optimè tuentem, contumaciam esse delictum: & ibi multa de obedientiæ laudibus, & de inobedientiæ opprobiis, ac contumaciam esse delictum, enarrantem, prout etiam ex alienigenis, præ ceteris, adducit *Andr. Gail. in tract. de pac. publ. lib. 2. q. 5. num. 9.* de quo noster alibi erit sermo, eosque extollit *D. Præs. Merlin. lib. 1. controv. forens. cap. 63. num. 3.* & tradunt *Thomas Ferratius, cant. 22. num. 3. Thesaur. decis. 265. num. 1. Scialoy. in prax. forindic. cap. 1. num 26.* & quod æquiparetur excommunicato, dixit, de bannito loquens, *Gayll. cit. tract. cap. 1. num. 25.* quamvis excommunicatum posse tum excipere, tum se defendere, alibi diximus, qua de re *Anich. cit. tract. de prævent. cap. 6. quæst. 3.* namque non obstante simili argumentatione, denegari bannito prædictas exequias, scripsit *Caravit. ad rit. memor. 220. num. 4.* Contradicit verò *Gugliem. in decis. Rota Spirens. 60. lib. 1.* prorsùs verùm esse defendens, quod quamvis bannito agere nefas sit, aut contrahere: attamen valeat se tueri, & excipere, si conveniatur: necnon à sententia appellare, & interpositam prosequi provocationem, ad quod firmandum adducitur *cap. cum inter*, & ibi DD. iuncto *c. fin. cum Glos. de except.* quam sententiam meminit receptam fuisse in Rota, die 14. Februarii anni 1589. & videndi *Covarr. lib. 1. var. q. cap. 18. num. 5. Cappell. Tholos. decis. 138. Anich. cap. 4. q. 4. num. 8.*

Re pleniùs discussa in S. C. die 1. instantis mensis Februarii 1679. scissa fuerunt vota, prævaluit tamen maior pars, quod, *oppositis non obstantibus procedatur ad ulteriora*; suffragia ferentibus spect. D. Præs. S. C. DD. Regente electo Consil. Erasmo de Ponte S. C. Decano, & causæ Commissario, Paulo Iaonectasio, & Ill. Comite Legardi sularum præfectis, D. Iosepho

Le-

Ledesma, & D. Fulvio Caracciolo Præsidentibus in M. C. in criminalibus, ac D. Thoma de Luca adiunctis ordine Excell. Domini pro observantia Regalis ordinis, cui scito partes non acquieverunt; propendetque, reclamatio: quam, Excell. Dominus agnoscens articulum exemplarem, fieri iussit cum interventu Advocati Fiscalis M. C. penès Falvum Act. Mag. S. C. non decidit merum articulum: aderant enim simul alia facta, quæ suam præseferebant hæsitationem; nempè quod ipsa contumacia ad capitula poterat expediri tantummodò propter Philippi Mirabelli cædem, non item ob Josephi Posa vulnerum crimen; quapropter, eum obtinuisset cædis gratiam à Prorege, ampliùs contumax, aut bannitus non erat. Et præsentatis sui clericatus, ac beneficii bullis per D. Ramiri amicum, quando secunda incubabatur contumacia ob delicta, & post citationem ad foriudicandum, impeditus saltem fuerat contumaciæ effectus, nè illa audiretur, ad tradita per *Reg. Sanfelic. decis.* 227. *ex num.* 4. cuius decisionis veritatem alibi inquirimus: ac Ritus prohibens clericum audiri in causa criminali, si non compareat personalitèr, non prohibet, si fuerit factus contumax, nè possit audiri in causa civili: nam hoc esset punire clericum ratione contumaciæ, quod non mandatur per ritum, quibus contradicit effatum *Præsulis Liparuli ad Isern.in cap rub. de statut.& consuet. contrà libert.Eccl.lit.M.vers. in hac materia notabis*, posse denegari à laico clerico audientiam *lit.A.* non rectè poterat denegari audientia, neq; ut contumaci, neque ut bannito; cum enim se præsentasset, omnem purgavit contumaciam, & bannum deletum est: & vigore gratiæ obtentæ de Philippi Mirabelli nece, purgata etiam extitit contumacia ob vulnerum Josephi Posa scelus: quin nullitatem gratiæ non licebat parti excipere, & illius cognitio, etiam si complecteretur vulnerum scelus, spectabat ad Proregem, eiusque Collaterale Consilium.

Crediderim tamen, S. C. Regis personam præseferens, atque adeò non adstrictum ad servandos M. C. utpotè Tribunalis inferioris, ritus: ut dixi in *ritu* 1. *sub num.*44. *lib.* 1. ex *Frecc. & Thoro*, maximè quando iuri communi adversantur, ut lepidè observat *Anichin. ibidem* à me ipso laudatus *de pravent. cap.* 3. *q.* 5. *ex num.*10. *&* 13. voluisse in hoc casu, uti arbitrio e iure communi permisso: quod quidem iudicis arbitrio committit, si contumaci velit aures præbere in causa civili inter alias partes, & in hoc ritus illi reluctatur, teste *Follerio in nem. verbo, banniantur, sub num.* 55. *vers. & est notandum*, quamvis *Reg.Sanfelic.dec.*71. *num.*131. *par.* 1.*vers.si iudici videbitur*, cogitaverit, hoc arbitrium tribui etiam ex memorato ritu iudici, isthuc autem arbitrium dandum fuit D. Ramito, cum ageretur lis inter germanos fratres, & tanti generis: neque frater poterat id opponere *arg.l. si magnum, C. de ist. qui accus. non poss.*

Obex verò, Ritum complecti verùm duntaxat contumacem, qui est citatus personaliter, & non fictum, citatum domi, qui dicitur fictus, iuxtà distinctionem inter veram, & fictam contumaciam, de qua *caravit. in rit* 212. *num.*2. *Galup.in prax. S.C. p.* 2. *cap.*4.*num.*1. & alii adducti ab *Addente ad Reg. Sanfelic. decis. num.* 364. *num.*1. *Hector de Guido, de virib. confess. par.*5. *cap.*5.*Io. Bapt. Costa cons.* 46. *num.* 9. minimè satisfacit; quia in Regno ex peculiari sanctione in *pragm.* 2. *de ordin. iudic.* sat est, si citatio fiat personaliter, vel domi, *Ricc. collect.* 2105. *Rota pract. concl.* 9. *num.* 7. quaque domi prævia citatione, reus in Regno foriudicatur, *Foller. in prax.* 4. *par.* 3. *p. rub. etsi conspirabuntur, num.* 3. *in fin.Scialoy. de foriudicat.cap.* 6. *num.* 11. & hoc speciali iuris municipalis providentia tollitur discrimen inter fictum, & verum contumacem, de quo loquitur *Isern.* mox *add. loco*, addens exemplum de feudatario contumace nam feudatarius fictus contumax possessionem perdit, si non facit iustitiam: quæ verba (facit iustitiam) prout ipse *Isern.* declarat *in tit. qua fuit prima caus. §. item, qui dominum*; cuius *tex.* sunt verba; si iustitiam per iudicem fieri non permisit, prout in *l.furti, §. mandati.ff. de his, qui notant. infam. & in l.* a *§. tutor. de administ. tutor.* ubi verba (condemnavero, vel condemnaverit) explicant, idest condemnari fecero, vel fecerit.

Sed hoc *Isern.* dictum, ut ille fictus contumax, qui iustitiam facere non permisit, possessionem perdat, repugnat exaratis ab eodem in *d.§.item qui dominum*, ubi dicit perdere feudum contumacem feudatarium, si dixit, nolu venire, nec volo parere iuri, nec iustitiam sibi permissum fieri: & in aliis tribus casibus dixit esse verum contumacem, prout est, quando dixit, nolo venire, statim feudum ammittere, ibi dixit, & in *tit. de milit. vassal. qui cont.est, num.*5. ubi habetur etiam, quis dicatur contumax verus, & quis fictus, & ibi quoque videas auctores citatos per *Afflict.* & plures alios per *Farinac. de delict & pan.q.* 18. *num.* 50. *in lim.* 8. ubi limitando ex eummuni omnium DD. sententia solùm verum contumacem multari posse, enumerat remissive DD. qui docent, quando contumax fictus, sub *num.* 52. & de ratione, quare contumax fictus possessionem solam statim amittat, & infra annum veniens, illam recuperet, sed si ultra labitur annus, tunc & possessione, & proprietate privetur, præter, *Isern.* ibi videas *Alvarot.& Afflict. eod.tit.* ubi *Afflict.* iuribus feudalibus respondet dicentibus, quod feudum cōtumax amittit, idest feudi possessionem, ut in *q.* notat in *tex.vers.sed contra hoc opponitur*, ubi plures affert solutiones, & in controversiam adducit solutionem, quam *Aud.* adduxerat de vero, & ficto contumace; nam ter citatus, ut requiritur per *d.tex.* si personaliter fuisset citatus, & non comparuisset, dicitur verus, & non fictus contumax: & sic semper feudum perdere deberet, ac verus contumax semper esset, sed ipsum salvat, quando feudatarius ter domi citatus fuisset; quia tunc fictus contumax diceretur, nisi tamen domi citatus, se domi citatum fuisse, scivérit; quia tunc etiam verus contumax dicetur, si non comparuerit, secundum *Bart. in l. ex consensu, ff. de appell.* & secundum *Bald. in d. tit. de milit. contum.* per *tex. in l. qui absente, C.*

de proc. declarat inquam *Isern.* quare verus contumax proprietate multatur, quia plus deliquit, & est nimis contumacia, quæ talem mereretur pœnam, *l. fulcinus*, *§. fin. ff. ex quibus cauf. in possession. eat.* ubi bona *Gl.* & *Afflict. de Mil. Cont. nat. 9.* notat, quod quantò magis in contumacia citatus perseverat, tantò magis punitur, *cap. cum non ab homine*, *extr. de iud.* & ibi multa habes per *Afflict.* quæ iudici contra contumaces permittuntur; ac quem relego lectorem, nam in *d. tit.* alia quoad feudatarium contumacem subnectit.

Notandum, quod licet sit verum iudicis contemptum attendi, tam in causa civili, quam criminali ut perpendit *Isern. in cit. cap. t. §. fin.* ex *tex. in l. si is, cum quo, ff. commun. divid*; ex illius simpliciter, & indistinctè verbis: *ad edictum non respondit*, & utrobique ex magna contumacia magnam quoque adaugere pœnam, tamen regulariter, non sic in civili, quam in criminali causa iudicis contemptus inspicitur, ut dicit *Affl. in cit. verb. receptatoribus sup. à n. 25. ex tex. in l. infamem, ff. de public. iud.* quem adduxit *And. loc. cit.* qui quidem contumax rectè auditur in aliis causis, obstatque duntaxat contumacia inter easdem partes, teste, post alios, *Anichin. cit. q. 2. cap. 6. num. 21. D. Luca ad Franch. cit. dec. 271. num. 5.* memor mei *in add. rit. 220.*

An tertius, ad remorandam foriudicationis sententiam, valeat allegare minorem Rei ætatem, inquirunt DD. quorum quæsiti solutio ab illo pendet brocardico: an minor foriudicari possit? Etenim asperitatem à iuribus in malefactores
31 indictam in minoribus leniendam, misericordiamque exercendam, eadem iura clamant. Hinc *Plato lib. 3. de scientia*, ait; *Respondeat autem iunior, nam si labatur, minus peccabit, mitius igitur Punietur*, & idem *Plato lib. 5. de Repub. Solent*, inquit, *iuvenes esse simplices, & minimè mali, & improborum hominum versutiis, facilè circumveniuntur, cum earumdem affectionem exempla in se, minimè habeant*, & *Comingus lib. 7. de anima*, dixit: *per ætatem iuvenes imprudenter multa faciunt, nec rerum ante exitus vident*, quod exornat *Mastril. tract. de Magistrat. lib. 2. cap. 5. ex num. 9.*

Adolescentia enim, cum sit veluti suapte natura proprium, & peculiare vitiorum irritamentum; ideò, si quid peccaverit adolescens, magis esse adscribendum ætatis vitio, quam pertinaci malitiæ, & improbitati; quæque ætas cùm nondùm habeat plenum rationis iudicium, atque consilium, teste *Aristot. lib. politicor. cur. ultima*, spes est, eos emendatiores futuros, vitiaque una cum adolescentia deposituros; & quia pœna ob id delinquentibus imponitur, cum citrà pœnam, futurum sit, vel speretur, ut emendentur, debet cessare pœna, aut certè minui, ut lepidà scripsit *Tiraquell. de pœnis temperandis, causa 7. num. 5. Caroc. de minor. in delict. excus. q. t.* & alii apud *Baron. de effect. minor. ætat. effect. 10. ex num. 2. Gomes. variarum resolut. de delictis, cap. 1. à num. 55. Farinac. de pœn. temperandis, q. 92. à num. 2. In Grand. de bello exul. spec. 92. nu. 2.*

Vndè non posse minorem foriudicari, communiter docent *Afflict. in Const. Minorum iura, num.*
32 *8. Nicolaus, Intrigl. sing. 60. lib. 1. Anna sing. 379. Vrsill. ad Afflict. decis. 208. in fine*, *Marcellus Conversanus in addition. ad d. sing. 60. Intriglioi. Mastrill. decis. 161. Ricc. collect. decis. 323. 3733. & 3962. Baron. de effect. minor. ætat. effect. 6. num. 4.* & contra *Nattam*, *Menoch.* & *Follerium*, sustinet *Reg. Consil. Paschalis de viribus patriæ potest. par. 2 cap. 10 num. 22.* & ita pluries decisum testatur *Thor. in comp. decis. par. 2. verb. sententiam foriudicationis*, & idem *par. 3. sect. 2. verb. minor*, necnon *Ind. de Angelis in add. ad decis. 13. Gizzarell. num. 1, de Mari ibidem num. 7. D. Reg. Rovitus in pragm. de sentent. foriudicationis, num. 27. Dom. Reg. Tapia lib. 5 iur. Regni, in const. pœnam eorum, nu. 13. in tit. de bannit. & foriudicat. fol.* (mihi) 282. Sicquè in causa Andreæ Assanto fuit iudicatum à M.C. & sub die 23. Martii 1650. confirmatum per Collaterale Consilium, referente D. Carolo Lopez, tunc iudice, deindè Consiliario in Banca Belli, & sub die 29. Maii 1651. in causa Thomæ Flor. lli in S. C. eodem relatore, & in causa Iosephi de Aloysio inquisiti de proditorio homicidio in personam Jacobi Russo de mense Junii 1652. referente D. Judice Confalone.

Cui communi DD. placito, rerum iudicatarum authoritate suffulto, non refragatur distinctio per DD. *Campanam*, & *Calà*, adducta *locis citandis*: scilicet, quod si delictum est tale, ut minor, si in fortis esset, posset pœna mortis puniri, ex *pragm. 1. de minoribus*, & tunc contra minorem ad foriudicationem procedi poterit, minori ætate haud refragante; aut non est ille, & non posse affirmant, pro absoluto putantes, quod minor possit esse contumax, quando immunis est ille à contumacia, eiusque pœna, ex peregrino *tex. in l. contra pupillum 54. ff. de re iudicata*, quem ita intelligit *Anton. Faber. in suo Codic. defin. 33. de iudiciis*, & taliter in suo Senatu iudicatum testatur in allegationibus, cumque sequitur *Episcopus Riccius collect. 1646. in fine*, & refert decisum *Flamin. Chartar. decis. 132. Fontanella decis. 275. num. 16. par. 1.* ac confirmant *Guttierez. pract. quæst. 48. lib. 1. Dom. Reg. Galeotu lib. 2. controv. 33. à num. 12.* & sequitur *Novarius in pragm. 1. de Minoribus, collect. 2. num. 10.* Quod, & comprobatur ex *Troysio ritu 120. num. 3.* qui ex multis sustinet, dispositionem mem. *Ritus*, ex quo recusans positionibus respondere, habetur pro confesso, non habere locum in minore, etiam si à iudice monitus, & personalitèr citatus fuisset, ex quo non possat dici verus contumax, si citatus non comparet, cui opinioni adhæret *Dec.* in celebri *cons. 549.* qui *num. 3.* dixit, quod si iudex citet aliquem minorem sub pœna, quod si non comparuerit, habeatur pro legitimè citato, & pro maiore; postesquà eo non comparente, ad ulteriora processerit, sententiamque tulerit; pronunciatio illa contra minorem non sustinetur; quia sententia etiam interlocutoria corruit contra minorem non habentem Curatorem, iudici etenim non licet personam minoris

h:ti.

habilitate, ut valeat esse in iudicio sine Curatore, contra dispositionem iuris communis, per *tex. in l. 1. §. 1. vers. nec enim, ff. de ferijs*: ibi; *nec enim prætoris factum iuri derogare oportet*, & *textui in l. minor etiam si quasi 9. ff. de minoribus*, cui innixi *Netta cons. 541. Menoch.* & cæteri, voluere, minorem posse contrahere contumaciam, & sic ligati statuto de contumace, loquente, occurrit *Antonin. Thesaur. dec. 9. n. 8*, illum non dici verum contumacem, sed præsumptum, & ideò *Hermogenianus in d. l. minor*, utitur dictione, *quasi*, quæ similitudinem, ac fictionem demonstrat, & improprietatis nota est, ex *Bald. in d. l. minor*; Et cum *Regni constitutio: pœnam eorum*, sit iuris communis correctoria, & odiosa, ut ex *And. de Isern. ibidem* de casu vero, & non ficto intelligenda est: scilicet de vero contumace, & sic de maiore contumace, & sic de maiore contumace, ex *text. in l. 3. §. hac verba, il 2. ff. de negotiis gestis Afflict. in Constit. Asperitatem, num. 6. Anna allegat. 70. num. 70. Menoch. lib. 3. præsumpt. 6. n. 20. Gratian. discept. forens. cap. 885 num. 11. Dom. Reg. Rovetus in pragm. 1. de perseq. malefact. num. 22.* Verba enim statuti intelligenda sunt in vera, & propria significatione naturaliter, & non fictè, ex *l. 1. §. si quis navem, ff. de exercit. act. l. 1. §. si quis perpetuum, ff. si ager. vectigalis, Dom. Reg. Tapia decis. S.C. 26. num. 22.* & cum dicta *nostra Const.* verba in contumacem dirigantur, quomodò in minorem adaptari possunt, qui verus contumax, ut supra diximus, esse non potest?

Quibus maiorem vim addit *text. in l. acta, §. contra indefensos minores, ff. de re judicata*, quo freti *Paul. de Castr. Alex. & Angel. de Perusia* voluere, indefensos minores nullam sententiam proferendam esse: cumque si prolata, non noceat, ad quid foriudicationis sententiam proferre, minorem absentem condemnare? cum evidenti nullitati sit obnoxia.

Quin contumacia est delictum in omittendo, *cap. veritatis 8. extrà de dolo, & contumacia*, sed minor in delictis in omittendo non solùm restituitur, sed etiam ipso iure absque alia restitutione non tenetur: quia delictum in omittendo non cadit in minorem, *tex. est synodalis, in auth. si captivi, vers. excipitur, C. de episc. & cleric. Tiraquell. de pœnis, caus. 44. num. 40. Gomes lib. 3. var. resol. cap. 1. num. 59. Plaza in epitom. delict. cap. 32. num. 6. Sforza Oddo de restit. in integr. par. 2. q. 70. num. 25. Farinac. q. 92. num. 69.* & non solum excusatur, sed etiam præservatur illæsus, ex *l. fin. C. si adversus delictum*, & aliis per *Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 1. num. 231.*

Ex his elucet responsio ad *Consil. Campanam, resol. 2. foriudicatione, & D. Hieronymum Calà in tract. de restit. in integrum, cap. 38.* asserentes, minorem contrahere contumaciam, & proindè posse foriudicari.

Nec officit *pragm. 1. de minoribus* emanat. die 26. Octobris 1558. pro qua calamum arripuit, responsum rescribens *Foller. in addit. ad Marant. p. 4. tit. an sit iudicium civil. vel crimin. ex num. 84.* quem laudibus extollit *Gramat. in constit. minorum iura, n. 7.* et refert *de Franch. decis. 238.* qua pragmatica sancitum fuit, ut iudex non adstringatur ad minorandam pœnam minori, sed in eius remaneat arbitrio, etiam illam extendendi ad mortem, attentis qualitate, & atrocitate delictorum, aliisque circumstantiis, Siquidem illa contra minorem absentem locum sibi minimè vendicat: cum tantum de præsente loquatur, per verba illa (*plectendi, & feriendi*) quæ ad præsentem referenda sunt, & debeant intelligi cum effectu, scilicet verè plectere, & ferire, *l. 1. §. hac autem verba, ff quod quisq; juris*, ad optima *glossa in l. 1. ff de consibus, & Parladorius rerum quotid. lib. 1. cap. 13.* ex *Livio, Macrobio*, & cæteris, dixit, verbum illud *ferire, & plectere*; originem traxisse ab illo antiquissimo fœdere, quod olim in Romæ auspiciis inter Romanos, & Albanos fuit à porci percussione introductum: Cumque verè plectere; & ferire non cadat in absentem, nisi per quandam legis fictionem, ex *dict. nostra Const. pœnam eorum*; quæ fictio in pœnis statutariis, & contra iuris communis dispositionem locum habere non potest, cum non alias fictio, nisi in aliqua æquitate fundata procedare possit, & ubi æquitas deficit, fictio non operatur, ex *l. postliminium, §. transfuga, ff. de captiv. & postlim. revers.* scripsit *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 39. num. 16. & præs. 89 num. 9.* Imò cum dicta *Regia pragm.* sit ab iure communi exorbitans, & sic restringibilis, ut minùs quàm possit, illud lædat, etiam si remaneret elusoria & sine effectu, facienda de ea est interpretati, *Dom. Reg. Rovitus in pragm. 1. num. 14. ubi de delicto*, plura non incongruè adaptando perbellè scripsit, idem *Dom. Reg. Rovit. decis. 15.* Videndus ad rem *Menoch. de arb. cas. 329. n. 15.* attestans in Senatu Mediolani, ipso ibi sedente immunem evasisse à pœna ultimi supplicii minorem sexdecim annorum parricidam; nixus conclusione, minorem etiam in delictis gravissimis, quæ atrociora nuncupantur, mitiùs mulctari, ex *Cald. Pereyra* adversus *Castrens. in l. si curatorem, vers. vel adversus, num. 61. de integr. restit. Farinac. quæst. 11. de inquisit. Foller. in addit. ad Marant. p. 4. tit. an sit indicium civil. vel crim. ex num. 84.* memor famigeratæ litis, quam memorat *de Franch. decis. 230. Gramat. in constit. minorum iura, Manrit. Dolanus* doctissimus Auctor, & ex primis, qui de restitutione in integrum tractatum congessit, *q. 150. & 169. Siss. decis. Aragon. 97. nu. 1. Fachin. controvers. lib. 9. cap. 1.*

An igitur excusator possit opponere, foriudicatum esse in minori ætate constitutum, non una
33 est omnium DD. opinio: Quod minoritas allegata non impediat, quin ad sententiam foriudicationis procedi possit, verum quod de ea habeatur ratio, quæ de iure habenda erit, principali inquisito existentis in fortiis, notant *Farinac. q. 11. num. 33. Foller. in rubr. foriudicentur*, & ibi *de Angelis, num. 11. Baiard ad Clar. qu. 44. ex num. 47.* Affirmant alii, id opponi posse, tum ab excusatore, tùm à foriudicato in Curiæ fortiis existente: & ita foriudicationem retardati, duram præconizantes oppositam sen

tentiam, *Mastrill. dec.* 161. quem laudat *Prat. ad Paſchal. de patr. poteſt. p. 2. cap.* 10. *ſub nu.* 22. *Bertaz. conſ.* 380. *num.* 3. *lib.* 2. *Cartar. de execut. ſent. capt. bannit. cap. fin. ex num.* 227. *Dans. de pugn. DD. tom.* 3. *tit. de minor. in delict. excuſ. cap.* 1. *ſub num.* 6. *Scialoy. de foriudic. c.* 3. *num.* 14. *Thor. par.* 2. *compend. deciſ.* verbo, *ſententia foriudicationis*, *Gianar. deciſ.* 12. *ex num.* 5. *Reg. Tapia lib.* 3. *iur. Regni in annot. ad hunc ritum num.* 3. advertens, hoc iudici arbitrarium in Regno, ex mem. *pragm.* quæ incipit, *& ſi verum*, *de minor.* In quo caſu, an dandus ſit terminus reo in vinculis exiſtenti ſommarius, ad probandum, ſimiliter deduxerunt in controverſiam: prævaluit verumtamèn opinio, dandum eſſe terminum summarium, ac brevem, saltem per modum extraiudicialis cognitionis, ex doctrina *Abb. conſ.* 41. *num.* 1. *verſ. ex quibus verbis*, *par.* 1. & *Hieron. Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. §.* 7. *proœmii, n.* 233. quam extollit *D. Praſ. Merlin. lib.* 1. *controv. forenſ. cap.* 40. *ſub num.* 15. *verſ. unum tamen credo*, in caſu, qui evenit in M. C. dùm ibi præeſſem, ſingulari, dignoque certè, quem hic non omittam. Quandoquidem captus, ac detruſus fuit in vincula M. C. Joannes Bona, Caſalis Sancti Cypriani Civitatis Averſæ, foriudicatus, ob homicidium ictu ſclopi patratum, in perſonam cuiuſdam Dominici de Novello; quamobrem Tribunal peracta recognitione, ut moris eſt, ſervatis adductis per *Foller.* in verb. *captis foriudicat. recognoſc.* decrevit, quod *exequatur foriudicationis ſententia*, ultimoque reus afficeretur ſupplicio; reclamavit, obtinuitque ab Excell. Domino, ut in Collaterali Conſilio diſcuteretur, deferendum eſſet, nec nè reclamationi, (Magna enim Curia procedebat, tanquam delegata, vi Regiarum Pragmaticarum) propoſita cauſa in ſupremo illo Areopago, rei patronus extemplò protulit fidem Parochi illius Caſtri, à libro baptizatorum extractam, Joannem Bona, natum die 20. menſis Januarij 1659. atquè ideò minorem fuiſſe tempore delicti, cu-
34 ius libro fides habetur *Novar. in pragm.* 1. *collect.* 2. *num.* 4. *de minor. Viv. deciſ.* 489. *Milan. deciſ.* 12. *num.* 44. *lib.* 1. *Ant. de Virgil. de legitim. perſon. cap.* 1. *num.* 11. *Giurb. deciſ.* 119. *num.* 7. *Anns meus ac Gram. deciſ.* 48. *num* 3. *Antonel. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 13. *nu.* 10. alter *Antonel. conſ.* 60. *ex num.* 5. *Ricc. p.* 1. *collect.* 302. *& p.* 5. *collect.* 1677. Obſtrepebat Fiſci patronus, dicens, fidem dolo excogitatam, ac omninò falſam; quandoquidem ex eiuſdem Rei aſpectu, maior ætas tempore delicti arguebatur, *Viv. deciſ.* 184. *num.* 9. *Franch. deciſ.* 119. *nu.* 9. *Rub. deciſ. Rot. Roman.* 45. *ex num.* 11. *Muta conſuet. Sicil.* 21. *num.* 66. *& ſup. c. R. Martin.* 46. *num.* 37. *Flav. Tort. ad ſtat. pap.* 23. *nu.* 16. *& Vermigl. conſ.* 261. *ſub num.* 4. ac *Baran. de effect. min. ætat. in prælud. num.* 154. quique ex *Muta cit. loc.* advertit, quod in decretis, cum ſoleant apponi verba, (ut ſuo nobis demonſtravit aſpectu,) eſſe caſum, in quo iudici licet ſecundum conſcientiam ius dicere. Altera deindè die iuridica, cum allatus eſſet liber baptiſmorum: tum diverſitas characterum, tum recens atramentum, quibus inſcriptus erat Joannes, maximè poſt omnium baptizatorum illius anni collectivam, dolum, falſitatemque aſtruebant; Accedebat his, inventum eſſe in eodem libro inſcriptum alium Joannem Bona, ortum anno 1654. quæ omnia, credendum, ſuadebant, reum fuiſſe maiorem tempore delicti.

Deliberavit autem Senatus Collateralis, quod M. C. provideret ſuper exceptionibus minoris ætatis, ſcripturiſque præſentatis poſt decretum quod utpotè iudex in prima inſtantia interpoſuerat. Reducta cauſa in M.C. dicentibus quibuſdam ex Dominis, dandum fore terminum ſummarium ſuper huius facti cognitione, prævaluit maior pars, terminum denegans: ſupponens ex illis evidentiſſimè conſtitiſſe maiorem rei ætatem, Surrexit alter ex dominis, habendam, inquiens, aliquam cognitionem ſaltèm extraiudicialem, dum Rei patronus aiebat, Joannem Bona natum anno 1654. fuiſſe alium, qui infans deceſſerat; quapropter decrevimus, ut audirentur depoſitiones ſeniorum illius Caſtri: quæ deindè perplexitatis plenæ, neque ſibi conſiſtentes, longè iudicantium mentem obturbarunt, licèt aliquantò magis Fiſci dictum dilucidarint.

Ipſe comitans veſtigia *Gram. deciſ.* 48. in caſu perſimili, dixi, ut afferretur à Regia Camera liber numerationis, ex quo ætas probatur, *D. Calà de modo artical. nu.* 177. & examinat *Anns meus* mòx *cit. loc. ex num.* 7. in eoque elucebat, quod Joannes Bona natus in anno 1654. deductus erat ex decreto, tanquam ex mortuus in anno 1655. & Joannes Bona, qui ſupponebatur natus in anno 1659. nullo modo aderat deſcriptus, nè in numeratione quidem hoſtiaria. Proindè inferebatur, mancipatum carceribus non eſſe, neque Joannem Bona natum anno 1654. qui iam deceſſerat, & ità extiterat declaratum ex decreto Tribunalis tam ſupremi, qualis eſt Regia Camera; neque illum, qui natus aſſerebatur anno 1659. cuius nomen clariſſimè videbatur recens additum, vel ſaltem erat minor.

Dùm agebatur diſcutiendus hic caſus: & nos hinc, atque hinc premeremur, Proregio diplomate, per ſcriptorium iuſtitiæ ſub die 1. Februarii 1676. Excell. Dominus remiſit ei capitis pœnam ac ad Regias triremes perpetuò remigem addixit, idque decreto M. C. ſub die 4. eiuſdem menſis exequutum fuit, relatore Dom. Conſil. D. Ferdinando Ramires, penès Garganum Actuarium.

Vel iudicia ipſa, quia credat, aſtrorum vices ſentiunt, viciſſitudinum varietates experiuntur!
35 exclamant *Reg. de Ponte deciſ. Collat. Conſil.* 40. *in fin.* ibi: *ſunt fata cauſarum. Reg. Sanfelic. deciſ.* 48. *par.* 1. *Conſil. Franch. Mar. Prat. lib.* 1. *diſcept. forenſ. cap.* 30. *in fin. & lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 150. & de capitalibus cauſis, quod in illis ſæpè fata ludant, lepidè ſcripſit in Elogio à Tribunali M. C. Excel. D. Petro Antonio ab Aragonia, tunc Proregi erecto, D. Reg. ac Locumtenens Regiæ Cameræ Summariæ D. Antonius de Gaeta. Quamvis damnati ad triremes morte graviori affecti dicantur, quibus

con-

36 convenit Caij Cæsaris dictum apud Sallustium: in luctu, & miserijs mortem, ærumnarum esse requiem, non cruciatum; de quo Iodocus Damhauder. in prax. rer. crimin. tit. de carcerib. num. 1. & in tit. de relegat. ad ergastula, sivè vincula nautica, num. 37. & 45. inquit, quæ vincula nautica, errabundi, sivè vacabundi nebulones, & similes, & mendici, non secus, quam mortem habent exosam, adeò ut plerumque decollationem ergastulis nauticis præferant. Et postea, inquit, ratio, & causa hæc assignari potest: quod multis levior videatur, ob moriendi necessitatem, mors civilis, nulla non morte naturali sit multò terribilior; cum enim hi in singulas horas mori videantur, numquam tamen ipsis sæpè spem, atque implorata morte frui contingit, sed præ vita, eaque per brevi morte optata gladij, moriuntur millies: quod quidem mortis genus tam sæpè repetita, propter pœnarum assiduitatem, improbos quosque, & facinorosus homines maximè, atque extremo metu territat, & exanimat. Maximus, atquè adeò intolerabiles esse triremium miserias, & calamitates, satis, superque indicat vetus hoc proverbium. Qui vita triremica desideria tenetur, eius voto Deus aspiret meliora. Hæc replicat idem Damhauderius in Enchiridio partium, aut similium, in verb. relegatio. De his multa scripserc. Iacobus Cuiacius sententiarum Pauli lib. 5. tit. 25. Broidæus Miscellaneorum lib. 2. cap. 30. Broidæus ad Francisc. Polletum historia fori Romani, lib. 5. cap. 19. Lancellot. Conradus de offic. Prætoris, cap. de contumacibus, & bannitis, num. 13. cum pluribus seqq. Ianus Langlaus ocij semestr. liber. 5. c. 5.

Exceptio verò, quod occisus poterat impunè occidi ob eam causam, quia bannitus, nequaquam
37 opponi potest per procuratorem: quod huius ritus intuitu docet Caravit. sub num. 3. nullius tamen auctoritate suffultus, verùm & nos dec. 314. de Franch. commemoramus, num. 4. attestantem ita decisum in S. C. & recipi in Ducatu Mediolanensi observat Clarus quæst. 32. sub num. 19. & ibi Baiard. in add. n. 51. quamvis attento iure communi abnuendum esset ex DD. à prædictis auctoribus relatis. Idem Ac meritissimus Præs. de Franch. adhærere videtur, concludens, sub num. 5. vers. nec similiter obstare, quod licèt quando indultus exceptio tangit crimen, (ut in memorato casu, quando inquisitus occisum fuisse bannitum supponit) minimè allegari possit per procuratorem: attamen si talis exceptionem per procuratorem, immò per quemcumque opponi: & sentire videtur Caravit. hoc in rit. nu. 6. vers. sed ut dixi, & in pragm. t. de exulib. n. 167. sequitur Caball. cas. 23. num. 53. vers. porrò quia, & in casu decis. Præsiden. quando exceptio indultus tangeret crimen, possit per procuratorem opponi, in praxi passim servari, notat Ja. Grand. de bell. exul. præl. quantitatis. q. 3. num. 8. & decisum audivit Cæsar. Ursill. ad Afflict. decis. 289. num. 28. quorum meminit Barthol. Franchus in allegat. 111. apud Reg. de Marin. tom. 3. & ante ipsum, Viscanti in add. ad eundem decis. de Franch. 314. num. 3. & adiungit videndos Campan. inc. Regni 12. ad fin. & Farinac. in 3. vol. quæst. 99. ex num. 129. necnon Mastrill. in tract. de indult. gener. c. 23. num. 32. vers. quæra secunda, nu. 35. declarans de Franch. memoratam decis. 314. videndusque idem Præs. decis. 673. loquens de indultu, & in decis. 674. insequiturque Scial. de forjud. cap. 11. ex num. 17.

An exceptionem loci non tuti, diximus in antecedenti ritu 268. num. 10. & Caravit. tangit
38 in hoc ritu num. 7. Addo Sanfelic. in prax. judic. sect. 6. num. 3. & decis. 3. Damaud. select. sent. lit. C. verbo, citatio, & in prax. rer. civil. c. 75. num. 4. Ludov. Gilhausen. in arb. iudic. cap. 4. Horat. Persic. int. consil. crim. cons. 7. num. 10. Calà de mod. articul. gl. unic. §. 2. n. 795. Ricc. collect. 3291. de Laurent. de iudice suspect. cap. 13. ex num. 1. Capon. discept. forens. 11. ex num. 32. tom. 1. Thor. in C. rer. iudic. alleg. 31. num. 7.

Quando pro criminali causa agitur civiliter ad pœnam pecuniariam procurator admittitur: &
39 admissus, etiam condemnatur executio verò contra delinquentem, sivè inquisitum principalem constituentem fit, ac fieri debet, l. 1. ff. an per alium causæ appellationis, arg. l. Plautius, ubi Glo. in fin. l. licet, §. ad actionem, ubi Gl. in verb. publica, ff. de procur. cap. super his, §. fin. extra de accus. c. sua, de procur. Specul. in tit. de procur. §. ratione agitur, sub num. 10. vers. 11. cum agitur, Gloss. in cap. 1. in verb. criminalis, de iudic. in 6. Marian. Senior, in cap. venient num. 48. de accus. Jacob. Philip. Portius commun. opin. lib. 5. concl. 38. limit. 5. necnon Sacin. in regul. 322. num. 5. Rota in novis in decis. 420. incip. si committatur auditori, Felyn. in cap. meminimus, num. 11. de accus. & ita per Sacrum Consilium post Magnam Curiam, fuit diffinitum, ut per Matth. de Afflict. in decis. 64. num. 2. quam retulit, & sequitur Andr. Gayl. de Pace publ. lib. 1. c. 10. n. 13. & 14. Cyrillus Fulgeou. in Summula Criminum, par. 1. de procurat. §. unica, sub nu. 1. subtilitèr Andr. Facchin. de controvers. iuris lib. 1. c. 25. Rubeus Alexand. de potest. procur. in causis criminalibus, num. 143. Placentinus in summa Codicis lib. 2. tit. 13. col. 2. Thor. in C. rer. judic. alleg. 31. num. 32. memor Caravit. in hoc rit. Scialoy. de forjud. cap. 8. num. 40. Merlin. dec. 39. conferunt tradita à me in ritu 235. n. 25. lib. 2. quem locum citat D. Altimare de nullit. rub. 4. qu. 8. num. 18.

Quin quando pro pœna civili imponitur criminalis, putà ex defectu solutionis, quæ facta non est intra tempus statutum, dùm ille sit solvendo, ut post Jo. Anton. Rubeum de potest. procur. in caus. criminal. num. 279. 280. & seq. voluit Jul. Clar. in pract. qu. 32. num. 10. vers. ulterius quæro, Peregrin. Januinus de citation. real. lib. 3. cap. 21. num. 54. quos sequitur Cæsar Berzius in decis. Bononiens. 152. num. 3. 4.

Si pro delicto imponeretur pœna corporalis, vel
40 pecuniaria arbitrio judicis, procurator haud admittatur; quoniam tùnc, pendente arbitrio judicatur, ut de pœna capitali, notat idem Carav. in hoc rit. sub num. 9. vers. secundò amplia

quod

quod restringitur, si aliàs ex tali arbitrio jù-
dices non consueverint imponere pœnas cor-
poris afflictivas, *Jul.Clar.pract.crim.q.38.vers.*
sed quaro.

Ad criminalia causæ media, nec procurator ad-
41 mittitur, *argum.l.3.C.de accusat.* voluit *Guid.*
Pap.in decis.Delph.338.num.1.Ricc.collect. dec.
856.par.4.Borrell.in summ.decis.tit.66. de pro-
curat.num.125. qui declaravit ad *Pet. Bell. in*
spec.Princ.rub.4. in verb. *non intervenit, versic.*
poterit tamen, quem locum allegat *Petr.Cened,*
collectanear.jur.canon.par.1. collectan.30. nu.1.
& disponitur *in rit.* 106. de quo meminit *de*
Angel.ad Foller.tit.aud.excusator.n.25. vers. ve-
42 *rùm supradicta.* Etiam si citatus esset vidua,
vel pupillus: ex *rit.* 230. quidvè si esset pater,
vel mater? diximus suprà, *ex dec. Lucens.* 22.
43 39.*&* 42.apud *Magon.Merlin.dec.6.Capyc. dec.*
*153.num.3.Ricc.p.7. collect.*2622. & in specie,
pater contumacis, habens illum in potestate, va-
leat pro suo interesse prosequi judicium, haud
obstante dispositione memorati ritus 220. ne-
gativè resolvit *Florian. in cons.25.in primo du-*
bio, ubi *num.6.* confirmat suam opinionem su-
prà relatam in *consil.*24. quod scilicèt contuma-
cia superveniens post litem contestatam in alia
causa civili, sed ante sententiam, efficiat, ut
sit supersedendum in terminis, in quibus ju-
dicium illud reperitur.

Restringit regulam *Carav. sub nu.*10. in Univer-
44 sitate accusata, cui licet comparere per procura-
torem, ac remittit se ad tradita *in rit.* 108. *lim.8.*
ibiq; nos scripsimus. Addimus, sivè agens, sivè
accusata, ex *Regni Const. generalia jura*, & ibi
Marin.de Caramanica glossator. And. de Isernia,
& *Matth.de Afflict. num.* 8. 9. *&* 10. *Foller. in*
pract.crim. in verbo, *vel eos verbaliter citari*
*faciat num.*8. *&* 16. *Viv.in decis.* 112. *num.* 4.
Capyc.in decis.Neapol.5.sub num.7.Gabriel com-
munium opinionum, lib.7.tit.de malefic.conclus.
9.num.7.Portius in tract. commun. opin. lib.5.
conclus.38.limit.24.Bal.in l.Polla, num.9. C. de
iis, quibus, ut indig.Iodoc.Dambouder.in pract.
crim.cap.24.num.2. Gail. de pace public. lib.1.
cap.10.num.11.Cyrill.Fulgeon. in tumul. crim.
par.1.tit.de Proc.§.unica, sub num.2.10. Anton.
*Rub.de potest.procur.in causa criminali, n.*141.
& quando dicatur universitas, deliquisse, &
quomodò multetur, *de Nigr.in cap.Regni* 210.
ex num.15.Foller.in prax.crim.rub. punis debi-
tis feriantur, num.35.Ricc.collect. decis. 1815.
quæ aliquando ad murorum destructionem
condemnatur, *Franch.in cap.felicis, de panis in*
6.Cyn.Bart.Anchar.& alii apud *Gratian.discep.*
*forens cap.217.sub.num.*12. quo casu amplius
ædificari non possunt, ex eodem *Gratian. sub*
*n.*18. in habentibus enim causam successivam,
non sufficit ab initio factum, nisi perseverantia
duret, per *Imol.in l.si fidejuss.§.meminisse, de le-*
*gat.*1. & ex *Bart. in l.inter Castellanum, aliàs*
Statillianum, de recept.arbit. occurrente, *textui*
in cap.ex literis, de const. differentiam, discri-
menque tradentes inter demolitionem ob contu-
maciam factam, qua cessante, etiam pœnam
cessare debere, & inter demolitionem ob deli-
cti punitionem sancitam, quæ perpetuò dura-
re debet, prout comprobat *Tiraq. in l. si un-*
quam in verb. *susceperit liberos.num.*181. *C. de*
revoc.donat. quidquid contrarium dixerit *Do-*
min.in c.felicis, & plura alia, ad hoc adducit
*Gratian.in mem.cap.217.à num.*13. quin super
domibus eversis solet sal seri, ut perpetuò ste-
rile solum fiat, & alii à nova ædificatione ab-
stineant, etiam ob timorem, nè aliquid sibi
ærumnosum contingat, ut notat *Gratian.cita-*
tis in locis qui plura peregrina subnectit ad
hanc salis aspersionis thesim; idem *Gratian.*
tàm *in cap.*217. quàm in *c.*179. notabilia ad ma-
teriam dirutionis domorum indicat, potissimùm
*cit. cap.*179. quærit isthæc pœna demolitionis
domorum sit nova? & ex *Luca de Penn. in l.*
1.C.de petit.bon.sub col.2.vers. utrum autem in
*tali lib.*10. notat, esse consuetam in atrocissi-
mis delictis: subdens tamen hoc non esse in
jure expressum, sed posse fieri exemplo
blasphemi, qui simili pœna punitur, *cap.quan-*
do, vers.Nabucdonosor, 23. *q.*4. prout etiam in
Cardinalem necante, & in rumpente pacem;
ejus verò dictum, hujusmodi pœnam dirutio-
nis domus haud esse in iure expressam, veritati
non innititur; nam *Isern.in cit. §. item, qui do-*
minum suum laudavit *tex.in l.si is cum quo, com.*
divid. quem *tex.* non in contingentia facti, sed
iuris fuisse, & iudicem in contumaciam ad do-
mus demolitionem pervenire posse, dicit *Paris.*
de Synd. in verb. *contumacia cap.* 8. ex *tex. in*
cit.l.si is, cum quo, & tradunt DD. in eadem *l.*
& huiusmodi *tex.* miè ad hoc adducit *Reg. de*
Ponte de potest.Proreg.tit.1.§ 1. num. 36. ubi *de*
And. meminit nec non *de Roman in l.1.§.servus*
pignori, ff.ad Syllan. latissimè *de Boer.decis.* 230.
*par.*2. referens, multoties per Collaterale Con-
silium hoc propter delictorum enormitatem
mandatum fuisse; licèt dicat ex *Bald. in d. §. si*
servus, creditoribus comparere, licere, atque
remorari decisumque observat; sed quid sit fa-
ciendum, videas penès *Isern.& add.* nàm op-
timè loquitur, ex quo si domum destrui, arbu-
sta succidi, & alia similia fieri expedierit, ut
pœnæ genere deterreri cæteri possint, *l. quo-*
niam, C.ad l.Olan.de plag. iudex demoliri potest,
& Fiscus pretium dabit; cum publica utilitas
hoc exigit, *l.Cornelia, § fin.ff.ad Syllan.& l.1.C.in*
quib caus.ser.ad Frecc. de subfeud. lib. 2. in 29.
author.num.12.Decian.de las.Majest.cap.40.nu.
*37.lib.7.tom.2.fol.*173. quia fiscus eis satisfacere
tenetur, ex *Capyc.decis.30.in fin.num.33.& Af-*
fl. qui refert *in tit. qua sint Regal.* in verb. *&*
*bona committentium, num.*37. decretum Regis
Federici, & Reginæ Joannæ primæ de morte
Cons. Andr.de Isern. in quo illius occisores læsæ
Maiestatis crimine ad pœnam mortis, & bono-
rum publicationem condemnantur, & quod
eorum domus in ruinam dentur; & ibidèm
etiam dicit demolitionis domorum pœnam in
etiam in crimine læsæ Maiestatis in iure non
vidisse: & propterea posse quempiam dicere;
quod sit hæc pœna in Cardinalem occidente.
de quo loquitur *tex in cap.felicis, de pan. lib.6.*
quam pœnam dicit esse novam per Pontificem
indictam, sed certè nè dùm de consuetudine.
ut ipse *Affl.* ibidem censet, & dixit *Luc.de Penn*
hoc

hoc fervatur, fed eſt de Iure ex fupra deductis:
pœnaque eſt antiquiſſima, poſt *G g. de pœn.*
crim.laſ.Majeſt qu.35.num.5.tom.11.par.1. af-
ferit *Gratian.ibid.ex num.8.* referens multe ex-
empla, in quibus domus devaſtatæ fuere, præ-
ter alia, illa Marci Vaccæ, cujus domus in
Vacci Pratis averſa fuit, ut ex loci nomine
notabilitèr illius memoria haberetur. Secundò
refert exemplum Marci Manlii Capitolini. Ter-
tiò Marci Flacci, qui cum Gracco contra pu-
blicam inſurrexerat ſalutem. Quartò de Melio
Frumentario. Quintò tranſit ad Vehetorum
exempla, & refert de Marino Phaletro illorum
Duce, qui cum eiuſdem ſuæ patriæ tyrannum
fieri putaſſet, in mortem cum bonorum pu-
blicatione, atque domus everſione inc dit.

Quioimò etiam particulares citat pro qua eadem-
45 que cauſa, ſi ſint plures quam decem, admit-
titur procurator, ex *c. Regni* incipit *ſtatuimus,*
ut quotiès, in rubr. quòd liceat ſpecialibus perſo-
nis in criminalibus cauſis conſtituere procura-
torem, ſi in numero decem ad minus conve-
niantur, & ex *cap.* incip. *Studio proſequentes,*
in rubr. quòd in cauſis criminalibus poſſit con-
ſtitui procurator per plures, ultrà denarium
numerum accuſatos, & ex *conſt. Regni*, quæ in-
cipit, *generalia jura*, *de Angel. ad Poller. rub.*
and. excuſ. nu n. 1. verſ. octava declaratio, Scialoy.
poſt alios, *in prax. foriud. cap. 8. ex nu. 25.* nume-
rus enim denarius, ſcù decem Univerſitatem
conſtituit, cui non licet perſonaliter compa-
rere, cum careat corpore, nomenque ſit juris,
& noo perſooarum, *Innoc. in c. gravem, Gl.* verbo
Conſiliarios, num. 1. extrà de ſentent. excom. &
poſt alios, *N col. Loſaus de iur Univerſ. par. 1.*
n. 8. id quod etiam in nũmero ipſo decem ſao-
ciunt capitula relata, nè hæſitatio emergat à
noſtratibus agitata de decreto M.C.V. diffiniti-
vo, quod habet exequutiooem, infrà ſummam
ducatorum centum quinquaginta, ex *Prag. 3.*
num. 4. de offic. C.R.C. Ao procedat diſpoſitio, ſi
illud ſit ducatorum centum quinquaginta, ne-
que plus, neque minus, de quo diximus in
ritu 257. *n. 12. lib. 2.*

Quamuis avidi actuarii in fraudem non unica
citatione, ſed pluribus citationibus decem ci-
tari affectant, ut ſuadet *Carav.* in hoc *ritu*, &
in *ritu* 207. ubi ipſemet deſignavit, & de *Ca-*
rav. memor eſt *Avus meus ad Capycium dec. 5.*
num. 2. & deſcribit io liquidationis materia
Franc. Ant. de Rober. in prax. inſtrum. conſid. 4.
num. 11. quem laudat *Anichin. de praevent. in-*
ſtrument. cap. 2. dub. 5. ex num. 147. quin adver-
tit idem *Avus meus*, quod pendente diſcuſſio-
ne, an deliquerit univerſitas, vel particulares,
haud procurator admittatur, ex *Urſill. ad Af-*
flict. dec. 109. poſt n. 3.

Idemque in Eccleſia, ac Collegiis dicendum, *Spe-*
46 *culat. in tit. de procur. §. 1. nu. 11. verſ. decimo-*
quarto quem laudat *Carav. in hoc ritu, ſub nu-*
mer 10.

Summoperè notandum, in omnibus crimini-
bus, in quibus multitudo intervenit ſeverita-
ti eſſe detrahendum, nè multorum clades ſe-
quatur, ex *l. penul. ff. ad l. Corn. de ſicar. & c. ſi*
non poteſt, ac cap. ipſa pietas 23. qu. 4. authores
tantùm ſummo afficiendos ſupplicio, monet
Plat. lib. 12. de leg. necnon *Cic. pro Cluent.* ib.: *Pœ-*
na debita multis ſimul peccantibus, ab aliqui-
bus tantùm luitur; & proindè reſpondi in viſi-
tatione carceratorum M. C. ex multitudine
gentis de arte, ſeù Collegio artificum, quæ
in exemptione carcerati intervenit, principalio-
res duntaxàt multandos, authoritate *Guazzin.*
defenſ. 5. cap. 5 num. 26. ac *Burſat. conſ 65. nu. 9.*
vol. 1. R. de Ponte de poteſt. Prorog. tit. 1. in princ.
47 *num. 9.* Parcitur enim multitudini, puniun-
tur principales, & authores rixæ, *Clar. §. fin. qu.*
60. verſ. allegatur etiam, Catalan. de inault. 9. 5.
ex num. 2. Affl. in conſt Regni, ut deliſti fines, in
1. not. Carrer. pract. crim. tit. de homic. verſ. quar-
todecimo excuſat. pagina 214. Scial. de forjudic.
cap. 20. num. 14. Ajebam propterea in conſeſſu
doctiſſimorum virorum, quod ſi gravitèr læ-
ſus obtineat à Prorege, ut quicunquè interfe-
ctorem ſui conſanguinei curiæ tradat, veniam
ſuorum conſequeretur criminum, profectò pro-
miſſa indulgentia non opitularetur, ſi capiens
eſſet caput exulum, ex notabili *conſ. Anch. 161*
n. 5. ver. prædicta maxime, aientis, quod in gene-
rali remiſſione, & indulgent a Principis mini-
mè delinquentium, vel perditorum caput con-
tineatur, niſi in ſpecie de eo dictum ſit: iſti
enim duces bannitorum, magis quam ipſi ban-
niti delinquunt, cum alios ad delinquendum
ducant, *fretus Ancbar. tex in l. quoniam multa,*
C. ad l. Iuliam de vi public. cap. alma, de ſent. ex-
com. in 6. in cap. latere de Cleric. excommunic.
Min. & Frecc. de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dica-
tur baro, num. 44. poſt *Ioannem de Terra Ru-*
bea in tract. de rebell. car. 88. artic. 9 & Luc. de
Penn. in Lunic. col. 2. C de Colon. Illyricanis, lib. 11.
ac *Aimon. conſ. 220. num. 15.* ex eodem *Ancbar.*
in conſ. 158. ex narratis in facto, poſt medium co-
lumn. dicit, authorem criminum acerbiùs, ac
atrociùs puniri pro aliorum delictis, qui, eo
auctore, deliquerunt, ex memor. *l. quoniam*, &
ibi *Gl. & DD.* fusè, ſuper qua lege multa dicit
Marſ. in pract. crimin. verb. *conſtante, num. 46.*
cum ſeq ac 87. & Grav. in d. conſ. 220. ibidèm
laudat pulchrum *Bellamera* effatum *in conſ. 40.*
col. 4. verſ. ſecunda propoſitio, quod in delictis,
majus eſt peccatum conſenſus auctoritatis,
quam operationis; & in noſtr Regni pragma-
ticis ſemper iſti bannitorum ductores excipiun-
tur, & ſatis diversè cum eis agitur, quam cum
aliis exulibus ut videre eſt in toto *tit. de exulib.*

Et de collegiis artificum, ac mercatorum ſermo-
nem habeot *Matth Berlich dec. 26. & 150. abed.*
dec. Luſit. 58. num. 3. par. 1. Jo. Lecier. de primo-
gen. lib. 2 qu. 2. num. 5. David. Mav. in comment.
ad l. Libic. lib. 4. tit. 13. art. 3. Kinſpildius de jur
& privil. Civit. Imper. lib. 5. cap. 3. num. 15. Jacob
Borvit. in tract. de rer. ſufficient. tract. 2. c. 2. Gaſp
Klok de contribut. c. 50. ex num. 185. & de ærar.
lib. 2. cap. 35. ex num. 42. Fernellius lib. 2. tit. 11
c. 8. Beſold. de jur. colleg. cap. 1. in tract de jur. rer.
Academicarum, pag 51. Daniel Ottonus de jur.
publ. c. 21. Ricc. collect. 94. 633. & 888. Martin.
Uranius, tom. 1. conſ. 31. Matth. Stephanus de ju-
riſd. lib. 2. par. 2. cap. 6. & ex noſtratibus *Gypt. ad*
Capyc. Latro deciſ. 95. ex num. 1. lib. 1.

Si

Si constructo processu, producantur scripturæ
48 excludentes delictum, reo in fortiis non existente, an citatio temorari possit? *Consil. Campana resol.* 11. excitat quæstionem, & affirmativè resolvit, & tangit *resol.* 25. inhæret *Donad. lib.* 1. *de renunc. c.* 25. *ex nu.* 52. *hujus rit. mem.* & conferunt exarata à *Scial. de forjudic. c.* 8. *ex nu.* 83. *Altimare de nullit. rub.* 4. *qu.* 8. *num.* 39. quod semel, ordine tamen Excell. Domini Proregis, servatum vidi in M. C. sed potissimùm attento rituum rigore fieri non debet; & an liceat contra foriudicatum captum, supersederi, constito de innocentia, *Farinac.* latè *de inquisit. qu.* 11. *num.* 3. *& qu.* 18. *num.* 28. *in fin. Eliseus de Bellagr. in compend. rer. crim. meth. tract.* 10. *qu.* 25. *num.* 4. *Reg. Tapia lib.* 5. *jur. Regni tit.* 40. *in constit. pœnam eorum. num.* 11. *D. Majorna. in prax. crim. cap.* 14. *num.* 74.

Contrahit regulam *Carav.* in hoc *rit. n.* 11. si causa erit hujusmodi, quod contra mortuum, putà ad damnandam illius memoriam, procedatur, pro-
49 curator admittitur ad defuncti innocentiam tuendam, *arg. l. quæsitum, ff. de sepulchr. violat.* voluit *Bald. in l. reos, num.* 50. *vers. circa quintum, C. de accusat. & argum. l. fin. C. ad leg. Iul. majestat.* quem sequitur *Barthol. Socin. in regul.* 322. *num.* 13. ante eum *Ludovic. Roman. in singul.* 431. *incip. de crimine*, & tangunt idem *Bal. & Imol. in l.* 1. *C. ex delict. defunct. num.* 4. *Cyn. in l.* 2. *C. qui testam. facer. poss. Angel de malef. vers. qui dominus index. num.* 43. *vers. an autem contra cadaver*, multa enim sunt flagitia, in quibus damnatur memoria illa patrantium, de quibus *Iul. Clar. pract. crim. q.* 52. *num.* 16. *Borrell. par.* 1. *summ. dec. tit.* 66. *de procurat. ex num.* 145. vel aliquid in mortuum decernitur, & annis superioribus accidit Neapoli.

Cum enim apud Excell. Dominum Marchionem de los Veles Regni huius Proregem ius suum
50 poposcisset Jonnna Milone vidua, ac detulisset, Francisci Conradi Reg. Cam. Rationalis mandato Franciscum Elephantem filium suum à Sebastiano de Stephano, & Carolo Casciale, utroque pecunia corrupto scopiis explosis per dolum fuisse interfectum; coniectumque in scrobem in prædio eiusdem Conradi Excavatum, firmissimè teneret; Excell. Dom. ut non minus pij, & clementis, quàm iusti Principis partes exequeretur, mandavit, ut Magna Curia Vicariæ in eo facinore usque adeò enormi iustitiam exerceret; Cumque causa demandata fuisset Domino Consiliario D. Ferdinando Ramirez, hic ductus zelo, ac iustitiæ amore, nihil sui muneris prætermisit, ut ea de re, qua par erat diligentia, inquireret; Et cum delicti vestigia procul apparere cœpissent, ea persecutus solerti sedulitate, reperit tandem Francisci Elephantis cadaver eo in prædio terræ mandatum. Dùm autem Magna Curia Vicariæ ad eam causam excutiendam neruis omnibus incumberet, iam iam illi modum impositura; Regia Camera Summariæ hortatorias ad illam literas dedit, nè ulterius progredi contenderet alienam in messem falcem immittendo; enimverò præfatus Rationalis Franciscus, utpotè eius Tribunalis Minister, & quidem perpetuus, criminis sui vices ab alio pati nequaquam poterat, nisi à suprema Majestate Regis; Quamobrem Regiæ Cameræ tribunali sese ultrò præsentaret, atque ab eodem iniunctum mandatum decem millium aureorum susceperat. Itaque Excell. D. iussit, M. C. V. ab incœpto desistere, ac Rationalem in castrum Lucullanum, vulgò dictum, *dell'Ovo*, per Auditorem militiæ Generalem deferri, ibique in carcerem coniectum detineri, præcepit; interea loci de re omni certiorem facit Regiam Madriti; ubi decernitur per illud Supremum Italiæ Consilium, die 23. januarij 1676. ut Excell. D. Ministrorum Junctam convocet, qui eam causam evolvant, & ad exitum perducant suum. E vestigiò præscripta Iuncta seligitur, die 23. Februarii eiusdem anni, ex rescripto per bellicum amanuensem expedito cui præses, ac caput designatur D. Regens D. Didacus de Soria Marchio Crispani, & D. Consiliarius D. Ferdinandus Ramirez; pariter DD. Præsidentes Regiæ Cameræ D. Emmanuel de la Scalera, & Dux Inluiæ, necnon ego; constitutusque fuit Fisci patronus Dom. Consiliarius Ignatius Provenzalis, ad præsens Reg. Cameræ Præsidens. Hic, instituto processu, iure suo enixè petiit, ut mandatarii, de quibus suprà sermo habitus Sebastianus de Stephano, & Carolus Casciale de medio tollerentur Germanico more, videlicèt per urbem raptarentur ad supplicium, & eorum cadavera, discerperentur in frusta; Franciscus verò Conradus capite obtruncaretur, atque ad reparanda læsis partibus damna omnia cum expensis damnaretur.

Iam verò ubi patroni, & accusator diù, multumque, pro rei, pro causæ opportunitate fuerunt eloquuti, die 8. Junii 1676. ad examen causa revocata in ædibus præfati D. Marchionis Crispani: prædictorum, quibus decernendi provincia ex speciali Principis mandato obtigerat, quibus addictus deindè quoque fuit D. D. Ioannes Galiego, maleficiorum iudex, multiplex omninò sensus, multiplex sententia fuit; siquidem Conradum tres capite obtruncandum; duo torquendum acritèr; unus relegandum pronunciarunt; exilii locum, qui relegandum dixerat; Granum statuit; Sicarios verò omnium ore, cunctis suffragiis laquei supplicio fuerunt addicti.

De omnibus peractis certiorato Principe, interim extrajudicialiter nunciatum. Conrado fuit, se morti addictum, capite forè plectendum, is nun, cio accepto ad insaniam usquè iratus venenum hausit, quò paulò post absumptus est; scelusque ipse suum, quod anteà silentio obvoluerat, tàm immani flagitio comprobavit; ultrà argumentum, ac delatorum vota nefarium subiit lethum. Interjecto tamen aliquo temporis spatio post haustum venenum sacerdotem ad se arcessiri iussit, ut ad ejus pedes provolutus, sua peccata confiteretur, & re vera sacramentalem confessionem emisit. Faxit misericors Deus, ut suprema illa resipiscentiæ signa paulò antè mortem ex intimo petita sint, ut verè summo Numini conciliatus mortem obierit.

Quamobrem in dubium revocatum fuit, an cadaver

ver supplicio plecti deberet? Et quamvis primò intuitu, non nigrum theta præfigendum,
51 sed in negantem sententiam omnibus modis eundum videbatur: mors enim omnem adimit iudici potestatem, ac omne criminis vestigium obliterat, *§. deincepi, auth de nupt. l. 1. Cod. si reus, vel accus. mort fuer.* & ibi DD. & in *l. defuncto, ff. de public. jud.* ibi; *Defuncto eo, qui reus fuit criminis, & pœna extincta est*, & in *l. Imper. ff. de iurisdict. omnium jud.* & ibi *Bart. Alex. & alii in ead. l. defuncto, Menoch. cons. 99. n. 150.* cum barbarum profectò sit, sævire in mortuos: nec videtur quorsum attineat id genus supplicij; nequeunt enim cadavera pœnas sentire, *Covarr. cit. lib. 2. n. 10. Gomez. var. resol. 1. n. 39. Boer. dec. 316. n. 10. Bockel. disq. 6. n. 21. Farin.* ferè per totã *q. 10. n. 77. Grammatic. dec. 15. n. 3.* & alii per *Amescuam de potest. in se ipsum, cap. 23. lib. 1. n. 69.*

Attamen sancitum fuit à Juncta, ut in sequenti die, vix exorto Sole, pro foribus M.C. thalamus appararetur funereus; securique apparata, caput Conradi sub ictu ferri aptaretur, ut postumum hoc supplicium populi animos metu occuparet, incuteretque terrorem, quò nemo in posterum talibus ictus intemperiis, deque mentis sanitate deiectus, germano prorsùs, & agnato crimine se altringeret. Quæ sanè sententia, tùm ex civilibus legibus, tum ex Pontificiis edictis, tum ex gentilibus, ingenuisq; populis, qui cadaver communi aliis tumulo interdicebant, petita est. Et sanè hoc impium crimen se occidendi, divina, humanaque iura tam perditè improbant, ut nihil unquam æquè impium, tàm communi, tàm æquo judicio de iure perspecto, animadvertas. Placuit quidem sceleris huius patrocinium, assumere nonnullis, quibus nihil æquè jucundum, quam quod impium, ac flagitiosum; hi enim verò mortem sibi consciscere strenuum potius, quam nefarium statuebant: imò gloriæ verticem attigisse hominem putabant, se communis lucis usum abdicantem.

Quam sapienter philosophorum princeps Aristoteles in horum sententiam invehitur, multisq; rationum ponderibus, ac momentis vitio vertit, & dedecori, sui necem; imò impotentis, iacentisque animi ea capita insimulat, quæ sibi manus ad excidium inferunt. Quod si apud veteres lege cautum erat, ut qui de medio suum tolleret patrem, culeo insutus, ac præceps in mare actus, ita viveret: ut ducere de Cœlo spiritum non posset, ita iactaretur fluctibus, ut nunquam ablueretur, *l. pœna parricidii, ff. ad l. Pomp. de parricid.* post alios, *Mantua in suo enchirid. lib. 5. cap. 101. & lib. 6. cap. 120. Foller. in prax. censual.* verb. *Nicolaus Episcopus, n. 158. de Franch. dec. 230. sub num. 4. Petr. à Plaza in epit. delict. cap. 11. ex num. 17. Henric. Bocer. cl. 3. disp. 4. th. 45. Menoch. 2. arb. judic. cas. 356. Henricus Hunnius discur. crim. f. 235. Arisutin Tepat. dec. tit. 309. Ludov. Gilhau. arb. crim. de parric. Carpz. pract. crim. par. 1. q. 13. sub q. 1. & seq. Pet. Heigius miscell. q. par. 2. q. 33. Iodoc. Damhoud. prax. crim. cap. 60. num. 1. Harprecht ad tit. inst. de public. iudic. fol. 442. Belniso prax. crimin. lib. 9. cap. 5. Decian. prax. crim. lib. 9. cap. 5. & 6. Armisa 5. de Repub. c. 4. sect. 5 Vigel. in M. I. C. lib. 1. c. 26. Richard Bonacossa, syntagm. comm. opin. lib. 9. cap. 5. & 6. Petrus Gregorius Tholosanus, syntagm. iuris lib. 36. cap. 23. Magius 4. miscell. cap. 9. Iulius Clarus recept. sent. in §. parricidium. Daniel Moller. ad const. Saxon. cons. 3. n. 16. Gulhelmus Bockel. de publ. iudic. disquisit. 7. Cælius Rhodiginus lib. 6. antiquar. c. 43. Coras. 1. miscell. cap. 5. Farinac. par. 5. de homicid. qu. 120. Thor. par. 3. compend. sect. 2.* verbo, *pœna parricidii*, pari quidem iure ei, qui sibi vitam adimit, non debet,

.... *una parari*

Simia, non serpens unus, non culeus unus.

Hic graphicè locum habent verba matris Menecæi (hic enim ultrò sese occidit) præscoti, nativaque oratione inclamantis

Quid superos, hominesque querar? tu sæve Menecee,
Tu miseram ante omnes potuisti extinguere matrem.

Et quidem inficiari non potest propricidium; quod Græci αὐτοχειρία vocant, barbarum quiddam redolere, ac ferum, agrestemque Maurorum crudelitatem sapere: & repugnare sacratissimis omnium legum præscriptis, nimirùm.

Juri Divino, *Deuteron. 32. vers. 39. 1. ad Corinth. 6.* quia gratiam Dei, & merita Christi abjiciunt, adversantur præcepto Decalogi, *Non occides*, solus enim Deus est Dominus vitæ, & necis; neque recipit Deus animas, quæ invito Domino exierunt è corporibus, ut ait D. Hieronymus cum retinendus in corpore animus: nec injussu eius, à quo nobis ille est datus, ex hominum vita migrandum est, ne onus assignatum à Deo effugisse videamur, *M. Tull. Cic. in somn. Scipion.*

Juri naturali; quia natura; & res quælibet sese conservare studet in suo esse, quæ nihil non ad sui conservationem molitur, & resistit corrumpentibus, *D. Thomas 2. 2. qu. 64. art. 5.* namque ordinata charitas incipit à seipsa; neque sui destructor esse debet homo, cum natura abhorret crudele mentis consilium, & in corporis violentiam proprias manus.

Juri Canonico, *c. 1. caus. 32. q. 5. cap. 9. eodem*; quippè unicuique à Deo commissa est propriæ suæ vitæ custodia, *Greg. de Valent. tom. 3. disput. 5. q. 8. punt. 2.* & vis charitativa sui prox ma est.

Juri demùm civili; nemo enim est membrorum Dominus suorum, *l. liber homo, 13. ff. ad l. Aquil. l. 9. § a. ult. ff. de procul. legat. l. 9 § 7. ff. de pecul. l. 6. quis vulner. § si ff. de milit. l. 4. ff. ad l. Corn. de sic. l. 38 § si ff. de pen. Gom. d. l. ic. 4. n. 16 & Ung. panr. Exerc. Justin. cl. sp. q. 10.* sed Deus, & lex: etenim haud violare debet externa vi disciplinæ externæ in semetipsos, & obedientiam Magistratui debitam, *Guid. Pap. dec. 278.* & qui facit id, quod aliàs facere solet hostis, meritò etiam præsumendus est: unde Carolus Magnus dixit, *qui se occidit ipsum, Remp. prodit, & grave delictum committit*, neque aliud quid occidit, quàm ho-

hominem, qui se occidit, *August. lib. de Civitate Dei* 1. maximè, cum ipsa natura omnibus animalibus appetitum vivendi indidit, suique tuitionem in brutis etiam ingeneravit, *Donell. 1. comm. 17. Obrecht. de necess. defens. c. 8.* & naturæ lex valida est vivere, nec mortem sibi accelerare. *Eegesipp. de excid. Hierosol. lib. 3. cap. 17. Heig. lib. 2. q. 36. Damhoud. pr. crim. c. 88. Decian. tract. crim. c. 4. per tot. lib. 9. Iacob. Menoch. lib. 2. cent. 3. cas. 284. Plaza epit. delict. cap. 23 Tholosan. lib. 26. cap. 22. syntagm. iur. Vas illustr. controver. 51. lib. 1. part.* Horum pœnas recensent *Clar. §. fin. q. 68. num. 27. Menoch. de arbitrar. cas. 284. n. 14. Franch. Anton. Scalona* noster Regnicola *de testam. lib. 2. cap. 4. §. 1. Molin. tom. 4. tract. 3. disp. 19. Copp. lib. 1. observ. 3. Besold. in tract. de vita, & mortis consid. lib. 3. de sepult. cap. 1. ex num. 2. Io. Schneidenvin. in §. juris pracepta num. 6. & in notis inst. de just. & juri, Nicol. Everbar. jun vol. 2. consil. 23. Paul. Math. Vebner. in consil. Froncon. cons. 70. & seq Viv. decis. 224. & opin. 560. num. 1. par 2. Roman sing. 262. Visconti*, post alios *in conclus. jur.* verbo, *occidens seipsum, Muta in cap. Regni, Jacobi, §. 2. num. 76. Giazzarel. cit. decis. 15. Medic. in regul. mors omnia solvit, par. 1. nu. 142. & par. 2. concl. 12. num 53 Farinac. de homic. qu. 128. num. 3. & de inquis. quast. 10 num 80. de Laurent. dec. 123. à num. 0. Elbertus Leonini in process. crim sive prelection. in librum nonum Cod. tit. 50. de bon. eor. qui mort. sibi conscivet. & in l. eorum ult.* & de cadavere magi, venefici, &c. loquitur *Godelm. de magis, lib. 3. cap. ult. nu. 028.* & de frangente sibi bracchium ad effugiendam torturam, an habeatur pro confesso, & de abscindente linguam, de se inhabilitante ad triremes, loquuntur *Carrer. in prax. crim. in mater. tortur. §. septimum indicium, num. 43. Caball. resol. crim. cas 213 Gram. decis. 44. ex num. 1.* & alii penès *Viscont. cit. loc. D. Hieron Basilicò decis. Sicil. 44.* casum atrocem, & rarum, qui Matriti accidit, recensens.

Pœna huius succidii olim fuit, quod manus dextera illis amputaretur, tamquam membrum iniurium, & sceleratum, quod proprio corpori, & ll. Reipub. injuriam attulisset. *Aeschin. cont. Ctesiph. & Egisipp.* Malesii ob frequentiam eiusdem, canabinæ textis, & laquei supplicium statuerunt.

In Hispaniis semet occidentis cadaver præceps in mare devolvitur; & apud gentes alias ad infelicem arborem delatum cemo plectitur, ac furca. *Gomez. de delict. tit. de homic. num. 13. Matth. de crimin. tit. de sycar. c. 1. n. 11.* & videndus *Danz. lib. 1. de pugna DD. tit. de carceri, & carcerat. cap. 1. ex num. 22.*

Apud Siculos quidam triremi Sardoæ damnatus, Præfecto vitam ademit, quo crimine patrato, ad templum confugit, à quo ritè extractus, in carcerem raptus est, ubi illuc operam, animumque convertit, ut se de medio tolleret; & quidem arrepto ferro, sibi jugulum certo, dimensoque ictu petiit: cujus cadaver equo raptatum, per universam Urbem infelici arbori biduò suspensum est, teste *Hieronymo Basilicò decis. curi. Reg. Sicil. 3. num. 13.* Simile, geminumque est illud, quod Neapoli contigit; Janitor quidam Regius subeundi supplicii impatiens, & ante tenebras ut ajunt, tenebras persequens phyalæ vitreæ tegminibus venam sibi ad sanguinem incidit ut inurendam famæ notam declinaret; sed omnia frustrà cesserunt, sibique ut ajunt, imbrem in cribro gessit: etenim equo per Urbē raptatus est, de qua testatur *Præsul Campanil. in divers. jur. Canon. rub. 17. num. 20. vers. & ipse vidi lictorem.*

R I T V S CCLXX.



Tem servat dicta curia, quod pro perjurio scienter commisso, vel ignoranter, in judicio, vel extrà judicium: non possit foriudicari de æquitate antiquata, potius quàm de jure.

S U M M A R I U M.

1 *Enormitas perjurii recensetur.*
2 *De perjurio, ejusque penis remissivè.*
3 *De peierandi ultione pulchra historia narratur.*
4 *Antiquitùs pro periurio foriudicatio imponebatur, quod huisce ritui sanctione fuit sublatum, & quarè, ac rationi à Caravita adducta occurritur.*
5 *In illius crimine an possit procedi ex officio, illudque sit publicum, & an illud repetundarum.*
6 *De iuramento in genere, de illius synonymia, definitione, speciebus, & aliis fusè ad rem, remissivè.*
Iuramentum, ut solemniter præstitum dicatur, an requiratur tactus scripturæ.
An simplex promissio æquiparetur iuramento, & renunciatum validè praventioni dicatur ex simplici renunciatione, iuramento haud vallata.
7 *Pro quo delicto ad sententiam foriudicationis deveniri possit, tùm in aliis regionibus, tùm in hoc Regno, attenta dispositione capit. Regni incip. sive quis.*
8 *Multa de pœna mortis, deportationis, membri abscissionis, necnon perpetui carceris, enarrantur.*
9 *Hodiernis temporibus, nonnisi quando pœna mortis infligitur, ad foriudicationem pervenitur.*
10 *Qua de causa S.C. ad hoc determinandum motum fuisse, ostenditur.*
11 *Curiosè inquiritur, cur annum, & non minus, vel maius tempus voluerit Constitutio Regni, ut foriudicari quis possit.*
12 *Nonnulla de anni cursu traduntur.*
13 *Annus incipiat ne currere à die banni, vel ultima contumacia contracta, & an requiratur bannum, quidve potissimum in alma, in hac Civitate, & Regno.*
14 *Bannitus, & bannum barbara ne vox, vel latina sit, inquiritur.*
15 *Laudandi an sint scriptores, quis pretis verbis*

bis, quibus passim DD. utuntur, vetera, abstrusaque verba affectant.

16 *Non exiguum affert operi ornamentum dictionis elegantia, ac num utendum styli varietate, & quando, ac Seneca locus affertur.*

17 *Vocem, bannitus, latinam esse, indicatur.*

18 *Quod modis sumatur bannum, illiusque species, etymologia, & alia ad rem traduntur.*

19 *Quid contineat Imperiale bannum, de quo fit mentio in Auth. item nulla, & item quacunque C.de Episc.& Cler.*

20 *Nonnulla de Frederico I.ac II. & de loco, in quo decessit primus, ac de amborum simultate in Ecclesiam.*

21 *Andr.adducitur, declarans quomodò pœna ab auth. indicta, sit solvenda à communitate, quæ non deliquit, sed homines.*

22 *Quando in Imperiali banno pœna, vel quantitas pecuniæ persolvendæ non adiicitur, tunc iudex poterit pœnam augere, vel minorare.*

23 *Quid importent illa verba in bannis*, & altra pena corporale à nostro arbitrio, *vel illa*, pro quanto gratiam regiam caram habeant.

24 *Bannitus relegatis, vel deportatis an æquiparetur?*

25 *Pœna gravissima in banno comminata, an intelligatur de morte, & nonnulla de eunuchis traduntur.*

26 *Quam pœnam importent illa verba*, sub pœna iræ, & indignationis nostræ.

27 *Quid si comminatio fieret sub pœna aris, & persona?*

28 *Pœna gladii, seu ferri, quando comminati a lege, vel statuto contingerit, comprehendat nè mortis naturalis pœnam?*

29 *Iudici liceat pœnam à iure, vel statuto sancitam alterare?*

30 *Qua pœna multetur deflorãs, & virgo deflorata.*

31 *Quando partes sunt potentes, fiscus frustrà clamat, & si querelantes sunt potentiores, inquisiti incassùm ingemunt.*

32 *In electione officialium, potissimùm in Regiis audientiis, maximoperè invigilandum.*

33 *Banniti qualitates quænam sint, ut quis in bannitorum pœnas incurrat.*

34 *Incedentes cum bannitis licèt non patraverint delictum pœna ultimi supplicii multantur, ex pragmat.edita in anno 1585.sed quæ qualitates requirantur, num.45.*

35 *Affectus nõ punitur in foro exteriori, nõ sequuto effectu, etiam in crimine læsæ Maiestatis.*

36 *Conatus punitur, licèt non fuerit sequutum delictum, quando per ipsum non steterit, quò minus non fuerit delictum patratum.*

37 *Numerus ternarius est perfectus.*

38 *Armorum delatio de iure prohibita est.*

39 *Pragmatica prima de exulibus, puniens incedentes cum bannitis, requirit etiam, ut sic incedẽtes, sint ambulantes cum eis, pro hominibus malæ vitæ sint diffamatis, & quod reperiantur insimul in campanea, non in locis, ubi banniti non solent morari.*

40 *Bonus quilibet præsumitur.*

41 *Fama hominis qualitatem arguit.*

42 *Fama tantùm præsumptionem facit, & quod nam indicium facit in criminalibus?*

43 *Famæ probatio difficilis est, & quæ requisita exigit.*

44 *Fama decem testibus probata, licet omnia requisita non concurrant, pro legitimè probata habetur.*

45 *Fama undè dicta, aliquando mendax est, & DD. de ea tractantes, remissivè.*

46 *Locus insolitus indicium contra inquisitum inducit, & loci circumstãtia delicti pœnã auget.*

47 *Pragm.1. de exulibus non comprehendit contumaces morantes in Civitate, vel Oppidis se abstinentes à campanea.*

48 *Pragmatica 1. de exulibus an fuerit aliquid innovatum per aliam pragm. delli 89. capi, cap. 48. iedut in incessu per campaneam non requiratur etiam delictum.*

49 *Armantes per campaneam cum commitiva aliorum quatuor bannitorum, si fuerint visi tantùm, possunt statim forindicari, & puniuntur pœna mortis naturalis.*

50 *Armantes per mare, non per campaneam: num subjiciantur pœnis dictarum pragmaticarum?*

51 *Piratæ, quinam sunt, & ter in anno per Pontificem excommunicantur.*

52 *Delinquentes in mari puniuntur ad instar delinquentium in terris.*

53 *Magnus Admiratus habet iurisdictionem in certum genus personarum.*

54 *Remissio causæ denegatur latronibus itinere publico furtum committentibus, & quid in furantibus in mare, num.56.*

55 *Latro publicus an dicatur ille, qui in itinere publico unicum furtum committit ad finem, ut cesset remissio petita per Baronem, ac num. 38.39.& 40.*

56 *Tribunal campaneæ remittere tenetur Neapolitanos publicos latrones ad M. C. V. non obstante prag.5.*

57 *Tribunal campaneæ in captura præveniens, publicos latrones non remittit.*

58 *Remissio, an sit concedenda Baronibus de causis publicorum latronum suorum Vasallorum in terminis d. pragm. 5. & à num. 34. usque ad fin.*

59 *Baronis Officiales an dicantur Officiales Regii, & comprehendantur sub nomine Regiorum Officialium?*

60 *Offic̃ialis etiam dicitur Actuarius.*

61 *Barones an possint petere remissiones suorum Vasallorum, quando contra eos proceditur ad motum belli?*

62 *Baronis possunt causas suorum Vasallorum cognoscere, licèt fuerint inquisiti de furtis, & latrociniis commissis in itinere publico, quando est in fortiis habens.*

63 *Latrones publicarum viarum rebelles dici possunt, sed contra, nu.51.*

64 *Barones non possunt cognoscere Vassallos reos criminis læsæ Majestatis.*

65 *Latro, & grassator quid differunt, ac nu. 54. & seq.*

66 *Delicta ex iteratione acriori pœna sunt puniendæ.*

67 *Furta tria si fuerint commissa, licèt exigua possunt pœna mortis puniri.*

68 *Iteratio per binum actum verificatur.*

69 *Publicus latro quis dicatur, & eius requiſita quænam ſint?*

70 *Fur captus cum re furtiva in alio loco, quam in eo, in quo furatus eſt, an poſſit ibi ratione contrectationis plecti;*

71 *Furari in campis, ac in publicis vijs, idem eſt.*

72 *Publicus, & famoſus latro dicitur, qui furari eſt conſuetus; ſcilicet ſi tria furta commiſerit in publicis locis.*

73 *Fur quis dicitur, & quis latro?*

74 *Baro poteſt caſtigare latrones famoſos ſibi ſubditos.*

75 *Latrones, licèt propter vnicum furtum ſuſpendi poſſint, non tamen dicuntur famoſi, ut à Baronis iuriſdictione auferantur.*

76 *Latrones plures per campaneam incedentes, qua pœna plectendi ſint: & an, & quando dicantur famoſi publicique latrones, caſus numerantur.*

77 *Si inter quatuor per campaneam armatos repertos, adſit fœmina veſte maſculina induta, coma arctata cum armis, an vendicet locum mem.pragm.1. inquiritur, ac caſus relatus ab Eliſae Danza recenſentur.*

78 *Fœmina banniri an poſſit?*

79 *Quid in ruſtico, & multa de ruſticis; quidq; in minore.*

80 *Fures nocturni intus Civitatem, ſeù cappiatori, an & quando tractentur uti publici graſſatores.*

DIſceptationes haſce de pœnis periurii, vereor, ne pernicies maior, quam vtilitas conſequatur: ſunt illæ quidem plurimæ, & ſeveriſsimæ: ſed hoc ipſum frequentiæ argumentum, & fax eſt. Natura contumax eſt humanus animus, & in arduum, & contrarium ni-
1 tens nihil ſanè deperit magis, quam quòd, vel lex prohibet, vel pœnæ metus: ergo prohibere, & irritare vitia, & eadem res planè eſt. Vis continentem? nihil prohibe; vis petulantem? aude coercere; Periurium quidem nullus admiſit, quandiù ſine lege fuit. Idcircò legiſlatorum principes maluerunt, velut incredibile ſcelus, & vltrà audaciam poſitum, præterire: quàm dum vindicant, oſtendere, poſſe admitti. Itaque periurium ex lege prodiit, pœna auctum, & confirmatum eſt; id autem tempore tam longè, latèque propagatum eſt; ut omninò deſperet de vita, quæ non perjurijs ſalvatur. Numquid iam quiſquam erubeſcit, quod tot quotidiè damnatur ſenteotijs: tot ſeveriſsimis multatur pœnis? tamdiù timorem incuſſit, quamdiù rarum fuit: eum nullus non audiit, omnes didicerunt; adeò ut non vſitatum tantummodò ſit, ſed, & abierit in quæſtum; & plures multo vitam ſuſtentant perjurijs, quàm cæteris malis, & artibus; quotuſquiſque eſt, qui periuria non, aut vendat, aut emat? quid ergo impunè erit periuris: an non ſatis acerba pœna eſt, peieraſſe: & exitio deſtinari ſempiternùm? Hinc merito Plato (teſte *Elberto Leonino emendat, ſive obſervat. lib. 2. cap. 3. num. 2. pagina* mihi 74.) in legibus ſuis ſolis iudicibus iuramentum adhibet; ut ad iuſtè iudicandum, etiam religione moveantur; à litigatoribus autem removet, ubi ex iuramento ſpes lucri offertur: ne conſuetudo peierandi, & divinum numen contemnendi, in Civitate inducatur, & de *Platonis* lege locum laudans *in dialog. 12. de legib* meminit *Anus meus ad Gram. deciſ. 60. num. 2.*

De periurio agunt *Menoch. 2. arbitr. iudic. caſ. 319. Marcus Antonius Baveria de virtute iuramenti, num. 123. Montalonius prompt. iur. civilis*, verb. *periurus. Bertaz. conſ 48. lib. 1. Cyriac. Herdeſianus. Guilhelmus Boekel. de publ.*
2 *iudic. diſqu. 7. Farinac. de ſimulatione, & falſo quæſt. 160. Barſchamp. de clauſ. cap. 30. §. 7. Covarr. ad rub. de pact. par. 1. relect. § 7. Guilhauſen. arbit. crim. t. 5. cap. 2. fol. 27. Ayrer process. p. 1. cap. 7. obſerv. 6. fol. 171. Boſſius pract. crimin. fol. 353. Tepatus deciſ. tit. 232. Camill. Borrell. deciſ. tit. 62. p. 1. Affl. in conſtit. Regni par. 2. lib. 3. tit. 55.*

De variis periurorum pœnis, *Heideman. p. 1. diſp. 7. th. 40. Fachin. lib. 1. contr. cap. 14. Decian. pract. crim. c. 7. lib. 6. Calderinus conſ. 5. tit. de iureiuran. Mynſing. conſ. 90. Tremola ad prax. in. Bonacurſ. fol. 180. num. 12. Vincent. Carocius de ablatiſſ. fol. 400. num. 21. Daniel Moller. comment. ad conſtit ut. elect. Saxon. par. 1. art. 16. n. 24. Ioann. Baptiſta Plotus, de in litem iurand. nu. 794. Vivius deciſ. 120. Gilhauſ. arb. crim. tit. 4. cap. 2. Ayrer proceſſ. iur. biſter par. 1. cap. 7. obſerv 6. Carpzon. pract. crim. par. 1. quæſt. 46. & ſub q. 1. 2. 3. ac quæſt. 47. Belod p. 2. delibat. fol. 72. Guid Pap. conſ. 39. Clar. §. periurium, ex num. 2.* quio Ethnici. 15 ſt, & Gentiles magnum facinus exiſtimabant, *Anchar. conſ. 226. p. 2. Andr. de Georg. in repet. feud. cap. 7. n. 10. Herodotus lib. 1. hiſtoriarum*, de peierandi ultione à Deo ſumpta, pulchram, atquè ſcitu dignam hiſtoriam narrat, de qua meminit *Stolaus ſententiarum de periurio, ſerm. 118. fol. 362.* & quam hic inſerere libuit, ut à peierandi abuſu omnes
3 cavere ſtudeant, eum tanti faciat Deus peierantium vindictam. *Oportet autem, fideles in amicitia eſſe, non duplici ſententia iniquitatum cor poſſidere: nec periurium ſancta iuramenta præferre; nam qui talis vir fuerit, divinam quidem vindictam differt; interim verò præſentium acerba fruitione ſe ſtultus oblectat; Quis enim ignorat, quod omne malum vindictam ſuam manet? Quamvis enim præſens non pœna ſit, nullum tamen lucrum affert dilatio temporis: ſed tarditas, pœna gravitate tandem compenſatur. Porrò quod Numen non negligenter inſpiciat humana negligenter inſpiciat humana negotia: ex ipſis factis, quæ verè contigerunt, facilè iudicari poteſt; fertur enim, Archetymus ex Erythrea Ionica Civitate in Tenedum veniſſe, & apud Cydiam hoſpitem ſuum auri magnam vim depoſuiſſe, nihil de homine ſiniſtri, aut violenti ſuſpicatu, ut qui cum recens amicitiam iniviſſet. Tum Cydia malum conſilium avaritia ſuggeſſit; Cum enim aurum apud ſe depoſitum ab ipſo repeſceretur, contumaciter negavit; & cum inter ſe contenderent: tandem viſum eſt, ut totum negotium ad iuſiurandum referretur. Cydias igitur cum tertia*

poſt

post hac die rem suam ceù Diis commissam iureiurando confirmaturus esset, reversus domum, excogitavit dolum huiusmodi; Omne simul aurum in excavatam inclusit ferulam; ex qua parte ferulam manus amplectitur, fasciam involuit: undequaque, ut dolus celaretur. Postquam verò repræscriptus dies advenit, Cydias languidum gradum causa morbi fingens, fulciendo ferula corpus, accessit; & stans ante templum, quod iuramenti sui conscium esse volebat ferulam, in qua omnis eius iniquitas latebat, Archetymo tenendam porrigit, donec absolverit iuramentum; deindè manibus elevatis dixit, accepisse quidem se depositum ab Archetymo, sed id restituisse: quod mendacium erat arte confictum. His dictis graviter indignatus Archetymus ictu vehementi ferulam in pavimentum proiecit; qua dirupta, omnis auri moles effluxit; hac quidem divinitùs providentia adiutus est Archetymus. Cydias autem malum vita exitum habuisse, dicitur. Hac ergò respiciens, quilibet sibi caveat, ne Sacramenta contempserit, utramvis enim in partem res incerta feratur, non sine periculo sunt; hæc *Stobaus.* Age nunc; vide quid sit perierare: Deum est falsitatis tuæ auctorem velle; quid gravius, quid scelestius? quid, ut accommodatè magis loquar, immanius excogitari possit? latè *Borrell.add.tit.62.n.3.p.1.summ.decis.* tàm enorme delictum procul è foro sit, procul è curiis, ne justitiæ sanctimonia violetur.

De jure verò Regni, cum foriudicatio impone-
4 retur pro delictis, ratione quorum infertur mors naturalis, aut deportatio, membri abscissio, aut carcer perpetuus, ex sanctione Regis Caroli II. quæ est inter capitula Regni, & incipit, *sivè quis sit forbannitus*, quod est 155. secundùm computationem *Io: Antonii de Nigris*, & perjurii pœna esset mutilatio manus ex *Rit.171. Camp.in c.ad audientiam, sub num.11. & in prælud.num.37. Afflict.in constit. eos qui scienter, sub num.2. & in constit. pœnam eorum, num.6. Foller.in fragm.ejus praxis, num. 203. Carrer.in prax.crim.rub.de homic. & assass. cap. circa secundum, iuxtà legem Moysi num. 60. & cap.sequitur de aliis, num.22.* meritò, & periurus deberet foriudicari, & tamen contrarium in hoc ritu disponitur: non quidem ex ratione posita per *Carav.* quod dicta pœna recessit ab usu; tùm quia eo tempore, quo liber iste *rituum*, mandante Regina Joanna, fuit compilatus, omnes ritus fuerunt eodem tempore in unum librum redacti; & sic tam dictus ritus, quàm præsens; & propterea dici non potest, conditorem huius ritus suffultum esse consuetudine, stante prædicto Ritu, qui simul manavit, & iniungente pœnam manus, tum etiam quia mutatio pœnæ non mutat naturam delicti, teste *de Franch.decis.162. sub num.17. & decis.271. sub num.9.* tùm demùm, quod si tali innixus consuetudine sanxisset ritus, ne periurus foriudicaretur, falsò adiunxisset illa verba, id ex *æquitate potius, quàm de iure*, quia si tunc periurus non affligeretur pœna manus utique de iure proveniente ex adducto *cap. 155.* neque foriudicari debuisset. Verum quia tunc vigebat adducta pœna, ideò subsistit, quod adiungitur, cessare foriudicationem in periurio, ex æquitate potiùs, quam de jure; quinimmo prævidens conditor, quod attenta pœna dicti ritus, & dispositione præcitati *cap. 155.* veniret ipse periurus foriudicandus, æquum bonum agens, noluit hanc adiicere qualitatem foriudicandi, sed eam expressè vetare iustiùs censuit. Accedit continuus mos, qui contradicit iam dicto Regni capitulo, cuius vigore servatur, foriudicationem non fieri, nisi quando agitur de delicto, in quo venit imponenda pœna mortis naturalis tantùm, de quo latius infrà, ut in terminis huius ritus ostendunt *Affl.in cit.constit.pœnam. eorum, num.52. Franch.mem.dec.271.ex num.8. Jo.Aloys. Catal. de indult.cap.14.nu 7. Borrell.par.1. summ. dec. tit.62.num.36. Scialoy de foriudic.cap.30.num. 10.* & de pœnis periurii in Regno nostro sermocinantur *Foller.in prax. censual.* verbo *Nicolaus Episcopus, ex num.75. Affl. in constit. Regn.p.2.lib.3.tit.56. Praf.de Franch.dec. cit.271. sub num.9.* notans, periurii delictum ideò non puniri in liquidationibus: quia partes non instant, quando iis est satisfactum de credito, quod debitores multentur, ut periuri; quia si instarent, obstringerentur illius pœnam infligere, qui provisionem illam refers aut quoad pœnam, quod non amplectitur hodierna praxis, & notat *Anichin.de prævent.instrum.cap.6. q.1.num.19. Capiblanc.de Baron.pragm.8. prima par.num.265.* dicens, esse pecuniariam. Hinc infert *Carav.ex num.2.* in huiusmodi crimine, curiæ ex officio procedere non licere; parte non
5 querelante: nectens, an illud sit publicum, vel privatum, id quod inquirunt. *Camp. in cap. sivè quis, num.4. & 20. Affl.in const.eos, qui scienter, num 3.* Qui quidem *Carav.num.5.* advertit, illud repetundarum publicum esse, & omnes propterea admittuntur ad accusandum, de quo latè *Gabr.Berart.in specul.visit.c.17.num.5.* datur etiam actio contra hæredes. *l.2. ff. ad l. Jul. repetund.* ac illud patrans obstringitur pœna falsi, *Gramm.cons.35.num.8. Basilic. decis.34. num.27.* & fit infamis, *Decian.in tract.crim.lib. 8.cap.39. num.17.* & pleniùs, integro *cap. 36. qui num.15.* nectit, quod officio priuari debeat, imò æquiparat hoc flagitium illi læsæ Maiestatis, & assassinii, *Muscatell.in prax.crimin.rub. de iudicis corrupt. n.41.* laudatus a *Capyc. Latro to.2.consult.101.n.13. & Capibl.tom.1.de auctorit.Baron.in pragm.4.ex num. 25.* ibique aubi.

De iuramento, seù iureiurando in genere, inqui-
6 runt *Borrell.in sum. decis. tom. 1. tit 60. Paul. Christin.decis.Belgic.vol.3. dec.1. & seqq. Gaill. 2.observ.42. Jacob. Omphal. de usurpat. ll. lib.5. cap.18. Pantschman lib.1.qu.10. Ludov.Gilhaus. in arbitr.iudic.civil.cap.6.par.6. fol. 445. Rorbach.in process.civil.tit 66. Wesemb. consil.297. Tasc.conciuj.446.tom.4. Anchar. cons. 180. nu. 12.* De illius synonymia, definitione generali, omnibus generibus, & speciebus accommodata *Spech.centur.3. cl.4. qu. 1.* De definitione iuramenti, eiusque divisionibus, ac validitate, *Gilhaus.d.loc.§.1.* An liceat iurare. *Besold.par.2. delibat.f.63. Ricc.par.6.collect.decis.2168.2169. 2170.*

2170.2413.& de illius absolutione, Ripa obser. 150.R.Valenz.cons.148.num.77.tom.2. Ricc.collect.2224.& decis.Cur. Archiep. 312. nu.1. p.2. Borrell.par.1.summ.dec.tit.43.ex num.94.& tit. 61.a num.18.Affl.dec.220. sub num.8. Farinac. dec.crim.78.num.2.Bilect.de absol.à iuram.lib.2. cap.15.Reg.Capyc. Latro consult.115. lib.2. quod omnes, etiam Pontifex illius vinculo obstringantur, Spada cons.21. num. 15. lib.1. inquireos ex num.58.an valeat absque causa seipsum absolvere, De iuramentis Principum (vide Besold.de stat.Reipub.mixto cap.5.in tract. de Maiest.fol.832.cons.Sax.lib.4.q.60.

Deque eo assecurationis, Borrell.in summ. decis. t.1,tit.58.num.1.q 97.Calumniæ Matth.Berlic. 1.concl.21.part.181.Camill.Borrell.in summ.dec. tom.1.tit 51. Paul. Christin. decis. Belgic.vol.2. dec.147.Gaillib.1. observ. 83. Golstein. in pract. cap.38.Ludovic.Gilhaus.in arb.iudic.civil.cap.5. ramusc.8.fol. (mihi) 193. Rutbac. in process. civil.t.50.Berlich.1. cons.31. Undè, & quare sic dicatur,Speck.in.cent.2.clau.4.quæst.17.quid sit sivè quomodo definiatur iuramentum calumniæ, Speckh in.cent.2.cit.clau.4. qu.18. de ejus partibus, & requisitis i Ayrer.in proc. hist. iur. lib.2.c.11.obser.2.Tusc.tom.4.concl.532.533. & 534.Avus meus ad Capyc.dec.207.Illicò Umnius in disput.ad process. iudic. disput. 14. thes.1. ex num.41. De illo fidelitatis, Camill. Borrell. in summ.decis.tom.1.t.57.Affl.dec.304.pag.433. Homagii, & ligii Bor.lib.1.decis.59 p.99. Fidelitatis,tam Vassalli, quàm Domini Gerh. Ant. disp.feud,7.personæ subiectio, quæ sit per homagium, an sit servitus, Bocer. de investit. c. 4. ex num.8.& seqq.utrum ab omnibus hæredibus Vassalli, an item ab omnibus hæredibus Domini defuncti præstandum sit, H.Pistor.2.q.47 p.715. Cavall.q.784.Bocer.cit.loc.n.42.& 46.Carpzov. iurispr.for.par.2.constit.45 defens.28. datur pro procuratorem Tasson. super pragm. de antefato vers.8.obser.2.n.103.quotuplex, quale & quid operetur, Tuschus conclus.537.t.4.ratione feudi possit an præstari à priorissa Domino temporali? Mantica vol 2.de tac.& ambig. lib. 33. tit.16.num 9 fœmina an debeat illud præstare, & quomodò? idem Mant.loc. cit. num.13. additque censeri remissum, si fœmina feudum concedatur; de hoc iuramento latè Spada vol. 1.cons.3.& cons. 4. & quod non semper importet, Vasallum debere in bello dimicare,cons 59. num.10.forma istius iuramenti, & an possit à fœmina explicari, Capyc.Latr.cons.75.num.93. & 94.lib.1. De illo in litem, sivè veritatis, affectionis, & singularitatis,Camill. Borrell. to.1. sum.decis.tit.52.p.80.Cravett.cons.287. Fabin. lib.3.cons 30.Rutbach in process. civil. tit.58. & 69. Avus meus ad Capyc. decis. 91. num. 2. & decis. 174. num. 1. Ricc. collect. 2383. & 2384 Affl.& Ursill. dec.360. De definitione iurisiurandi in litem, Gilb.in arb.iudic.civ.c.6. p.6.§.8 fol.461. Quis illud deferat, Gilb. d. loc. §. iuramentum in litem,quibus deferatur,Gilb. eod.loc.§.9. quod regulariter datur contra quemcunque Io. Ludov. concl.18. pag.183. Iurare in litem unusquisque potest idem Ludov.concl.22. p.190.latèque agit Montan.de tutelis, cap. 32. regul.5. & 6. non utimur, quando aliundè potest probari factum, Vermigliol.cons.446.num 20.non datur contra hæredem ex dolo defuncti, Vermigl. cons. 429. num.6. non datur, nisi concurrente dolo, & difficultate probationis, Vermigl.cons.431,num.18.In litem duplex,quibus, & quando deferendum? Tusc.conclus.538. num.8. non defertur in supplementum probationis, cum agitur de usuris criminaliter, secùs si civiliter, Mantic.de tac. & ambig. vol.1. lib.8. tit.19. n.29. defertur hæredi verisimiliter informato, qui semper talis præsumitur, nisi contrarium probetur, Spad.vol.2.cons.257. n.6. an, & quando deferri possit fideicommissario non conficienti inventarium, Capycius Latro. cons.63. num.57. & an eo utendum in causa parva, Caroccius de locat.& conduct.1.par.q.6. num.61.de hoc iuramento Donellus 26. comm. 6.cum seq.Joseph Ludovicus cit.concl. 28, Gruvetta cons.287. De illo affectionis, & cui deferatur, idem Umm. meminit cit. disput. 20. ex num.4.vers.iuramentum affectionis, pag.839. An detur vero hæredi contra eum, qui pro hærede, vel possessore possidet, ibidem n. 11. An deferatur contra prædonem, cuius dolores hæreditariæ sunt consumptæ, ibidèm thes. 1.& æstimationem in infinitum admittit disp. 20.num,26. sed eam taxare, stat in arbitrio iudicis. Habet locum in actionibus bonæ fidei directis, sed non in contrariis, nec in actione empti. Umm.disp.20. num. 17. contra Accurs. Barth.Duaren.& Cuiacenum lib.9. obser.2. quas ibi refert insuper in actionibus arbitrariis cit. disp.n.18.& in interdictis restitutionis,& exhibitoriis, num.19.

De iudiciali, seù decisorio, vide Camill. Borrel. tom.1.tit.55. à voluntario quomodò differat, Gilhaus.in arb.iudic.civil.c.6.p.6. §.1. n.20.fol, 448.quod iuramentum litis decisorum habet paratam exequutionem,Parlador.lib.2.rer.quot. cap.ult.p.1.§.3.fol. (mihi) 343.&c.Ad iuramentum decisivum deferendum,speciale requiritur mandatum, nec sufficit clausula (item ad iurandum) Merlin.dec.52. Istius definitio, causa proprium, tempus,finis,effectus,& contrarium, Umminus disp.14.th.1.&quomodò deferendum, ibidèm num.39. pariteandem actionem, ac voluntarium, num.67.& an actionem iudicati gignat, ibidèm.Deferens iudiciale iuramentum, nequit appellare,num.70.

Militiæ: Gail.lib.1.obser.87. Berlich. 1. concl. 57. quandò, & in quibus casibus iuramentum huiusmodi exigatur, Berlich d.concl.57.Gilhaus.in arb.iudic.civil.cap.5.ram.9 à princ.Bocer. cl. 5. disp.8.th.27.Pœna non iurantis de malitia, quæ sit? Gail. cit. loc. num.2. an, & quo prætextu possit reiterari, Gail.d.l.num.3.Formula iuramenti malitiæ,Ayrer proc.fol.(mihi) 126.Gilb. d l.n.2 & tetigi in tit.268.

Minorationis, vel minutionis: Matth. Berlich.1. conclus. 56. quid sit istuc iuramentum, Rauchbar.lib.1.quæst.9.quatenùs locum habeat iuramentum minorationis Berlich.lib.1. dec. 88. an confirmet contractum invalidum ratione omissæ solemnitatis; Anchar.cons.34.num.9. & quod servandum, idem Anchar.cons.338.num.1.quid ope-

operetur, *Anchar. conf.* 339 *à num.* 30. Iuramentum pupilli tenet contra deferentem, *Ummius disp.* 14. *n.* 11. *thesi* 1. *num.* 71.

Perhorrescentiæ, quando Imperator inter pupillos, & viduas, vel miserabiles personas cognoscit, vide *Camill Borrell. in summ. dec. tom.* 1. *tit.* 56. *p.* 91. *Ricc. collect.* 2357. *Scialoya de foro compet. c.* 16. *num* 71.

Paupertatis: an quis ad illud admittatur, qui non priùs de paupertate aliquo modo fidem fecit? *Carpzov. iurispr for.* 1. *par. consist.* 23. *definit.* 14.

Purgationis; & purgationis canonicæ, *Camill. Borrell. sum. decis. cit. tom.* 1. *tit.* 53. *p.* 85. *Berlich.* 1. *conclus.* 37. & 52. *Heig.* 1. *quæst.* 40. *Besold par.* 2. *delib. fol.* 75. hoc iuramenti genus, quid sit, & cur ita dictum? *Spekb. centur.* 3. *claus.* 4. *qu.* 6. quonam pacto, & in quibus casibus iure deferri, & præstari possit, necnè, *Spekb. cent.* 3. *cit. claus.* 4. *q.* 6. *Gilh. in arbitr. civil. cap.* 6. *p.* 6. §. 1 *num.* 12. *Godelm. de Magist. &c. lib.* 3 *cap.* 4. *Consil. Altorff. cons.* 13. *fol.* 137. & 138. De illo à moriente præstito, *Gaill lib.* 1. *obs.* 27. Suppletorio, vel necessario. *Berlich.* 1. *concl.* 38. & 53. *Camill. Borrell. in summ. decis. tom.* 1. *tit.* 54. *pag.* 86. *Besold. par.* 2. *delibat. fol.* 75. *Rosbach in process. civil. tit.* 67. De iuramento suppletorio in materia probandi valorem rei, *Viv. decis.* 360 an, quando, & quatenus deferatur? *Viv. decis.* 108. & 381. *ac decis.* 539 *Schaffer.* 3. *q.* 30. *Cravet. cons.* 198. *Bes. lib.* 5. *cons.* 440. *Goden. cons.* 52. ut deferri possit, quæ requirantur? *Mynsing. cent.* 1. *observ.* 68. *Petr. Vrosembec. cons.* 28. etc in dubio offerendum sit? *Seifer. de iuram. lib.* 44. *cap.* 12. *n.* 11. & 12. *Carpzov. p. consist.* 23. *def.* 6. *Ferr. Mont. & Process. c.* 9. Cui sit deferendum, actori, ao reo? *Speckan. cent.* 1. *qu.* 46. *Petr. Vrosembec. cons.* 28. *Avus meus ad Capyc. dec.* 35. *ex num.* 1. Non solum actori, sed quandoquè etiam illud reo de ferri potest, si ità visum fuerit iudici, *Carpz. d. consist.* 23. *def.* 6. Christiano potiùs, & viro honesto, quam Judæo, aut pejarare solito deferri debet. *Carpz. cit. consist.* 23. *def.* 7. an deferendum sit alias periuro? *Ricc decis.* 4. *par.* 2. & an detur in materia syndicatus? *Scialoya cap.* 33. *de foro compet. num.* 39. quid sit, quando potest deferri, & cui? *Tusc. conclus.* 539. *to.* 4. & quibus casibus sit deferendum, *concl seq.* 540. *Ricc. collect. dec.* 2169. non debet admitti ad probandum depositum, *Maut. de tacit. & ambig. vol.* 1. *lib.* 10. *tit.* 10. *num.* 36. non item deferri fideiussori, quòd debitum solverit creditori, *Maut. de tacit. & ambig. vol.* 2. *lib.* 16. *tit.* 22. suppletorium non defertur in causa matrimoniali, *Ant. Gabriel. de prob. concl.* 1. *num.* 41.

De iuramento voluntario: *Rosbach. in process. civil. tit.* 66. qua ratione aptè definiatur, & si fuerit hoc semel susceptum, an referri possit? *Gilhaus. in arb. iudic. civil. cap.* 6. *par.* 6. §. 1. *num.* 16. & *c.* quibus in rebus, & quomodò à judiciali differat? *Gilhaus.* §. 1. *num.* 20. De hoc iuramento tractat *Ummius disp.* 14. & an muto deferri possit? *Ummius d. disp. thes.* 1. *num.* 16. potest rectè à pupillo deferri; *d. disp. num.* 7. potest pro matrimonio, non contra deferri *cit. disp. nu.* 20. valet delatum in causa famosa, ibidem *num.* 20. & in omni causa transigibili, *d. disp.* & *th. num.* 18. sed nequit deferri à procuratore in litem, *cit. disp num.* 11. à prodigo, & furioso nequit deferri etiam consentientibus, *d. disput.* & *thes. num.* 8. & quod nequeat à minore tutorem habente, ibidem *n.* 9. & à tutore, & curatore, ibidem *num.* 10. nec retractatur prætextu periurii, *Ummius disp.* 14. *thes.* 1. *nu.* 35. impunè dictum iuramentum potest recusari, *cit. disp.* & *thes. num* 27.

Iuramentum, ut solemniter præstitum dicatur an requiratur tactus scripturarum, ac in du-
6 bio præsumatur, ac in dubio præsumatur, & quæ scripturæ tangi debeant? *Thesaur. dec.* 47. *Cavall. in comm. contra commun. quæst.* 406. & 407.

Num obligatio, promissio, cautio, &c. de servando conventa, sub clausula, loco iuramenti, saltèm æquiparetur iuramento corporali præstito? *Spekan. cent.* 1. *q.* 4. *Mynsing. cent.* 1. *obser.* 17. *Vrober. in obser. verb. angelobeu:* item verb. *ben Glauben und. Bremen, Gilhaus. arb. civil. d. loc.* §. 6. *fol.* 458. *num.* 4. *Surd. decis.* 234. *Kellebenta. de renunc. q.* 3. *Gail.* 2. *obser.* 59. *Vran. in lectur. ad cap. ex literis, num.* 3. & ibi *Additionat. fol.* 30. *n.* 3. *A. consil. Cons. Altorff. cons.* 48. *fol.* (mihi) 217. *Ayrer in process. p.* 1. *cap.* 6. *observ.* 5. *num.* 9. & *seqq.*

Hinc iudicavimus in M. C. V. validè renunciatum esse preventioni, etiam absque iureiurando, ex illis verbis: *Irenunciando à qualsivoglia preventione)* & proindè, quod non audiatur debitor, nisi in vinculis, vel facto deposito, quod ratum habuit S. C. die 28. Aprilis 1670. in aula D. Consiliarii Erasmi de Ponte, cum ea suffragia præstantibus DD. Consiliar. Vargas, Jannettasio, & Macedonio, in causa Francisci Perelli cum Sanctoro Carlinò, penès Act. de Bosta, ad tradita à me in *ritu* 168. *ex num.* 5. *lib.* 2. Addimus idem esse, fidem adhiberc, ac si per Deum fidem adhibitam iurasset, *Gratian. lib.* 4. *discep. forens. cap.* 721. *num.* 10. *Rimin. iun. cons.* 921. *num.* 86. *Bursat. cons.* 78. *sub num.* 19. *lib.* 1. *Manti. de juram. par.* 1. *q.* 7. *num.* 22. apud Deum enim nullum est discrimen inter simplicem loquelam, & iusiurandum, eodem *Gratiano* teste *num.* 5. quamvis *Præsul Covarr.* voluerit, fidem in promissione adhibitam intelligi in dubio de fide humana, & sic quod non habeat vim iuramenti, in *cap. quamvis* §. 2. *nu.* 2. *de pact. lib.* 6. quem refert *Jul. Casar. Calvin. comm. in dub. iur. conclus.* 382. conseruque effatum *Bernardin Pand. de præsent. instr.* §. 1. *decl.* 11. *num.* 74 quod sicuti executioni mandatur instrumentum, in quo apparet præstitum iuramentum: ita illud, in quo data est fides, insequitur *Avus meus ad Gramm. decis.* 46. *num.* 10. & notat *de Petris fe stivar. lib.* 8. *lib.* 2. *cap.* 4. *num* 4. *in fin.* sic promittens *in veritate,* habetur, ac si iurasset; *Capnol. in l. si qui maior, num.* 107. *C. de transact. Surd. decis.* 234. *num.* 5. inquirens, si promissio (*in verbo veri Principis*) vim habeat iuramenti, ad cum *D. Consil Hodiern.* nonnulla addit, *Spada consil.* 167. *vol.* 3. nectens, an illud importent verba, *sopra la fede di Cavaliero*, *Ayrer in process. iur. lib.* 1. *cap.* 6. *obser.* 5. sermocinans de verbis prælatis,

latis, *in veritate sic est*, naturali ratione consentaneum esse fidem, pactum, atque constantiam conventorum servare, *l. 1. ff. de pactis cap. 1. eodem, Castill. Sotomayor. 5. controver. c. 80. num. 11. Leotardus de usuris qu. 15. num. 14. Zacchias de salario qu. 9. num. 3. Consil. Staiban. 1. resolut. 19. num. 8.* optimè *resol. 36. num. 1. & seq. Riccius dec. 335. lib. 3. Barbos. in princip. iur.* verbo *pactum*, & verbo, *conditio, num. 33.* ex quo *Baldus* scriptum reliquit, edictum prætoris, *pacta servabo*, processisse de ore Dei organo ipsius prætoris. *in rub. de const. & in l. 1. ff. de pactis*, ipsumq; Deum pactionibus obligari. *Ierem. c. 45. Nevis. Brunus Vvesembec.* & alii apud *Daniel. Otto de jure publ. cap. 8. fol.* (mihi) 189. *Dec. cons. 292. n. 7. Marotta lib. 1. disput. c. 25.* & Cœli ille discipulus; orbis universi magister Salomon; *si quid, spopondisti alteri*, inquit, *defixisti æterno volas tuas, illaqueatus es verbis oris tui: captus es enunciationibus oris tui, Proverb. 5. vers. 1.* quod perbellè expressit *Ovid. in Metam.* ubi promissor ei, cui promiserat, ait: *Fox mea facta tua est. Schraderus de feud. par. 10. sect. 1. num. 60. Beccius cons. 45. num. 6. vol. 1. Niger. Cyriac. 1. controv. c. 129. num. 14. Thor. vot 84. num. 27. Reg. Capyc. Latro tom. 1. consult. 54. num. 32. Pratus lib. 1. disceptat. c. 27. num. 73. & lib. 2. cap. 50. n. 63.* nàm revera, nil ita fidei congruit humanæ, quam ea, quæ placuerint, custodiri, *l. non minorem, C de transact. Zasius in l. Princeps, n. 7. ff. de legibus, & cons. 10. num. 5. lib. 2. Borell. in summa decis. par. 1. tit. 60. de juramento; num. 30.* Hinc Romani, & si quidem omnibus virtutum generibus exercendis, omnium tamen maximè, atque præcipuè fidem colendo, tam publicè, quàm privatim, ad tantam amplitudinem pervenerunt, refert *Aulus Gellius* inter micantissimas eius noctes, *lib. 20. cap. 1.*

Fuit etiam in illo themate perpensum, quod, ea ratione fuit dubitatum inter DD. num valeat renunciari præventioni, quia scilicèt iuri de futuro non potest renunciari, at verò postea si præventio fieret ex causa satisfactionis, vel ex alia superveniente, quòd ius futurum simplici renunciatione non potest tolli; & occurritur rationi hæsitandi, quod scilicet regula illa, quod iuri de futuro non potest renunciari, vendicet locum in simplici renunciatione, quæ fulcitur solo consensu renunciantis, non autem in renunciatione facta per pactum, quod duorum consensu pendet, vel quando renunciatio niteretur solo consensu renunciantis, fuerit tamen confirmata iuramento, ita in puncto docet *Carav. in cit. 168. num. 1. vers. quæro primo*, & melius per *Anich. de prævent. cap. 7. q. 1. nu. 26. & 28. ex l. pactum 47. ff. de pactis*, cum alijs relatis à *Glos.* verbo, *cum liceat*, & ponit casus singulares, in quibus non potest per pactum renunciari iuri futuro, vel acquisito, ac dixit in fine, esse ex peculiaribus rationibus, quæ possent in unoquoque assignari, quod dictum est supra. Videndi *Gratian. discept. forens. 864. num. 5. Guttier. de juram. confirm. p. 1. cap. 25 num. 1.* At in specie, de qua agebatur, renunciatio præventionis fuit facta inter duos, scilicet inter præfatos Sanctorem, & Franciscum: & proindè non erat simplex renunciatio. Accedebat, quod præventiò fuit ex casu non numeratæ pecuniæ, quod quidem non erat ius de futuro, sed de præterito, vel competens tempore renunciationis, quod equidem potest renunciari simplici renunciatione, *Bologuet. in l. 1. C. de pact. num. 59. & 76. Gallerat. de renunc. lib. 4. cap. 3. num. 47. Anichin. d. cap. 7. n. 29.*

Cæterùm nonnulla de foriudicationis, foriudicatorum, banni, ac bannitorum materia liceat adnotare, siquidem in aliis regionibus ad foriudicationis sententiam procedimus pro omni crimine gravi, ut sub *num. 4.* deducitur ex *Fari-*
7 *nac. in qu. 11.* vbi de modo procedendi contra contumaces in Vrbe. Et in nostro Regno, licèt per prius ex *citat. cap. Regni*, incipit, *sive quis*, fuisset sublata magna hæsitatio, ut inquit *Isern. in princ. consti. pœnam eorum*, an ex omni crimine foriudicatio ferri valuisset: & fuisset statutum, non nisi in quibus esset pœna mortis naturalis deportationis, vel membri abscisionis, aut carceris perpetui, cum omnes illæ pœnæ non nisi pro immani delicto imponantur; pœnam enim mortis nemo est, qui in sciat gravissimum supponere crimen, & eam per leges iustas imponi posse, ostendit *Fortun. Gars. de ultim. finib. iur. can. & civil. num. 168.* ut in *l. Cornelia, de sicarijs*, quamvis ibi ambigatur, an iusta fuisset sanctio, in qua permittitur patri, & marito adulteraotem occidere filiam, vel vxorem; Et vitam adimi iubent iudices, aliquando gladio, aliquando laqueis, bestiis non raro subijciendo, vel etiam culeo, de quibus per *Placent. de accus. tit. 7. à nu. 15.* & si quis scire cupiat enumeratos casus, in quibus pœna mortis imponitur, videat *Bald. in l. data opera*, ex illa lege, *num 9. C. de his, qui accus. poss.* ad quem pro illis casibus se remittit *Far. q. 20.* in qua ipsemet multos enumerat, & dicit, *Bonif. tit. de malefic.* septuaginta septem recensere casus, & *Fab. à Monselon. in sua pract. arbitr.* septuaginta enumerasse, & alios fere adduci per *Guidon. Pap. Galic. Iul. Ferret. Petrum à Plaz. & Clar.* in locis ibi citatis. *Guil. Boekelij disquis. 6. per tot.*

Item deportationis pœna, quæ antiquitùs à Romanis pro enormissimis imponebatur sceleribus, condemnatos iure Civitatis Romanæ destituebat: & proindè deportati Apolides dicebantur, *l. 1. de leg. 3.* quàm refert *Aequin. Baron. de divid. & individ. c. 11. num. 7.* hoc est *ab A.* quod sonat sine, & *Polis*, idest Civitas, ut explicat *Alber. de Ros. de statut. q. 68. num. 7.*
8 & de differentiis inter hanc pœnam, & illam relegationis, loquitur *Conrad. Lancell. in Breviario in tit. de cantum. & Bann. num. 27. & 29.* illumque recenset *Farinac. q. 19. num. 15.* & an sit minor pœna damnationis in metallum sub *num. 14.* & quod hæ pœnæ in desuetudinem abierunt, in earumque locum successisse triremium pœnam, & an deportatis banniti assimilentur, & de effectu, & vtilitate huius quæstionis ibidem per *Farinac. sub nu. 15.* sed quod hodiè, loco pœnæ deportationis, successerit pœna arbitraria, vel relegationis in insulam: &

loco

loco pœnæ damoationis in metallum, pœna triremium, habes per Io. Ant. de Nigris in cap. idem prædicti Ammirati, num. 4. Ant. Capyc. decis. 193. & Gram. vot. 19. num. 10. & ibi à Jo. Anton. de Nigris multa circa condemnatos in Galea, ut ipse loquitur, habes.

Prout de membri abscissione idem est dicendum, quam ultimo supplicio comparari, habetur, ex §. prohibemus, in auth. de collat. & Alber. in l. imperium col. 5. vers. item quæro, de jurisd. omn. jud. intelligit de membro priocipali, non autem videlicet de amputatione auriculæ, seù digiti, quia abscissio auriculæ æquiparatur doloribus auris, & dentium, l. ob quæ vitia, §. fin. de Aedil. edic. ibi: levis dentis, auriculave dolor, & in digito consideratur, quod ipse non est membrum, sed membri officio fungitur, l. non sunt liberi, de stat. homin., Cavalc. de brach. Reg. p. 4. sub num. 152. lit. P. Baron. in add. ad tract. de corpor. ejusque par. tom. 2. ad tit. de memb. ac num. 78. num. 23. & propterea talium amputationem dicit, ex Odd. & Gul. de Cun. esse levem pænam. At Dec. in d. l. imperium, etiam si non putet auriculæ, & digiti obtruncationem esse levem, sed nimis grandem castigationem, quandoquidem levis dicitur in verberibus, & prout consideratur in patre erga filium, & magistro cum discipulo, respectu quorum levis debet esse castigatio, l. sed, & quamq; §. fin. ad l. aquil. in l. item quæritur, eod. tit. & de ista pœna membri abscissionis habes etiam penès Io. Ant. de Nigris in c. si inst. à num. 41. ubi discrimeo docet inter pœnam mutilationis, & abscissionis membri n. 42. quod q; licèt morti naturali æquipåretur, non tamen dicitur pœna capitalis, ut ibidem sub num. 44. ubi multa monita tradit advocatis circa torturæ illationem per iudices faciendam: & an tempore ff. cognita hæc pœna fuisset, & num capitalis dicatur, & quando locum habeat, vide Hieron. Muscor. de jurisd. & imperat. num. 58. & si pro crimine est membrum abscindendum, intelligitur de manus abscissione, Placent. de accus. tit. 7. n. 28.

Et tandem idem est dicendum de pœna perpetui carceris, quæ & acerrima dicitur, eamq; morti æquipari, dixit Conrad. Brun. de haret. cap. 12. nu. o. gravissimum siquidem est, hominem auræ communis haustu privari, l. omnes, C. de pæn. & propterea non nisi pro gravissimis delictis esse imponendum, subiungit: ibique etiam tradit, quod de iure civili carcer non ad pœnam, sed ad custodiam datur, ut sub nu. 2. secùs vero de iure canonico, per quod, & ad pœnam, & custodiam infligitur, cap. quamvis de pæn. lib. 6. & cap. tua, de pœnis, & quotuplex sit carcer, vide Iacob. de S. Georg. de feud. in verbo, cum mero, & misto imp. num. 3.

Licet, inquam, per mem. c. sive quis, fuisset statutum, ut in prædictis pœnis foriudicatio fe-
9 ri valeat; attamen hodierna tempestate nonnisi quando pœna mortis naturalis infligitur, ad foriudicationis sententiam devenitur, quod docuit D. Reg. Rovit. in rubr. de sententia foriudicationis, num. 36. nec non, talia præcedere debere indicia, quæ ad torturam essent sufficientia, reiecta Affl. opinione in cit. const. pœnam eorum, num. 20. ubi voluit solam sufficere contumaciam, quasi quod sola contumacia sit ad torturam indicium satis, superque sufficiens, & Roviti altam insequuntur Grazar. dec. 13. & Capyc. Latro dec. 161. num. 13. lib. 2. Scial. de foriudic. cap. 4. Campan. de forind. resol. 15. num. 1. Consil. Rocc. de offic. tit. de mod proced. §. 14. n. 116. Luc. ad Franch. dec. 688. ex num. 8. advertens num. 9. subitò, ex abrupto, ac processu informativo, restricto anni termioe, non posse procedi ad foriudicationem ex contumacia cum indiciis ad torturam, nisi delictum sit indubitatè probatum ex Capibl. de Baron. tom. 2. cap. 52. ex num. 15. & eiusdem Rovit. effatum, quod nonnisi in pœnam mortis foriudicatio fiat ratum habuit S.C. apud Grazar. in mem. decis. 13. & ante eum Reg Tap. in d. cap. sive quis, fol. 287. notans, non esse aliquod Regni ius hoc determinaos: sed fuisse decisionem duarum aularum, ut in decisione ipsiusmet D. Reg. Tap. 49. ubi de Grazar. scito mentiooem facit, & memores sunt Reg. de Ponte de potest. Proreg. rubr. de provis. fieri fol. §. 4. num. 47. Molfes. consuet. Neapol. par. 4. qu. 47. Thor. in compend. dec. par. 1. verb. foriudicatus, Borrel. par. 2. summ. decis. tit. 30. num. 264. memor Carav. in hoc rit. Jo: Franc. Capiblanc. singul. 46. in tract. de baron. Scial. de forind. cap. 3. ex num. 1. Consil. Prat. resp. crimin. 1. ex num. 2. & repetit pract. obser. 11. à num. 3. ex Carav. in hoc ritu, ac iterùm cap. 28. à n. 1. discept. forens. lib. 1. Novár. dec. Apul. 18. & de gravam vasal. tom. 3 grav. 9. num. 19. & grav. 50. num. 14. Consil. Rocc. de offic. tit. de mod. proced. n. 115. D. Maiorana in op. prax. crimin. cap. 12. n. 73. & 81. Chartam haud magis, quam par est, contexendam puto quarè sat erit; licèt dubitandi remaoeret locus, num S.C. dispositionem d. cap. sive quis, restringere potuisset: cum solius Principis sit; ea, quæ per iura sunt disposita, limitare, ampliare, & tollere, ut notatur in l. princeps, de leg. & l. digna vox, C. eod. tit. tamen circa hoc quæsitum alibi dicam fusissimè.

Non tamen reticendum duco, qua de causa S. C.
10 ad hoc determinandum motum fuit, quam iustissimam fuisse, censendum est; nam cum in sententia foriudicationis dicatur, ut impunè foriudicatus offendi possit, quæ verba apponebantur tàm in foriudicato pro causa, ex qua mortis pœna erat plectendus, quam in causis, io quibus pœna mortis puniendus non erat, sed civilis, deportationis, vel membri abscissionis, ut dictum est, eveniebat, quod capere volentes foriudicatum de delictis, pro quibus pœna mortis non infligebatur, ipsum vulnerabant: putantes illum impunè offendere posse ex permissione in sententia foriudicationis contenta, & ex illis vulneribus mors sequebatur, (quia vulnera non ad mensuram dantur, Jul. Clar. prax. crim. q. 89. num. 5. Farinac. pract. crim. qu. 135. par. 4 ex nu. 151. Giurb. cons. crim. 46. num. 21.) & propterea si quis aliquem vulnerari, sed non occidi, iubet: si ex illo vulnere mors sequatur, decisum vidi, eum de occiso teneri, quia cogitare debebat, ex vulnere facillimè mortem sequi potuisse, ut concludit

Farinac.de consul,& q.and qu.35.par.4.n.168. per multas columnas, non obstantibus in contrarium adductis per *Dec. consf.*482. cum aliis, *n.*170.relatis; & præcipuè hoc ampliando, dicit: etiam si expressè cavisset, nè illum occideret, quia mandatarius in suis manibus stateram non habebat, ut mortalia, & non mortalia ponderaret; Et regula, quæ dicit, mandantem non teneri, quando mandatarius fines mandati excessit, *l.cum mandati,C.mand & in cap. significavit,de pan.& rem.* vel saltem minori pœna, *cap.fin.de homic.in* 6. tamen non habet locum in mandante vulnera, ex rationibus suprà adductis. Et propterea ad istud vitandum inconveniens, quia multoties foriudicatum occidi contingebat, qui interfici non merebatur; cum pœna sit commensuranda delicto, & non in plus puniri, quam in illa, in qua cadebat, si per curiam captus fuisset, ut ex optimè considerata per optimum eiusdem *Regentis Tap.* genitorem *in d.cap.sive quis*, necnon eum puniri oportebat, qui putans per foriudicationis sententiam sibi, illum offendere, fuisse permissum, eum occiderat, ideò meritò fuisse interpretatum, ut nonnisi in casibus pœnam mortis irrogantibus, dictam *const penam eorum*, fuisse loquutam.

Licèt, attentis verbis sententiæ proferentis, talem foriudicatum impunè offendi posse, DD. dixerunt, eundem occidi posse, cùm verbum, *offendi*, etiam occisionem includit; & delictum, quod non erat capitale, fit propter contumaciam capitale: & plus in executione, quam in sententia venit, & hanc opinionem communiter sustineri in *praxi* fundat *Nell.in* 2.*par.*2.*temp.num.* 7. ubi ex utraque parte arguendo, & pro utraque sententia acerrimè propugnantes auctoritates adducens: statuit, sic servari; & ad argumenta, quæ in contrarium adducit, quod occidi non possit, respondet suprà *num.*8. habere locum in iis, in quibus iuris ordine procedituri non autem in iis, quæ extrà ordinem fiunt, in quibus ex contumacia pœnam augere licèt, *l. decurionum,C.de pæn.* propterea, quæ considerabat genitor *Reg. Tap.* per ipsum adducta in dicto *cap.sivè quis*, minimè obstabant; & consequentèr sicuti DD. magis communiter, & in practica servari dixerunt: quòd stante statuto, seù sententia quod possit impunè offendi, poterit quoque occidi, non obstante, quod pro delicto pœnam mortis non insligente condemnatus fuisset; ita etiam S.C. eandem sequi opinionem & practicam poterat, de qua in *dict qu.* per *Nell.* tractata, sed quia *Luc.de Penna*, noster regnicola *in d.cap.sivè quis,d.nu.*7. dubitando, an foriudicatus pro delicto citrà pœnam mortis, possit impunè occidi: & strenuè arguendo pro parte affirmativa, adducit tria argumenta: quorum ultimum est de contumacia, atque iudicia contemptus consideratus per *dict. const. pænam eorum*, posteà tandem ferè in oppositam fuit sententiam sub *num.*11. *usque ad num.*14. exclusivè per nonnullas rationes quas reassumit *Giurar.in d.decis.*13. *num* 3. & antè ipsum ibi *Io. Antonius de Nigris.in suis addit.num.*25. ubi recenset casum de quodam imperito iudice, qui contumacem de vulnusculo foriudicavit, atque ad mortem damnavit, & sic fuisse decisum dicit, & sententiam non exequutam; Ideò meritò S. C. opinioni præfati *Lucæ de Penna* adhærere potuit, & debuit; cùm S.C. opiniones veriores, quamvis de iuris rigore non ita subsistentes, sectari consueverit, teste *de Franch. dec.*52.*num.*13. & tantò magis, quia re vera præfata *const.pænam eorum*, in hoc solùm casu fuisse alloquutam, demonstrant clara ipsius *const.* verba; in quibus tunc demùm impunè ab omnibus offendi sanciunt; quandu dixit, foriudicatum, quo ad omnia haberi pro mortuo, & uti hostem publicum, ut sub *l.p.* co, subiungens, non modò eius occisorem non esse pœna plectendum, sed præmio honorandum, & sic cessare poterat id, quod dixit *Isern. in princ.illius const.* vigore prædicti *cap. sivè quis*, magnum fuisset sublatum dubium, quod oriri poterat, de quo crimine præfata *const.* intelligebat; nam supradicta præfata verba, dilucidè demonstrabant de ipso crimine intellexisse, quod mortis pœnam irrogabat. Quinimò dum in præfata *constit* dicitur, ipsum foriudicatum pro mortuo, atque pro hoste publico haberi: non opus erat in *const.* dicere, quod impunè occidi posset, cum idem sit esse in actu, vel in habitu mortuum, quando lex expressè hoc dicit; & sic quando occiditur, lex ipsum tunc fuisse occisum non fingit, sed tempore præfatæ sententiæ; quia quando potentia ad actum deducitur, non est quid novum inductum, ut per *Afflict. in d.const.pænam eorum,num.*71. ubi has omnes propositiones adducit; & iuribus fretus, quibus suum innititur effatum, prout quoque hostis publicus occidi potest, *l.*3.*§ fin.ff.ad l.Cor. de sic.* cum aliis ibi quoque ab *Afflict.* adductis sub *num.*72. sed noster prudentissimus legislator in prædicta *constit.* non dispositivam facit sanctionem, nempè foriudicatum occidi posse: sed potiùs præcedentium verborum declarationem facit; in quibus cum disponendo dixerat, eum pro mortuo, & tamquam hostem publicum habendum, subiungit adeò, quod si ipsum occiderit aliquis, nullam prôindè calumniam vereatur, sed premium à gratia Serenitatis nostræ expectet.

Sed curiosè investigari potest, cur annum, & non
11 minus, vel maius tempus voluerit nostra Regni Constitutio, ut proscribi, & foriudicari quis possit; & annus intelligitur prorsùs esse plus, si effluxerint dies tercentum sexaginta quinque, *l.*4.*§ sictus, ff.de liat. lib.* qui annus naturalis, solar, sivè nominatur, *Tiraq.de retract. lignag.§.*1.*Glos.*10.*num.*2 ubi aliud dicit de anno civili, quem sibi gentes ad libitum constituerunt, de quo sub *num.*1.& post eum per *Luc. Girald.de ann. & mensib*, necnon *Antonel. de tempore legal.lib.*1.*c.*3.*num.*6.& per ipsummet *Tiraq.* nostræ curiositatis dubium resolutum habemus; nàm cum ad reprehendam rem ven di tam fuisset ex illa ibi *const.* statutus annus, & dies qui dies ultrà annum quare fuisset adiectus, dicit in *Glos. seq.*11. *num.*17. ubi latissimè de duobus habebis; primo quomodò dies accipiatur, & de discrimine inter diem naturalem, & ci-

& civilem: & alia, quæ illis conferunt à *nu.* 1. *usque ad d. num.* 17. secundò, an dies termini computetur in termino, exponit ipse *Tiraq.* in 12 *Gl.* 10. multa de isto termino anni, dicens quod eum annus includat dies, & menses: competens dicitur, atque omnibus agendis rebus aptum, & sufficiens tempus, *l. fortissimi, Cod. de erog. milit. ann. lib.* 12. à quo *tex.* nonnullos id desumpsisse dicit, & inter alios illum *tex.* ad hoc allegat *Quint. Mandos in tract. annalis casus, nu.* 6. ex verbis illius ibi, *aut certo competenti tempore, idest priusquam annus labatur*, à quo *tex.* haud discrepare videtur *tex. in l.* 1. *§. largius* ibi: *placuit ei præstitui annuum scilicet ita moderatè, & c. de succes. edic.* ibique auctoritatem S. Scripturæ *Exodi c.* 23. *in fin.* adducit ponentem annum pro competenti termino ita quod si tempus indeterminatum fuerit appositum, pro anno intelligatur, subjungit sub *num.* 7. adducens nedum *Bald. in l. usura, C. de usur.* quem etiam ad hoc ibidem adduxerat *Tiraq.* sed etiam *text. in Daniel.* 13. ubi cum dicatur, quod Antichristus regnabit in tempus, & tempora: & dimidium temporis, exponunt plerique idest per tres annos, & dimidium, ut per *Glos. & Bald. in d. l. usura*, quemadmodum idem putat dicendum, si promissio de solvendo in tribus terminis fuerit facta, ut in tribus annis intelligi debeat: & sic quilibet terminus pro uno anno accipiatur, *Bart. in l. si legatum, in* 4. *notab. ff. de ann. leg* quem sequi ostendit *Alber. Brun. de rebus fit ù dispos. dub. in disposit. circa tempus, vers. aliquando dubia dispositio*, sed de *Bald. & Glos.* dicto *in d. l. usura*, videas meliùs se explicantem *Tiraq. de retract. convent. §.* 1. *Gl.* 2. *num.* 4. ubi se remiserat in dicto *tract. de retract. lignag. §.* 1. *Glos.* 10. *num.* 7. ibique etiam subiungens, quod anni tempus longum moram significat, quod hyperbolicè per anni expressionem fuisse à *Teren. in Heautont. Nostin mores mulierum dum moliuntur, dum comuntur, annus est*: quem *Terent.* versum etiam allegat *Mant. ibidem num.* 9. addens duo alia Horatii loca ad demonstrandum, quod annus dicatur terminus longus, seù multum tempus, & ante eum id animadvertisse *Oldendorp. var. loc. tom.* 2. *par.* 160. & in *tract. de usucap. & præscript. tit. de bor. dit. & mens. num.* in hioc in Adagio: *anna senior fit*, de quo per *Manut. pag.* (mihi) 1355. & *Lilium Girald. de ann. & mens. fol.* (mihi) 548. *num.* 30, annum interdùm pro longo temporis spatio desumi, versum græcum comici poetæ adducens pro longa, & diuturna mora, prout diuturnum denotare tempus, & dictionem *diù* annum significare, dixit ibidem *Mand. sub. n.* 9. *vers. item, ut annus* ex *Glos. in l. si cum fideicom. missa, in vers. decennia, ff. qui, & à quibus*, arg. *text. in d. §. largius, & l. fin.* ibi, *& diù negotium tractum est.* ubi *Glos. in vers. diù, ff. de re iud.* & è conversò intra annum tempus velox esse, dixit ex *text. in authen. de rest. & ea, qua par. in und. mens.* licèt non semper omne infrà anni tempus dicatur velox, sed secundum subiectam materiam; sicuti non nunquam annus pro brevi quodam tempore dixerat ibidem *Tiraq. num.* 7. ex *tex. Isaia* 16. at ut plurimùm pro multo tempore, multamque redarguere moram, probant infiniti casus sub annalibus præscriptionibus adhibitis, de quibus intelligere voluit ibidem *Tiraq. num.* 6. arrepta occasione à *Bald. in c.* 1. *§. porrò, Qualit. olim feud. pot. alien.* quem dicentem, reperiri in nullo alio loco, nisi ibi *tex.* de anno loquentem, intelligit, ipsum benè dicere in illo casu, secùs in aliis; & proindè infinita de annali præscriptione iura adducit, cum nonnullis DD. de ea loquentibus, & quod annus non dicatur brevis terminus, nec longior æquo, ex *Bal. cons.* 470. *num.* 2. *vol.* 1. *& Sard. dec.* 226. notat *Antonel. de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 30. *num* 5.

Hinc ex anni cursu nimiam arguisse semper legislatores negligentiam, moramque proindè longam, & pertinacem contumaciam, videre est ex infrascriptis, casibus, quos DD. passim recensent, & præcipuè *Mandos. in d. tract. annal. cursus*, in quo *sub num.* 89. notandum, & hic inferendum putavi, dictum; quod si Dominus alicuius loci ab Ecclesiastico, ut illum locum ab hæreticis purget, requisitus fuerit; & ille Dominus per annum negligit, quod ille locus à Catholicis occupandus concedi possit *auth. si verò dominus, C. de haret.* quam doctrinam facere, dicit, contra insulam Angliæ, quæ à Catholicis occupanda concedi deberet, ex incuria, & negligentia Regum illam insulam hæreticis purgare negligentium; est à Catholicorum consortio illa segregata insula; in qua legitur, Sanctissimum Apostolorum Principem legem Christi in primis inseruisse, infitamque irrigasse; quod quidem sicuti deplorandum est, ità è conversò laudandi, summisque decorandi sunt laudibus nostri Austriaci Reges, qui in eorum Regnis, ne dùm Judæos, vel Saracenos versari oderunt, sed etiam cum hæresis, vel alterius legis à nostra religione abhorrentis, suspicio extiterit extinguunt, prout de Mauris; sic in Hispania illi, qui ex debellatis Mauris ibi remansis descenderunt, appellantur; illos namque ad centenos millia suprà numerum ascendentes Moriscos eiecit tèr Maximus Philippus II. lucrum negligens ob Catholicæ fidei zelum, quod ex illorum ibi domicilio Regio sui ærario, totique Hispaniæ erat; experientia namque docebat, evidentèrque constabat Hæbraicos, atque Saracenos illos ritus, quos eorum ascendentes falsò lervabant, posteros adhuc non dereliquisse; & proindè, ne Catholica Regna ex vesana, ipsorumque perfida fide coinquinarentur, eos expellere placuit; *morbida facta pecus totum corrumpit ovile*, quem versum usurpat *Affl. in const. qua passim*, ex notab. *tex. in l. Julianus, in princ.* 14 *de act. empt.* Hinc in aliquibus Hispaniæ Ecclesiis statuta emanavere auctoritate etiam Apostolica confirmata; ut nemo ex Saracenis, vel Hæbreis ducens originem, possit ad beneficiorum Ecclesiasticorum consequutionem aspirare, ut dicit *Alph. de Haird. de benefic. incompatib. cap.* 23. ubi de illorum validitate per 150. *num.* latissimè disserit, quorum argumenta latis sunt concinna pro laudanda, atque approbanda illa Moriscorum eiectione; non obstan-

exstante, quod forsan inter tot, tantosque ex illis eiectis aliqui nostram Catholicam fidem verè sectantes, adfuissent; nam Princeps ex causa publicæ utilitatis propter alterius delictum, non delinquentes punire potest, ut sub *num.21.*ex *Bart. Bald. Ang. Calcan. Imol. Jas. Aut b. Soc. Jo. de Anan. Alber. Marf. Fal. Roc. de Curt. Domin. & Alex.* in locis ibi collectis firmat, & undè maior publica redundet utilitas, nisi in Catholicæ fidei cura, & imbolluta observantia, ubi enim sana fides non est, non potest esse iustitia, quia iustus ex fide vivit; neque schismatici aliquid sibi ex ista mercede promittant, quia similitèr ubi charitas non est, non potest esse iustitia; dilectio enim proximi mala non operatur, quam si hæretici haberent, non dilaniarent corpus Christi, quod est Ecclesia Catholica, ut per hæc verba *August. lib. 1. de Trinit.* monet. Et proindè licet ex eis nonnulli actu culpabiles reperti non fuissent; tamen ex suspicione, quia, *sæpè solet similis filius esse patri*, quem versum laudat *Glos. in l. quisquis,* in verb. *in quibus, C. ad l. Iul. Maiest.* meritò in eorum descendentes procedi potuit, ut dicit ibidem *Heied. num.* 126. à quo multa perbellè ad hoc collecta habes.

Præterea in anno, ut aliud referam exemplum de annalis contumaciæ mora, si excommunicatus tàm pro causa civili, quàm criminali, pertinaciter in excommunicatione permanserit; ac dùm convictus de eo crimine, de quo inquisitus fuerat, censetur, per *Gl. & Abb. in cap. contingit, de dol. & contumacia,* & per alios, superiùs per *Mand.* relatos sub *num.* 90. sed etiam pro hæretico damnatur, *cap. quinque infrà annum 11. qu. 3. cap. cum contumacia, de haret. lib. 6.* & quod tanquam de hæresi suspectum contra eum procedi possit, adducit *cap. 3. de reformation. sess. 25. in Concil. Trident.* & rationem, cur de hæresi suspectus esse videatur, dicit colligi ex *Abb. & Franc. in locis ibi citat.* per tantum enim temporis excommunicationem contempsisse videtur; & si de hæresi inquisitus contumax per annum comparere neglexerit, eius confiscentur bona; licèt si postea comparendo suam plenè demonstraverit innocentiam, ea recuperat bona; prout etiam si iusto impedimento impeditum fuisse, docuerit; *l. 1. & ult. de req. reis, l. 2. C. eod. tit. l. qui commeat. ff. de re milit. & l. 7. ff. si quis caut.* ac largiùs docet *Joan. Simanca de cath. instit. tit. 45. n. 17. & in fine,* ibique *Mand.* multa alia circa hæreticos in annum contumaciter insordescentes, à quibus inhabilitati censeantur, edocet, & per ipsum *Simanc. ibidem tit. 13. num. 3.* habetur, quod annus à die contumaciæ est intelligendus continuus, non utilis, aut intermissus, nisi in aliquo alio casu aliud fuerit statutum, *l. non solùm, §. annus, ff. de excus. tutor. Glos. in rubr. de variis, & extraord. cognit. Lap. Io. And. Domin. & Franc. in cap. cum contumacia, de haret. lib. 6.* etiam quod fimus in pœnalibus, ostendit *Bart. Tagii in tract. crimin. par. 16. num. 36.* ex *Glo. in l. 1. C. de divers. & tempor. præscription. & Ortan. in cap. quoniam,* in verb. *dilationes, col. 3. de probat. &* supra *num. 3.* sic exemplificavit in actione iniuriarum; quæ integro anno durat; dicens, continuum esse debere, atque etiam ignoranti currere; & an tempus ignoranti currat; videas latissimè penès *Tiraqu. de retract. lignag. §. 35. gl. 4.* idemq; esse in casu *l. querelam, C. de falsis, Alex. in l. fin. C. de dolo, Bald. Salycet. Alex. & Dec. in l. quamdiu, C. qui admitti,* & ferè in propriis terminis tradit *Bald. Perus. de statut. vers. terminus, num. 4.* dicens, quod ex quo in comparendo strepitus iudiciorum non requiritur, computabuntur omnes feriales dies, alia festa etiam octavum, licet de consuetudine octava, sicuti alii dies festivi colantur, & dicit esse videndum *Io. Monac. in cap. cupientes in Gl. sed opponentes. de elect. lib. 6. & Bald. in l. cum non eo dit, Cod. quand. pro voc. non est.* Et annum esse duplicem, continuum, & utilem, quodq; continuus sit, in quo dies ad momentum computentur, nullis agendi obstaculis interim exceptis. ut in usucapione, *l. namque, § prima. ff. de usur. capion.* utilis autem annus constiat ex eo tempore, quo licet agere, *l. 1. ff. de divers. & tempor. præscript.* tradit, & sunt eius formalia verba *Oldendorp. in tract. de usucap. & præscript. d. tit. de hor. dieb. & mens. num. 9.* subiungens, hanc differentiam hodiè etiam esse in usu, præterquam in integrum restitutione.

Sed hoc anni spatium nunquam per iudicis decretum protractum vidi, licèt tacitè prorogatum reddant iudices, & ii, ad quos spectat, dùm à proscribendi sententia se abstinent; & Deus scit, quibus ex causis; imò neque per Proreges prorogatum, neque supersederi mandatum, aud vi, abbreviatum tamen per Excellent. vidi; & multi sunt casus in diversis Pragmaticis editi, in quibus illa delicta committentes, infrà brevissimum tempus foriudicantur: ut est in crimine homicidii cum ictu sclopi, vulgò scoppictæ, in quo tempus foriudicationis est quindecim dierum, & deinde ex istius criminis frequentia est apposita etiam pœna ducatorum mille, ex *prag. 4. de ictu scoppicti. Sanfel. dec. 277. Prat. respons. crim. 43. Altimare de nullit. rub. 4. quæst 9. num. 31.* & adest pragmat. Excell. D. Petri ab Aragona sub die 17. April in 1669. de qua meminit *D. Maiorana in apopraxi crim. cap. 10. num. 39. & cap. 13. ex num. 33.* alios recensens crimina, in quibus coarctatur tempus, quæ pœna ducatorum mille an per Baronem illius loci, in quo delictum est commissum, sit exigenda, in dubium revocatum vidi, cum ex *dicta pragm.* hoc non sanciatur, & proinde illi Curiæ applicandam esse illam pœnam, quæ super illo crimine cognitionem habet, censeo.

Dixi, nunquam vidisse per iudicis decretum hoc anni tempus prorogatum, quia huiusmodi ferè similem quæstionem tangendo *Bald. de Perus. in d. tract. de statut.* in verb. *terminus, à n. 1.* hanc videtur tenere opinionem, ut nec minuere iudex, nec prorogare possit, rationibus ab ipso adductis, & subintrant postea quæstiones de finiendis causis infrà determinatum tempus; an per iudicem, illo termino elapso, illæ terminari possint; & inter alias distinctiones, circa temporis prorogationem, adducit illam, quam etiam

etiam refert *Io. Guti. in d. tit. de actib. iur. cap. 5. n. 14.* & quam dicit esse communem, ut si tempus legale favore partis fuerit appositum, quod tunc prorogari per ipsas partes possit: si verò iurisdictioni, & iudici fuerit appositum, ut isto casu nequeat; & loquitur in quæstione, an in- sta otiæ terminus per partes prorogari possit; de quo vide etiam penès *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. d. glos. 10. num. 3.* in hoc etiam ineuntem ex opinione illorum, qui per hoc exemplum putabant, partes terminum in retractu lignag. à consuetudine appositum prorogare non posse; sed quamvis ipse putem, talia exempla ad quæsiti de prorogatione anni ad foriudicandum appositi adaptari, tamèn progredi omitto.

Foriudicati verò licèt in nostro vulgari idiomate, etiam forasciti vocentur, & ita ex allusione vocabuli idem importare, & significare videntur; cum foriudicatus dicatur, quasi foris omnem aditum iudicii constitutus, ut eruitur ex *const. pœnam eorum*, & forajudo, seù forasciutus est nomen compositum, à dictione *foras*, seù *fuora*, & *ydo*, seù *uscita* in Hispanico, & Italico idiomate, quod in utroque sermone compositum sonat forasitum, ideſt extra iudicii aditum positus.

Et in *vocabulario Hispanica* edito à *Laurentio Francosina* ponitur in Hispano vocabulo *foragido*, quod valet Italicè, *fuorascita, bannita*, & consequenter illa verba *bannita*, & *furascito*, sunt synonima, & in eadem accipiuntur significatione; quamvis ex communi, & vulgari interpretatione banniti, & forasciti significantur illæ personæ, quæ per campaneam grassantes, vitam, & bona itinerantibus adimunt, quietum, ac pacificum vivere perturbantes; de quibus in multis pragmaticis nostri Regni plures editæ sunt sanctiones; isti tamen differunt ab illis bannitis, de quibus tractatum edidit *Jacobus de Aren. tract. tom. 11. par. 1. fol. 355.* & *Nellus de S. Geminiano tract. cit. tom. 1. par. 1. pag. 357. Bartol Hyppol. de Marsil. Arismintus Tepat. dec tit. 380. Gravett. cons. 945. & 941. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 162. Cavall. qu. 789.* & de quibus DD. passim intelligunt, dum de bannitis loquuntur. Illi enim banniti, de quibus per dictos DD. sunt, qui definitivè in banno ponuntur, vigore statutorum; quibus cavetur, in criminalibus contra contumaces ad definitivam sententiam perveniri posse, & quod contumaces pro confessis habeantur, atque in banno pro illa pœna ponantur, qua si fuissent præsentes, plecterentur; & si eos capi contigerit pœna banni, perquam brevissimè exequutioni demandanda, ut declarat *Nell. in d. tract. in prælud. 2. col. vers. quandoque diffinitivè ponuntur.* In qua declaratione advertendum censeo in illis verbis (vigore statutorum;) nàm aliter de iure communi contra absentes à pœnis supra relegationẽ, neq; fertur sententia, neq; pro cõfesso ipse absens habetur, apud *Farin. in q. 11. n. 3. in 3. præmisso de inquisit.* ubi laudat *l. propterand. §. si quis, de ind. Bar.* & cæteros, quos, etiam post alios, refert *Flam. Chartar. cap. 1. num. 2. in tractat. de exequen. sentent. capt. bann.* & talia statuta, imò generalem esse in Italia consuetudinem condemnandi absentes, atque illos habendi pro confessis, atque convictis, illamque consuetudinem validam comprobat ibidem *in vers. contrarium tamen* ex multis, suo more post *Chart. in d. cap. 1. num. 2.* ita quod pro quocumque gravi crimine contra inquisitos procedi, & ex contumacia pro confessis haberi, banniri, & ad mortem etiam, ac ad bonorum publicationem condemnari per omnes Italiæ curias, ex DD. quos ibi laudat, potissimùm ex *Ignea in l. lege Cornelia, nu. 3. ff. ad Syll. & Gugl. de Bened. in c. Raynutius, vers. mortuo itaque testatore, in 2 par. n. 158. de testam.* qui de consuetudine Franciæ, & *Ant. Gomes. l. 76. Taur. n. 8.* qui de illa Hispaniæ, & esse notum omnibus criminalistis, dicit *Iul. Clar. § fin. q. 44. vers. licèt autem*, & *Chartar. d. cap. 1. ex n. 9. Theming. vol. 1. cons. 13. Georg. Everh. vol. 2. cons. 17.* & in nostro Neapolitano Regno adest memorata *constit. pœnam eorum*, quæ in viridi est observantia, ut passim ad foriudicationis sententiam perveniatur; his tamen discriminibus cum aliis statutis, & consuetudinibus, ut ad foriudicationis sententiam non deveniatur, nisi elapso anno à die annotationis bonorum, seù proscriptionis,

13 seù banni; & licèt in M. C. V. annus currere incipiat à die ultimæ contumaciæ contractæ ex citatione ad informandum, & ad capitula, sicuti aliquos processus vidi, in quibus ex sola contumacia absque forbanno, & annotatione ad foriudicationis sententiam fuit deventum; mihique dixerunt, tam bonorum annotationẽ, quàm forbannum non esse amplius in usu: tamen in aliis Regni Curiis inevitabilitèr observari *const. grandis utilitas*, & *const. pœnam eorum*, edisseent latissimè *Isern. in eadem constit.* notat *D. Maiorana in sua praxi crim. cap. 12. n. 6.* ac dixi in antecedenti *rit 269. sub num. 29. vers. hinc bannum, Ricc. collect. decis. 1401. vers. animadvertat, Danz. de pugn. DD. lib. 1. tit. de forindic. cap. 1. nu 4. Novar. lib. 3. de gravam. vasall. lib. 3. grav. 9. & dec. Apul. 33. Scial. in prax. forindic. cap. 9. num. 9. & cap. 10. nu. 2. Thor. cas. 13. in C. & videndi, Dom. Consil. Rocc. lib. 2 respons. 92. Rasa in florileg. concl. 9. Consil. Carleval. de iudic. tom. 1. disp. 2 num 754.* Et si diceretur, quarè ergò fuit in *decis. D. de Franch. 515* in dubium revocatum, an à die annotationis, vel à die banni currere incipiat annus, si absque annotatione, & banno, ad foriudicationis procedetur sententiam? responderi potest, ipsam *dec.* fuisse factam in casu foriudicationis extrà Neapolim; nam intus Civitatem, neque bannum, neque annotatio est in usu, & à die contumaciæ currit annus; vel, & secundò responderi potest, talem forsan consuetudinem cœpisse post factam præfatam decisionem, & sic de ista consuetudine, & stylo intùs Civitatem Neapolitanam testatur *R. Tapia in dicta const. pœnam eorum, 5. col.* & non mirùm de ista consuetudine foriudicandi absque banno, & annotatione bonorum in hac Civitate Neapolis; nam *Farinac. d. qu. 11. num. 44. vers. differt autem*, dicit, in hoc differentem esse praxim, qua utitur in Urbe, & qua utitur extrà Urbem in

statu

statu Ecclesiastico: nàm in Urbe Roma est observantia, de qua diximus in Civitate Neapolis, absquè banno ex sola contumacia ad condemnationem devenitur: extrà Urbem verò, nisi priùs reus in banno positus fuerit, condemnatio erit nulla;& de *Farinac.* meminit *Scial. add.cap.9.num.12.* iure autem aliorum statutorum, & de consuetudine aliarum Curiarum Italiæ, Hispaniæ, atquè Franciæ, nec annotatio bonorum, neque annus expectatur: sed post contumaciam contractam sententia fertur, ut pro confessis, & convictis habeantur, atq; banniantur: & ad pœnam delicto debitam, meritam ad bonorum taxationem, seù ut dicunt, confiscationem damnentur, ut ibidem per *Farinac.in 4.præmisso*, ubi saltèm hoc esse verum de generali totius Italiæ consuetudine, ex DD. quos refert *Flam.Chartar.cit.cap.1.num.17.* subdens, quod si reus ante prælatam sententiam comparuerit, omnia evanescunt, & in vim simplicis citationis resolvuntur, & refert *D.Maioran.in cit.op.prax.crim.cap.12.num.55.*

Verbum istud, *bannitus*. non latinam, sed barbarā
14 vocem esse, dicit *Budæus in Pand. fol.33.* ubi cum suprà *lit.G.* adduxisset *Laurentii Valla* verba, per quæ veterum Jurisconsultorum recensentur in scribendo laudes propter eorum elegantiam latini idiomatis hæc subnectit verba. *Hui.(inquiunt isti leguleii) quid nobis cum elegantia? nobis tam placent guerra, aut tregua, & laudum.& bannum, & banniti, & retorquisio: quàm illis bellum, & inducia, & arbitrium, & proscriptio, & proscripti, aut præconio citati, & repercussio, vel relatio, ac etiam retorsio.* Vndè istud verbum *bannitus*, & *bannum* sunt verba, quibus communiter nostri utuntur DD. pro verbo *proscriptio, & proscripti, aut præconio citati*, quæ latina, atque elegantia esse, dicit ibi *Bud.* qui licèt contra nostros invehat DD.
15 qui latinitate, atque elegantia postpositis nonnullis barbaris utuntur vocibus: tamen pro ipsorum defensione dicere possumus, illas voces, seù verba fuisse communitèr recepta per vulgarem loquendi usum, à quo etiam sæpè docti ad sic loquendum trahuntur, ut in sua *Apologia*, inquit *Torquatus Tassus* in nostro Italo idiomate alter *Maro*, atquè *Homerus*; & duos adducit versus ad hoc compositos pe æquè doctum Poetam *Monsig.della Casa*,

Ma quasi onda di mar, cui nullà affrena,
L'uso del volgo trasse anco me seco.

Et *Cic.lib.de finib.bon.& mal. 3. in princip.* dicit, *quod cum oratio in populari sermone versetur, ideò populariter loqui necessè erit*, ut refert *Rebuff.tractat.de sent.provis.in præf. num.20. vol.1.*& sicuti *tex. in l.2. §. post hoc quoque de orig. jur.* obiurgat Tuberonis libros: qui affectato sermone conscripsit, in hæc verba: *Sermone etiam antiquo usus affectavit scribere, & ideò parum libri eius grati habentur*, ità & nos obiurgare debemus illos, qui, spretis verbis, quibus passim communitèr DD. utuntur, vetera, abstrusaque vocabula affectant; ita quod sæpè sæpiùs magis in eorum significationibus intelligendis, quàm in eorum, quæ dicuntur, intelligentia tempus teritur. Est enim communis loquendi usus attendendus, & ad illum pro verborum interpretatione recurrendum, *cap.Ioseph.*& ibi *Abb.cap.2. in 2. notab. de verb. signific.*& *Jurisconsu. in l.1.§.medicos.ff.de var. & extrà ordinar. cognit.* dicendo, quod medicum fortassè quis accipiet eum, qui corporis partem aliquam, veluti auriculam, vel dentem sanare pollicetur, subiungit hæc verba: *non tamen si incantavit, vel imprecatus est, & (ut vulgari verbo impostorum utar) si exorcizavit, non sunt ista medicina genera,&c.* Si ergò idem iurisconsultus, uti est *Ulpian.* quem elegantiæ studiosum commendat ipse *Bud. fol. 63. lit. F.* aliquando vulgaribus utitur verbis, & etiam in C.legitur in *l.in legatis, C.de legat.* ea esse servanda verba, quæ usus loquendi effudit, reprehendendi non sunt nostri DD. qui istis usitatis, ac communibus utuntur vocabulis, prout est *bannitus*, qui ab omnibus scriptoribus, quos vidi, hoc nomine vocatur.

Itaque quamvis dictionis elegantia non exiguum afferat operi ornamentum; cogitur tamen sæ-
16 pè numerò, qui juris edit volumina, trito, vulgatoque dicendi genere uti; ne à forensi, peculiarique jurisconsultorum phrase, seù vocabulis discedat. Accidit verò quandoque ut juris responsa, sit aliqua vel ab historiis, vel à poetis excerpta eruditione comprobaturus; quis tum insolentem compescat calamum, qui datam sibi luxuriandi à florenti materia licentiam rebellis nos gloriatur! fas sit igitur, prout rei varietas postulat, styli varietatem adnectere; ne vernanti argumento sermo humilis: legali tumidus nimis inconcinnè afluatur; sic *Senec. epist. 66.* quem memini in prefatione mea ad lectorem *in princ. primi libri Comment. ad rit. M. C. Caterum*, inquit, *magna habebunt discrimina variante materia, quæ modò latior est, modo angustior: modò illustris, modò ignobilis: modò ad multos pertineat, modò ad paucos; in omnibus tamen istis, id quod optimum est, par est.* Ita fiet, ut ad legendum alliciantur intercalaris istis blandimentis, religiosissimi, & forensis, ac politioris styli cultores; & una fidelia duos licebit dealbare parietes; videnda post *Brissonium, à Jacobo Capello* congesta in *defensione veterum J.C. adversus Vallam & Scipionem Gentili*, qui hoc ampliùs plurima dicendi genera ex Græco tracta: itèm abstrusa, & rara vocabula, ac verba antiquæ elegantiæ ex J. C. responsis annotarunt, quod observat *Elibertus Leonini emendat.* sivè *observat lib.4.num.2.in fin.*

Quinimò non barbaram, sed latinam eam opinor vocem; nàm *bannitus* dicitur à *banno*, ut an-
17 nuit *Cassan.in consuetud Burgun. rub.2. §.1 fol. 263.* ubi in *vers. reperio*; subjungit, quod ista voce, *bannum*, utitur *text.in auth. item nulla communitas, ibi: & nihilominus banno imperiali subjaceant*, & in *authen. item quacumque communitas*, ibi: *ipso jure imperiali banno subiaceant, C. de Episc. Cler.* si ergò ista voce *banno*, a quo sit *bannitus*, utitur Codicis compilator, quare barbara erit dicenda vox?

Sed

Sed quidquid de hoc sit, quamvis idem *Cassan.* in eodem loco, *bannum* dicat, sumi quatuor mo-
18 dis, de quibus per eum: & quorum tertius, & ultimus ad hanc hypothesim conferat, & alios modos recenseat *Nell. de bannit. par.* 1. 2. *temp. num.* 3. *versiculo, bannum enim quandoque* & in præludiis sex enumerat species, quarum quarta ibi enucleata materiam nobis aliqua de illa scribendi dabit; ibi enim *in 3. col vers. quidam etiam pro maleficio*, dicit, quosdam pro maleficio non diffinitivè, sed contumaces, adnotatis eorum bonis, in banno poni; tamen non de omnibus illis speciebus, de quibus lectorem ad eos remitto, sed de ista quarta bannitorum specie loquimur, de quibus meminit *Rov. in prag. de exul.* & de istis bannitis, ac de ipsius banni virtute dicit haberi in *l. absentem, ff. de accus. in l. 1. de requir. reis*, & ibi per *Cyn.* aliosque *in l. 1. C. eod. tit.* & per *Speculat. in §. sequitur de accus.*

Sed ipsius Cassanei aliqua notatu digna dicta circa istud nomen *banni*, & *banniti*, non sunt parvi facienda: cum hic dicere satis concinnè cadat, & alibi in aliis auctoribus, quos viderim, non sic habeamus. Dicit enim ipse, de hoc nomine *banni* mentionem fieri in dictis duabus *auth. de Episc.*, & *Cler.* sed dubitatur, quid sub nomine imperialis banni significare voluerit ibi Imperator; nàm *Glos.* ibi non explicat, neque aliquid de hoc dicit; putat idcircò ipse *Cassan.* bannum ibi mulctam denotare, & ipsius explicationi libenter assentiret; nàm bannum mulctam esse dicit *Jacob. de Aren. in tract. de bannit. num.* 37. Sed cum generaliter dicatur in ipsis *authen. Imperiali banno subjaceant*, nec quid bannum contineat, dicat: licèt de mulcta intelligi possit, qua controvenientes plecti deberent, de quibus ibi loquitur Imperator; ideò in memoratis locis aliquid aliud Imperatorem intelligere voluisse, est dicendum, ut infrà dicam; & explicatio *Jacob. Brutig.* siculi *Salycet.* displicet, ita nec etiam cuilibet arridere potest, quia contra Imperatoris mentem loquitur; nec potest pœna, quam sub nomine banni comminatam fuisse dicit, communitati adaptari, de qua communitate dicta jura primò loquuntur: & posteà de alijs personis; nam licèt pro contumacia universitas mulctari possit, *Foller.* in verb. *banniantur, num.* 33. ubi quid de jure Regni, & quomodò, & qua via est ipsa pœna solvenda, & ibi *Angel. additio* declarat, quomodò universitas citatur, & quid quando Porta Civitatis clauditur, & alia circa citationem, & quod in ejus damnum procedi non possit in contumaciam, scribit *Franc. de Petris cons.* 46. *num.* 16. & licèt etiam banniri possit, ut ipsemet *Foller. num.* 34. concludit, ex *Nell. in prima par. prim. temp. qu.* 5. ex eo, quia delinquere, & condemnari potest, *l. metum*, *§. animadvertendum*, *quod met. caus. Bart. in l autem facta*, *§ fin. de poen.* ideò etiam banniri potest; tamen non possunt ei adaptari illæ relegationis à Provincia, & Civitate pœnæ; quia esset Universitatem desertam relinquere, quod non est permittendum; sicuti diximus in atecedendi *rit.* 269. *num.* 45. & 47. esse scilicèt in auctores, suasores, atquè machinatores animadvertendum, reliquisque ignoscendum; addimus *Præsulem Campanil.* in *divers. rub.* 6. *cap.* 3. *num.* 29. *Crucioli* verbo, *pœna resol. crim.* 10. & bannita propter à Universitate, non potest quilibet de Universitate offendi, ex *Nello*, *Carpan. ad novas constit. Mediol. in cap. homicida*, *num.* 748 *Jo Jacob. Speidelei in syllogo quæst jurid. polit.* verbo, *bannitus*, *vers. contra Universitatem*. Nec quoque satis facit illa *Salyc.* distinctio, quoad veram intelligentiam illius verbi, *banni*, de quo in indicatis geminatis *auth.* nàm potiùs est ponere differentiam inter unum bannitum, & alium: cum revera bannitū sex modis accipi, dixit *Nel. in sup. cit. loc.* sed benè aliqualiter satisfacit in *vers. sed ubi simpliciter*; nàm ibi veram difficultatē, quā illa utriusq; *auth.* verba patiuntur subintrat; & dicit, illam pœnam intelligi, quam verbi significatio enunciat, & non ultrà, & pœnam istam ex illorum verborum significatione descendentem, dicit, esse electionem extra ea, intra quæ per priùs ante bannum erat actu, & potentia positus idest extrà dignitates, & honores, ac beneficia, quæ actu habebat, vel habitu habere poterat, ad instar excommunicari; ut sicuti ille extrà fidelium communionem est positus, *cap. cum non ab homine*, & *cap. pœna*, *de sentent. excommunicationis*, ita isti imperiali banno subjecti extrà dignitatum, bonorum, & officiorum, ad quæ erant assumpti, vel poterant assumi; & urget magis æquiparatio; nam Ecclesia istas personas, quas in casibus dictarum *auth.* contra Ecclesiæ libertatem laborantes punit Imperator, excommunicationis sententia plecti jubet, *cap. licèt placet*, *in fin. eod. tit.* & proptereà Imperator, ut Ecclesiam imitetur, laicalem contra eos fulminat excommunicationem in banno Imperiali contentam, & in *lib. feudorum* excommunicatus, & bannitus æquiparantur, ut in *cap. 1. hic finit. lex*, ibi: *Quod quemadmodum dominum excommunicatum, & à Rege bannitum, non est obligatus Vassallus ad adjuvandum, & servitium ei præstandum.*

Et *Salyc.* ad probandum, quod hæc sic suprà explicata pœna sub ipsius verbi *banni* significatione contineatur ab allusione, seù derivatione vocabuli quam etymologiam appellamus, hoc est veriloquium, *ab etymo*, quod est verum, & *logos*, quod est sermo, & loquela; & secundum *Angel.* & *Cast. in l. 1. ubi DD. de acquir. poss.* etymologia dicitur, unius vocabuli per aliud, vel alia verba magis nota explicatio; & hoc ab etymologia argumentum validum esse, notant ibi scribentes; licèt aliquandò minimè fieri hoc liceat; nam *Bald. in cap.* 1. *§. si quis de manso*, *si de invest. feud. controv. ult. col.* dicit: quod statuta Molendinum à Civitate extrahi prohibente, si quis illud sine molis extraxerit, puniri utique non deberet; etenim molendinum à molendo, seù à molis dicitur, sed verba statuti sunt propriè interpretanda, *l.* 3. *§. hac verba*, *de negot gest.* ergò, &c. sed de quæstione an, & quando hoc argumento uti valeamus, vide ibi à DD. adnotata, & ab *Eve-*

rarda

rarda in loc. comm.

Ait namque *Salyc.* verbum, *bannio*, *bannis* est compositum à dictione *ban*, & verb. *imeo, imis*, dicens, quod *ban*, idem est, ac extrà: *imeo*, facio; unde inire pacta cum Titio; & sic cum dicit potestas (bannio Titium) idem est, ac si dixisset, extrà positus, & factus, & hanc etymologiam refert, & sequitur *Cassan. ubi sup. num.* 6. licèt non benè, uti nos explicavimus, ejus verba intellexerit; nàm dicit, *Salyc.* duxisse à duobus verbis prædictum verbum *bannia*, compositum, scilicet de *ban.* & *ima* scilicèt *ban.* quòd latinè *extra* significat, & *ima*, quod est facio: non benè ergò intellexit; nam verbum nullum de verbis græcis, & ubi ipse *Cassan.* dicit ex verbo *ima*, *Salyc.* dicit ex verbo *imeo*, *imis*, quod est facere, ut inire pacta, idest facere pacta.

Sed ut vera fari liceat, quamvis hæc à *Salyc.* adinventa derivativatio possit benè ejus effatum tueri, tàm ex iis, quæ suprà induximus, quam ex ijs, quæ dicit *Afflict. in constit grandis utilitas in 7. notabili*, de quo meminit *additio* ad eundem *Cassan.* ubi idem ferè de positione extrà Civitatis protectionem, & de similitudine cum excommunicato, ex *tex. cit. hic finit. lex.* & *Bald.* in pluribus locis per *Cyn. Alber. de Ros. Gand. & Nell.* ibi citatis, quibus addendus est *Olib. de jur. Fisc. cap. 12. num. 10. Catal. de indult. cap. 13. num. 3. Bess. de bann. num. 1. Azeved. in l. 1. num. 1. tit. 10. lib. 4. Giurb. cons. crim. 3. num. 3.* cum aliis additis per de *Angel. ad Foller. in d. ver. banniantur, num. 1.* tamen non admirari nequeo, quod tam insignis Doctor hanc etymologiam effinxerit: cum apud latinos authores, neque in imperatoriis compilationibus hoc verbum (*bannio*) usitatum reperiam; solùm de dicto verbo (*bannum*) *in d. auth.* legitur: licèt neque hoc nomen *bannum* in Calepino sit adnumeratum: *Nell.* tamen *in prælud. num. 3. vers. undè autem*, quærens, undè dicatur *bannum*, *bannire*, seù *bannitio*, dicens super hoc multos multa dixisse: ista, inquit, vocabula in antiquis legibus non inveniri sed jura novissima, & *Glos.* per ipsum allegata in præludiis de iis mentionem facere, & aliam refert derivationem istius nominis, *bannum*, positam per *Nicol. de Matthesil.* quod *bannum*, dicatur à *banneria*, idest vexillo, sed [illegible] *Nicolai de Matth.* non minus, quam prima banni allusio ridicula est, non ex eo, quod ibi dicit *Nell.* quod quando sumus in diffinitivis sententiis, quibus declarantur banniri, prætor vexillo minimè utitur, sicuti in banno propter contumaciam fit; sed ex eo redditur ridicula, quia istud nomen *banneria*, neque etiam est latina vox; sed penitùs vulgaris, & dicitur *la bandiera*, signum, quo milites utuntur in qualibet ex comitivis numero 186. teste *Livio lib. 8. ab Urbe*; undè potius est dicendum istud nomen *bannum* fuisse ad beneplacitum adinventum, ut dicit *Nell.* ibidem; & propterea non esse de ipsorum nominum derivatione ampliùs quærendum; quia nominum disputatio est pertinacibus relinquenda, *l. 2. C. de constit. pecun.* De banno nonnulla scripsi in antecedenti *tit. sub num. 30. vers. quod probant*, & agunt *Ernestus Gothfredus Noribergensis, Herman. Brand. disput. in aug. arg. Schanborn. lib. 4. polit. cap. 7. And. Gail. lib. 2. de pac. publ. cap. 1. & seq Besold. thesaur. pract. voce bann. num. 6. Peregr. de jur. fisc. lib. 3. tit. de bannit. cap. 7. & lib. 5. tit. 1. Joseph. Ludov. conclus. 3. Carpz. pract. crim. part. 3. qu. 140. sub q. 1. Capollr. lib. 1. cons. 6. Moller. 2. semestr. c. 24. p. 226. Mynf. lib. 5. obs. 11.*

Liceat nunc declarare, quid contineat illud imperiale bannum: cujus declaratio an possit ab
19 eo, qui inferior est Imperatore, fieri, notant *Modest. Pist. qu. 26. p. 1. p. 127. Consult. Sax. lib. 4. q. 125.* & de eo sermonem habent *Nic. Everb. jun. volum. 1. cons. 52. Georg. Everb. volum. 2. cons. 17. Carpzov. pract. crim. p. 3. quæst. 140. sub q. 2.* de quo imperiali banno in memoratis duabus *auth. item nulla, & item quæcunque, C. de Episcop. & Cleric.* fit mentio: nàm quamvis *Salyc.* ibidem dicat, bannum imperiale continere id, quod vocabuli significatio demonstrat: ejectionem nempè extra ea, intrà quæ priùs ante bannum erat actu, & potentia positus: tamen verum intellectum didici, ex quo illas *authen.* fuisse ab imperatore Friderico conditas perspexi, & indè insitas in *tit. de Episcop. & Cler.* desumptas ex *tit. in usib. feudor. de statut. & consuet. contra lib. eccl.* & propterea ad eam confugiens, reperi, ibi Imperatorem Fridericum,
20 quem secundum fuisse, dicit *Præsul. Lipar.* in verb. *flumine mortuus*, & *Iserniam* errasse, ajentem, ipsum Fridericum in Armènia vitam commutasse; nam illè, qui in Armenia decessit, fuit Fridericus I. dictus Barbarossa, seù Aenobarbus. Et hunc II. Imperatorem Fridericum fuisse illius tituli conditorem, ut patet ex *rub.* quæ dicit *Constitutiones Frider. II.* & fato cessisse in quodam Castello Basilicatæ dicto Florentino; sed non minus ipse *Lipar.* quàm *Isern.* in hac historia lapsus fuit; non enim in Basilicata, sed in Provincia Capitanatæ decessit in loco sex millaribus à Civitate Luceriæ in Apulia distante, ut dicit *Colonnus in compend. historiar. Reg. Neapolit. pagina* (mihi) 97. *à terga*; & ibi occubuisse, est in illa regione indubitata fides; & usque ad præsens illi Castro nomen est Florentino, licèt sit penè dirutum, teste *Jo. Ant. Summonte in histor. Neapol. par. 2. fol. 99.* ubi hoc Castrum in Apulia situm dicit, & illuc ipsum Imperatorem migrasse, ut novas in Pontificem copia pararet.

In ipso autem Florentino Capitanatæ Provinciæ Castro Imperatorem Fridericum occubuisse, narrant historiæ; eo tempore, quando minùs se moriturum credebat; dixerat namquè ei quidam Divinator, qui familiari, ut aiunt, spiritu utebatur, ipsum in Florentino sensisse putans, ab Hetruria in Apuliam migrans, statim ac illud Castrum, ubi in morbum incidit, Florentinum vocari intellexit, suum jam adesse diem, dixit, & ad Ecclesiæ gremium devotissimè rediit; ut ex multis historiis comprobat in *sup. cit. loc. Colonn.* & in eius laudem expositos fuisse in tumulo versus.

Si pro.

Si probitas, sensus, virtus, res intellectus.
Nobilitas orti possent resistere morti;
Non foret extinctus Fridericus, qui iacet intus.

Quos etiam adducit *Dec.in auth.cassa, C.de sacros. Eccl.n.*1.& post eum *Rest.Castald.de Imp. q.* 81. *num.*7.ubi quod iste Imperator fuit secundus, hoc nomine insignitus, ex *Alvar. de pac. ten. num.*3.dicens in Apulia defunctum; & sic est vera opinio Colonnuccii, & Summontis, eum in dicto Castro Florentino fato cessisse; sed *Alvar.*dicit, quod dum ibi ingenti esset infirmitate gravatus, dubitans Manfredus eius filius naturalis, ne convalesceret; pulvinare; seù cussino suo, ut ipse loquitur, super eos imposito, suffocavit; & sic quod sine Sacramentis, & pœnitentia anathemate irretitus decesserit; ibique etiam *Alvar.* advertit, *Isern.* errasse in tribuendo leges de *statut.& consuet. contr. lib. ecc.*Friderico I. & dicit patere ex *text. & Glos. in cap.acquisitionis,extr. de haret. lib.*6. cuius *tex.*& tituli allegatio ex typographorum mendo depravatè legitur, cum legi debeat in *cap. ut inquisitionis de haret. lib.*6. sed neque ex *d.tex.*neque ex *Glos.*apparet, hunc Fridericum esse II. cum tantum ibi Imperatorem Fridericum, dicant, aliquas condidisse leges; Alibi ergò oportet hanc investigare veritatem, nàm *Hier.Gigas de crim.las.Majest.q.*65.*num.*12. dicit,Imperatorem depositum per Innoc. *I*V. de quo *in d.cap.ad Apostolica*, fuisse Fridericum Barbarossa nuncupatum; qui, ut diximus,fuit primus huius nominis Imperator: sed veritas est,quod Fridericus Barbarossa,teste *Genebrar. lib.*4.*sua Chronol.fol.*610.fuit in anno 1154. & sub Alexandro III. pedes procubuisse, dicit. Fridericus verò II.illius nominis fuit in anno 1227.& ab Innoc.IV.depositus,ut diximus, ex eodem *Geneb.eodem lib.*4.*fol.*630.& concordant omnes Historici; quibus tanquam peritis in arte magis est standum, quàm simplicibus iuris consultis, de *Petris cons.*2.*n.*2.14 *n.*13.*et* 30.*n.*6.

Sed de utroque Imperatore Friderico I. & II. inter historicos non ambigitur, parùm,aut nihil erga Romanam Ecclesiam, eiusque Pontifices amatores extitisse; ita quod de I. Federico legitur, ipsum apud Venetos, quò Pontifex Alex.III.ab eo fugiens, confugerat,ad eiusdem Alexandri pedes supplicem procidisse; atquè ab eo excommunicationis absolutionem exorasse; & ex *Geneb.in dicto sup.cit.loco*,nonnulli addunt, Pontificem pede dextero calcantem Friderici cervicem, psalterii protulisse versus; *Super aspidem,& basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem,& draconem*; & ex illo Pontificis gestu notat maximam Friderici humilitatem *Franc.Duaren.de benef.& ad ea pertineat, lib.*1.*cap.*2.*vers.eadem humilitate.*& de Frid.II. dicit *Rest.Castald.de Imperat. qu.* 81. *ex num.* 6. quod per *auth si verò,C.de haret.*quam promulgavit, fuit perfundatus, ut in *d. auth.* dicit *Bart.*subdens, quod ob illam Papa Regnum Siciliæ Carolo concessit; & eum ab imperatoria dignitate bis fuisse depositum; primò ab Innoc.III. cujus successor Honorius posteà in Basilica Sancti Petri corona decoravit; secundò iterùm contra Ecclesiam hostiliter progrediens, fuit ab Innoc.IV. depositus, ut *in cap. ad Apostolica, de re iudic.in* 6.& in istum Imperatorem *Geneb.ibid.fol.*630.hæc profert verba, *O impietates Friderici II. planè indigni nomine Casaris; fuisse dicitur Saracenis, spoliator Templorum, &c. maximus persequutor Ecclesiasticorum, cujus occasione monastica conversationis fervor in cunctis ferè Germanica locis tepuit; & Isern.* noster in pluribus locis de eo pessimè judicat, & maximè *in const. quantò, de decim. n.*50. sub illis verbis, *de illis non vult Ecclesia decimas, tanquam de malè ablatis, qua imposita fuerunt per illum contra Deum, & iustitiam, per quod videtur ille Fridericus quiescere in pice, & non in pace. Multum debent cavere Principes mundani in hoc: quia etiam hoc Deus retribuit, sicuti patet in illo Friderico, cujus haredes non sunt hodiè; & in constit. Regni, si damna clandestina, fol.*54.*num.*80. *Hic Fridericus Imperator, quod fuerit tyrannus, patet in decreto sua depositionis*, & multa in aliis locis, tàm in *constit.Regn.*quàm *in lib feud.*

Imperator,inquam,Fridericus in mem. *tit.de stat. & consuetud.contra libertatem ecclesia* multa decrevit pœnas, & præcipuà in principio statuit, locum, ubi talia præsumpta fuere,banno mille marcharum subjacere; deindè procedendo ulteriùs, ad diversas contra diversos progreditur sanctiones, cum aliis multifariis pœnarum comminationibus; sed ultra illas peculiares pœnas in casibus in *d.auth.*positis,voluit, imperiali banno subiacere: & propterea est dicendum, ibi imperiale bannum, vel pœnam mille marcharum continere, ut in principio dixerat, plectendum locum, in quo præfata fuere statuta; & hæc expositio satisfacit; quia in utraque ex dictis *auth.* communitas est illa, cum qua dispositio, atque pœnæ comminatio incipit; & sicuti priùs ex eo solùm, quod in ipso loco fuit præsumptum tale fieri contra libertatem Ecclesiasticam, & statutum, voluit, ut banno mille marcharum subjaceat;ita etiam, quando perangarias, & collectas Ecclesiis, atque aliis Ecclesiasticis personis imponeret, vel Ecclesiastica bona invaserit, triplum refundat: nempè ipsi Ecclesiæ, vel personæ Ecclesiasticæ, necnon banno imperiali subiaceat; quod anteà dixerat, mille marcharum fisco solvendarum, ut dicit *Isern.* ibidem, in verbo, *mille marcharum*,ex *tex.qua sunt regal. in princ. & l.*5.*C.de modo multar.*necnon *Glo. in l.aliud est fraus, in fin.de verb. signific.* ibi *Andr.* declarat, quomodò dicta pœna sit solvenda: cum
81 communitas non sit ipsa, quæ deliquit, sed homines: et ideò ipsi, et non communitas puniri possunt; et dicit poni continentem pro contento, quod per figuram metonymiam permittitur, et elucet ex *tex. in l. custodiae, de public.judic.*ubi verbum, *custodias*, intelligitur pro custoditis personis; sed quando Rex locum puniri, et non homines mandat: tunc locus publicatur, quia vel inanima proscri-

ptionis injuriæ subjacent, *l.1.C.de falſ.mon. l.2. C.de his,qui lat.* et alia dicit idem *in rub.de Cap. Com.ad.num.23.*

Vel si hæc expositio non arridet, affertur *Iſern.* theorica *in d. §. item communitas*, ubi *in verſ. banno imperiali*, dicit; quod, quando in banno pœna, vel quantitas pecuniæ persolvenda non
22 adijcitur: tunc pro motu judicis erit condemnatio: qui, consideratis delicti qualitatibus, & circumstantijs, pœnam augere, vel minuere, debet, *l. hodiè de pun.* & sic tantum est dicere, *banno Imperiali ſubiaceat*, quam est dicere, subiaceat condemnationi, & arbitrio imperatoris, seù iudicis siquidem ipsemet imperator arbitrari dicitur, quando iudex ex Imperatoris sibi impertita auctoritate, facit; *l. 1. §. cumq; C. de vet. jur. ennucl.* ac *Gloſ. in cap.1. de tranſact.* ubi formaliter *d. §.* verba recitat; & in nostris pragmaticis perquàm sæpissimè vltra comminatas corporales, vel pecuniarias pœnas sancitur, *& altra pena reſervata à noſtro arbitrio*, & hanc pœnam arbitrio Proregis reservatam non posse per aliud quantumvis Supremum Tribunal, ipso Prorege absente, arbitrari, dicit *Reg. Revit. in pragm. prima de aleat.* ex *Intrigl. ſing. 165. lib. 1.* at quando dicitur in pragmatica; *& al-*
23 *tra pena corporale à noſtro arbitrio*, tunc ista corporalis pœna in ignobilibus est triremium; verùm quid si in *pragmat.* nulla fuit adiecta certa pœna, sed solummodo fuerunt prolata illa verba, *pro quanto caram gratiam Regiam habeant?* videas *Gram. deciſ. 40. verſ. fin.* ubi in Capitaneo Aversæ pœnam privationis officij illa importare verba, fuit judicatum; sed ibi loquitur *Gram.* in contraventione facta mandatis Regijs non obediendo; & in specie *ſub nu. 21.* notat, quod si in mandato pœnæ impositio non adest refert *Barth. de Capua* dixisse, pœnam esse arbitrariam; nam Principis mandatum est, uti lex sinè pœna mandans; & quando in lege pœna non est apposita, tunc est arbitraria: *l. ſanctio legum, ff. de pœnis*; at quid, quando fieret pragmatica sanctio cum illis verbis, *pro quanto caram Regiam gratiam habeant*, absque alterius pœnæ comminatione; an tunc pœna corporalis imponi possit? *Reg. Revit. in pragm.1. num.11. de pœnis*, loquitur remissivè ad *Gram. in mem. deciſ.40.* & *Petr. Caball. reſolut. crim.caſ.30.* ac esse notandum, monet; quia hæc clausula in provisionibus Collateralis Consilij, aliorumque Tribunalium perquàm frequenter inferitur: poterit tamen ex eiusdem Regentis, dictis in eadem *pragm.1.* elici responsio, ut qualitas contraventionis qualitatem pœnæ iudicem doceat, *Muta tom. 3. cap. Sicil. 40. num.4.* & antè *Affl in conſt. Regn.inconſutilem, num. 48.* prout quando insolitum committitur crimen, insolita debet esse pœna, ut dicit idem *Reg ſub num.25.* ex *Andr.in cap.1.poſt num.42. quæ ſint regal.* & in *dicto §. item nulla communitas*, in verbo, *banno*, ubi *Andr.* inquit, quod tantus posset esse excessus, ut possit in banno deportari, vel relegari, cum banniti idest, in banno condemnati, aliquando loco deportati habeantur, illiquè per omnia æquiparantur, aliquando loco relegati, ut per *Gloſ. inſtitut.quib. mod. ius pat.poteſt.ſolut.§. relegati*, & de isto articulo, an banniti relegatis, vel deportatis æquiparentur, videas *Caſſan. in ſup.cit.loco,pag.*
24 (mihi) 364.& propriè in *verſic,hes ergò*, & post *Jacob. de Aren. in tract. de bannit. à num. 1.* & cum deportato, in quo differant, vel conveniant, *Alber. de ſtat.lib.4. q.13.num.1.4.& 5. & lib.3. q. 24. num. 5. Bald. de ſtat.* in verbo *banniens*, *in addition.* super verb. *Relegato. Aſcan. Clem.de pat.poteſt.cap. vltimo, num.23, Guazzin.de caut. de non offend.§.3.q.56.p.2.nu. 5. in fin.* propterea *Tob.Non.conſ.112. ſu nu. 6.* probat, filium bannitum ideò non comprehendi sub promissione de non offendendo facta à patre pro filijs suis, quia per deportationem desinit esse filius, insequitur *Ioſeph Vrceoli conſult.forenſ.cap.41. num. 5.* & quod non æquiparentur, neque deportatis, neque relegatis; sed sunt simpliciter exules, *Alb. de ſtat. d. lib. 4. q. 68. num. 1. & 4. in. Dilecine de art. teſt. tit.1, cautio 10. num.3. Nell. de bann.par.1. 2. temp.num.4.* & per *Iſerniam in cap. imperialem*, *§. ſcriba verò, propè princip.* quem ad hoc allegat *R. Revit. in cit. pragm.1. nu.30. de pœn.* quod quando in lege aliqua aliquod commina-
25 tur sub pœna gravissima, intelligitur de pœna mortis; & memorat casum de eunuchis, qui nullu modu in quocumque loco subditi Romani eunuchi fieri possunt sub pœna gravissima, *l. 2. C. de eunuchis*, & ibi *Gloſ.* explicat, idest pœna mortis, de qua *Iſern.* loquens de tabellione in *c. imperialem*, *§ ſcriba verò, num.23.de probib.alien. per Frideric.* sed hisce temporibus eunuchos passim fieri videmus; & ne dùm Domini eorum mancipia ad libitum castrant; sed patres etiam filiis, quorum vox ex castratione ad musicam suavior, aptiorque efficitur, in diem testes pueriles execant; & in *d. l.2.* dicit *Odofred.* *quod ideò antiqui homines caſtrabant, ne earum dominas cuſtodirent, prout in Tuſcia, & apud Piſanos erat quoque moris*, sed quod ioquit, *Lombardi, & Francigenæ multum ſunt Curiales de ſuis Dominabus*, credo sit legendum multum sunt liberales; nam servandis cubilibus Regum olim adhibebantur, & virginum lectum custodiebant, ut ex *Divo Hieron. adverſus Jovian.* notat *Plaza in epit.delict, lib. 1. cap.24.num.4.* verùm miseri, & incauti, qui eos ineptè credebant illis, qui licet proiecerint evulsa virilia, hominem tamen non exuerant culpis obnoxium; cum ex his nonnulli cæteris sint propensiores ad libidinem, Venerique plus æquo indulgeant; eamque ad causam *Baſil.epiſt. 87.* eos contumelijs afficit, inquiens, *Eunuchorum genus ignominioſum eſſe*: nec mirùm, cum neque fœmineum, neque masculinum sit; amore insaniunt citrà fructum propter propriam turpidinem; nec immeritò *Quintilianus lib.6.cap.4.* ut cuiusdam viri libidinem vesanam, maximamque esse ostenderet, eam spadonum libidini antecellere dixit in hæc verba: *libidinoſior es quam ullus ſpado.*

At vero *Bald.* notat, quod isti eunuchi præ cæteris alijs sunt cariores, & intelligas in aliquibus partibus iuxtà *Gloſ. in l. 1. eodem tit.* & aliam *l. Gloſ. in l. ſi ſervus ſervum, §. ſi puerot, ad l.*

Aquil.

Aquil. notat ex illo *tex.* quod etiam bonum quis mihi faciendo, mihi agendo injuriam: prout erat in casu illius *tex.* ubi castrando puerum alicujus, illum pretiosiorem reddiderat; at quomodo potest reddi pretiosior ille, cui genitalia, sunt amputata? ex quorum amputatione, refert ibi *Bald. Nicolaum de Mat.* dicentem, castratos viliores alijs reddi. *Arist.* enim, quem ibi quoque adducit *Bald.* dicit, quod omne animal castratum est melius, excepto homine; qui cum est castratus, non magis mansuetus, sed ferocior evadit, ad instar hominum omni spe destitutorum, qui omnia audent, nihil timent, *l. deferre*, §. *item constitutionibus*, *ff. de iur. fisc.* hinc multi strenuissimi evalere milites, ut legitur de Narsete, & de quampluribus alijs, de quibus *Plaza cit. cap.24. ex num.*44 & proinde eos capaces feudi esse, vt ostendit *Io.Ferr. in vsibus feudor.cap.3.col.3.vers.sed quid in dubium*, sed non imperatoriæ dignitatis, si *Evag.* credimus *lib.4. histor.cap.2.* & ne dùm ad Clericatum, sed Episcopatum assumi posse, teste *Io. Grot. de testib. num.*44. 45. *&* 46. *col.*4. nisi tamen ipse sibi virilia amputaverit, vel amputari permiserit; is enim sui ipsius homicida est, necnon hostis creationis Dei, ex iuribus adductis a *Marco Anton. Marsil. de Eccl. redditib. cap.*18.*num.*74. ubi originem notat eius, qui se ipsum castraverit: sed si ob infirmitatem, vel barbarorum, atque latronum vim id ei acciderit, vel à nativitate natus eunuchus fuerit, prout de Dorotheo Antiochæ Episcopo testatur *Euseb.lib.7.histor. Eccles. cap.*28. tunc ibi subjungit *Marsil sub n.* 27. non esse impedimenti aliquid, de quo *Camoenil. in diversf. rub.*11.*c.*17. *ex n.*125. Et de eunuchis, castratis, & spadonibus, (qui idem sonant, teste *Azon.in rub.C.de eunuch.* illudque verbum eunuchus omnes amplexatur, qui generare non possunt, ex *Glos.in §.sed*, *& illud*, *vers. non possunt.inst.de actiov.*) loquuntur *Hermenop. Constant.lib.2.Epit.Ladovic.Callius lib.2.lect antiquar.cap.*27. *Calius Rhodigi.lib.*7. *c.*69. *Ant. Aug.lib.3.emendat.cap.3.&lib.4.cap.*17.*Alciat. lib.7.parer.cap.*27.*Suid.*verbo, *Spado*; *Lampadius Diaconus lib.4.Guilhelm. Benedict. ad cap Raynutius de testam.in indice,sub voce,castrans Coll.tur.Arg.lib.*18.*tit.*1. *th.*82. *Avus meus ad Gramm.dec.*44.*ex num.*5.et de his, qui se eunuchos faciunt, *Petrus Gregor. Tholosan. syntagm.iar.*9 *cap.*18.*Farinac.prax.crim. q.*20.*nu.* 153. *Menoch.lib.2.de arb.iudic.cas.*27.

Itaque quod pœna gravissima intelligatur de pœna mortis, *Iacob.de S.Georgio de feud. in verf. dictique Vasalli*, *fol.*80.*num.*39. adducit eadem *Glos.in d.l.*2.et dicit quod idem videtur velle *tex.cum Glos.in l.*1.*C. de fideicom & Corfet. in sing.*250. alias 10.in verbo *pœna*, incipit, *ubicumque lex*, addit alia jura, et *Glos. in l.*1. præsertim, *vers.graviss num multum*, *de fedit.*exponit, mortem, vel aliam secundum qualitatem personæ, ac dicit esse notandum pro statutis, et alijs dispositionibus talia verba apponentibus; sed pro veritate huius dicti ait, esse videndum penès *Io.And.in cap.prudentiam*, §. *ad dicimus*, *de offic.delegat.in fin.* ubi de more pulchrè, & affatim loquitur.

Et quam pœnam importent illa verba, *sub pœna etiam iræ*, *& indignationis nostra*, quæ verba,
26 præter alias minas, potuit legislator *in prag. 1.de receptat,* declarat remissivè, ibidem sub *num.*10.*Reg.Revit.*& ipse sentire videtur, quod mortis pœnam indicent; quia citat *Gulielm. de Pen.* quem dicit, non esse admittendum secundum notata in fine, dicentem; *Iram Regis nuncium esse mortis*, insequitur *Tasson. de an. tefat.verf.*12.*obser.*2. *num.* 28. *in fin.* sed *Bart.* quem etiam *d.Reg.*laudat *in extravag. Qui sint rebell.* io *verbo. indignationis*, dicit, huius verbi nullum inveniri effectum; & propterea iuxta eiusdem verbi solum operabitur, quòd indignatus non exhibebit se gratiosum, cum *Bart.* pertransleunt *Iaf.in l.* 1. *num.* 2. *ff. si quis insdic.non obtemp.Ruyn. conf.*30. *num.*9. *lib.*5. *Alex.conf.*103.*num.*14.*lib.*1.*Tusc.pract. conclus. lit.I.concl.*91.*num.*3.*Glos.*verò in *cap.*1. *§.porrò, vers.item si delator*, verb *perdit*, *Qua fuit prima causa benefic.amit.* dicens ipsum *text.* duas habere lecturas; primam, quod dicit, *si delator domini sui extiterit*, *&c feudum perdit*: alteram, quæ dicit, *alias indignationem domini non evitabit*; tradit, quòd illa verbi denotant idest *feudo privori potest*; & sic indignationis pœna feudi am[i]ssionem importat, prout in officiali mandato Regio non obtemperante, in quo erant illa verba, *pro quanta caram gratiam Regiam habent*, important officii privationem, ut diximus, & juxtà *Glos. secunda lectura in dicto §.porrò*, firmat *Iacob. de Sancto Georg.in sup.cit.fol.*80 *sup.num.*3.& *Glos.* dicit *secundi* ibique DD.& maximè *Bald. & Alvar.* & ex illo *tex.in d.§.porrò*, notat *Bald.in* 11.*col.* verb. illa in brevibus Apostolicis, quod *si aliqui ausi fuerint contravenire*, *noverint, se indignationem Apostolorum Petri*, *& Pauli in cursurum*, importare comminationem privationis beneficiorum; oppositum tamen tuetur *Bald in auth Batuimus col.*1.*ad fin.C.de ep f. & cler.*ubi dicit, quod Comes, & alius, qui Imperatoris, vel alterius indignationem incurrit, extrà ordinem puniri debet: non autem iurisdictione privatur, ex *text.in §. super. Authen. de quast.*cuius *Bald.in d.authen. statuimus* dictum, haud refert *Alvar.in d. §. porrò*. dùm ibi recensset ipsius *Baldi* ibi notab le dictum, & adversus illud adducit *Bart.in d. verbo, indignationem*; attamen circa hanc pœnæ comminationem, videas *tex.in Clem. exivi de paradiso*, *de verb signif.Franc.in cap.*1. *notab.*2. *de sepul. c.*6.*Bald.in l.cunctos populos,C.de summ.Trinit. Felya.in cap. quod olim* 2. *notab. de iud.* & per alios DD. qui plena manu adducuntur in *add. ad Iason.l.*1.*ff si quis ius dic.non obtemp.* qui & ipse ibi advertantes adducit, dicens in *d.§.porrò*, verba debere intelligi secundum subiectam materiam, quæ ibi in *cit. § porrò*, officii privationis erat: & propterea ibi talem importaut pœnam. Vndè illa indignationis verba cam irrogabant pœnam, quæ ex subjecta materia resultare videbitur; quod quidem est regulare in omnibus delictis, in quibus pœna, neque per ius regni, neque per ius commune, neque in speciali provisione certa, atque de

terminata extiterit; quòd tunc arbitrari de-
beat bonus judex, in quam pœnam inciderit,
l. sanctio legum, ff. de pœn. quam legem ad hoc
allegat *And. in cap. 1. §. quicunquè advocatiam,*
tit. de pac. ten. & videndi *Bortel. ad Bellug. in*
spec. Princip. rub. 11. §. restat, Menoch. de arbitr.
cas. 365. Danz. de pugn. DD. lib. 1. tit. de praem.
Reg. Aud. cap. unic. num. 81. & ad *Gram. dec.* 40.
ex num. 3. Thor. vot. 100. num. 93. Anton. de Ball.
in tract. crim. lib. 5. ad pragm. Regn. prælud. t.
num. 143. & lib. 6. q. 5. num. 13. Giurb. cons. 32.
num. 1. Concioli resol. crim. verbo, *pœna, resol.* 15.
Si qua autem fieret comminatio sub pœna rebus, &
personæ; quid illa importent verba? & *Gla.*
27 singularis, *in auth. de armis, ad fin.* dicit, im-
portare mortem, atque bonorum publicatio-
nem, ac de illa *Gl.* exclamare *Angelum in cons.*
217. ostendit *Corset. in sing.* verb. *pœna* 13. illum-
que una cum *Angelo* adducit *Gram. decis.* 72.
num 6. in monito, quod agit contra Regentes,
qui dum pragmaticas edi Proregi consulunt:
nè aliquam promulgari curent, quarum san-
ctio iam, vel per ius Regni, vel per ius com-
mune erat edita, prout dicit fuisse illam D.
Raim de Cardona, mandantem, ut monetam
demolientes pœna ultimi supplicii plecti debe-
rent; quam per priùs fuisse statutam per *cap.*
Regn. incip. iam sæpè sub rub. de demol. liliat. car-
lenos, ubi sancitur, talem delinquentem puni-
si pœna personæ, & bonorum; quæ quidem
verba importare mortem, & bonorum publi-
cationem, per *Glos. in d. auth. de armis.*
Pœnam verò gladii, seù ferri, quando comminari
28 à lege, vel statuto contigerit, quod pœnam
mortis naturalis comprehendat, tenet mordi-
cùs *Farin. in pract. crim. qu.* 19. *n.* 9. quidquid
in contrarium videatur sentire *Menoch.* qui pu-
tat hanc gladii pœnam intelligi debere secun-
dum subiectam materiam, ex quo etiam in iu-
re accipitur ista gladii pœna pro non morte na-
turali, sed pro quacumquè gravi correctione,
citrà tamen mortem, ut in *l. solet, de offic. præ-*
sid. & per alia iura ibi per *Farinac* adducta, qui-
bus ipse respondet in *vers. nec obstent*; sed ta-
men non erit veritati absonum, dicere, pœnam
gladii, & ferri debere intelligi secundum sub-
iectam materiam; & propterea diximus, illam
indignationis pœnam, eam sanè importare,
quæ ex subiecta materia resultare videbitur; &
esse regulare, ne dùm in casibus, in quibus
certa, atquè determinata non est apposita pœ-
na, sed etiam quando per statutum, vel legem
fuerit præfixa; nam tunc etiam iudex arbitran-
di pœnam, potestatem habeat, ad tradita per
Bart. in l. quid ergò, §. pœna gravior, in fin. ff.
de his, qui not. infam & post eum, ac post quam-
plurimos alios in *l. si severior, C. in quibus cau-*
sis infam & in aliis locis, hoc probat *Tiraq. de*
pœn. temp. in præfat. à num. 20. & per dictam
conclusionem non dissentit *Blanch. in sua cri-*
minali pract. §. post quem, num. 77. de communi
testans, & ibi opinionem *Bald. & Rim.* refert,
quòd in alteratione pœnæ in statuto expressæ
sit priùs Princeps consulendus; licèt ipse di-
29 stinguat: quod, aut iudex pœnam in statuto
sancitam alterare intendit ex causa, quam ius
commune consideravit: at tunc communis
opinio indistinctè procedat: quod illam, vel
alterare, vel minuere possit; quia iam non
iudex, sed lex illam pœnæ alterationem indu-
cit; aut verò iudex ex causa extrinseca præter
legem alterationem facit; & tunc illam limita-
tionem, ut Princeps sit consulendus, ample-
ctitur *Hyppolit. Riminal. in cons. 135. num. 27.*
inter cons. criminal. tom. 1. firmans in suo casu
non esse opus illa Principis consultatione, quia
causæ minoris ætatis pro pœnæ diminutione de
iure communi consideratur, *l. auxilium, §. 1. de*
minori., & DD. qui dicunt iudicem pœnam
legalem minuere non posse: quia iudex non
debet esse clementior lege, adducit *Iacob. No-*
vell. ad tract. ad defensam, vers. his hactenus, n.
44. & ibi subjungit, illam opinionem debere
intelligi, prout intelligunt DD. quos ipse ibi
laudat; & si casus adducere vellem, in quibus
istud iudicis arbitrium cernitur: etiam in casi-
bus certam pœnam à lege, vel statuto sanci-
tam, charta mihi in scribendo deficeret; sed
inter illos quotidiè practicamus, quòd quamvis
30 contra virginum stupratores adsit pœnalis
text. in §. item lex Iulia de adulteriis, inst. de
publicis iud. ubi, quod si personæ fuerint ho-
nestæ, publicatione dimidiæ partis bonorum;
si verò humiles, corporis coercitione cum re-
legatione puniuntur, & *Farinac. in tit. de deli-*
ctis car. q. 147. num. 6. illa verba, *corporis coerci-*
tione, declarat, idest fustigatione; sed corporis
coercitionem esse duplicem maiorem, & mi-
norem, dicit *Claud. Cantiunc. in tract. de offic.*
iud. cap. 7 num. 14. ubi utriusque corporis coer-
citionis exempla tradit; attamen iudex pro suo
arbitrio pœnam illam modò minuit, modò al-
terat; prout ex aliqua iusta causa iudici vide-
bitur, ut ibidem tuetur *Farinac. num. 96. pag.*
192. sic servari advertens: quidquid DD. dixe-
runt; at incidenter sualione huius dicti notan-
dum habes, quod hæc pœna respectu puellæ
stuprum passæ, sivè virginis, sivè viduæ, mini-
mè procedit, ut dicit *Afflict. in tit. quæ sint. re-*
gal. §. eodem natorum, num. 13. quia in iure hoc
cautum non reperitur, & ibi reprehendit *An-*
gel. aliter dicentem, & huiusmodi opinioni in-
hæret in *ead. quæst. Farinac. sub num.* 50. refe-
rens, sic apud eos servari; sed ubi de praxi
non constaret, sibi arrideret *Claud.* distinctio,
quam ponit ad *Bertaz. cons. 495. lit. A. in*
princip. ubi dixit primam opinionem in stupra-
ta etiam stuprum punientem procedere in vi-
dua; secundam autem opinionem in virgine,
ac ipsum dicit bonam adducere differentiæ ra-
tionem; & hoc advertere volui: quia in parti-
bus, ubi Tribunal collegiatum non residet,
Officiales passim tàm stuprantes, quàm stu-
pratas mulctant; coram quibus Officialibus in
istis causis, quarum pœnæ ab eorum depen-
dent arbitrio: & maximè, quando partes sunt
31 potentes, fiscus frustrà clamat; & versa vice
si querelantes, seù instigantes sunt potentio-
res, incassùm inquisiti patronus laborat; &
evenit id, quod ingemit *Isern. in cap. 1. nu.* 13.
quib. mod. feud. amitt. ubi quæstionem agitans
fusè, si quis aliquid de contentis in *est. cap.* per
quæ

quæ feuda vasallus perdere dicit, attenta verit
cum muliere de domo Regis, vel Imperatoris,
an in læsæ Maiestatis crimen incidat; & ar-
guendo primò, quod non, usque ad *vers. è con-
trà*: deindè, quod sic, usque ad *vers. satis sunt
fortes rationes*; hæc profert verba: *Satis sunt
fortes rationes ultima: tamen, quomodò dice-
mus esse crimen læsæ Maiestatis, ubi lex deficit,
cum sint prompta alia pœna? Cavere tamen sa-
pientis est: quia in talibus potentes, (quibus
pares esse non possumus, ff. de alien. iud. l. 3.) non
servant in hoc fines modestiæ, & ideò timeri de-
bet, quod de facto fit; quod met. causa, l. nec ti-
morem.* Est istud procedere de facto, quod ti-
mendum esse, dicit *Isern ibi, in cap. 1. num. 4. ex
quibus caus. feud. amit. in cap. 1. num. 22. quæ sit
prima caus. in cap. 1. num 9 de prob. alien. & in
cap. 1. num 63. quæ sunt regal.* maximè metuen-
dum in Officialibus Regiarum Audientiarum:
qui cum in provinciis superiorem, à quo eorum
errata citò corrigi possint, non habeant, omnia
ex solo animi motu, quæque libuerint eorum
placito, cum nemini ius sit, qui compescat,
efficiunt; quod minimè evenit ius dicentibus
in hac florentissima Civitate, in qua resident
suprema Tribunalia, & Excell. Prorex; extant-
que tam benè, tam rectè subordinata subsellia
cum opportunis, atque citissimis remediis, ut
pro omni Officialium lapsu superior adsit illicò,
qui medeatur. Hinc Proreges, atque eius Col-
32 laterale Consilium maiorem in iubendis Offi-
cialibus Regiarum Audientiarum, quàm in
aliis, quamvis præcelsis Administris supremo-
rum Tribunalium adhibere sollicitudinem de-
berent; quia ubi maius est periculum, ibi
cautiùs est agendum, *l. t. §. si quis, C. de carb.
edic. cap. ubi periculum, in princ. de elect.* cum
mala electio sit in culpa, *§. præterea, inst. quib.
mod. re contrahi, oblig.* & ad hoc allegat *Bellug.
in spec. princip. rub. 35. num. 33.* & qui sint ad
officia promovendi, docet *Luc. de Penn. in l. 1.
C. de divers. offic. lib. 12. col. 2. vers. & nata, quod
propter merita*, ubi in alio *vers. sed quid vaca-
mus*, invehit contra pravam illius temporis in
Officialibus eligendis consuetudinem.

Banniti insuper pluribus in casibus ante annum
forjudicari possunt ex *prag. 1. num. 2. & prag.
33 4. de exulib. ac prag. 37. §. 1. de offic. magist. ju-
stit.* et memores sunt *de Leonard. in prax. offic.
cap. 12. circa med. Rota in florileg. pract. conclus.
9. num. 78. & 79. Novar. de gravam. vasall. gra-
vam. 9. num. 21. & decis. 33. num. 4.*

Quomodò verò isti banniti, seù exules digno-
scantur, et quæ requirantur ad hoc, ut de il-
lis Pragmaticæ loqui dicantur: profectò dicen-
dum ab eadem memor. *Pragm.* 1. luculenter
hæc omnia, doceri: sub illis verbis: *Che tutti,
e qualsivoglia contumaci, forasciti, e delin-
quenti, che sono andati, vanno, & andaran-
no in comitiva da forasciti, per le campagne
rubando, e facendo altri delitti, perturbando
lo quieto vivere delli buoni, debbiano &c.* con-
feruntque aliæ *9. & 11. eod. tit. de exul.* Ex qui-
bus verbis ille dicetur bannitus, qui cum sit
delinquens, contumax, vel forjudicatus, in
comitatu aliorum similium per campaneam
grassantium quietum vivere perturbat: ità
quod in primis requiratur, quod sit contumax
forjudicatus, ac delinquens. At verò an istæ
qualitates unitè exigantur, vel quælibet ipsa-
rum sit sufficiens, ut quis in bannitorum pœ-
nas incurrat; dicendum est, vel unam sufficere,
si flagitium tamen aliquod patrasset; licèt
neque contumax, neque forjudicatus extite-
rit; ut dicit *Carav. in pragm. 1. de exulib. in 5.
notab. num. 11.* ac luculentius probat, opposi-
ta refellens optimè sub *num. 11. vers. non ob-
stant.* Et consequenter si poneremus aliquem,
qui non fuisset contumax, nec forjudicatus,
neque delicti alicujus reus, incedentem tamen
cum aliis forasciti, delinquendo, et quietum
perturbando vivere: an hic, inquam, banni-
tus dicatur, itàut qui eum interficiat, præ-
mium consequi possit? ac sanè attentis Prag. verb.
de quibus suprà, et à perpensis à *Carav.* in locis
proximè cit. dici posset, eum non esse bannitum;
attamen puto verius oppositum nam, licet in
præfatis verbis Pragm. dicat de delinquentibus:
non propterea est intelligenda, includere illos
tantum, qui priùs erant delinquentes; ac ex-
cludere, qui priùs non erant delinquentes.
Patet ex subsequentibus Pragmaticæ verbis;
ubi præmia exponit bannitos occidentibus,
vel capientibus; ac ponens casum de illo, qui
cepisset aliquem, qui non esset forjudicatus
per sententiam, seù de aliis exceptuatis, sed
solùm forascitus: præmium ducatorum quin-
quaginta pollicetur, sub illis verbis; *E non
essendo forgiudicato per sentenza, ò dell' infra-
scritti eccettuati, ma forascito, se li doveran-
no docati cinquanta*; ergò solùm sufficit, ut
cum aliis grassando incesserit, et quod forasci-
tus; quamvis nullum commiserit delictum
priùs. Et quando pragmatica dixit: *delinquens,
qui in comitiva per campaneam incesserit*, in-
tellexit de eo, qui incedendo delinquit; alio-
quin si tantummodò in comitiva cum aliis per
campaneam fuisset egressus, nullumque deli-
ctum commisisset, bannitus dici nequaquam
posset; atque adeò eum occidens ex solo incus-
su, nullo potietur præmio, ut dicit ibidem *Ca-
rav. num. 184. in q. 21.* ac magis clarè sub *num.
190.* ubi ait, quod forascitus solùm, quia
cum aliis forascitis incessit, debet etiam esse de-
linquens alio peculiari delicto, ut nostro edi-
cto includatur; ac in tali casu istos, qui in co-
mitiva aliorum incesserunt, sed nullum delictum
commiserunt, non plectendo gladii, sed trire-
mium pœna, observari dicit *Carav. ibidem. nu.
587.* quem referet, ac sequitur *Jo. Grand. in
tract. de bell. exul. in prædicam. pati. qu. 1. num.
3. pag.* (mihi) 64. Et hæc pœna in isto simplici
incessu est consideranda inspecto tempore mem.
pragm. prima, in qua requiritur, ut in ipsa co-
mitiva cundo, delinquat.

At ex *pragm* edita tempore Ducis Ossuni anno
1585. per quam statuitur, quod si quatuor in
34 campanea more forasc torum armati incedant,
pœna ultimi supplicij mulctentur; utique non
opus est, quod delictum per forascitos com-
mittatur, ut puniri possint. Nam si memorata
prag. Ducis Ossuni mandat, morte naturali
eum

eum plectendum, qui cum aliis tribus armatis
more forascitorum fuerit visus per campaneam,
eò magis, si cum multis forascitis animo grassandi incesserit; licet adhùc aliquod ex illis delictis, quæ patrare cum illa comitiva volebat,
se minimè perfecerit; nàm ista voluntas delinquendi cùm forascitis non dicitur coercita terminis puræ voluntatis, aut cogitationis; quia
si hoc esset, de jure in foro exteriori cogitatio-
35 nis non mereretur pœnam, *l. cogitationis, ff.*
de pun. cap. cogitationis, de pœn. dist. 1. etiam in
crimine læsæ Majestatis, *Menoch. de arbitr. lib.*
2. *cas.* 306. *num.* 5. *&* 26. quod quidem an sit
verum, videas late prò, & contra penès *Farin.*
de crim. læs. Majest. q. 116. §. 4. *à num.* 15. ubi dicit ampliativè ad regulam, quam ponit affirmativè, quod in eo crimine conatus, etiam effectu non secuto, punitur. Sed voluntas delinquendi cum forascitis, devenit non modò ad
actum aliquem extrinsecum, verùm etiam ad
actum proximum; adeò quod per ipsum non
steterit, quominùs delictum non fuerit patratum; in quo casu punitur conatus, juxtà do-
36 ctrinam *Afflicti in constitutione Regni, adulterinam, num.* 6. *vers. & ultimo quæro*, maximè in delictis perniciosi exempli, *Salycetus*
in l. si quis servum in princip. C. de furtis, Gram.
decis. 74. quidem etiam effectu non secuto,
prout in aliis non sic fortioribus iura in talem
conatum ad actum proximum productum, quique in puris cogitationis terminis non restiterit, eadem pœna, qua mulctassent, si effectus
foret secutus, animadverrunt, ut optimè per
Farinac. tractantem articulum de cogitationis
pœna in *q.* 124. *de homic. num.* 104. necnon sub
num. 113. qui ibidem fusè agit, quid dicendum de conatu, non secuto effectu, & an eadem, vel mitiori pœna utendum? Est enim
adeò atrox hæc per campaneam cum forascitis
incedendi potervitas; quod, quando nihil penitùs sceleris admitteretur; cum ex uno eorum,
simplic que incessu provincias desolatas in dies
experiamur, ultimo tamen damanando supplicio per illum simplicem incessum, consultissimum est.

Hic autem non omittam dicere, quod ad hoc,
ut dicti forasciti, etiàm quod non deliquerint
puniri possint, plures debent copulativè concurrere conditiones: quarum quælibet si
defecerit, utique contra eos nequibit istius
pragmaticæ sanctio exerceri. Etenim, quando
statum plures requirit qualitates pro aliquo
puniendo, omnes adesse debent, *Bart. in l. ait*
prætor, §. quod autem, ff. ne quid in flum. ex
illo *tex.* quo notatur, quod nisi probetur qualitas in inquisitione exigita, reus absolvendus
erit de quo videndus *Alex. cons.* 224. *vol.* 2. ac
Dec. cons. 540. *num.* 9. *cons.* 120. *col. fin.* alijque
DD. ibi additi ad *Bart.* cùm verissimum sit,
quod, quando statutum aliquid de novo cum
aliquibus qualitatibus inducit, illæ qualitates
censeantur de forma, & verificari debeant,
Bald. in l. comparationes, C. de fid. instr. q. 3. *Dec.*
cons. 434. *in princ. & in cap. ex parte, de const.*
quæ autem qualitates requirantur in casu nostro, eas declarant *Jo. Grand. in prædicam. quanta, q.* 3. *num.* 17. *Muscatell. de cognit. delict. sub*
br. de furtis, num. 48.

Prima requiritur, quod non sint pauciores, quàm
quatuor. Cur autem pragmatica sanxerit, quod
37 esse debeant quatuor, ac non tres? quando
ternarium numerum sacrum præcinit esse Pythagoras, ac talem numerum omnia esse, ut ex
Lil. Girald. Ænigm. pagina (mihi) 479. *n.* 33. *to.*
2. quamobrem, terminum trium dierum sufficientissimum ad probanda ea, quæ incontinenti probari debent, esse, dixit *Ant. Mass. Gall.*
ad formam Cam. oblig. in q. ad 4. particulam, nu.
20. subdens rationem ibidem, *vers. data, nu.* 32.
& inolevit in ore omnium dictum illud, comites, ut caveantur iurgia, ac pariter delectationibus repleantur, neque pauciores debere
esse numero Charitum, neque plures numero
Musarum, indicans ternarii numeri perfectionem, quam alii in senario collocarunt; ut in
pream. Sext. vers. quem librum; respondetem,
quod, nisi velimus dicere pragmaticæ huiuscemodi conditorem pro libito hunc numerum
constituisse, prout respondet *Glos. in l. non omnium, ff. de legib.* verbo, *non omnium*, ubi inter
exempla, in quibus potest ea lex habere locum,
quorumq; ratio reddi non potest, censet unum
de usucapione; quatè scilicèt in ea statuitur
triennium, non biennium, aut quadriennium;
& in simili perpendit *Fontanel. dec.* 363. *n.* 24.
lib. 2. inquirens, cur testes decem, & non plures, aut pauciores statutum, in Cathalonia
adduci; & cur potiùs septem in testamento, &
in codicillis quinque testes requirantur; Id fortasse fecit, quia quaternarius numerus maximam omnium significationem continet; ut
propterea quaternarium in significatione omnem numerum excedere, dixerit *Petr. Bong. tr.*
de mystic. quaternar. numer. significat. Nil indè
mirùm, si antiqui legum Coriphæi tot quartas introduxere, ex quibus triginta quinque
recollegit *Berengar. Ferdin. in repet. l. in quartam*
ff. ad l. Falcid. in 2. *art.* 2. *cap. ex num.* 6. ut lepidè
perpendit *Jo. Petr. Fontanell. decis.* 392. *num.* 15.
lib. 2. inquirens, usque ad quam quantitatem
permittatur donatori, posse testari de bonis
donatis: quando nullam fecit reservationem
certam; sed prout sibi benè visum fuerit, &
seù secundum possibilitatem domus; Multa
verò de præstantia numeri quinarii exarat *Cælius Rodigini lib.* 12. *antiqu. lect. cap.* 9. inquiens,
simul omnia supera, & divina designare aliaq;
tradunt *Gam. in reg. de triennal. q.* 1. *Cassan. in*
Cathal. glor. mund. p. 12. *consid.* 17. *Clitaveus*, &
Luc. de Penn. laudati à *Ferdin. Paez in tractat. de*
excus. parens. n. 48. & illius juridicas prærogativas observans *Dominic. Homem de Almeida Lusitanus* librum *Analysis excellentiarum in iure*
numeri quinarii, edidit; & in terminis *pragmem.* quid si fuissent tres, duo, vel unus, ex
Bonifac. de Vitalen. in rub. de fals. num. 18. notat
Thor. ad Jo. Grand. cit. tract. ad prædicamentum,
pati, vers. sed quid infrà.

Secunda qualitas est, ut armis forascitorum more
38 armati sint; nam cum armorum delationis sit
de iure communi prohibitus usus, *l.* 2. *C. ut*
armor. usus, DD. ex illo *tex. in l.* 1. *ff. ad l. Iul. de*

vi pub.& *in cap.clerici de vit.& honest. cler.Cabal.cent.2.cas.*129.*nu.*19. oritur propterea contra arma deferentem indicium, & præsumptio, ut ait *Farin.* hanc constituens regulam, cum ampliationibus, & limitationibus, *q.* 52. *n.*70. ac maximè, qualitate armorum, quæ animum, & maleficii committendi atrocitatem arguunt: ut ibidem firmat *Farin.sub num.*72.subnectens, id magis urgere, quando quis arma gestare non consuevit, ut sub *num.*82.

Tertia qualitas est, ut ii pro forascitis, ac ho-
39 minibus malæ vitæ sint diffamati. Siquidem cum quilibet regulariter bonus, probatæque conditionis, & famæ præsumatur, *l.servos*, ubi *Glo.de manum.test.* cum aliis adductis latissimè per *Tiraq.de pen.temp.cap.*51. *nu.*3. ac *Menoch. de præsump.lib.*1.*præsumpt.*1.*num.*1.*& seq.*ubi hanc firmat regulam ex iuris Civilis, Canonici, Sanctorum, Theologorum, ac Sac. Scripturæ authoritatibus: ut non cogatur inquisitus probare suam bonam famam; cum is, qui iuris præsumptionem pro se habet relevetur ab one-
40 re probandi; imò liquidissimam probationem habere dicatur, *cap. afferte*, ubi DD. communiter, *extr.de præsump.l.generaliter*, *§ si petitum in fin.ff.de commiss.lib.* neque officit observantia, qua utimur in inquisitionibus, in quibus ad reorum defensionem eorum bonam famam, ac vitam probare conamur; cum hoc fiat, quia in illo casu contra inquisitum forsàn specialis suborta præsumptio urget: per quam illa generalis bonitatis, ac famæ præsumptio tollitur: cum generi per speciem derogetur; de quo videas *Menoch.lib.*5. *præsumpt.*1. *num.*33. *Mascard.de probat.lib.*1.*conclus.*235.*Foller.in prax. crim.*verbo, *dentur capitula*, *num.* 29. *Bertaz. consil.*60.*num.*17 *lib.*1.*cons.*493.*num.*20. *lib.*2. *Clar.§.fin.qu.*60.*Iul.Capon.disp.*29.*num.*74.*lib.*1. *discept.forens.*prout à contrà ista qualitas malæ famæ per statutum exigita, esset per fiscum probanda: cum alleganti eam incumbat probandi onus, *Gabriel. de præsumpt.concl.*2. *n.*9. *in fin.vers.an autem ista qualitas*, *Menoch.d.lib.*5.*præsump.*1. *num.*36.*&* 37. & qualitas homi-
41 nis ex fama innotescit, *l.cum omnis*, *§.à barbaris*, *ff.de re milit.Bart.in l.de pupillo*, *§. si quis ipsi prætori*, *ff.de nov.oper. nunciat.* hinc *Paris de Put.*verb.*quidam latro*, *sub num.*3. quærit, an sola fama, quod quis sit latro famosus sufficiat; ac præcipuè in *vers. tamen in casu nostro*, dubitat, quid, si uno totius populi, seù provinciæ clamore habeatur quis latro famosus, quod multos in sylvis fuerit aggressus, rapinisque vixerit; at in ipsum nullum probatur in specie delictum, nequè tortus confitetur: an possit ex sola dicta fama damnari tanquam famosus latro? & post adducta nonnulla Regni iura, ex quibus queat elici, famam solam sufficere ad procedendum contrà illum ex mero officio, ut posteà secundum probata sequatur condemnatio, non tamen ad damnandum eum capite ex sola fama Populi, quia ad clamorem, seù rumorem illius non debet sententia ferri, seù contra iudicari, *l.Decurio num.*11.in ordine, *C.de pœnis*; cum fama, nonnisi præsumptionem pa-
42 riat; & nemo est damnandus ex præsumptionibus, *l.fin.C.de probat.l.absentem,ff.de pen.* imò neque famam unico teste vallatam probare dicit ex DD. quos ibi allegat: namquè ab iis in vulgum emissa præsumitur, qui de hoc famam oriri peroptant, *Bart.in tract.de quæst.& Bald. in l.cunctos populos*, *C.de sum Trin.*ac *Parid. de Put.Boss.Gandin.Bonifac.Vitalem*, & alios adducit ad probandum, quod neque in crimine Hæresis ex fama sequi possit condemnatio, *Zanch. Ugolin.de Hæret.cap.*11.*in addit. vers. quamvis autem.* Sed an saltèm gignat inditium ad torturam? *Brun.de indit.& tortur.num.*311. *Anton.de Can.de quæst.& torm. memb.* x. *num.*25. & solam non parere inditium ad torturam, *Grotus de testib.tit.in causa civ.qui poss.esse test.nu.*49.*Gramm.cons.*42.*num.*15.*Giurb. cons.*13.*nu.*18.*cons.*43.*num.*19.*& cons.*87.*num.*6.*Carena de offic.S.Inquis.par.*3.*tit.*10. *num.*64. *Cyriac. controv.*150.*num.*49 *Vermigl. cons.*25. *num.*13. *& cons.*72.*num.*13. *Concioli alleg.forens.*92. *nu.*35. *alleg.*98.*num.*7.*& alleg.*99.*num.*11. licèt adsit in hac re discrimen inter ius civile, & canonicum; de iure civili enim uno teste suffulta sufficiens est ad torturam: de iure autem Canonico sola fama sufficit, ut dicit *Hieron. Zonn. de differ. iur. civ. & canon. num.*185.*Decian.cap.*21.*num.*24.*lib.*2.*Gravett.cons.*41.*Gilbaus.in arbor.crim.partic.*11.*ex num.*21. *Boc tract. de tortur.cap.*5.*num.*27.& in *consil.*eidem *tract.* annexo, *Thomas Metager.eod.tract.de tortur.concl.*99. *& seq.Fab.in C.lib.*9 *tit.*21.*def.*20.*Schurpf.cent.*2.*cons.*93.*Concioli* latè *resol.crim.* verbo, *fama*, *resol.*1. ut è contrà fama bona inquisiti eum à cruciatibus eripit, ut ait *Fran Cason. de malef. c.*2.*n.*9. Et fama bona in criminalibus operatur, & quandoque anſam indicendi purgationẽ præstet: quandoque inquirendi materiam tradat; interdum alias probationes, seù adminicula suppeditat, ut per *Brun. Com. in Lucerna Inquis.n.*2 *col.*3.

Ut autem fiscus tertiam illam qualitatem se probasse, canat; duo probari oportet: diffamationem nempè in genere, ac diffamationem in specie, quamobrem non sufficit probasse, eum esse malæ vitæ, famæ, & conditionis; quæ quidem fama in genere quomodò probanda, quot testibus, qui an causam suæ attestationis reddere debeant etiàm non interrogati, an satis sint testes singulares, inhabiles, factum dilucidè non explicantes, ex quo ortum habuerit fama; an dicentes illius societatem ab omnibus vitari; ità extare vocem apud, omnes; vel vel se audivisse pro tali ab omnibus eum cognoscentibus æstimari, quamplurimaque de hoc alia videas *Farin.d.qu.*47.*à num* 301 *usque in fin.*non, inquam, sufficit, probasse eum esse
43 malæ vitæ, famæ, & conditionis: sed opus est, ut probetur, eum esse pro forascito diffamatum; quod quomodò probetur, videas adducta ab eodem *Farinac. in eademque qu.*207. referente illud *Gramat.*dictum *cons.*42. *num.*8. quod toto suæ vitæ tempore, in nullo processu publicam famam legitimè probatam repererit; & aliis authoribus id ipsum affirmantibus adductis, ponit demum ipse à *num.* 208. multa requisita. Primò quod sint duo testes, non pauciores. II. quod sint testes integræ opinio-

nis.

nis. An autem istud requisitum debeat articulari, & probari; concludit se nunquam vidisse in Vrbe, totoque Ecclesiastico Statu istud requisitum fuisse probatum, neque articulatum; sed de iure, esse probandum, atque articulandum, iuxtà magis receptam sententiam, ut firmat sub *num.*315. ex DD.quos adduxerat latè sub *num.*211. III. quod rationem dicti vel non interrogati reddant; atque adeò causas exprimant, indicia, & coniecturas, qu bus orta fama est: ibiquè de limitationibus ad hoc tertium requisitum. IV. vt testes, si interrogentur, sciant, quid sit fama; aliàs si responderent nescire, minimè probant; quod ampliat, etiam si non sint periti, fusè memoratus *Far.de indit. & tort.qu.47.ex n.219.Clar.in pract.crim. §.fin. qu.*6.verbo,*postremò, Mascard. de probat. concl.* 749.*ex n.*32.*Rota* apud *Greg XV. dec.*325. *n.*13. de quo requisito, quicquid dixerint DD. in praxi nullam haberi rationem: & sat est, quòd respondeant per verba vulgi, famam describendo more vulgari, notat *Masc.de probat.concl.* 749.*num.*35. *lib.*1. Gentilis meus *Petr. Anton. Petra de fideicomm. qu.*13.*ex num.*120. *add. ad Greg.XV. dec.cit.*325.*num.*28.*Farinac.mem.qu.* 47.*num.*225.*Concioli resol.crim.*verbo *fama, res.* 8. V. debent testes specificè super quolibet articulo deponere: non autem generaliter sic, (contenta in eo articulo sunt vera.) VI. authorem, à quo audiverint, nominare tenentur; & ibi ampliat. ac limitat. nect t, VII. se à maiore populi parte id accep sse; cum ampliat. & limitat. Multaque alia circà famæ in specie probationem videas penès eundem; quia ibi in vnum collectum habes, quicquid sparsim ab aliis traditur, & præcipuè à *Baldo in l § quis ex Argentariis, §.quod, num.*4.*ff de edendo*, in quo habetur, famam in specie posse probari per duos
44 testes. Attamen si fama niteretur decem testibus, licèt formiter probata non esset, probata haberetur, *Hier.de Mont.de finib.regund. c.*57. *num.*11.*Thobi.Noni.cons.*111. *nu.*5 *Vulpel.cons.* 39.*nu n.*9 *Cyriac.controv.* 102. *P. Delrio disquis. magic.lib.*5 *sect.*3.*§.famam,Concioli*, regulam declarans, *resol.crim.* verbo, *fama, resol.*7. tùm quia, notorium dicitur, quod decem test bus deponitur. *Bald.& Corn.ibi* laudatus, tum quia decem hominibus Vniversitas constituitur. *Alex. & Mars.ibi cit.* Plura de fama videas eundem *Hieron.cap.*55.*&* 56.*Crot.de testib.num.*159. *Iacob.Simanch.de Cath.Inst.tit.*65. Quid sit? *And. Barb.de test.p.*4.*num.*9.*Medic.de defin.defin.*6. *n.* 4. *Thom.de Pipera de fam. num.*1. *Amod. de Casali.de Synd.num.*50.*Ricc.collect.*206. 1133. *&* 3165.*Mart. Vran.in lectur.* ubi *Additionator ad cap.tam literis, de testib.pag.*(mihi) 233. latèque *Ulric Vnmmii disput.ad proces. iudic. direct.* 18. *thes.*1.*ex n.*12. Vndè dicatur? Idem *Thom.* de *Piper. num.*13. A fando dictam vult *Sext. Pompon.de verb.signif.* quia fando serpit. *Freber.*1.*de fama* 1.*in pr. Isid.Ethymol. tit.de iis, qua ad ius cap* 27.*num.*5. qui dicit, tàm in bonam, quàm in malam partem sumi, stare loco nesciam esse, ac mendacem; cum multa interdùm de veritate immutet; ac tandiù dici famã, quandiù non probatur; probatam rem dici potius, quam famam, *Cornel.Frontone de diff. & propriet latin.ser. fol.* 330. qui ponit discrimen inter famam, opinionem, ac rumorem; ac sæpissimè famam pro infamia capi; undè famosum prò infame notat *Non.Marcell cap.*4. *num.* 193. quid, & quotuplex sit fama? *Gilhaus. in arb. crim.p.*5.*c.*6.*ex num.*1.*Mascard.de probat. concl.* 748.*vol.*2.*Molin.tom.*5. *tract.*4. *disput.*1. Quam verò probationem faciat in civilibus? *Crot. in tit.in caus.civil.qui poss.ess.test.* semiplenam dicit, at in antiquis plenam. *Alciat.præsumpt.*3. atque adeò confines probat, *Hier.de Mont.de finib regund.d.cap.*55.*num.*10. & sub *cap.*66. quid etiam per famam probetur?

Vltrà tres dictas qualitates vult pragmatica, illos
46 repertos fuisse simul in campanea; nàm si intrà mænia, vel in aliis locis, vbi Banniti morari non solent, reperti fuissent, in istius Pragmaticæ dispositione non includerentur; cum locus suspectus, in quo talia perpatrari soleat; vel locus insolitus, in quo versari quis non consueverat, indicium contra inquisitum inducat ex *tex.in l.§.divus, de sicar.* propterea diripiens cum vi, & violentia, non in via publica, sed rure, vel in agro, haud latro dicitur *Cancer. variar. resolut.lib.*3.*cap.*17.*tit de fama amisso, Præs.Merl. lib.*1.*cap.*17.*num.*23.*Capibl. de Baron.prag.*6. *c.* 28.*ex n.*12. quia si ad aliud in via staret, & casu furtum facere vulnere quoque intercedente pœna ordinaria minimè punitur, *Reg.Sanfelic. dec.* 40.*num.*3.*&* ante ipsum dixit *Grammat.tom.*3.*c.*5. *num.*10. Hinc iudicem monet *Gandin. tit. de præsumpt.& indit.num.*3. vt locum consideret; quia secundum locorum diversitatem, ac varietatem varia colligitur coniectura, *l fin.C. si mancip.ita l.aut facta, §.evenit ff.de pæn*, ac delictum appensatum, vel in rixa arguitur, *Marc. Anton.Blanc.de indit num.*200.*Fran. Casson. de facto ante delict.cap.*2. facinus gravatur, ac præcogitatio ostenditur, *Iacob.Novell.in tract.crimin.ad defens num.*140. ex *Mars. Alb.* necnon *Blanc.* ex frequentatione loci in quo ubi fuit commissum flagitium, post alios *Jo: Carolus Antonellus de loco legali, lib.*3.*cap.*16.*num.*1. si quis in Prætorio, Ecclesia, aut alio simili loco hominem interfecerit; præsumptio sit, illùc non nisi ad homicidium perpetrandum deliberatè eum accessisse; vt proptereà locum in delictis puniendis esse attendendum, voluerit *Placent.de accus. tit.* 7. *num.* 5. cum locus, & tempus quandoquè operetur: vt, quod non esset delictum, sit delictum; (vt in negotiatoribus videre est, quos Christus Dominus eiecit è templo;) quod non erat atrox, fiat atrox acriori pœna plectendum: prout est furtum, quod in Ecclesia commissum furti nomen exuit, ac in sacrilegii fœditatem migrat. Hinc iniuriæ ratione loci graviùs puniuntur, *Inst. de iniur. §. atrox, l prætor edixit* 7.*in* ordine, *§. atrocem, finali, ff.de iniuriis*, quandoque leviùs, ut si iniuria infligeretur in loco minus frequente, *Bald. in l.cum ancillis, C.de incest.nupt.* Reliqua quoad loci rationem videas apud *Conrad. Brun.de sedit.cap.*7. *usque ad* 6. à quo subnectit theoricam ratione temporis delicti; an in delictis mul-

ctanda

ctandis attendatur principium loci, vel finis,
adeas *Bald.Peruf de statut.verf.territorium,nu.*
3 loci appositionem, ac temporis in re crimi-
nali esse de solemnitate, *l aut facta* 16. in ordi-
ne,*§locus,& § tempus,ff.de pœnis*,ad finem levi-
ter, vel acr ter puniendi inquisitum, *Glossa in*
dicta l. aut pactio,circa principium. Alber.Brun.
de reb.dub.verf. & quidem dispositio, num. 16.
*Porif.de synd.num.*31.

Ac de omnibus forascitis esse probandam arma-
47 tionem per campaneam, perspicuum est; nàm
licèt sint contumaces, & in civitatibus trahe-
rent moram, vel oppid s: si abstinerent tamen
à campanea in comitatu aliorum: vtique sub
mem.pragm.1. de exul. non includerentur, ut
tuetur *Carav.num.9.&*10.quia isthac qualitate,
quod sint forafeiti, hoc est foras iti, non pol-
luuntur. Qua de re cum fuisset per Electos hu-
ius civitatis Neapolis supplicatum, vt ne sub
dicta pragmatica includerentur contumaces,ac
banniti: qui per campaneam in comitatu fora-
scitorum non iverint, eunt, aut forent ituri:
fuit edita declaratio iuxta supplicata, in hisce
verbis: *Ha inteso il tenore del preinserto memo-*
riale: benche per il detto banno si chiara, nè hà
*necessità alcuna di dichiarazione,&c.*vt *in prag.*
6.Ac miror, quod *Caravit.* ad hanc *pragm.* 6.
non respexit,prout advertit *Foll.ibidem sub nu.*
14. vbi declarans per suum commentum, de
quibusnam bannitis intelligatur pragmatica
prædicta: non intelligi, ait de iis, qui in Ca-
stris, vel aliis locis absconditis repeniuntur;iux-
tà novam declarationem à memorata pragma-
tica factam.Quapropter, prætèr tres qualitates,
quas à Fisco probandas dixerunt *Io. Grand.* ac
Muscatell. requiri arbitror, ut probetur, eos
repertos per Campaneam in loco suspecto, in
quo solitum est grassari,vel facillimè quis gras-
sari potest.

Hodiè verò post præfatam *pragm.*alia fuit condita,
48 dicto *delli* 89.*capi*;in quo in *cap.* 48. exponun-
tur casus, in quibus procedi ad modum belli
possit; inter quos adest unus tenoris sequentis
vz. *L'armare per la campagna con armi prohi-*
bite à modo de forasciti in comitiva, e numero
di quattro persone almeno; quando però col detto
armare commetteranno delitto, ancorche prima
non si travassero inquisiti d'altri delitti: etiàm
che non siano pigliati in flagranti con le dette
armi: così se armaranno dentro, come fuor di
strada.

Et sic ex hujusmodi *pragm.* videtur fuisse innova-
49 tum pragmaticæ Ducis Offuni requirenti,
etiam in ipso incessu aliquod delictum; quod
quidem requisitum, valdè anceps sum, fuerit
nè duntaxat inductum adhoc, ut ad modum
belli procedi possit: non tamèn quod sinè illo
requisito banniti non dicantur, capitis pœna
puniendi, ab omnibusque impunè occidendi.
Tù interim cogitabis; ego enim prò nunc cen-
seo, minimè, nisi specialiter exprimatur, esse
derogatum pragmaticæ Ducis Offuni, ex *l.*
alumnæ, §. qui filias, de adim. leg. l.sancimus,
C.de Testam.l.præcipimus, C.de appell.Oldr.conf.
190.*Anchar.conf.*161.*in fin.Crav.conf.*70. *num.*
17. qui fusè ait, non esse præsumendam dero-
gationem legi veteri per novam; maximè
quando sibi invicem non adversantur, sed
utraque salvari potest adhibita aliqua distin-
ctione; licet *D.Reg. Tap. tit.de latronib. num.*
13.*lib.*5. *in fine*, offerat servari, armantes per
campaneam simpliciter, ad triremes; commit-
tens insuper delicto, nece damnari; & non dis-
sentiunt *Consil. Campana de forjudicatione, re-*
*sol.*8.*num.*6. improbans *Muscat. cit loc. Thor.in*
*Cod.caf.*1. *num.*9.*& caf.*22.*num.*5. *Dana.de pu-*
*gn.DD.tom.*2.*tit.de armat. per camp. cap.* 1. *ex*
*num.*15. quorum opinioni obstare videtur san-
ctio Ducis Offuni; de qua per *Muscatell.tit.de*
*furt.num.*48. *& de eorum pœnis, num* 40. ubi
hæc habet verba: *Tertia, & ultima declaratio*
erit de jure Regni, quod dicti Latrones, seù
forasciti, qui per campaneam incedunt, etiàm
si nihil commiserint, vz. vim aliquam, seù
disrobationem, seù quodlibet aliud delictum;
sed quod tantum reperiantur simul in campanea
armati armis forascitorum, puniuntur pœna
mortis naturalis, ut per allegatam prag. Duc.
Offun.de anno 1585. *de qua mentionem fecimus*
*suprà num.*48. *in* 1.*rubr.ubi retulimus tria re-*
quisita substantialia, quæ concurrere debent,
ut sic locus dictæ pragmaticæ, & dictæ pœnæ
mortis naturalis locum habeat. Hæc *Musca-*
tell Quamobrem mihi probatur opinio, di-
ctum *Reg.Tapia* procedere attentis primis prag-
maticis; quarum respectu si forasciti delictum
minimè commiserint, ad triremes damnandos,
dixit *Carav. in mem.pragm.*1. *num.*187. ac *Jo.*
Grand.cit.loco. At attenta *d. pragm.* Ducis Of-
funi aliter dicendum esset, nisi forsan ex *d.*
pragm.delli 89. *capi*, de qua ibi non meminit:
(quamvis post illius promulgationem ille quin-
tus criminalis liber in lucem omnium utilitati-
bus prodiit,) hæc inolevisset observantia; quæ
hodiè simpliciter citrà dubium, æquitati inni-
xa, viget. Imò per aliam pragmaticam editam
ordine Excellentissimi Magni Admirati sub die
19. Maji 1644. quæ est 22. in ordine, *num.*6.
de exulibus, expressè habetur: quod si legiti-
mè constiterit, aliquem fuisse sulùm visum ar-
matum armis igneis in comitiva aliorum ban-
nitorum ad minus quatuor, succumbat ipso
facto in pœnam mortis naturalis, & contra
eum coarctari possit forjudicatio, ad terminum
dierum quatuor; quæ vt practicari possit for-
judicatio, non sufficiunt inditia ad torturam:
sed incessus concludenter erit probandus, jux-
tà lepidè tradita à *Campana, in mem.resolut.*8.
*ex num.*2.In hac enim pragmatica consideratur
incessus, & practica cum bannitis; quod ma-
ximum est flagitium, nullumque requiritur
patratum delictum, ac omnis tollitur hæsitatio
Carav.& aliorum, teste *Thoro* ad *Jo. Grand.cit.*
loc. ad prædicamentum, post, verf.tamen per
istam pragm. cum enim quis cum bannitis de-
ambulat, præsumitur esse talis, *Farinac. tit.*
de indit. & tortur. q. 52. *ex num.* 85. & parti-
ceps delicti, *Cravett. conf.*73. *&* 220. *Menoch.*
*de præsumpt.lib.*1.*qu.*89.*Aunt ment ad Gram-*
*mat.decif.*34.*num.*36. exclamante, *scriptura,*
de qua meminit *Blas.de Murcon. in const. Maie-*
statis nostræ; incorruptus manere non potest,

qui corruptis sociatur: & qui communicat su-
perbo induet superbiam; lateque *Danz. de pugn.*
DD. tom. 3. de indit. proxim. & remot. cap. 8.
Quid verò si non per campaneam armarent, at
50 per mare: an dictæ pragmaticæ dispositioni
subjicerentur? Ut mea fert opinio, quam pro
nunc non differo simpliciter negandum censeo.
Nam Ducis Ossuni sanctio, alterando jura
communia, ac Regni, id statuit propter gli-
scentem in dies per campaneam fùralcitorum
copiam; quod non est in mari, in quo perquam
raró furta fieri contingit, nisi a Piratis, qui
latronibus æquiparantur, *l. postliminium, §. à pi-*
ratis, ff. de capt. & postliminium revers. l. in rebus,
ff. commod. auth navigium, C. de furt. Sauter. de
assecur. par. 4. num. 53. Rot. Gen. decis. 101. num.
1. Consil. Rocc. de assecur. not. 41. ex num. 125. lib.
2. qui videndus *not. 40 de navib. & naul. Jo. de*
Evia in labyrint. commerc. naval. lib. 3. cap. 14.
num. 25. Piratæ enim sunt, qui in mari rapi-
nas, ac latrocinia exercent, vulgarique voca-
51 bulo, *Corsari*, dicuntur; de quibus latè per
Hug. de cas. Pontif. reserv. par. 2. cap. 3. in rubr.
de excomm. contr. Pirat. §. 1. Stracc. de assecur.
glos. 20. num. 5 col 4. Jo Lup. de lib. eccl. q. 4. num.
8. Mart. Laud. de Princ. q 39 Jul. Ferret. de re na-
vali. lib. 2. num. 35. Decian. lib. 9. cap. 2. num. 9.
& 22. Capibl. de baron. tom. 2. cap. 29. num. 16.
Farinac. de furt. q. 166. num 29. & q. 167. num.
32. Io. Garz. Hisp. de expen. & mel. cap. 2. num. 3.
ubi ait, eos Regiis expensis esse depellendos,
si in mari adjacente Regis territorio grassen-
tur; ac ter quotannis per Pontificem excom-
municari, dicit *Stracc. de sponsor. part. num.*
31.
Non negandum tamen est, quod ii, qui cum ar-
mis, vel sine, in mari violenter aggrediuntur,
puniri debeant ad instar patrantium similia de-
52 licta in itineribus, seù domibus: ut disponi-
tur in *auth. sed novo jure, C. de serv. fugit.* ac
Vinc. de Franc. quærit *in decis.* 142. per totam,
an per mare grassantes, famosi dicantur latro-
nes; itaut possit M.C. præveniens in captura
excludere Magn. Admiratum remissionem pe-
tentem tanquam de personis, super quibus ipse
jurisdictionem habet: quam verè habet in cer-
tum genus personarum in causis maritimis ad-
53 versus omnes maritimam artem, seù indu-
striam exercentes, & de ea viventes, in omnes
eorum Officiales, familiares, ac in quinqua-
ginta recommendatos, ac super delinquentibus
in mari, etiam cum potestate liquidandi in-
strumenta cum clausula abdicativa, & privati-
va, ut ait *Tasson. de antef. vers. 3. observ.* 3. vbi
multa de ipsius Admirati Curia, necnon *R.*
Rovit. in prag. 1. de tit. abus. ibique *sub num.* 2.
allegationes subnectit, quas contra M. Admi-
ratum tunc Principem Conchæ conscripsit, ad
fundandum, quòd contrà ipsum M. Admira-
tum, & contrà alios ex septem Officijs liquida-
ri in M.C. instrumentum possit, & plura exa-
rant *R. de Ponte decis. 12. num. 1. Reg. Sanfelic.*
decis. 419. lib. 3. Dom. Altimar. de nullitat. rub.
3. quæst. 31. num. 36. & ego in rit. M. Cur. 1. num.
28. lib. 1. At illam M. Admirati prætentionem
pro remissione in mari grassantium excludebat
54 fiscus ex *pragm. 5. Caroli V. ubi de delict.* in qua
grassantium in itinere publico latronum dene-
gatur remissio: cum, appellatione itineris pu-
blici & mare contineatur: *l. 1. §. ait prator,*
cum §. seq. ff. de flum. ac in mari delinquere idem
sit, ac in solo mari adjacente furtum commi-
sisse; quamobrem vicinior judex, in cujus ter-
ritorio adstabit æquor, cognoscere de delicto
poterit: si delinquentes ad jurisdictionem Ad-
mirati non pertineant, *Bart. in l. 1. C. de class.*
& ibi *Ang.* aliique *lib. 10.* & *Capol. in tit. de mari,*
Giurb. cons. 79. num. 30. Bellug. in specul. princ.
rub. 30. §. pari ratione, Reg. Valens. cons. 100. n.
55. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. Glos. 11.
num. 91. tom. 1. Valasc. decis. 182. num. 16. Novar.
dec. 38 num. 6. Cacher. decis. Pedemon. 155. Frec.
de subfeud. pag. 119 num. 4. Hieron. de Monte in
tract. fin. regund. cap. 7. num. 9. atque adeò, si-
cuti in grassantes in adjacenti territorio daretur
virtute dictæ pragm præventio: itè quando in
mari furtum fuisset admissum; qui quidem
casus per viam comprehensionis est sub *d. prag.*
5. inclusus. Hæ rationes adducuntur ibi pro
fisco contra Admiratum à *Præsid. de Franch.*
quem insequuntur *Ricc. collect. dec. 48. Mastrill.*
de Magistrat. lib. 4. cap. 16. num. 220. & de in-
dult. cap. 32. num. 10. Reg. Rovit. in cit. prag. 5.
num. 6. Reg. Capyc. Latro decis. 155. num. 18. lib.
2. quid autem indè fuerit decisum, penitùs si-
let. Nescio tamen, cur per tot rationes vagari
malit: quando apertissimus erat *text. in mem.*
auth. sed de novo jure, C. de serv. fugit. ibi: *Qui*
autem violenter aggrediuntur, aut cum armis,
aut sine armis in domibus, aut itineribus, aut
in mari, pœnis legalibus subjiciantur, in quo
tex. DD. materia depromunt de grassationibus
in itinere publico quærentes, quinam publicus,
ac famosus latro sit? an idem sit, ac itineris
aggressor, seù grassator: qui simplex latro,
quid intersit inter latronem, ac furem; an re-
quiratur, ut quis publicus, ac famosus latro
nuncupari valeat, quòd sæpiùs in itinere pu-
blico fuerit grassatus; an cum hominum inter-
necione, an cum armis, vel sinè; an etiam ve
de prædictis sint diffamati? de quibus omnibus
per *Capoll. in repet. mem. auth. sed novo jure*; ac
post eum per *Farin. de furt. q.* 161. & specia-
tim de grassatoribus scribunt *Hieron. Gabriel.*
cons. 170. num. 126. Anton. Gabriel. comm. concl.
1. num. 28. Farinac. tit. 1. qu. 7. Daniel. Mollen.
ad const. Saxon. par. 4. tit. 13. Fab. in C. lib. 9. tit.
24. def. 7. Ambros. de immun Eccl. cap. 2. num. 3.
& cap. 3. num. 10. Mari ad Gramm. decis. 34. n.
19. Ricc. par. 4. decis. 144. De latronibus, *De-*
cian. in prax. crim. lib. 6. tit. 28. num. 2. & lib. 9.
cap 29 Bocer. de differ. iat. latrocin. pag. 148. Gil-
baus. arb. judic. crim. cap. 2, tit. 16. Carpzov. late
in prax crim. p. 1. q. 22. Farinac. par. 7. de furt.
quæst. 167. Reg. Sanfelic. dec. 40. lib. 1. & decis.
173. lib. 2. Castropalaus par. 2. opin. mor. tract. 11.
disp. unic. par. 9. del Beae de imm. tom. 2. cap. 16.
dub. 13. num. 4. Italia eod. tract. lib. 1. cap. 5.
Tancredi de Relig. tract. 1. lib. 4. quæst. 5. num.
6. Megal. 3. part. lib. 4. cap. 2. quæst. 1. num.
10. loquentes, quando immuniter fruan-
tur.

Et

Et quamvis *Vifcont. in addit. ad cit dec.* 142 *de Franch.* videndum esse, dicat, *conf Fab. de Ann.* 107. an illi decisioni adversetur; attamen nullo pacto poterit refragari. Namque cum ille ibi discerat de viribus *tex. in l. nullum, C. de te. stib.* ab ejus dispositione minimè tolli contendit M. Admirati jurisdictionem.

At in casu illius decisionis fuerat dubitatio: num *d. pragm.* 5. quia certum est, omnibus præventionem in itinerum grassatores concedi locum sibi vendicet in furto commisso in mari: nàm si in terra, etiàmsi per Admirati subditos furtum patratum fuisset clarè patet, quòd Admiratus nullam illorum remissionem exposcere potest: non obstante clausula annullstiva, ac abdicativa; virtute cujus licet in illo doctissimo consilio *Fab. de Ann.* fuerit conclusum, dispositionem *tex. in d. l. nullum*, non procedere: attenta tamen *d. prag.* 5. nullam illius clausulæ habendam esse rationem ex inveterata illius pragmaticæ observantia, patebit inferiùs.

Et quatenùs adversùs præfatam *decis.* 142. esset dubitandi locus in illo casu: non puto fieri ex eo; quia in mari, & non in itineribus publicis furtum patratum fuit eum publici latrones atque itinerum grassatores dicantur, tàm qui in mari, quam qui in terra delinquunt. Nec propterea ego ipse obicem videor ponere exaratis per me suprà; scilicèt, quod, si fuerint quatuor cum illis qualitatibus in mari reperti, ac apprehensi nullo commisso delicto, sub illa Ducis Ossuni pragmatica contineri non debeant. Nàm diversa de utroque casu est ratio: cum longè aliud sit quærere, an ita dijudicentur in mari, proùt in terra delinquentes: aliud autem sit, quærere, an dicta pragmatica, quæ forascitorum frequentiam per campaneam grassantium respexit, quorum solus per campaneam incessus absque alio delicto quietum perturbat vivere, includat etiam quatuor in mari repertos; vbi non sic frequenter forasciti ad furandum se congregant: cùm id tantum efficiant pirratæ, contrà quos leges quam severissimà latas dixi suprà remissivè.

Quod autem crescens in dies forasc torum frequentia fuerit illius pragmaticæ condendæ causa finalis: dignoscitur ex eiusdem proemio; ut fundat *Tiraq in cess. caus. in suis limit. num.* 64. ex quamplurimis ibidèm de more congestis DD. probans, ex proemio mentèm, ac voluntatem disponentium colligi, sub *num.* 65.

Puto tamen, quàm justissimè adversùs illam decisionem dubitari potuisse ex eo, quod in illo casu vnicum tantum fuerat in mari furtum commissum: illudque sinè hominis interemptione, ac ab hominibus, qui non erant diffamati pro publicis prædonibus, aut itinerum grassatoribus; quàpropter ex defectu requisitorum dici non poterant publici latrones, aut grassatores: ut dictæ pragmaticæ locus fieret, & dicemus infrà.

Evenit etiam casus, quod cum Tribunal campaneæ in fortijs habuisset quendam de vnico furto commisso in viatoris personam in itinere pu-
55 blico; & cum velis, remisquè iam properaret ad eum condemnandum: fuit per Illustr. Ducem Suessæ petita remissio tanquam sui vassalli; ac contendente è contra Tribunali, illud furti delictum in itinere publico in personam viatoris esse ipsum Tribunal puniendum ex *cit. prag.* 5. ubi *delict.* in qua statuitur, delinquentes ad suos proprios fore remittendos judices: nisi aliàs essent publici prædones, publicarum viarum grassatores, qui à quocumquè Officiali capi, & castigari possunt: fuit reassumptus dubitationis; & quæstionis articulus, quem statum causæ vocant, de quo multa per *Bud. fol.* 34. *lit. F.* an qui vnicum patrat furtum in itinere publico in personam iter facientis, dicatur publicus latro, ac grassator, de quo præfata *pragm.* 5. intellexerit?

In hoc casu fuit dubitatum, an Tribunal campaneæ in captura præveniens excludat Barones à
56 remissionis jure vigore *mem. pragm.* 5. Dixi, Barones; nàm si Neapolitanos cepisset, eos ad M.C. remittere cogeretur: non obstante *d. prag.* etiamsi illi Tribunali consentire voluerint; ut ait *Vifcont. add. ad Franch. decis.* 426 referens decisionem M. C. per S. C. confirmatam, post *Vrsill. ad Afflict. decis.* 41. *ad finem*, quem ad hoc ipsum priùs attulerat *Revit. in dict. pragm.* 5. *n.* 5. cum sit hoc amplissimum Neapolitanorum privilegium, ut alibi conveniri nequeant, cum clausula derogatoria, ex *Glos. in l. decurionibus, de silent. lib.* 11. & *Felyn. in cap. nonnulli, de rescript.* qui latè hujus clausulæ vim examinat; quidquid velit *Montan. de Regal. vers. via publica*, & de hujusmodi Neapolitanorum privilegio noviter scribit *D. Altimare de nullit. rub* 9 *q.* 30. *ex num.* 1. & nos, Deo dante, *in rit.* 301.

Non fuit, inquam, penitùs dubitatum: cum nulli dubium esse possit, quod vigore illius *prag.*
57 Tribunal campaneæ, vel aliud quidpiam in captura præveniens, alium judicem in cognoscendo vincat, ut in *cit. decis. de Franch.* 142. ac similiter in *dec.* 342. ubi non fuit hæsitatum; quòd, si Audientia illos prædones de Montefuscolo cepisset, denegare remissionem justè potuisset: sed quia per Curiam Beneventanam capti fuere, ac indè ad ipsius Audientiæ postulationem ei traditi: propterea ad Curiam ipsius Terræ Montisfuscoli ex decisione S. C. remissi fuere, prout in casu trutinato in *dec. ejusdem de Franch.* 426. cujus memores sunt *R. Revit in cit. pragm.* 5. *num.* 7. & ibi *Reg. Tap. num* 2. *Mastrill. decis.* 138. *num.* 4. & observat *Luca ad de Franch. ibidem*; nequè etiam fuit dubitatum, quod si Audientia in capiendo prævenisset vnū ex duobus latronibus S. Angeli, illum cognoscere potuisset: non reluctante petita remissione per Curiam S. Angeli, à quà alter latro fuerat captus: sed fuit hæsitatum, an ratione continentiæ causæ, & quia Tribunal superius trahit inferius, de vtroque carcerato Regia Audientia cognoscere potuisset; Et *Capibl. in prag.* 8. *p.* 2. ubi à *nu.* 102. loquitur de casibus, in qui-
58 bus à Superioribus ad Barones de causis eorum vassallorum remissiones non fiunt, inter illos recenset à *num.* 108. casum *d. prag.* 5. prædictas *decis. de Franch.* adducens, ad probandum, per sapientes Regni in hanc itum fuisse

interpretationem: ut in causis latronum remissiones non fiant ad Barones, quando judex in capiendo prævenit; non obstante opinione *Foller. in tit. audiantur excusatores; num. 89.* tuentis, quod dicta pragmatica non vendicet sibi locum respectu vassallorum Baronum jurisdictionem habentium cum clausula abdicativa, privativa, ac annullativa; sed respectu tantummodò Regiorum Officialium; ad quos cum aliàs fuisset sancitum, & est de jure, quod causæ remitti debeant: voluit Rex in prædonum odium, ut à quocumque in captura præveniente judice mulctari possint; quia in re sua potuit eam, quam voluit, legem apponere, *l. in re mandata, C. mandat.* Et quamvis respectu jurisdictionis *Baronibus* concessæ potuisset etiã per viam generalis sanctionis condendæ, publicaque inspecta utilitate, illam à suis Tribunalibus privativè concessam jurisdictionem revocare, *Andr. & Affl. in constit. ea, quæ ad speciale decus*, etiam si eam concessisset, non quidem ex servitijs, neque ex emptione, sed sic simpliciter ex *tex. in l. judicatum solvitur, de judic.* allegatus ibidem ab *Andr.*, attamen quia per hanc *pragm.* non expressè hæc Baronibus concessa jurisdictio revocata fuit: ideò dici posset, minimè per hanc *pragm.* fuisse Baronum privilegijs derogatum. Hæc, & alia ad suam muniendam opinionem producit ibi *Foll.* & re vera, nisi me terreret quod ea, quæ certam semper interpectationem habuerunt, nõ sunt immutanda, *l. minimè, ff. de legib.* & cum nefas sit, recedere ab ijs, quæ communibus suefragijs definita, *Christin. decis. Belgic. 2. vol. 1. Gratian. lib. 3 forens. c. 544. num. 33. & lib. 5. cap. 947. num. 18. Reg. Tap. decis. 3. num. 145. & decis. 6. num. 15. Reg. Rovit. cons. 18. num. 3 Reg. Capyc. Latro tom. 1. consul. 6. num. 4. Consil. Prat. lib. 2. forens. cap. 46. ex num 76.* Etenim *venientium temporum est disciplina, instare veteribus institutis, l. unic. C. Theodos. de longa consuetud. & quod semel decretum est fieri, nulla debet novitate mutari, Arnob. lib. 2. advers. gentes.* Ita quod, sicuti Summus Pontifex inculcabat, *in cau. cum pia 25. q. 2. ea quæ pro quiete fuerunt ordinata, nec dissimulatia nec negligere quadam valeat præsumptio perturbari. Sed sicut hoc, quod ratio exigebat, oportuit definiri: ita quod definitum est non debet violari:* & dixi pluries in *his rit.* (& certè invaluisse morem in Regno, denegandi remissionem, post *Reg. Ravit. Capiblanc.* & alios, testantur *Thor. p. 3. compend. sect. 3.* verb. *remissio latronis, remissio vassalli, & remissio vassallorum*, ac in *C. rer. judic. cas. 36. Danza de pugn. DD. tom. 3. tit. de var. & extraord. cognit.*) faterer *Folles.* interpretationem esse germanam, propter duo.

Primò, quia si vera est limitatio, ut non procedat illa *pragm.* contrà Neapolitanos latrones ex clausula derogatoria; cur non & admitti debeat limitatio cum vassallis Baronum, similem clausulam habentium: quam habere, communiter aiunt?

Secundò clara sunt pragmaticæ verba, quod de Officialibus Regijs, non autem de Baronali-
59 bus loquantur, ibi: *item, quod Officiales Regij, &c.* appellatione enim Regiorum Officialium in statutis non veniunt Baronales; nam in indultibus cum fuisset exceptum crimen cædis Officialis Regij: fuit dictum, non intelligi de cæde Officialis Baronalis, ut per *Foll. in prag. de indult. & Reg. Ravit. in pragm. 1. de abolit. ex num. 34. in fin.* Et circà nullitates proponendas adversùs sententias Regij Tribunalis, vel Regiorum Officialium; de quibus sancitum est, ut de nullitate dici nequeat, nisi facto deposito: usurpatum semper fuit in praxi, id non intelligi de Officialibus Baronalibus; non quia diversa sit ratio, cum eadem prorsùs militet in utroquè; verùm quia pragmatica de Regijs Officialibus loquitur. Et licèt *Rov. in rub. pragm. de Official. & ijs, quæ ipsis probib. num. 8.* dixerit, quod etiam Officiales Baronales dicuntur Regij, ex *Carav. rit. 49. num. 7.* id perfunctoriè ait ad suam convalidandam rationem: cur sub illo Ritu loquente de offendente Officialem, intelligatur etiam de Baronali? nam *Carav.* per ipsum citatus sub *eod. num.* contrarium concludit: dicens, quod Officialis Baronalis non nisi largè possit dici Regius, adducto *text. in cap. injunxit nobis, vers. necnon*; ubi Rex potestatem M. C. cognoscendi tribuit de excessibus tam suorum Officialium, idest Regis; quam aliorum, ac verum est, quod Officialis Baronalis sub illo Ritu continetur: cum Ritus verba non de Officiali Regio loquantur, sed de Officiali simpliciter; quapropter certum est, includi Baronalem; secus potuisset in dubium revocari, an & Actuarius contineatur, cum
60 & iste Officialis etiam dicatur, *Franch. decis. 407.* Si ergò Officiales baronis non dicuntur propriè Regij: sequitur, non includi sub *d. pragm.* loquente de Regijs; cum verba statuti sint strictè, & in propria significatione intelligenda, *l. 3. §. hæc verba, de neg. gest. cum concord.* Et sic videretur dicendum, non extrà dubium putasse *Foll.* dictam pragmaticam intellexisse de latronibus spectantibus ad cognitionẽ Regiorum Officialium; inter quos si de remissione fuerit altercatio, unusquisque ad judicem loci delicti remittendus veniret: nisi ille publicus latro, ac viarum grassator esset, juxtà quam opinionem licèt dicat ferè semper ipsum obtinuisse: modò tamen hoc obtinere impossibile foret, ob receptam in oppositum sententiam; de qua *Franch. decis. 722. nu. 15.* aiens, *Barones conqueri non posse; quia si ipsi alios capiunt, eodem jure utuntur*; sequitur *Mastrill. decis. 147. num. 3.* Quinimò in Regijs Audientijs, ac Tribunalibus campaneæ, in quibus ad modum belli procedi contingit; cuius potestas licèt olim ad multos casus se extenderit, quasi
61 ad judicantium libitum, deinde per *prag. aelle 89. capi* fuerunt declarati casus, in quibus ad modum belli potestas exerceri possit; semper fuit prætensum, & prætenditur in illis casibus causas ad Barones non esse remittendas. Ac *Io. Grand. de bell. exul. tit. de qualit. q. 3.* per septem media pro ipsis Baronibus, totidemque contrà eos sustinet, quod in ijs casibus Barones eorum vassallos cognoscere nequeunt: cum forisciti sint hostes publici, rebelles, ac diffida-

tis

ti; de quibus etiam cum multa specialia pro denegand. Baronibus remissione adduxisset *Foll.in cit.num.89 usque ad vers.inqu fitur*, illud; præsertim, quod latro, ubi deprehenditur, ibi debet furca suspendi, *l. capitalium,§. famosos, ff. de pæn.* sufficiet ipsiusmet *Foll.* adducere responsiones pro intelligentia istius oppositionis de rebellibus,ac hostibus publicis.

Et primo illa procedere, respectu personarum ipsorum foralcitorum: qui ob eorum flagitium merito remissionis beneficio carent; non autem in præjudicium Baronum ex ipsorum persona remissionem petentium; qui eam petere possunt, etiamsi vassalli ob contumaciam remissionis ius amisissent:cum in præjudicium Baronũ deperdi nequeat, ut in alijs tangimus locis.

Secunda responsio est, illud, quod dicitur, latronem:ibi furca suspendendum, ubi deprehenditur:intelligi inspecto tempore,quo penès Regem jurisdictio extabat:non jam inspecto tempore præsenti,quo per Regem Alphonsum I.ea jurisdictio Baronibus attributa est, ut nos alibi, ex *Affl. in d. const. ea, quæ ad speciale decur, in 1.notab.*Quàpropter ex istis responsio-
62 nibus non esse, dicendum est, Baroni vassallorum cognitionem denegandam, etiamsi de latrocinijs, ac furtis in itinere publico inquisiti existant:quando eos in fortijs habent;quicquid in oppositum conetur ibi dicere *le.Grand, ex indic.dec.Franch.*348. ubi ad Curiam Montisfuscoli fuit remissa causa illius publici latronis: attento, quod Regia Audientia cum illum non cæpisset;quod in specie requirebatur, ut prædictæ pragmaticæ locus foret: succedit jurisdictio juxtà Baronum privilegia.

Itaquè in casu remissionis petitę per Ducem Suessæ apud *D. Præsl. Merlin.lib.1.controv.forens. cap. 17.* cujus aleam sectantur *Thor. in C. cas. 40. Reg.Sanfelic.decis.137.lib.1.Campan.de for.indic.resol.16.nu.12.* & noviter eruditus *Dom. Crispi in theor. & pract.crim.lib.1.tract. 13. de furt. c. ult. ex num.4.* ac dixerat *R. Tap.de jure Regn.lib.5.tit.41. ex num. 4.* necnon *Jodoch, Dambauder. in pract. crimin.cap. 102.* fusèque *Bened. Carpzov. in prax. crim. p.3. q. 110. à n. 24.* tota vis fuit, an ille vassallus, qui semel in itinere publico furtum commisit, publicus diceretur latro,ac viarum grassator, ità ut ejus remissio baroni denegari possit? in qua causa contra Ducem *Fulsias Danesio* præstans vir responsum edidit, rescriptum à *Io.Baptista Thoro in cit. Cod. rer.judic.cas.36. sub n. 6. vers.adeo,*

Et primò adducit rationem: etenim, ij, qui in itineribus prædantur, regiam violant prote-
63 ctionem: adeoque rebelles, ac læsæ Majestatis rei dici possent;deducendo hanc consequentiam ex modo arguendi, quo utitur *text. in l. ijs, qui ducenta, §. utrum, de reb. dub.Gl.in l.1. de reg. jur. Alciat. in l. quod non hostet nu. 4. de verb signif.* viæ enim sub Regis protectione sunt & offendeos itinarantes, sivè in persona, sivè in bonis Regiam protectionem, & securitatem violare dicitur, *Regent. Merlin.* mox *cit. loc.tom.1.controvers forens.controv.17. num.3.Reg. Tap. in tit.de publ. latron. num.6.* qui, ex *Peguer.in prax.cap.15.* valdè hanc viarum violationem exornat; quibus addo, non modò sub protectione Regis vias extare, sed
64 esse Regia, *cap.1. de regal.*Atquì in læsæ Majestatis reos nullam habent barones animadversionis cognitionem, *l.1. ff. ad l.Iul.Majest.* cum adductis a *Cass. in consuet.Burg rub.1 num.109.* ac per *Luc.de Penn. in l.fin.C. de dilat. lib. 10.* cum in eo casu ab eorum jurisdictione extracti dicantur,*le Grand.de bell.exul.in prædicam.qualit.q.3.num.3.*

Secundò autem ponit discrimen inter latronem,& grassatorem; Grassator enim, qui ad malum ni-
65 tens prædæ causa facit, *mem.§. grassatores, ff. de pænis*, & admodum lævit;ad tradita per *Nonium Marcell.* prout ex verbo *grassari*, quod, ut testatur *Budæus*, tunc dicimus, pestem grassari, quando cum ingenti hominum clade invalescit; atque adeò grassatorem, dicit ipse, eum esse, qui per insidias, & non per rixam occidere solet, quod colligit ex *tex. in l. aut facta §. qualitate, ff. de pæn.* subjungens,istos grassatores, haud esse latrones: quia isti dicuntur, qui in publicis locis, adhibita vi, furantur, *Franch. decis.142. num.2. Alex. cons. 91. vol.4.Boaif. tract.de furt.§.furtum, num.41.*At verò, quia isti grassatores aliquando nedùm occidere, verùm etiam spoliare, ac prædari solent; quàpropter proximi latronibus dicuntur, qui ista facere assolent; ideo isti grassatores,qui non sunt latrones, & contra quos pœna furcarum est, *d. l. capitalium,§. famosor, ff. de pæn.* tunc possunt furca suspendi ad instar latronũ, quibus per mores spoliandi, ac prædandi proximi facti sunt: quando id sæpiùs, ac in itineribus facerent, deducendo ipse consequentiam, quasi quod si fuisset latro: tunc per unicum furtum publicus diceretur latro, & furca suspendi posset; quia non homicidia, non delictorum pluralitas, non rapinæ iteratio latronem declarant; sed vis illa, qua utitur, & via publica ipsa,in qua deliquit.

Tertiò occurrit *Glos.* authoritati, *in auth sed novo jure, C. de serv.fugit.* verbo, *castigabitur*, ac sigillatim rationibus *Decian. & DD.* relatorum per *Mastr.d.decis.147.vol.1. & Peguer.dec. 40.* qui eandem *Glos.* dicentem, ad capitis punitionem plura desiderari furta, sectati sunt: dicunt, *Glo.* loqui secundum ea, quæ antiquitùs disponebantur; quod *Decian. Peguer.* & cæteri DD. disputant, an latrones Ecclesiastica immunitate fruantur; quod valdè differt à suo casu. Namque cum *cap. inter alia, de immun. eccles.* tunc demùm laico iurisdictionem extrahendi ab Ecclesia latrones tribuit, si iterata latrocinia patrassent: sequitur, non immerito hanc iterationis conditionem admodum necessariam fuisse, sicuti nos quoquè superius diximus, qualitatem à statuto exigitam esse per allegantem probandam:ac in specie in qualitate jurisdictionem tollente, vel concedente, quæ antè omnia est probanda, *Grammat. cons. 71.num.53.*& est materia in *l. Fulcinius.§ cum hoc*, ubi *Glo.*ac *Bart. quib.ex caus. in possess.eatur.* Respondet insuper ad *Mastrill.*de remissionibus ad baronem faciendis loquentem, ideo *Mastrill.* in eam sententiam ivisse, quoniam de-

lictum

lictum in campis, non autem io via publica fuerat commissum; ut ipse prosequitur in *eadem decis.num.7.* Et tandem diffamationem adducit circà quàm oonnulla lepidè de Aeschilis, & Aristidis dictis narrat, nectitquè hoc *Martialis* distichon, relatum a *Iacob. Simanc. d: de Cathol.instit.tit.65.sub num.* 34.

Certus abest author; sed vox hoc nunciat omnis,
Credo tibi: verum dicere fama solet.

Pro opposita autem opinione: nempè quod pro vnico furto publicus latro nequaquam dicatur: adducitur *text. in cit.l. capitalium, §. grassatores, de pæn.* ibi: *Grassatores, qui prædæ causa id faciunt, proximi latronibus habentur, & si cum ferro aggredi, & spoliare instituerunt capite puniantur; utiquè si sæpiùs, atque in itineribus hoc admiserunt.* Requiruntur ergo a dicto *tex.* tria: I. violenta nimirum aggressio, II. quod fiat in itineribus, III. ut sæpiùs fiat: quia si semel, veniam merentur à furca, *d. l. capitalium, §. famosos*, & ibi *Glossa*, verbo, *grassati sunt, ff. de pænis*: delicta enim ex iteratione acriori pœna sunt punienda, & Jurisconsultus *in eod. tex. §. solent*, seditiosos, pro secunda exilij pœnam infligit: si tamèn sæpiùs in idemmet crimen incidissent, capite plectendos fore, iubet: quaodoque adaugeri sanè debeat pœna iteratis delictis, pluribus ampliationibus exornat, ac limitationibus *Farinac.q.23. per totam*, præsertim in furto. io quo licèt sub *num.3*, dicat, pro furto quantumvis magno pœnam mortis haud imponi; (tu dicas de jure communi, non autem de jure Regni: in quo plures sunt casus, in quibus pro furtis non magnis pœna capitis est imposita, & dicam infià) ut asserunt DD. de quibus latè per *Capoll. in d. authen. sed novo iure*, cum alijs ibi per *Farinac.* allegatis, attamen si tria furta commiserit, potest pro tribus furtis, licet exiguis pœna mortis plecti: dicens, quod illa iteratio en xum ani-
66 mum ostentat; ac peccatum veniale si reiteretus, fit mortale, *cap. vnum, §. in nomine autem criminis, 25. dist.* sed de hujus dicti veritate, alibi dicemus; tamen ipse dicit, quod cum DD. vtantur verbo, *potest*: sequitur, in judicis arbitrium remitti: cum verbum, *potest*, affirmativè prolatum de se non importet necessitatem, *Bart. in l.2. § non credendum, col. 1. ff. si cert. petat*, prout de consuetudine nunquam judices vtuntur praxi, quod pro tribus furtis levibus pœna mortis furem puniant: ut
67 ex *Grammat.Carr.Clar.* ac alijs ibi subdit *Farinac.sub num.7.* quamvis in aliquibus delictis iteratio efficere possit de non capitali pœna capitalem; ad quod indicatur *tex. in d. §. solent, & d. §. grassari* cum alijs ab ipsomet *Farin. sub num.2.* adductis, qui requirit, ut delictorum gravium, non levium reiteratio fiat, *Mars.sing. 377. in fin.nu.3.* nàm in furtis est speciale, quæ ob frequentiam gravis de sui natura existimantur, etiam quod minima res surripiatur; ut authoritate *Carr.* præfatam quæstionem concludit *Farin sub num.35. & 36.*

Istam reiterationem per binũ actum haberi, vult *Ang. in auth. de trien. & semiss. §. & quod sæpis*
68 ubi dixit, dictionem *pluries* verificari in duabus vicibus, sed in *cap. olim*, ubi *Bald.* de *rescriptis*, talis dictio ternarium numerum requirit, *Vulpell. de prapos. & ad verb. signif. sub hac dictione pag. 77.* verum *Borgognin.decis.43.num.7.* ait, quod talis dictio est ambigua, & potest verificari in tribus, & quatuor vicibus, post multos, sequitur *Barbos. in tract. var. dictio. 963.* & *Gram.cons. 34. num. 5.* ac in alijs locis ibi per *Farin.* adductis ootat, benè dici, fieri frequenter, quod bis fit; & multo magis consuetudo delinquendi inducitur, si quis ter deliquit; in specie habetur *tex. in l. servos, C. ad l.Iul.de vi publ.* adductus unà cum alijs à *Gram. decis.36. num. 10.* vbi ex *Luc. de Penn.* subdit, sufficere duos actus; atquè tunc tres requiri, quaudo adest verbũ *sæpissimè*, alios citat *Barbos. in tract.variar.dictio.362. num. 3.* Itàque liceat ex prædictis arguere, vnicum furtum minimè sufficere: ut publicus latro, aut viarum prædo dici queat.

Secundò adducitur, quod in quæstione, quam
69 exagitant DD. quidoam dicatur publicus, insignis, aut famosus latro, quid tria coioeiduot: & illis adjunctis appellari dicit *Isern. in c. 1. verb. publici latrones, de pac.tenen. & ejus viol. Alciat ibidem num.2.* ac *Alvar. eodem loc.* tres adducuntur II. CC. opiniones per *Farin.* relatæ *q. 116. num. 9.* ex quibus sit quævis vera: itàhane oportet ire sententiam, ut vnico furto publicus minimè dicatur latro.

Prima opinio originem sumpsit à *Glos. in d.auth. sed novo jure*, verb. *castigatio*, dicente, publicum latronem esse, qui furari est consuetus: ac ejus opinionem sequi dixit *Bart. Melch. de fac. Pract. Conrad. Covar. Petr. Greg.* & *Card. Thusc.* & licèt hujus *Glos.* vestigia *Farinac.* non sequatur: attamen ad fundandum, ex vnico furto in itinere commisso non dici publicum latronem, ista *Gl.* quatenùs sit vera, negativam tuetur senteotiam, & affirmativam excludit.

Secunda opinio est dicentium, latrones publicos, ac famosos esse viarum aggressores; qui spolijs non satiantur, nisi interficiant, *Angel Paul. de Castr. Jacob. de S. Georg. Capoll. Alber. Jacob. Belu. Fulgos. in consil.* ubi decem, & otto jura adducere dixit *Pract.Conrad.Did. & Canc*, quam si attendere velimus; ne quidem ex illo vnico furto in itinere publico publicus potest dici latro; cum non supponatur casus cum nece.

Tertia est negantium requiri interfectionem; at sufficere, ut publicus dicatur latro, si pluries io via publica grassatus fuerit, & potissimum nititur authoritate *Alex. ad Bar. Fulg. Paul. de Castr. Capoll. Alber. Iacob. de Belvis. Alciat. Afflict. Cyrill. Bonif. de Vital. Mar. Socc. Ludov. Peguer.* quibus adde *Alvar. in cap. 1. de pac. tenen. num. 1. vers. publici latrones, Catald. de Boncomp. de synd. num. 100.* & hanc opioionem nectit esse veriorem, & communiorem sub *nu. 14.* solummodò habet difficultatem, an cum armis, vel sinè aggrediatur sub *num. 14. & 15.* & an fuerit diffamatus sub *num. 17.* & non dissentit *Bulla cons. 5. q. 7.* notans, si quis grassatorem semel egerit in via publica, & rem minimam armata manu abstulerit, an pœna gladij sit afficiendus.

Ex

Ex nostris Regnicolis, & ex exteris nonnulli, qui attentis *d. prag. Caroli V* verbis loquuntur, hanc etiam negativam sustinuerunt opinionem *Peguera decis.40. ex num.4. Gurb. cons.90. sub num. 12. Guazzin. defens.1.c.28. num.34. Præsul Sparelli decis.103. num.27. p.2. P. Diana in summ.* verbo, *immunitas eccles. quoad delic. num. 3. Conciali resol. crim.* verbo, *latro publicus, resol. 15. Gomes. de delictis, tom.3.c.5. num.10. Decian. tract. crim. lib.9. cap.29. num. 12. Gandin. in rub. de fur. & latron. num. 2. Vermigl. cons crimin.269. & 270. Ricc. collect. de.179 Gambacur. de immun. eccles. liber. 5. cap. 11. & 12.*

Mastrill. in alleg. decis. 147. *num.7.* vbi post agitatum articulum; an captus, cum re furtiva in
70 alio loco, quàm in eo, in quo furatus est, possit ibi ratione contrectationis puniri, de quo affirmativè à *num.3.* licèt negativè posteà, reprobata *Bart.* opinione, concludat, limitat, prætèr quam si esset publicus latro: At in individuo illius casus per ipsum relati, etiàm quod in itineribus furtum com miserat, fuit ille inquisitus remissus: quia duo tantùm commiserat, fuit ille inquisitus remissus: quia duo tantùm commisisse furta constabat; ac sæpiùs, & non semel, & iterùm in itineribus furtum fecisse, oportebat ex *Glos. &* DD. quos longa serie pro hac sua opinione congerit; licèt secundum superiùs dicta per me ex verb. *sæpè*, de quo per *Gram. & Luc. de Penn.* sufficeret bis in itinere furtum fecisse: ex quo tertius actus requireretur, si *tex. & ll. CC.* per verbum *sæpissimè* loquerentur.

Nec placet responsio, quam idem *Danesius* reddit præfato *Mastrill.* nimirùm, quòd ideò ipse sensit, quia delictum erat in campis commissum: non jam in itinere publico; nàm iterum, atque iterùm ipsius lecto verborum contextu, totum oppositum dici, reperi; scilicèt, quod quamvis delictum fuisset in campis, & cum violentia commissum: tamèn quia furandi actus non nisi duo fuere, & non sæpiùs juxtà *tex. in d. l. capitalium, §. grassatores, de pæn.* ita ut totam difficultatem posuit: quia probatum non fuerat, illum sæpiùs furatum fuisse: ac ideò fuit ad baronem remissus; & sic verbum illud scilicet *in campis, & cum violentia*, potiùs fuit dictum ad augendam rationem: cur remissio denegari debeat, quàm ut casum restringeret non comprehensum in viæ, seù itineris publici qualitate. Illa enim dictio, *licèt*, quæ præcedentium est adversativa, ut ait *Aretin. in l. debitrix, num.3. ff. ad Vellai.* ostendit, illum clarè dicere, quod quamvis per illa duo furta in campis, & cum violentia commissa, esset deneganda remissio: tamèn quià sæpiùs furatus non fuerat, ideò, &c.

Vltrà quod idem est, in campis furari, ac in vijs, aut publicis itineribus; ac nostra *pragm.5.* sub
71 illis verbis, *disrobatores stratarum publicarum*: de ijs intelligit, qui in campanea furantur. Hinc delinquere in comitiva per campaneam, armare per campaneam, & Tribunal campaneæ dici perquam sæpissimè in nostris *pragm.* & DD. reperitur; ut ostendat delicta facta in itineribus, ac vijs publicis: cum campus, & campanea, vias, & itinera contineat, locum tantùm habitatum excludens; ut ex *pragm.10. de Abolit.* ubi refert indultus anni 1605. & ibi excipiuntur spoliatores viatorum, captivitates personas, vel componentes eas, aut componere tentantes in quocumque loco tam habitato, quam in campis, de quo *Danz. cit. lib.2. tit. de furt. c. 2. num.7.*

Et ex nostris DD. habemus *Afflictum* dum *in d. cap. 1. §. publici latrones, num.2. de pac. tenen.* allegatum à *Farin. in 3. sua opinione* dicente ibidem publicum latronem esse, qui in via pu-
72 blica furari consuevit: & sub *num. 3.* declarando consuetum furari, intelligit, si tria furta commiserit, sed eandem etiam opinionem sequitur in *const. Regni Iustitiarius nomen, & normam, num.6. notab. 5.* ubi dicendo, quod contrà latrones: qui sunt ij, qui cum violentia furantur: Iustitiarius Provinciæ procedere debet; subjungit, & multo fortiùs contrà publicos, & famosos latrones, qui assiduè in itineribus publicis furantur; de quibus loquitur *tex. in l. capitalium, §. famosos de pæn. Abb. Sicul. in cap. inter alia, col.1. de immun. eccl.*

Par. de Put. de synd. verbo, *latro, cap.* 2. ubi sub *num.2. & 3.* opinionem referens *Glos.* & aliorum dicentium, famosum latronem, ac furem non dici, qui semel, sed qui pluriès fecit, multos affert locus, ubi agitur, quis sit latro, & per quos actus furandi inducatur, & per quot actus dicatur consuetus, & quando solitus? Ac sub *num. 3.* allegat *Bald. in l. 1. C. quomod. & quando, & in l. 3. C. de epis. aud.* dicentem, quod consuetus, ac famosus quis evadat per binos actus; & in *cap. 3. vers. au fiat*, & propriè in *vers. dic. quod non.*

Addit. Cavens. in Rit.48. num.3. ubi cum dicat *Cavens.* quod M.C. ex processu informativo contrà insignes latrones, ac disrobatores viarum præeminentiam procedendi habet, ibi *Additio* quærit qui famosi dicantur latrones, & se remittit ad *Bart.* & ejus *Apostil. in d. §. famosos*, ubi *Bart.* ejusque *Apostill.* eam sectantur aleam; ut famosus is dicatur, qui pluries, non qui semel hoc fecerit.

Jo. Ant. de Nigr. in cap. ad hoc, de furt. à num.56. ubi aliquantulum immoratur, dicendo, quis famosus dicatur latro. usque ad *num.60.* demùm dicit remissivè sub *num.* 19 quot vicibus quis furtum committere debeat, ut furari consuetus dicatur.

Jo. Aloys. Catalan. in tract. de indult. c. 31. vers. spoliatores viatorum, seù disrobatores stratarum; eandem sequitur opinionem; ut videre est à *num.30.* & præcipuè sub *num.34. & 43.* Eamq; comprobant *Capibl. tom.1. de Baron. p.2. nu. 114. & tom.2. cap.52. num. 4. Montan. de regal. tit. via publica num.7. in fin. Reg. Sanfelic. dec.40. num.6.* qui haud dissentit *decis 137. nu.6. Danz. de pugn. DD. lib.1. de potest. ad mod. belli cap.4. ax lib.3. tit. de seni. in delict. excus. cap.2. Sperell. decis. 103. num.27. par.2. cons.7. num.32. Bonifac. de furt. §. quod si jure naturali num.58. Almont. Giazz. discept. crim. ad defensam 26. num. 69. & 77. Concioli* nedùm *in resolut. cit.* 14. sed *in cons.7. n.32.*

Ac-

Accedant rationes, nàm Iure Consulti consen-
73 tiunt, hoc nomen furtum esse nomen generis, sub quo fures, latrones, & aliæ furum species continentur. Et inter fures, aliquem esse simplicem furem, aliquem publicum, & famosum, vt apud *Fariu.d.qu.166. d num.1.cum seqq.* & istam famosi, ac publici furis qualitatem DD. impartiri, non ex qualitate furandi, quia simplex fur dicitur, qui occultè, ac finè armis furatur, *§.quia verò nos,auth.ut null.iud.& in dicta auth.sed novo iure*, ibi: *Fures autem vocantur, qui occultè, & finè armis huiusmodi delinquunt*; Et similiter famosus fur dicitur, qui occultè, & finè armis furatur: nàm si cum vi, & palàm furaretur, non fur, sed latro diceretur; vt ait *Affl.d.cap.1. §. publici latrones, num.3.de pac.tenen.* patetque ex descriptione, quam proponunt de latrone Iuris periti, præcipuè *Fariu.ibidem num.7. verf. latro simplex*; Atqui famosum, & publicum vocarunt furem, à numero, & furandi vicibus; adeò quod si tribus vicibus clàm, ac fine vi furatus fuerit, publicus, & famosus diceretur fur. *Capoll. in d.auth.sed novo iure,n.47. Bald.Fulg.* & alii per *Fariu.sub num. 5.* Ergo quando Consulti tradidere, latronem, alium esse simplicem, alium publicum, ac famosum: dicendum est, eos non à qualitate furandi, sed ex numero, ac vicibus latronem publicum, & famosum dixisse; iuxtà tertiam opinionem, quam magis communem, ac veram fatetur ibi *Fariu.num.14.*

Vel secundò, ille poterit famosus fur appellari, contrà quem, præter probationem, quod pluries fuerit furatus, adsit fama, quod furari sit solitus, *Bart.* quem refert, & sequitur *Aretin. in §. ex maleficiis,n.6.instit de actio.Iacob.Boulon, Alber.Mar.Sacciu.& Card.Thusc.* ib dèm per *Fariu.sub num.6.* adducti; ità quod neque ex vicibus, & numero aggrediendi in viis publicis, publicus dicatur latro, nisi de ipsis latrociniis fuerit diffamatus: quasi quod publici dicantur à verbo *publica*, vel à nomine *publicatia*, necnon famosi à fama, vel à fando, validèque argui à vocabuli derivatione, conclamant DD. *in l. 2.§.possessio.ff.de acquir.possess.*

His sic pro parte negante deductis refelluntur facillimè fundamina, quæ pars affirmans sibi iecerat. Non quidem consistit prima ratio; nàm si ex eo, quod qui in publicis itineribus latrocinantur, vtpotè violantes regiam protectionem, atque adeò læsæ Maiestatis crimine foedati, à Baronum possent extrahi iurisdictione; nunquam latrones à Baronibus cognosci possent; quod secùs est, cum Barones animad-
74 vertere valeant in latrones sibi subditos: etiamsi publici, famosique banniti forent, vel etiam bannitorum dux; ut superiùs dixi, ex *Vincen. de Franch.mem.dec.722.num.15.* ac ità observari videmus: quicquid contrà obloquatur *la. Gran.* Neque licebat arguere, latrones in itineribus publicis dici reos læsæ Maiestatis; quippè viam Regis lædunt. Etenim si hoc esset verum; homicidium, adulterium: imò quodcumque levissimum delictum in via patratum, crimen læsæ Maiestatis diceretur, quod esset risu excipiendum. Licèt, fateor, ipsos per Regni pragmaticas, diffidatos, rebelles, ac foriudicatos dici, *vt ex pragm. in tit. de exul.* & de iure communi sentit *Fall.in d.verb.audiantur excusatores, nu. 89.* per *text.in l.1.& 2.C.de his,qui latrones* adeò, quod ab vnoquoque impunè occidi possunt, *l.1. C.quando lic.& l. 3. §.transfugas de furt.* in eos tamen statuta contra rebelles locum non habent, nisi de vera rebellione fuerint inquisiti, *Bart.in extrav.qui sint rebell.nu.6.* dicens aliud esse rebellem Imperii, ac aliud in banno Imperii, ex *Alciat.* necnon *Boss.* apud *Fariuac. de crim.læs.Maj.qu.113.insp.1.num.95.* aientibus quod læsæ Maiestatis crimen non committitur propter iudicis comminationem, sed propter opera, Hinc *Hieron.Gab.cons.179.num.140.& in fin.lib.1.* dicit, tales multas respectu iudicis esse excessivas; ac si non ex causa rebellionis, sed ex aliis delictis fuerint impositæ illius criminis non important pœnam; neque bona proindè publicari poterunt, ut verè perduellium. Illa autem diffidatio, licet ipsosmet bannitos extrà Principis custodiam ponat, utpotè legem, ac legis, idest Principis, qui animata lex est, *Auth. de cons. in fin.* præcepta contemnentes; meritoque illis tutela, ac tuitio denegetur, *§. neque,de mand. Princ, auth.* cum aliàs Princeps debeat custodire subditos; non tamen efficit, vt per eam quis illos impunè occidere possit, vt *ait. Iseru.de statut.& consuet.lib eccles.cap.1. versic. ipso iure banna, num. 7.* & propterea videmus semper in pragmaticis adiungi, vt proindè impunè occidi possint, Vide *Afflict. in constit. foriudicatorum bona num.14.*

Non secunda ratio discriminis inter latronem,
75 & grassatorem: per quam concludere videtur, ideò ibi Iurisconsultum in verbo, *grassatores*, requirere, quod sæpiùs id faciant, quia non sunt latrones, sed illis proximi: cum latrones ex vnico furto furcarum pœna sint plectendi, *d.l.capitalium, §.famosos.* Nàm posito pro vero eo discursu; adhùc id tantùm concludi potuit, quod grassatores non nisi ex pluribus grassationibus, latro verò ex vnico latrocinio suspendi possit; At non benè sequitur, ergò ex vnico furto publicus, ac famosus latro appellabitur; cum aliud sit, quærere, qua pœna ex vnico latrocinio sit latro puniendus; ac aliud sanè, an vnicum latrocinium committens publicus dicatur latro? cuius qualitas ab ipsa pragmatica requiritur, ut capienti iurisdictionem cognoscendi tribuat, atque à Barone auferat. Sic huic obiectioni punctualiter occurrens *Mastrill. in mem. decis. 147. num 11,* allegat alios eiusdem opinionis concordantes, præcipuè *la. Fab. de Luc.in alleg.insita per Catalan.post c.26. fol.215. num.44.* vbi cum ex indulto ob simplicem insultum partis remissio non requiratur; quæritur, quid, in insultu facto tormento rotato, emisso ictu, illo tamen neminem offendente, an partis remissio requiratur? Et cum iaciebat obstaculum de gravitate pœnæ ex *Regia pragm. de ictu scopict.* latis diversa à simplici insultu, quæ ad extraordinariam, non autem mortis pœnam se extendit, dicebat ille eruditus vir: aliud esse, quærere qua pœna ille, qui sclopo rotato insultum facit, puniatur; aliud autem an sic

an sic insultando simplex dicatur insultus, qui sub insultu comprehendi possit? nàm pœnæ gravitas per *pragm.* inducta nequaquàm simplicis insultus substantiam, & veritatem immutat. Et sic non propterea, quod ex vnico latrocinio furca suspendi debeat, qualitatem tribuet publici, & famosi latroni per *pragm* requisitam.

Præterea neque satis constat grassatorem dici homicidam per insidias, & quod in hoc à rixoso homicida differat. Nàm videatur *Farinac.in d. q.166.num.26.* vbi quinàm grassatores dicantur, enucleat: afferens *Alberic.Angel.Castr.Jacob. de Sancto Georg.Capoll.Jodoc.in pract. crim. Corrad. in sua pract.* & alios dicentes, grassatores esse, qui in itinere publico, absque nece latrocinantur. Et sic isthæc qualitates d srubationis, quam sæpiùs requiri, dixit *text.in dict. § grassatores*, & quam accidentalem esse maluerunt nonnulli, est principaliter per DD. præfatos considerata; Et quando cum disrubationibus occidunt, ista occisio est per accidens considerata; licet non defuerint alii, qui utrumque voluerint requiri, ut grassatores dicantur, quos coacervat ipsemet *Farinac.*ibidem sub *num.* 11.

Neque obstat *text.in l.aut facta verf.qualitate, ff. de pen* ibi: *Qualitate cum factum, vel atrocius, vel levius est, ut furta manifesta à non manifestis discerni solent: rixæ à grassaturis.* Nàm *Glo.*tùm ibi, tùm inferiùs *eadem lege in fine*, & in aliis locis, quos in vnum colligit *Catalan.in dict.c.35.num.45.* explicat, grassatores sunt nitentes ad malum; vel crudeliter agentes, in aliena sævientes, aliena invadentes, secundum *Archid.in c.militare, num.* 2. *verf. grassentur. 23.q.7.* Vndè grassatura dicitur talis crudelitas, talis invasio, *cap.non satis in fin.* vbi notatur, *86.dist.* Et *Sex.Pomp.Fest.de verb.signific.in tom. auth.ling.latin.fol.* (mihi) 293.dicit, grassari veteres pro adulari posuisse, sed grassari dicuntur latrones vias obsidentes: gradi, siquidem ambulare est, vndè tractum, grassari. Et in *eod. tom.*ipsemet *Non.Marcell.cap.*4. verb. *grassari, fol.663.num.*19. postquam dixit, grassari esse suprà modum sævire, subiungit: *Grassari etiam dicimus, ambulare*: & authores adducit, qui, grassati via, vsi sunt. Vide *Calepin.*in verb. *grassator, grassor, grassatio, & grassatura*; ex quo elicitur id vnum, grassatores propriè dici eos, qui viatoribus obviantes illos spoliant, atque disrubant. Et istos esse publicos latrones, & grassatores, insinuat *Mastrill. de indul.* verb. *spoliatores viatorum,num.*1.

Demùm *Muscatell.de delict.cogn.tit.de furt.& eius pen.*vbi DD. ipsum pro adversa opinione allegare audent, agens de latronibus à *num.*7. *usque ad* 20. & *num.* 37. *usque ad fin.* deindè *in tit.de eorum pen.à num.*30.*cum seq.* plures facit declarationes de iure communi circa eorum cognitionem; ut innotescat, qua pœna plectendi veniant; ac incidenter docet, qui publici, & famosi dicantur latrones; aitque post *num.36.verf.verum circà dictos famosos latrones*, duas esse opiniones. Nam aliqui tenuerunt famolos esse, qui sæpè latrocinia committunt, per *tex.in d. §. grassatores*; alii verò eos putant esse famosos, non qui assiduè, sed qui cum armis in itinere aggrediuntur, & vi auferunt, ex *tex.in l.*1. *§.adversus. de sepulc. viol.* quarum ultimam, inquit, esse in Regno canonizatam. Ex quibus videtur *Muscatell.* in eam abiisse sententiam, vt non sæpè furtum patrasse requiratur; sed ex ipso, quod cum armis aggrediuntur, atque vi auferunt, publici dicantur latrones.

Attamen; ut veritatem ex ipso *Muscatell.* hau-
76 riamus, advertendum est, quod licèt incidenter DD. opiniones referat, atque iura adducat, per quæ dijudicari possit, quinàm publicus, ac famosus dicatur latro; nihilominùs hæc non ad alium finem tradit, nisi vt illucescat, qua pœna ipsi plectendi sint; quod clarissimè dignoscitur, ex *text.* quem pro secunda opinione adducit in *cit.l.*1.*§.adversus*, cum ibi positis verbis; scilicet, vt si armati more latronum id egerint, capite plectantur; atque hanc opinionem in Regno dicit esse receptam, vt nimirùm sufficiat, cum armis in itinere aggredi, ac furari; ut ex tali furto pœna mortis plecti possit, quod etiam sustinet *Præs.Merlinus mem.cap.*17. *in num.* 20. Proindèque suam sequendo theoricam pro hac secunda opinione plures ponit casus. Primus est, quando plures latrones, non cum armis more forascitorum, per campaneam armati; sed quando semel exiesunt, ac latrocinium in itinere commiserunt; & in isto casu sub distinguendum putat; Nàm vel cum ipso furto homicidium non patratur; & tunc vel furtum vnciam non excedit, & ad triremes damnantur: vel excedit, & capite plectentur, ex *c.ad hoc*; de quo infrà *in fin.* Et quo *Muscat.*loco non eruitur, an famosus, vel publicus dicatur latro?

Secundus casus est in *verf. secunda declaratio*; nempè quando latrones per campaneam incedentes cum comitiva armati furantur; tunc cuiuscumque quantitatis fuerit furtum, ac licet nullum aliud committatur scelus, vltimum supplicium tamen iis parabitur; vigore *pragm.* *Ducis Offuni*, *Jo: Grand. in prædicam. quantit. qu.*1.*nu* 6.& *in special.*65. Neque ab eo in hoc secundo casu quidquam attingitur, sit nè famosus, & publicus latro? cum tantummodò dicat cum mortis pœna plectendum; quæ quidem pœna non efficit latronem publicum, aut famosum. Sed quamvis ipse non dicat: respectu tamen illius casus putarem illos esse publicos, & famosos latrones; datur enim hominum multitudo ad modum forascitorum per campaneam incedens, in publicis itineribus latrocinia committens, quietumque perturbans vivere; quod quidem delictum, tot pragmaticæ sanctiones toto conatu extirpandum laborant; ita quod ipse *Muscatell. in rubr. de furt. num.*36. dicit, hoc esse novum in Regno crimen: & grassationem per campaneam vocari, ex *Jo: Grand.in d.tract.de bell.exul.* qui ad hoc allegat *§. famosos*,iuncta *Glos.*verb.*grassari*; sed iudicio ipsius *Muscat.*melius laudasset *tex.in d. §. grassatores*. Itaque latrones publici, ac famosi dicuntur non ex mortis pœna, sed ex incessu per campaneam; vel simplici, ac absquè eo,

quod perpetraretur crimen,

Tertius casus est in *vers. tertia, & ultima declaratio*, nimirùm quando latrones non pauciores numero quatuor per campanesm more forascitorum armati reperti fuerint; qui licet nihil committant sceleris, adhùc pœna mortis puniri deberent, ex *d. pragm.* Duc. Ossuni ut ipsemet *Muscat.* ait *in eod. rubr. de furt. num.* 48. quamvis in hoc casu ad Triremes damnari consuevisse in Regno, dicat *R. Tap. sup. cit.* Neque in hoc casu apparet, *Musc.* aliquid dixisse, quinam publici, & famosi dicantur latrones. Et reverà intendebat enucleare duntaxat, qua pœna in prædictis casibus tales criminosi plecti debeant? licèt ipse audacter tuerer, in secundo, ac tertio casu publicos, atque famosos dici latrones; de quibus *d. pragm.* 5. loquitur, ibi: *si aliàs non essent publici latrones, disrubatores stratarum publicarum*; per quæ verba, ostendit de illis intelligi latronibus publicis, qui stratarum publicarum sunt disrubatores, ac ideò consultò ad hunc finem eosdem legislatorem ligata oratione, ac absque ulla distinctione dixisse, *publici latrones, disrubatores stratarum publicarum*; ut de illis publicis latronibus eum intellexisse sciant, qui in itineribus furantur; prout de grassatoribus idem dixit *Jurisconf. in d. l. capitalium, §. grassatores*; & voluit utrumque connectere: ut illi etiam ab ipsa sanctione excluderentur latrones, qui semel tantum in itinere, non in comitiva furtum forsi n committerent; prout includerentur, si de stratarum disrubatoribus solùm loqueretur; ut sunt verba indultus in *d. Pragm.* 12. *de Abolit.* quam interpetrans *Mastrill.* ideò ab indultu exceptos illos disrubatores dixit, qui semel, aut bis in strata furtum commiserint, quia indultus de stratarum disrubatoribus dixit, qui per unicum, aut geminatum furtum verè disrubatores dicuntur, licet publicus latro nō nisi in pluribus verificetur ex iteratis latrocinijs, ut videre est in *c. 33. in 3. ampliat.* quod secùs esse dixit in terminis *d. pragm.* 5. ubi non de stratarum disrubatoribus, prout in dicto indultu: sed de publicis latronibus stratarum disrubatoribus sācivit, voluit, ut sæpè disrubationis crimen commisissent, ut in *mem. dec.* 147. *num.* 7. & *de Magistr. lib.* 4. *cap.* 16. *nu.* 218.

Hinc colligo, quod quoties non de latronibus per campaneam incedentibus, vel grassantibus, qui vulgò banniti, seù forasciti vocantur: sed de uno scelesto, qui semel in itinere aliquem aggressus fuerit, illumque spoliaverit, agitur; sustineo indubiterer, eum, licet mortis pœnam merentem, non dici latronem publicum, disrubatorem stratarum; de quo præfata *Prag.* 5. intelligit, atque adeò eius remissionem nun esse Baroni denegandam. Cum illud, quod efficit comitiva grassatorum per campaneam incedentium, & quietum vivere perturbantium, non unius efficit latronis incessus, qui tàm obscuri, & incogniti nominis ex illa semel agressura poterit esse, ut nullo modo pro latrone, sed pro integro, atque probo viro ab omnibus æstimetur, & expertus loquor, sunt enim aliqui tanquam dealbata sepulchra, ut ex ore Dei, *Matth.* 23. qui foris impeccabiles se ostendunt intus autem vitiis madescunt, & sub agni specie lupi delitescunt, *cap. ut officium, de haret. lib.* 6. & multa ad ornatum refert *Tiraqu. de pœn. semper. caus.* 51. *num.* 4.

Concinit præfatis quæsitum *Elisair Danza to.* 2. 77 *de pugn. DD. tit. de armat. per campan. cap.* 5. quem refert *Anich. in trde pravent. cap.* 6. *qu.* 1. *num.* 21. nùm *pragm.* 9. §. 10. *de exulibus*, confirmata ex altera 11. §. 48. *de offic. judic.* quæ naturali morte plectendos statuit, qui per campaneam inveniantur quatuor insimùl extrà vias more forascitorum armati, de quibus diximus in hoc in hoc ipso titu suprà *num. &* 36. (ubi numeri quaternarii præstantiam indicavimus, & addimus *S. Thomam in opusc.* 71. *D. Bernard. in serm. de quadruplici debitore, & in sermone de quatuor mod. orand. Bung. de mystica numeror. signif. tit. de num. quarta, Ludov. Gomez in repet cap. cum in multis, ex num.* 74. *de rescript. in* 6. *Thom. Act. de lud. scacbor. qu.* 6. *à num.* 103. ac de numero septenario loquitur *Glos.* 1. *de pœn. dist.* 1. *in summ.*) an si fuerint quatuor quorum una est fœmina, veste masculina induta, coma arctata, cum armis incedens, sit illi pragmaticæ locus, quæ in masculino verbo loquitur? & pro, ac contra arguens cum nonnullis ibi eruditionibus insitis, innuere videtur in genere, ad nihil singulare deveniens, illi pragmaticæ non esse locum; posteà verò inquit in casu per ipsum relato vendicare locum *pragm.* quia illa fœmina, suo relicto sexu, uti masculus campaneam incedendo, & grassando, se cum masculis exulibus sociavit, & sic licèt lex adaptetur ad ea, quæ sunt frequentiora, tamen cum casus acciderit iuxtà qualitates in ipsa pragmatica requisitas; quæ verificari in illa fœmina contigit, concludit contra eam, & illos. Et prudenè hæc *Elisar* ratiocinatio huiusmodi fovet aleam, cum si sincere dicat, casum evenisse, ut fœmina ceperit arma uti masculus, eaque exul, & in eorum comitatu per campos grassasetur, & in ipsa omnes ex *pragm.* qualites requisitæ verificentur, vigebat contra eam dispositio, sicuti, qualitatibus remotis, illam deficere sanctionem, dicere possumus; quia qualitas subjectum, cui inhæret, informat, ut dicit *Bevint de statut. urb. præscript. Glos.* 21. *num.* 67. ex I. D. ibi laudatis, quia qualitas de subiecto, tamquam modus adiacens, disponit, ex *Nicol. Moron. de treg. & pac. qu.* 147. *num.* 10. ubi subdit, quod lex quoties qualitatem perpendit; qualitas non solùm dicitur de substantia probationum, sed facti, ex *Bald. in loc. ibi adducta*, itaque optimè *Elisaeus* in illo casu censuisse puto, ibique testatur alias mulieres per campaneam grassantes mulctatas fuisse, sub *num.* 17. & sic id, quod dixit *Caravit.* non esse à seculo auditum, ut mulieres quietum vivere inquietassent, iam vidimus, sæpè & quam frequenter accidisse, & sic non semel, aut bis id contingit, quod legislatores contemnunt, ut in *l.* 6. *ff. de legib.* sed sæpius, ac sæpiùs, & propterea versamur extrà regulam *tex. in l.* 4. *ff. eod.* ubi ex iis, quæ fortè uno aliquo casu accidere possunt, iura non constituantur; & reddit rationem *Cels. in seq. l.* nàm ad eam debet adaptari

ius

ius, quæ frequenter, & facilè, potiùs, quam quæ raro accidunt; licèt iura præfata loquantur respectu legislatoris, condentis leges, qui non ad singulares res, sed ad universales in legibus condendis respicere debet, *l.iura 8.eod.tit.* explicat ibidem *Turam, & in l. non possunt, 12. num.1.& 2.eod. tit.* affertque rationem *Ulpian. in l.nàm ut ait, 12.* subiungens, vt cætera, quæ tendunt ad eamdem vtilitatem, vel interpretationem, vel certa iurisdictione suppleri, at respectu iudicum, tàm quod sæpè, quàm quod raro accidit, in iudicium cum venire possit, sivè, semel, sivè bis accidat pro sua iurisdictione desinire coguntur, vt per hæc verba *Turam.in d. l.6.num.10.* vbi suprà *in num. 9.* explicando, quod dixerat ibi Jurisconsl.verba, *quod semel, aut bis accidunt, contemnunt*, dicit debere legi, *prætereunt*, non *contemnunt*, sed ei qui iurisdictioni præest, illos casus, qui semel, aut bis accidunt, commendatus relinquunt.

Sed casus illius mulieris per *d. Eliseum* recitatus, me terruit, quomodò illa mulier, quam Neapolit. esse ibi asserit in principio, ad hosce immanes actus devenire potuerit; cum Neapolitanum Cælum mite, & placidum, ibiquè continuato Verè, & Autumno habitatores gaudeant, propter quod à cunctis orbis terrarum oris ad ibi degendum immunera hominum vis confluat, undè inolevit apud Poetas fabulosa illa siren, nautas ad Neapolitana litora appellentes devorãs; ibi bis vernãt flores, & fructus in dies ista felix tellus, superfœtat, juxtà illos Poetæ,

Sopra il nascente fica, il fica invecchia:
E quando spunta l' un, l'altro matura;

Et per consequens ex benigna aeris temperie ibi nascentes, & degentes, maximè verò fœminas ad mollitiem, & delitias deditas experimur, ut ex versu.

Simile à sa l' habitator praduce;

Quod priùs dixerat *Plutar.in 1.moral.apophtegm. in princ. ut plantarum semina, sic hominum viat regionibus fieri similes*, sed forsan ex asperis Samnitum mõtibus, ad quos habitandi studio se cõtulerat, poterit ad illã feritatẽ à feris iostrui.

An mulier comprehendatur sub statuto, seù banno prohibente dilationem armorum, *Guazzin. defens.29. cap.2. Vrsell. in exam. apum conclus. 143.num.27.lit.A. Farin.de var. ac divers.crim. qu.108.num.15.Bajard.ad Clar.§.fin. q.108.nu. 15 Viv.dec.220Guazzin.defens.29.num.20.Crispi in prax.crim.tract.11. cap.5.num.9.* de prohibente ambulare de nocte, & violentiam cum armis, *Campagn.in cap.Regn. Alboc, ut nostrorum, num.102.Concioli resol.crim.* verbo, *mulieres, resol.7.* & an in bannis exfractationum, *Avus meus ad Gramm.dec.63.num.7,* & ad *Capyc.dec.21.in fin.Dana cit.cap.5. num.4. & lib. 1.tit.de fal.mon. cap 2. num. 5.* an sub hominis appellatione contineatur, *Besold. in præcogn. Pandect.ad tit.5.& 6.lib.1. ff.quæst.18. Frider. Pruckman.tr.de differ.utriusq.sexus,p.1 memb. 3.art.1.Geldant ad l.1.ex n.22.ff.de verb.sign.*

Quæ an forjudicari possit, quærit idem *Danae de pugna Doctorum, tom.1. de forjud.cap.1. num, 32.* & negativam aleam carpit ex *resolut. Caball.tract.crim.centur.3. cas.276. num. 6.* circa quam resolutionem duo sunt mihi advertenda alterum, quod si velint negativam sectantes, cum adducere sub *num.6. & seq.* pro opinione quod fœmina banniri nequeat, quia sub statuto loquente, quod contumax, ex delicto habeatur pro confesso, convicto condemnatoque non includatur, cum ratio statuti non æquà fœminis, ac masculis conveniat, esset dicendum frustrà ab ipso *Caball.* & aliis fuisse habitam quæstionem, de qua in sua, resolutione, num mulierem bannitam occidens, impunitatem, vel præmium, utrumque à statuto indictum, consequatur? nàm, destructa conclusione, seù disputationis subjecto, omnia cadunt accidentia, vt philosophantur logici: & ex nostris *Vigel.in Dialect. jur. reg 2.* vbi dicit negato subjecto, negari, & accidens, pag. 191. ibique perplura legalia exempla illam fulcit, inter quæ in primis illud de *text.in §. servus, instit.de cap. diminut.* his verbis: *servus manumissus capite non minuitur, quia nullum caput habuit*, prout est è converso, non quia concedere vellemus, mulieres bannitas non includi sub statutis decernentibus præmium, ac veniam, eas enecanti, ergò mulier banniri nequit; quia accidentia possunt adesse, & abesse præter subjecti corruptionem, & subjectum potest sine aliquibus esse accidentibus,

Alterum verò, quod *Caball.* discursum atque theoricam in ratione, quare premium non sit deferandum occidenti mulieres, & vix ipse *Caball.* impunitatem eis tribueret, ut dicto sub *num.6.* licèt veritatem attigisse, putare velimus id erit concedendum in terminis sui statuti, vel aliorum similium, in quibus ratio statuti permittentis impunè eas occidi, atquè occidenti præmium proponẽtis, vel est manifesta eã dixesit, *ut quies publica perturbetur*, quam per bannitos perturbari diceret in locis, a quibus sunt banniti vel non est expressa, & hanc pro expressa habendam, inquit, vt à *num.1.* & posteà concludit sub *num. 10. & seq.* At in terminis nostræ constitutionis *grandis utilitas*, quam prosequitur *const. pænam eorum*, non hanc esse rationem, deducitur ex ipsamet constitutione, & proindè ne nos Reguicolæ sub ratiocinatione *Caball.* viri alioquin doctissimi decipiamur, ad hæc advertendum, & scribendum calamum induxi.

Angel. tamen *Scialoy.in tract.de forjud.cap.18. n. 28.* rejecta opinione negativa præfati *Dana.cit. cap.1. Novar.ad prag.rum de senten forjud.num. 10. & Foller.* verb. *si forjudicentur num. 33.* opinatur mulierem forjudicari posse, paucis contentus, unico jacto fundamento, quia mulier vltimo supplicio affici potest.

Tandemque, vt receptui canamus, cum *Foller.*
79 *in prax.crim.4.par.3.* verbo, *& si confitebuntur, ex num.7.* dixisset, mulieres, minores, & rusticos a pœnis ex contumacia incursis excusari, ex DD. ibi indicatis, advertendum censeo, quod si veritate fulcitur regula, æquiparatorum eandem esse dispositionem, vt apud *Everard. in loc. ab æquiparat.* quamvis materia sit exorbitans, vt ex *Ias. Corn. & aliis* notat

Surd.decis.251. num. 3. & etiam in pœnalibus ac correctoriis dilatat *Tiraq.de retract.consang. §.15.Glo.1.num.11.* si rustici, & minores non possent forjudicari, neq; mulieres. Uno enim ex æquiparatis sublato, alium sublatum esse videtur, vt ostendit *Const.Rog.de interpret. jur. vers. undecimò videndum, num. 33.* quidquid enim putet *Foll.* à pœnis ex contumacia incursis immunes rusticos, advertimus, illos in delictis minimè excusari, quodque in multis aliis casibus ipsis non subveniatur videas *Tiraq. de pna.temper. caus.11.* & post eum. *Farinac. eod. tit.ead.caus.qu.98.* licèt, quidquid dixerint II, CC. de indulgentia erga rusticos, eorumque privilegiis apud *Farin. de delict.q.20. ex num. 52. Mantic.de tacit.lib.8.tit.25.num.12.Urceoli consult.forens.cap.32. num.31.Renat.Choppin.* qui tractatum edidit, *Menoch.lib.2. de arb. cas. 194.Tepat.dec.109.Tusch. in concl.371. & 372. verbo, rusticus, & rusticitas*, aliumque scripsit opusculum, *de rustica vita privata laudibus* & contra *de aulica vita molestiis Anton.de Guevarra, & de re rustica Gilbert. Cognatus Nozorenus, Conrad.Heresbachius*, hisce temporibus magis rustici, quam alii delinquentes puniuntur; quia illam regulam (non est malitia super malitiam rusticorum) experientia docet, ad præsens magis, quam ullo tempore veritate niti, & apertè comprobat *Benedict. Bonius de cens.cauer.artic.ult.* vbi quærit, an sit parcendum rustico, qui labi tempus ad censum redimendum passus fuit? & dicunt aliqui affirmativè, quia aliquid rusticitati est condonandum *l. si quis, de jurisd.omn.iud.* quo loci allegantur per *Follerium*, & ante ipsum à *Mars. de minor, mulier,& rusticis*, quod verum, inquit ipse *Bonius*, in quibusdam iuris apicibus, & in terminis *cit.l.si quis maior.* at in rustico sagaci, ut sunt rustici nostri temporis, penès quos est omnis versutia, id non admittitur; non enim restituendi sunt rustici, nisi in casibus à iure expressis, ut firmat post *Jas in l.2.C.de iur.emphit.*per *l.pen C.de iur. & fact. ignor. DD. in l. iuris ignorantia,C.qui admit.Bon cit.loc.* Innocens, & quieta rusticitas, quam Cæsar præconizavit in *l.ueili 3.C.de defens.civit.*hoc tempore est nigro simillima Cygno, ex deductis à *Bertaz.in repet l si quis maior.C.de transact. Menoch.d.cas.194.n.3.Hieron. de Laurentiis decis. Avenion.79. num.7.* vbi sigillatim describit rusticos,*Hering.de fidejus.cap.8.n.110. Leotard. de usur.qu.100.num.58. Farinac. qu.98. caus. 11. num.59.Novar.de gravam.vasall.gravamin.452 num.fin.Danza de pugna Doctorum.in lib.3. tit. de iniuriis cap.1.ex num.35.& seq.Mascard. de probat.qu.8.in fin.* iuxtà *Tholosanum, de republ. lib.4.cap.8.num.4.* rustici sunt fallaces, fures, & callidi dicebat propterea *Stephan.Bertran. cons. 7.num.6.lib.1.*quod nihil impudentius est arrogantia rusticorum, quibus tanquam alienæ felicitatis impatientibus continuò vastus est animus nobilitatem extinguendi, teste *Laurent. Sylvan.cons.61.num.33.* vt vterquè status æqualis fiat, advertit *Ja.Segura Davolas in direct.iud. eccles.par.1.cap.2.num.1.ex Franc.Sarmien. lib. 4.select.cap.16.*& refert *Reg.Valenz. cons.166. n. 5c.lib.2.* ac proindè meritò Fridericus Imperator peculiari lege statuit in *constit. prosequentes de pugnis sublatis* nullum angarium, villicum, villanum, nullumque vilis conditionis (vt vtar ipsius *const.*verbis) contra Comites, aut Barones, aut etiam simplices milites capitaliter accusatos, vel de personæ conditione, aut de omnibus bonis, aut maiori parte eorum in testes induci posse, de qua *const.* memor est *Gramm. decis.34.sub.num.5. & dec.104. sub num.24.* & videndi DD.eam commentantes, & in dies rusticos, nedum dolo, appensatè, & atrocissimè delinquere: sed eos, qui per campanem quietum vivere perturbant, esse videmus; & sic succedit, quod indicat *Tiraq. loc. sup. cit. num.17.* adversus rusticum sagacem, quem sic quemlibet in dubio præsumi, tuetur *Sfort.Odd. de restit. in integ par.1.qu.9.num.65.& seq.* ac in terminis, quod rustici possint foriudicari, quodque foriudicentur, habetur expressè in *cit. constit. pœnam eorum, vers. sed in casu præsenti*, vbi enumerat, quid lucrantur ii, qui foriudicatos ceperint, dicit, sex Augustales esse persolvendos ei, qui rusticum foriudicatum capit, & proindè si per eandem *constit.* conceditur præmium capienti rusticum foriudicatum, certè censuit, rusticum posse foriudicari; consequens enim qui vult, etiam antecedens voluisse, dicitur, *instit.de hæred.instit.in princ. l.illud, ff. de acquir. hæredit, cum concord.* de quibus *per Steph.de Federic.de interpret.iur. p. 1. num.70.* prout tam mares, quàm fœminas multari, & foriudicari debent; si atrocitas delicti ad talem pœnam iudicem impellat; ad tradita à *Gramm. dec.36.ex nu.12.*quia maior victima, quam iniqui punitio, Deo offerri, nequit, secundum *Senec.in Trag.*de quo meminit *Castr.in l. nemo, C.de episc.aud* quia in *Sacra Scriptura* legitur, *non permittas, maleficum vivere super terram.*

De minore autem semel pli fusè in antecedenti R.tu. addimus *Paschal.de patr.potest.par.2. cap.10.sub num.22,Prat respons.crim.25.ex num.46. Rens. per.dec.19.num.8.lib.2.Teg.in tract.crim.par.6. num.50.Antonel.de tempor.leg.lib.2.cap.16.ex n. 3. Sanf dec.17 Orilian ad Campan.resol.2. nu.4. Conciol alleg 86.ex nu.1. D.Maioran. in opoprax crim.cap.14.ex num.36* quinque à *n.52.* modos quibus minor ætas probetur, enarrat, & testea ex aspectu eam deducentes, quomodò deponere debeant, *Conciol* advertit,*lib.1.allegat forens. 6,num 5,*

His collimat excitata nuperrimè quæstio, num
80 fures nocturni intra huius Civitatis mœnia & burgos subripientes, viatores noctù pallia spoliantes, expilatores ab *Alciat.*appellati, *in l. 1.ff.de acquir.poss.*quasi expoliatores, viatoribus pallia, argentum, & vestes diripientes, *Budaus in l.1.§.expilatores. ff. de effractor. Rebuff. in l. hostes, pag.644.in magois,ff.de verbor.signif.*vulgo (*Cappiatari*) nuncupati, quos statuit *prag.1. de furtis*, æstimandos, vt disturbatores publicorum itinerum, & grassatores, etiam pro re minimi valoris, nulla de rei subreptæ pretio habita ratione, causam delegans nostræ M.C.V. si cingulo militari præfulgeant, ad generalem Exercitus Auditorem remitti debeant? Siquidem

dem cum detrusus fuisset in vincula Franciscus de Bucceriis, inquisitus furti noctù patrati in hac Civitate, efflagitavit, remitti, ut miles ad generalem Exercitus Audientiam, obsistebat autem Fisci Patronus, dicens, Franciscum non esse actu merentem stipendia, quæ potissimum qualitas essentialiter à nostro exigitur statuto; Cum anim gravi morbo laboraret, petiit veniam, ut suæ saluti consuleret, illaque ad duos menses obtenta, fuerat postmodum, ob lapsum temporis, ei suspensum militare stipendium, seù, ut vulgò aiunt, *puntata la piazza*, itaque non erat tempore patrati criminis actualibus militiæ laboribus addictus, ut expressè cavetur per plura Regni iura, præsertim vigore *pragm.* 20. *de milit.* ac proindè, ut desertor militiæ militis nomine, foro, necnon privilegiis exuitur, quando quid gravius admittit, *l. desertorem, ff.de re milit.Tull.Crispol.cas.milit.* 35.*Caball.resol.crim.p.*1.*casu* 147.*& cent.*2.*cap.* 294. de huiusmodi fraudibus, & aliis ad rem militarem pertinentibus, sermonem habens.

Addebat, eadem lege, qua Regius generalis exercitus Auditor statuitur iudex militum privativè quod alios, ut habetur, cæteris posthabitis, in *pragm.* 2.*de milit.* per eandem latrones, ac publicarum viarum grassatores excipiuntur: Contra istos enim eadem *pragm.* mandat inquiri à judicibus ordinariis, qualis est M. C. Nocturnos autem fures intra mœnia, & burgos latronibus, ac publicorum itinerum grassatoribus, re etiam valoris exigui subripientibus, æquiparat *cit. pragm.* 1. *de furt* executionem geminatis verbis eidem M. C. delegans, quod est in viridi observantia, teste *Præsid.de Franch. dec.*521.quam *decis.* vt nempè procedat contra exteros mem.pragm. laudant *Caball.cent.*2.*cas.* 129.*R.Rovit.in eadem pragm* 1. *num.*3. *Novar. de gravam.Vasall. lib.*1.*grav.*136. *num.*77.*Reg. Sanfel.lib.*1.*dec.*40.*in fin.* decisum tradens, cuius meminit *Domin.Crispi in pract.Crimin.tract.*13. *cap.ult.num.*3.idem *Sanfelic.dec.*41. notans, huiusmodi delegationem non extendi ad captos cum re furtiva, quam alibi sunt furati, *Muscatell.*ad illius ornatum multa colligens, in *prax. crim.rub.de priv.crim.furt. rap. &c. ex num.*9. & in *rub.de pœn ipsorum num.*11.& meritò, fures enim nocturni gravius mulctantur, quam diurni, *l. sacrilegii pœnam, in fin. princ. & in §. cæterum si quis interdum, ff.ad l.Iul.pecul. Affl. in c.*1.*§.si quis quinque solidos, num.*17.*de pac. tenen.in usib.feud.Boer.dec.*254.*ex num.* 16. *Petr.Gregor.syntagm.iur.lib.*37.*cap.*14.*rub.de aliis circumstan.num.*2.*vers.crescit tamen pœna, Didac.Canter.*1. *quæst. crimin. cap.*8. *rub. de furt. num.*25.*Reg.Capyc.Latro dec.*132.*num.*19.*lib.*2. maximè in Civitate, in qua resident Princeps, Supremaque Tribunalia, *Bal.in l.cum ancillis, C.de incest. nupt. Jo. Vital. in cons. impressa post pract.Tartagl.Reg.Capyc.Latro* mox *cit. loc. nu.* 13. quomodo autem accipiatur nox, vt in pœnam capitalem quis incurrat, *Affl.*lepidè inquirit *in Const.multa leges, num.*13. quidque si flagitium sit patratum de serò, vel summo mane in crepusculo, an dicatur de nocte, vel de die, & *num.seq.* relinquit *Affl.* quæsiti decisionem iudicis arbitrio, comprobatque *Bursat. cons.* 319.*num.*2.*vol.*3.& de nocte, quomodo dividatur in duodecim horas, loquitur *Bened.de Plumbin.in l.*1.*num.*2.*ff.de manumis.Antonel.de temp. leg.l.*1.*cap.*3.*num.*20.

Re discussa in M. C. in qua procedebatur per horas, exclusus fuit reus ab exoptata remissione; habito recursu ad S. E. obtentoque rescripto; vt fieret relatio in Regio Collaterali Cons. tandèm die 27. Februarii, de currentis anni 1679. fuit decretum, quod, *Regius generalis exercitus Auditor in causa procedat*; vt in Banca M. C. Lelii de Feo, Scriba Fiscali Josepho Capiblanco; Rei iura strenuè tuente Dom. D. Jo: Baptista Marchesio; tum generis claritate, tum doctrinæ elegantia præstantissimo; quem, post quam, plures Auditoratus laudabiliter exercito, Catholica Regis nostri maiestas, prævia Excellentis. D. Marchionis de los Velez nominatione, ad munus patroni pauperum extulit; quod quidem tanta humanitate, tanta comitate; sedulitate tanta exercet, ut spes sit omnibus certissima, fore, vt quam mox ad altiora dignitatum fastigia, quibus iampridem sese dignissimum ostendit, extollatur.

Igitur fisci patroni rationem elidebat, non esse eum, inquiens, militiæ desertorem, talis enim duntaxat propriè dicitur, qui à militia aufugit: hic autem commeatum obtinuerat, vt suæ saluti vacaret, sicuti ex fide scribæ Portionis liquebat, cui integra fides habetur, *R.Rovit.dec.* 82.*num.*11.*Bovadigl.in polit.lib.*2. *cap.*19. *num.* 17.*Coter.de iur.milit.lib.*1.*cap.*7. Neque stipendii suspensio, quia actualiter non deserviebat, operatur à militum albo nominis abolitionem, quæ in causa tantum desertionis locum vendicat; ac proindè delinquens vna cum actis inquisitionis ad iudicem militarem remittendus est, ex *tex. in l.de militibus, ff. de cust. exhib. reor.l.*1.*C.de exhib.reis, Crispoli.casu milit.*34. & 35.qui ait, *tex.in l.desertorem ff.de re milit.* excipientem desertorem militiæ graviora crimina patrantem, loqui de desertore militiæ absque venia, nun de milite, qui vacationem obtinuit.

Neque laborandum de *pragm.*1. *de furt.* quæ nocturnos fures; ut viarum publicarum latrones, & grassatores haberi mandat, cum intelligenda sit; quòad pœnam mortis infligendam, cui alioquin non possent submitti, si furtum vix ad duos carolenos ascenderet de iure communi, cuius pœna dupli erat, *§. ex maleficiis, inst. de action.*&laquei pœnam nunquam statutam fuisse pro simplici furto, advertit *Anton. Matth.de furt.cap.*2.*num.*6.quin apud Ægyptios, Lacedemones, & alios, non puniri, necnon *Menoch.de arbitr.lib.*2.*cent.*3.*cas.*295.*ex num.*2. & de iure Regni statuta est capitalis, si esset infrà augustalem, illius .n. rigore legis in *cit. pragm.* 1. huiusmodi nocturni fures, non inspecto exiguo rei subreptæ pretio, sed criminis qualitate, vltimo supplicio addicebantur; fures namquè viarum publicarum sunt, qui publicas vias armata manu obsident, & iter agentes deprehendunt, aggrediuntur, contrà quos clamant omnia, & insurgunt iura, ut sup. à diximus, &

dice

dicemus infrà, verùm quòad fori declinationem, statutum illud à iure communi tam exorbitans non poterat extendi, sed strictè interpretari, quominùs ius commune lædetet, quod regulare est in omnibus statutis, quæ sunt interpretanda, ut iuri communi non adversentur, nec fiat præiudicium tertio, *l.a.* vbi *Bart. C.de noxalib.Rovit.in pragm. ubi de delicto quis convem.deb.num.*14.

Nec pragmaticæ de militibus hos à fori declinatoria eliminantes, nempè pro furtis in via publica, locum sibi vendicant in nocturnis furibus, quia isti non sunt viarum publicorum direptores, ut plenè per *Merlin.cit. cap.*17.*lib.*1. *controv.forens.*sed simplices privati fures, qui licet vti viarum latrones vltimo supplicio puniantur, hoc quòad pœnam, vt suprà fundatum est, cum simus in statutis pœnalibus, in quibus non datur extensio, nec de casu ad casum, nec de persona ad personam, nec ex identitate rationis, neque ex maioritate ipsius, *Grammat.dec.*92.*Merlin.contr.*47.*centur.*1. *num.* 6.*ad* 10. cum statuta eius sint naturæ, vt propriissimè intelligi debeant, *l.*1.*§.iis.qui navem, de exercit.act.l.eum,qui vectigal*, *ff. de verbor. signif.*& in iis sit strictissima interpretatio,*l.constitutionibus*, *ff. ad municip. Surd. decis.*191. *Sanfel.dec.*417.*num.*27.

Et pro coronide, vrgentem nimis etiam addebat rationem, desumptam ex *pragm.*3.*de furt.* quæ privilegia congerere intendens probationibus in crimine furti patrati intra mœnia Neapolis, expressè mandavit, quod disponitur ex *cap. frequens*, *& effrenata*, per quod confessio tr um latronum in quæstionibus deponentium de seipsis contra fautores, & participes, dummodò quilibet secretè deponat, & alter de alterius depositione sit ignarus, habeat vim plenæ probationis, ac si vocatus esset convictus, vendicet tantùm sibi locum in furtis intra mœnia patratis, & signanter in iis, qui per vias publicas intus Civitatem, vulgò *coppiando*, furantur, *de Franch.dec.*570. & rationem subdit illis verbis, quod hi non minus Remp. lædunt, quam disturbatores publicarum viarum, & grassatores, cuius decisionis *de Franch.* memores sunt *Giazar. dec.* 78.& ibi *Iudex de Angelis*, *Reg.Sanfelic. dec.*37. *&* 383, *num.*2.*Dans.de pugn.DD.tom.*3. *tit. de confess.cap.*9.*num.*14. vbi ergò voluit expressè sancivit, & licet aderat *pragm.*1. *de furtis*, per quam nimis expressis verbis disponebatur, quod hi nocturni fures vti direptores publicarum viarum plecterentur vltimo supplicio, nullo habito respectu ad pretium rei furatæ; Attamen, quia tantum locum sibi vendicabat quoad pœnam infligendam, non quòad probationes, & forum; necessè fuit alia pragmatica respectu probationum hoc expressè sanciri. Undè cum huiusmodi fures, neque iure Regni, nequè communi attentis, veri grassatores, & publici latrones sint, non sunt exclusi ab exemptione, & militiæ foro, nè præiudicium inferatur iurisdictioni Regii generalis exercitus Auditori, qui privativè quòad alios est competens omnium militum iudex, & conferunt, quæ perpendit *Gratian.discep.forens.cap.*380.*ex num.*33. loquens de bulla Pii V. æquiparante fraudulentos decoctores furibus.

Quisquis autem sit iudex, perquàm acerrimè animadvertat in huiusmodi prædones, bannitos, latronesque; ac fures, vrbium, imò & Reipublicæ totius pacem, & quietem perturbantes, publicorum itinerum securitatem destruentes; Principis enim est, non modò vias, sed & Civitates à similibus incursionibus tueri, *Angelicus Doctor* 2.2.*qu.*62.*tit.*7. *Montan.de regal.vers.via publica*, *pag.*52.*Merlin.cit.cap.*17.*num.*2.*Surd.* & ibi *D.Consil.Hodierna decis.*42.*Borrel cons.*26. *Bertaz.cons.*470. *vol.*2.*& de claus clausul.* 19. *Gl.*16.*& claus.*20. *Glos.*26. *Camill. Lepidus dec. Lucens.*121 *Bertz.dec.Benev.*146.*num.*2. *Tepat. dec.sit.*572.*Boss.pract.crim.pag.*360.*&* 620. *Gilhausen. arb.iud.civil.cap.*3. *nu.*124. curaque est Magistratuum, *Mynsing.centur.*5.*obser* 70. *Zas. vol.*1. *cons.*14.*Perez ad tit.C.de privil.dom. August. Myler.tract.de Princip.Imper.cap.*59. *nu.*5. *Henr.Klock.discep.politic iurid. de iur. vectigal. th.*77.*Gasp.Klock.tr.de ærar.lib.*2.*cap.*76.*num.*4. quorum negligentiam ingemit *Kopp.dec.*37.qua in re, an vasalli contribuere teneantur, & custodire vias publicas, negant *Joachin. Schultz, synops.feud.cap.*10.*num.*32. *Struv. syntag.feud. exercit.* 11. *thes.* 5. coarctantes dictum si tanta fuerit copia, & potentia latronum vagantium, vt aliquam belli speciem præbeat, graviusque periculum toti provinciæ minetur, à quibus non recedunt, ex ostratibus *Luc. de Penn. in l.*1.*C.ne rustic.ad ullum obseq.lib.*11. *à num.*25. *an Isern.in locis* ab eodem memoratis, ipsumque videas in *cap.*1.*quæ sint regal.ver. vectigalia*, *n.* 10.necnon *Jo.Grand.de bell.in prædic.sint in* 3. *quæst.*conferuntque;exarata à *Capiblanc.in pragm.* 19 *de Baron. num.*44. Iniquitatis propterea aliquid redolent statuta, vt incolæ depiædatorum damna à latronibus perpessa de proprio resarciant, quò habitores in illis iodagandis vigilantiores existant, quæ valida esse, & in Germania adamussim observari, ex *Beroo.quæst. famil.*128.*&* 130.*Anton.Monach.dec.Lucens.*1.*Myler.cit.loc.*ostendit *Abasuer. Fritschi syllege var. tract.tit.de viis public.cap.*12. *num.* 3. nostro in hoc Regno Neapolitano illi per simile statutum vigere attestans, estque *Const.Regni incip. super incisionibus*, ac *pragm.*1.*de damn.clandest.* quæ clementia maxima nostrorum Regum in desuetudinem abiere, *Reg.de Ponte de potest. Proreg. tit.de regal.imposit.ex num.*59. *Præs.Merlin.lib.* 1.*controv.forens.cap.*2. *num.*7. Quod deprædato iuxtà Villam facere licet, si ille latronum nomina ignoret, est, vt petat, quod omnes de Villa, seipsos exhibeant coram iudice, ut latrones cognoscat, ad quod, ex petente procuratore regio, cogi possunt, *Alber. in l. cum si exhibuissent*, *ff. de publica.Rebuff.ad Const.Gall. tom.*3.*de dilat.art.*2.*Glos.*2.*num.*3.*pag.*337.subjiciens ità observari inter armigeros, quando delictum aliquod perpatrasse dicuntur.

Insuper inclemens suppliciorum dilatio tot bannitos fovet in hoc Regno, conqueritur latè *Io: Bapt.Baiard.ad Clar.q.*84.*ex num.*8. potissimùm sermonem habens *num.*11.de vtraque Aprutina Provincia admodùm vexata, cuius clamor, vel

ad

ad intimas Germaniæ oras devenit, aiente *Abafuera Fritſcho citat.tit.de viis publ cap.13. nu.*18.teſtis eſt namquè *Carpzov.in prax.crim.q* 90. *nu.*17.115.in locis, vbi in tranſgreſſores ſtrictè animadvertitur, quam vbi graſſatores impuniti evadunt, tutiorem eſſe commeatum, prudentique conſilio proditum eſt, vt illorum cadavera poſt executionem Rotæ effiggantur,quò prætereuntes admoniti à ſpoliis in viis publicis abſtineant, eodem *Carpzov.* mòx *cit. num.*18. teſte, & notant *Danz.de pugn.DD. lib.3. tit.de var.crim.cognit.cap.5.& Novar. decif.*185. Liceat tamen vera fari, non vtiquà hos gemitus, hes voces, & querelas emitterent, ſi hodiè præcitati authores viverent, quando ſolers Principis Proregis cura, & inflexibilis iuſtitia addicta tam integerrimis adminiſtris, oppida, civitates, vrbes, totum denique Regnum non incurſionibus modò, ſed incurſionum metu liberat, ſecuritatam omnibus pollicetur. Poſtremò cum nocturno tempore obvenerint furta in hac Civitate, ius ſummum vindicatum fuit,cum noviſſimèque noctù infracta ſit officina cuiuſdam mercatoris in via Divi Petri Martyris, quæ vulgò dicitur *lancieri*, cum furto multorum panniculorum aureorum, non diù tale latrocinium in tenebris referatum, ſed editum in lucem, vinctis in carcerem tribus ex quatuor latrunculis, morte illos plectendos in patibulo ſtatuit M. C. V. ratumque habuit Collaterale Conſilium, & ità exequutum fuit in loco delicti.

Ad ſervandam igitur inconcuſſe pacem, furtum, vel minimum etiam oluſculi capite plectebant leges conditæ ab Athenienſibus *Mynſing.§ furtum num.9.in fin. inſtit. de oblig. quæ ex delic. naſcunt, Greg.Toloſ. ſintagm.jur.lib.37. cap.1. de furt,ex num.*1. Veterum Germanorum in illo coercendo rigorem, notat *Alb. Cranzius in ſua Saxonia lib.2.cap.*30. *de Henrico Duce Luneburgico* ſcribens. Gallorum moribus, qui viatori tantillum pecuniæ extrà vrbes in via Regia extorquet, capitali ſupplicio afficitur, teſte *Bodinus de Rep. lib.6.cap.ult.* idemque fieri Mediolani propter aureum nummum, indicant *Zierita ad art.*127.*Nemeſ. Carol.Clar. pract.crimin.§.fin.qu.*74. Deque multis generibus furtorum, & ipſorum punitione in pluribus Regnis loquuntur *Aul.Gel.noct.attic. lib.*11.*cap.*10.*Petr.Crinitus lib.3.de honeſta diſciplina, cap.* 13. *Menoch.de arbitr.lib.2.cent.3. caſ.*195.*Joann.Jacob.Speidel.ſpecul.obſ.p.*1356.

Hinc perperam *Paris de Puteo in tract. de ſyndic.* verbo, *crudelitas*, acrimoniæ notam dedit Friderici Conſtitutioni, quæ eſt in *cap.1. in §. ſi quis quinque ſolidos, de pac. tenend.* vltimi ſupplicii pœnas furantibus quinque ſolidos minitanti, ideoque ſuum genus omninò interiiſſe, nectit, nulla poſt ſenatorum ſobole relicta, ac omnes quotquot fuerunt Reges, qui hujuſmodi legem ſervare mandarunt, eorumque adminiſtros, ſuper terram haud regnaſſe, ac malorum ſine vitam terminaſſe, nec ad tertium gradum eorum pervenisse generationem; quod Paridis quippe effatum *additio Jo.Ant.de Nigr. in cap.ad hoc*, de verbo ad verbum *ſupra num.*86. reſcribit; narrando enim ipſe *Jo.Ant.nu.* ſeptem eſſe jura, quæ circa furti pœnam ſtatuere, dicit ſub *num.*85. Tertium fuiſſe ius *conſtit.* Friderici II. Imperatoris, ac advertit illam pœnam pro quinque ſolidis, vel pro valore bonorum quinque ſolidorum eſſe ſpecialem propter pacis violationem, præ cæteris laudans *Anton. de But.in cap.inter alia, de immun.eccl.* dicentem memoratum *§. ſi quis quinque ſolidos*, locum vindicare in hypotheſi, qua ex tali furto pacis fractio emergit, alias ſtari aliis juribus, & *Additio* concludit, quod hodie de generali conſuetudine, memoratus §. haud ſervatur, & potiſſimum in Italia, & ſic crudelis ipſe Fridericus utique exiſtimandus non fuiſſet, cum ratione pacis ſervandæ hoc ſtatuiſſet; pro bono enim pacis multa fieri permittuntur, quæ aliàs non permitterentur. Quinimò ſeverior erit ſanctiu emanata à Reg. Carolo I. in *cit.cap.ad hoc, de furt.* eandem gladii pœnam vltra vnciam furanti imponens. Et nimis diram dictam ſanctionem appellat *ibidem ſub num.*28. *Jo.Anton.* Et ſi verum eſſet *Paridis* dictum contra Fridericum, multò magis contra Carolum I. qui non jus ſpeciale in caſu fractionis pacis, prout egit Fridericus, qui ad cuſtodiendam labefactatam iniquis civium quorundam moribus pacem, illud tulit, ſtatuitque ſed legem genericam in omni furto vnciam excedenti condidit, & non longè diſtat à furto quinque ſolidorum, nam quinque ſolidi ſunt quinque nummi aurei, vt in *cit.cap.ad hoc, Sebaſt.de Neap.num.*10. ex *Gloſſ.ultim.§.fin.inſtit.de pœnis temp.litig. Bud. de aſſe*, eſt videndus *lib.5 fol.*658.*& in fin. fol.* 664. quid ſolidus aureus ſit, declarans. Uncia verò continet ſed nummos aureos, & ſeptuaginta duo nummi aurei libram vnam faciunt, vt notant idem *Sebaſt.num.*17. *Jo.Ferr. de duell. num.*20. vbi de pœna furantis vltrà vnciam in Regno Siciliæ, & inter 24. caſus, pro quo admittebatur duellum, ponit hunc de furto excedentem vnciam auri, quam eſſe ſex ſolidorum ſeù ducatorum aureorum, nam in jure dicit eſſe ſolidum vnum ducatum, ex *gloſ. in l. fin. de in jus vocand.* & de vncia videas *Budæum de aſſe in pluribus locis*, de quibus in repertorio in var *uncia*, & ſic opus eſt, vt ſeptem ſolidorum ſit furtum, & conſequenter iſtud *cap. ad hoc*, duos nummos aureos addidit, ut furans furca ſuſpendi poſſit, cum in vſibus feudorum, vigore *mem.§.ſi quis quinque ſolidos*, furando quinque ſolidos in mortis incidebat pœnam: dixit enim *Carolus in mem.cap.ad hoc, bona ultra unciam*, vt demonſtraret, furtum ſex ſolidorum ad mortis condemnationem non ſufficere, & ideò adjecit illud verbum, *ultrà unciam*, nam ſi dixiſſet valoris vnius vnciæ, dubitari potuiſſet? quia *Sebaſt. ibidem, ſub num.*7. quærens, quid ſi Auguſtalem, neque plus, neque minus ſubripuiſſet, verum infrà Auguſtalem dicatur, vt fuſtigari, in fronte mercari, & de Provincia banniri poſſit, & reſpondet, perindè eſſe, ac ſi infrà Auguſtalem furatus eſſet, *arg. l.1. §. ſi intra, ff.de ſucceſſ. edict.* & notatur in ſimili *in Conſt. Regn.* in cauſa depoſiti in *gloſ.* quæ incipit: *Quid ſi depoſitum?*

tuni, & concinit quæstioni, quæ fit in *Const. dilationis*, ubi dicitur libellum non esse dandum in quæstione, quæ infra duos Augustales movetur, nam si de duobus Augustalibus fuerit idem dicendum, & ex his ibi coacervati, *& a Neapod. in consuet & idem si per duos, in verb. infrà* ac ab aliis Authoribus fuit decisum in S. C. vt testatur *de Franch. decis. 707.* quod sententia M. C. V. quæ ex *pragm.* Ducis de Alcalà est executionis demandanda à summa ducatorum 150. infra, si illa summam ducatorum 150. neque plus, neque minus contineret, in tali casu executioni demandanda, de qua nos meminimus in *Ritib. 257. num. 6. lib. 12.*

Dixi, inquàm, memoratam dispositionem à Carolo I. editam in *cit. cap. ad hoc* esse etiam nimis duram, ac diram, vltrà de *Nigris* appellavit *Muscatell. in tit. de furti pæna, num. 15.* dicens, omnes ibi scribentes talem eam censere, subditque sub *num. 17.* quod sicuti illam Friderici *const.* minimè usus amplectitur, crudelemque præconizant DD. inter quos *de Matth. cit. tr. de furt. cap. 2. num. 6.* ita quoque *mem. cap. ad hoc*, ratione fulcitur, quia quinque solidi ab vncia parum distant, & sic authoritate *Affl.* ac *Grammat.* ipsum *cap.* in furto simplici minimè servasi nectit sed loco ipsius, vel judicis arbitrio, vel triremium pæna mulctari, vt observant *Gramm. decis. 16 num. 17. Danza tom. 2. de pugn. DD. tit. de furt.* integro *cap. 6.* occurrens sigillatim *decis. Giasarell. 13.* nisi tamen concurrat alia qualitas, furtum gravans, *Pras. de Franch. decis. 315. num. 7. Giasarell. mox cit. decis. 3. num. 7.* & ibi *addent. Muscat. ad duct. loc. num. 17. Consil. Campan. resolut. 16. num. 11. Pras. Merlin. cent. 1. controv forens. cap. 17. num. 15. Reg. Sanfelic. decis. 35. lib. 1. & decis. 166. lib. 2.* necnon *decis. 39. num. 5. lib. 1.* quam refellit *Crisp. cit. loc.* quo ad pœnam capitalem in magno furto, absque alia qualitate, *Palma diversor. jur. Glos. 1. num. 20.* sed vrget dictum *Angeli in l. quod si nolit, §. quid assidua, num. 3. ff. de dil. edic.* magnum nempè furtum æquivalere tribus parvis, & patraotem nimis enorme vocari consuetum furari, quod extricant *Farinac. quæst. 23. num. 9. Caccialup. in l. cum servus, ff. de condit. caus. dat. Iul. Clar. §. furtum, ver. sed an pro uno furto,* & ibi *Bajard. & Drogher. Scialey cap. 3. de forjudic. num. 12. Giaza. discept. crim. 26. num. 8. Viscont. in conclus. jur.* verbo *furtum*; Quin statuta tam nimiè rigorosa, maximè mortis pœnam imponentia pro furto adeò tenui, plurimorum II. CC. fert opinio esse coercenda, ac licere Judicibus illam in aliam mitiorem commutare, ex *Hyppolit. de Marsil. in l. lege Cornelia, §. Divus Adrianus, num. 12. ff. ad l. Cornel. de sicar. Carrer. in prax. cri. §. 18. cas. num. 14. Jo. Bonif. in tract. de furt. § fin. num. 45. Baccaren. de differentiis utriusque jur. differentia 134. num. 9. Farinac. quæst. 67. par. 2. num. 41. Caball. cas. 18 num. 13. in fin.* quos sequitur *D. Crisp. in prax. crimin. tractat. 13. de furt. cap. 3. num. 31.*

RITUS CCLXXI.



Tem servat ipsa Curia, quod si actor, vel accusator, fecit aliquem citari: & in peremptorio termino citatus comparuit: & etiam accusator, vel actor, si accusator, vel actor in dicto peremptorio coram curia dixerit se non habere paratum libellum: & habet aliquam justam causam, tunc Curia ipsa dat terminum arbitrio Curiæ utrique parti: reo, ut veniat pro libello: & accusatori, vel actori, ut veniat ad dandum: qui terminus rarò scribitur in actis dictæ Curiæ.

SUMMARIUM.

1 *Sancita in hoc Ritu an serventur hodiernis temporibus?*
2 *Dispositio per non usum non tollitur, sed per contrarium usum.*
3 *Sanctio text. in l. libellorum, ff. de accusat. quomodo practicetur in Regno, quibusve in casibus?*
4 *Accusator quæ ponere debeat in libello?*
5 *Actor quis sit? ac in materia l. diffamari, ff. de ingen & manumiss.*
6 *In civilibus, & capitalibus causis accusatus liberatur, accusatore nil deducente, cui præfigitur terminus.*
7 *Actori intentanti civile judicium, an liceat agere criminaliter?*
8 *Agere non potest, nisi ex parte sua adimpleverit.*
9 *Denunciationes, & querelæ debent describi in libro, & nonnulla de libris votorum in aliis thesibus narrantur.*
10 *Obligatio penes acta si capiatur in folio, non posita in libro, reperta penes creditorem, vel alium, suas habeat vires, quamvis non sit posita in libro, quæritur? hacque quæstio enucleatur, ac in plures casus disseritur, pluraque ad hypothesim validitatis obligationum penes acta, etiam de more purgatione, narrantur.*
11 *Actuarius debeat ne penes se processus retinere, & sit dominus actorum, & scripturarum?*
12 *Quando liceat judici illa retinere.*
13 *Regula, quod qui incepit acta debet illa continuare usque ad finem; traditur, ampliationibus restrictionibus ac declarationibus exornatur.*
14 *Quare Archiva fuerunt à Regni legibus introducta, & quam fidem faciant scriptura ab illis extracta; ac declarationes plures nectuntur.*
15 *Nonnulla de peremptorio remissivè.*

Dispo-

DIspositio isthæc Ritus, non comparente in
ultimo peremptorio, si actor, vel accusa-
tor dicat se non habere paratum libellum, im-
partiatur sibi terminus arbitrio judicis, ad li-
1 lum præsentandum. procedit attento jure ve-
teri, quo citatio antecedebant libellum, ideo
*Maran.in 6 par.*advertit, primum judicii mem-
brum esse citationem, illamque præponit li-
bello, quem tenere tertium locum asserit, quin
contumaciat antecellere libello ipsi, illasque
idcircò esse secundi judicii membrum, asseve-
rat, ac tali servato ordine de ipsa citatio-
ne, contumacis, & libello fatur, quin etiam
in 1.jam *mem.membro*, *num.*1. à citatione ex-
ordiri judicium expressè inquit, deducitque ex
textu in § fin. instit. de pæn. temer. litig. idque
apertiùs constat ex ordine *titulorum in* eodem
ff.veteris libro, hujusmodi propterea ritus di-
spositionem in disuetudinem abiisse, scribit
*Reg.Tap lib 3.jur.regn. tit.de libell. edit. rub.*8.
super hoc rit. pagina (mihi) 46. quem servari,
quando evenerit de facto, & actor opponeret,
non habere libellum paratum, advertit *Carav.*
in hoc ritu, *num.*3. nixus regula illa, disposi-
tionem per non usum non tolli, sed per con-
trarium usum, quamque regulam idem com-
probat *in ritu* 259. *num.*6. *& in pragm.*2. *§.*3.
*num.*4*.de S.C.Maced.*necnon *Camp.in cap.item*
iustitiarii, *num.*6. *&* 9. *Fusc. singul.* 9. *lit.L*,
quin ex *constit. accusatorem*, sancitur, quod
Accusator si in termino præfixo non comparet,
in contumaciam puniatur in tertia parte mobi-
2 lium, & si iterum ad prosequendum citatur,
& sit contumax pœna centum Augustalium;
prout in eandem pœnam incurrit, si post litem
contestatam accusationi institutæ renunciave-
rit. Ex ritu autem 202. aliter punitur accusa-
tor, necnon accusatus contumax, tàm ante,
quàm post litem contestata, ut advertunt *Ma-*
rant.in 6.& ultima part. num. 80. *& Caravit.*
*cit.rit.*qui sub *num.*2. tractat de pœna à jure
communi indicta contra accusatores desisten-
tes, quæ erat Turpilliana pœna in quinque li-
bras ipsum accusatorem puniens, *l.3.in fin. de*
prævaric. ibiquè latè tradit de jure communi,
tàm ante, quàm post litem contestatam, de
quo *Concioli resol.crim.*verbo *accusator*, *resol.*1.
itemque de jure Regni, ibique sub *num* 6. ne-
ctit *Carav.* hodiè esse innovatum, ut accusatio-
nis libellus non detur, juxta *text. in l. libello-*
rum, *ff. de accusat.* de quo dixi in *ritu* 21.*lib.*
2. sed de consuetudine exponitur querela,
quam scribi dicit in libro querelarum deputato
in omnibus Curiis, & post *Gaudin.* notat,
querelam solemnitates, quæ requiruntur
in *mem. l. libellorum*, continere debere,
3 & cum dubitaretur, an etiam in crimine Blas-
phemiæ præfatæ *l.libellorum* solennitas esset re-
quisita; percepi annis elapsis à doctissimo viro,
fuisse affirmativè decisum in S. C. relatore D.
C. Ferdinando Fornario, Judice tunc M.C.V.
in causa U.J.D. Mauri de Melfa, ex *Bart.* do-
ctrina *in cons.*172.*& Ang.in §. fin. auth. quom.*
oport.episc. ac etiam procedere istam formam so-
lemnitatum, de qua *in cit.cap.libellorum*, ad-
vertit *Marant.in* 3. *memb.rectè concipiatur li-*
bellus, *num.*12. notans, quod debet contine-
re locum perpetrati criminis, annum, mensem
Indictionem, & Imperatoris regnantis, no-
men, licet hoc ultimum dicat de jure non re-
quiri, ex *Bart.in cit.l.libellorum in* 1. *column.*
sed de communi consuetudine apponi locum
Consulis, quem nunc non habemus; sed in
Regno nostro audivi, aliquando in aliquibus
locis has solemnitates fuisse in querelis obser-
vatas, etiam in querelis contra syndicandum
officialem, licet consultus uti Advocatus, di-
xissem, talem solemnitatem in querelis syndi-
catus non esse necessariam, delatione tamen,
& animadversione, de qua per *Parid de syndi-*
cat. in rubr. libell.qualiter form in syndic.cap.
2 *incip.an contra officialem*, *pag.*231.*fol* (*mihi*)
271. quæquidam solemnitates, minimè obser-
vantur in M.C. & in Regiis Audientiis, teste
Foller. in verb.audiantur exceptiones, *num.*12.
notante, in Regno parùm, aut nihil de præfa-
tis solemnitatibus *l.libellorum* curari; sed satis
sit constare de facto: vigore *cap. detestantes*,
& ex Ritu incip. Isabella Deigratia, 289. de
modo autem formandi libellum, & quomodo
memorata jura nostri Regni intelligantur, re-
lego lectorem ad optimè, post alios exarata à
*Muscat.in prax.par.*1.verbo, *libellus*, *à num.*1
& de accusatoribus, ac accusationibus, post
Marant.in 6 par.principali, *& ultima*, in va-
riis ibi *numeris*, & aliis locis de quibus *Carav.*
in cit. rit. 202. *Farinac.tit. de Accusatione* in-
tegra *qu.*12.

Itaque hodiè indubitatum agnoscimus, etiam ju-
re communi attento, obstringi accusatorem de-
4 clarare annum, & mensem, ac alias circum-
stantias, *Boss. in pract. in tit. de inquis. nu.* 91.
*Anton.Gomez. var. resol.tom.*3. *cap.*11. *num.* 4.
Farinac. de inquisit. quæst. 1. *num.* 18. *Mysing.*
*observat.*40.*in princ.cent.*2.cautelam tradens li-
bellanti, ne addat diem, nedum horam, nè si
forsan in probatione ipse eiusdem diei deficeret,
prorsùs postea succumberet, *Guazz. defens.* 3.
cap. 3. *nu.*7.*Ursell. in exam.apum*, *cancl.*26. *n.*
44. licèt alios contrarium tenentes collaudet
*Rot. decis.*8. *in princ.post* 4. *volum. consil.*Fari-
*nac.Viv.opin.*24.de observantia nostri Regni me-
mor, *Ursill. ad Afflict. decis.* 250. sermocinans,
quando civiliter ageretur de delicto; etiam in
inquisitione, quæ fit per Judicem, *Farinac.Scacc.*
Guazz. & Vermigl. in locis suprà proximè *ad-*
duct. & ultrà eos, *Ciriac. controv.*488. *num.* 1.
*& seq.lib.*3. optimè comprobans, dummodo reus
non expetit diem, & horam exprimi, ut pro-
bare possit illa die alibi fuisse, aut dicat, non
deneganda esse sibi jura, vel subtrahendam de-
fensionis facultatem, *And. Gayll. lib.*1. *observ.*
64.*num.*11.*Petr Greg.Thol.p.*3. *synt.jur.lib.*30.
*cap.*7. *num.*7. *Hier. Trentt.de publ.judic. in th.*
3. *lit.B. VVesenb.num.*12. *partit. de accusat. Iul.*
Clar. §. *q.*11.*n.* 13. *Coppen. observ.* 120. *lib.*2.
*num.*2. *Gaill.Bockelij de public.iudic.nisq.*3. *n.*
10. citrà tamèn calumniam, *Farinac.de inquis.*
*cit.quæst.*1.*num.*21. *Scacc. de iudic. cit. quæst.*
51.*num.*35. *ac Guazz. dict. defen.*3.*cap.*3.*n.*10.
& dummodo accusator iureiurando asserat de
die præcisa, haud recordari, *Clar. in d. §. fin.*

quæst.12. versic. dixi etiam in fin. Farinac. de
inquis. 3.d.q.1.nu.22. Scacc. de judic. indic. q.
51. num.36. & Guazz.cit.defens.3.cap.3. nu.2.
in fin.tenetur tamen specificare, si delictum mi-
nimè punibile esset, nisi certa die, & hora, ut
tradunt Bald. in cit.l. libellorum num.12. ff. de
accus. Ant. Gomez var. resolut.dict. tom.3. cap.
11.num.4.Osasch.cons.65. num.42. quem refert
Farinac.citat.loc.num.36.& q.1. nu.19. Scacc.
mem Guazz citat.defens. 3. cap. 3. num. 11. de
quibus Concioli resol. crim. verbo, accusator,
resol.7.Carpzou pract.crim.p.3. quæst.106. in n.
1.Mod.Pist.cons.34 Hartm Pistor.obs. 59. Thom.
Metzger cons. crim. 15. Antonel. de temp. legal,
lib.4.cap.12.

Actor vero, de quo loquitur Ritus, ille est, qui
sustinet partes ejus, qui indicit Bellum, seu
provocat ad duellum cap. forus, §. accusator,
5 de verbor. signific. in l. libertus, & ibi Bar. ff.
de in jus vocan. Dec. consil. 487.& 676. n. 22.
Rosbach.in process. civil. tit. 10. nimirùm si dif-
famatum agentem, ex l. diffamari, ff. de in-
gen.& manum.dici actorem, verior probat sen-
tentia, à me comprobata super Rit. 190 quem
locum laudat d. Luc. ad Franch. decis.657.nu.
1. materiam huius legis examinant Ricc. col-
lect.69. Gaill.lib.1.observ. 9. num.7. Ayrer. pro-
cess. p.1.cap.1. obs 5. Gelhaus.in arb.crim.cap.1.
2.tit.34.§.3. ex num 93. Covar.lib.1.resol.cap.8.
Ludov.decis.32.Heig.lib.2 quæst.82.& 85.Myn-
sin.cent.3.observ.78. Hieron.Treutler. cons. 105.
Fab. in C. lib.3. tit.6. defin. 3. Chartar. decis. 8.
Carpz. jurisp. for. p. 2. const 7. defin. 13. Schi-
ramm.observ. 164. Trentacinq; var.resol.lib 1.
tit.de diffamat.resol.1.H.Pistor.observ.94. Vesen-
bec.cons.96. Georg. Everard lib.2.cons. 37. ipse
autem actor evidentèr, & clarè suam tenetur
probare intentionem, Marta in voto 22.nu. 6.
adeo quod, ipso nihil probante, aut non ple-
nè, sit reus omnino absolvendus: consors est
DD. sententia in l. admonendi, ff. de jurejur-
rand. & l. properandum, §. & si quidem, ff. de
judic. Mascard. lib.1.de probat. concl.36. Surd.
cons.328 quòdque in possessorio judicio, Ricc.
collect.439. Reg. Rovit in pragm.1.num.176. de
abus.in scrib.sublat.D. Gaetan.Ageta in epitom.
for.feudal. assert.10.§.1.lit.A.in apostill.D.Nico-
laus Vincent. Scoppa ad Gratian.decis.14. nu.2.
& decis. 182. num. 5. Verum diffinitivè, aut
simplicitèr, an ab instantia tantùm, & obser-
vatione judicij? Contentio est inter Peritos;
omnium verò optimè explanat, distinctione u-
tens, si terminus constitutus fuerit, illeque
antè, vel post litem contestatam, Sesse dec.217.
par.2.quod si nullo concesso termino, nusquàm
absolvendus diffinitivè veniat, sed ab instantia
duntaxat, auctore Fulvio Paciano de probat.
negat.lib.1.cap.67. nu.43. ad quorum majorem
elucidationem non erit inutile perquirere, quæ
nos retulimus super ritu 95. & an actor priùs
debeat probare, quàm reus, Mascard.lib.1. de
probat. conclus. 37. ac valeat exceptiones con-
trarias proponere, Fab. de Anna cons.58. & re-
gulam, licere actori, quod reo licitum non exi-
stit, quomodo intelligatur, examinat Dyn. de
regul.jur.in regul.32.In capitalibus insuper, lici-
6 licèt criminalibus causis, accusatum liberan-
dum, accusatore nihil deducente, quamvis reus
nil præstiterit, apertè carpitur ex l. Actor, &
l. frustra, C. de probat. l. quotiis, & l. ante
omnia, ff. eod. ac l. nimis, C. de testibus,
Caball.resol.crim.cas. 20. num. 11. cent. 2. Ver-
migl. cons. 6. num.14. ac cons. 386.num.1. De-
cian.cons. 96.num.28.lib.3. Mascard. de probat.
conclus. 36. ex num. 1.Scacc.de judic. lib.1.cap.
93.num.3.Concioli resol. crim. verbo, accusato-
re, resol.5. alleg. forens. 14. num.1.alleg. 85. n.
1.ac alleg.89. num.59.& diximus post alios, in
rit.220. num. 14. lib. 1. etiam si reus in se su-
scepisset onus, suam probandi innocentiam,
Caball.cas.259. cent.3. Joseph Ludov.dec.lucens.
11. num.13. Decian. cons. 517. num.5. Concio-
li mem.resol. 5. num. 6. dùm tamen accusatori
ipsi terminus præfixus fuerit ad probandum
objecta, quem statuendum esse, monet Decian.
cons.8.num.179.vol.1. & non obscurè Domini-
cus Arumaus in decis. Senens.13.num.55. par.
2. sed an ab observatione judicij tantùm cum
clausula, ex hactenus deductis, Farinac. in
fragm. crim.lit.A.num.23. & in tit. de inquis.
q.4. num.27. Guazzin.defens. 29. cap.1. in fin.
Concioli cit.resol. 5. num. 5. Cùm autem Actor
7 ipse quisvis sit, judicium intentavit civile, cri-
minaliter agere nequeat, advertit, & perbellè
defendit idem Marta voto 58.num.5. & an, &
quando causa civilis faciat supersederi in crimi-
nali, indicant Spada consil. 78. tom. 1. Mari ad
Gramm.decis.60.num.6 & in Regno adsunt iu-
ra in const. exceptione filiationis, lib.2. rub.22.
in const si civiliter agens, eod. lib.2. rub.sìu tit.
21. in pragm.2.tit.de fals. Consil.Carleval. lib.1.
tit.2.de judic.disp.6.num.40. per quæ sint cor-
secta iura communia in tit. C. quando civilis
act. cri.præjud. inquirunt Andr. cæterique Glo-
satores ibidem, Gramm.decis.60. num.23. Reg.
Rovit. in cit.pragm.2.num.3. & ibi Laganar.&
diximus in rit.193. num.7 lib.1. & alibi, quin
8 agere nusquam valeat actor, nisi ex parte sua
priùs adimpleverit; ostendit Decius cons. 119.
Corneus consil.106.num.5.& cons. 179.nu.1 lib.
1. quin adimplevisse constare liquidissimè debet,
Rolan.cons.57.nu.19.lib.1, Natt.cons 50. num. 5.
lib. 1. & copiosiùs Ambrosin. decis. Perusina 3.
num.37.& decis. 15. num.5. cum seq. Oportet
autem, ut opponatur isthæc non implementi
exceptio, ut acta corruant, alioquin judicium
rectè procederet, & sustineret, teste Rota dec.
476. num.11.par.1.diversor. Marta voto 208. n.
3.ad quam proponendam exceptionem non im-
plementi, haud requiritur absolutio à juramen-
to, Gratian.decis.marcb.26.nu.25.

Insuper librum faciendum in M. C. de querelis,
& denunciationibus, ex hoc Ritu colligitur,
9 de quo memor est Carav. in ritu 24. in fin. &
in ritu 2. sub num.14. laudans pragm. sanctio-
nem 81. §. 3. de offic. mag. justit. cui collimat
altera 29.§.8.12.& 13.eod.tit. & sanxerat quo-
que ritus 29. in quo Carav. in 2. notab. singu-
lariter observat, malè servari, quod scribantur
denunciationes in libro per scribas, quin ritu
84. disponitur obstringi actuarios in quinter-
nis acta omnia, quæ fiunt per dies, describere,
id-

idque habetur in *cap. Regni* 257. non dissentit alter *Ritus* 26. mandans, actuarios obnoxios esse, scripturas, ac processus detinere in Curia, & adservare vulgò in Cassono communi, notatque *Niger.in cit. cap.num.* 34. Illud de conservatione in cassono, intelligit *Carav. in cit.rit.* 27. de archivio, ubi sunt Cassoni, uti loquuntur *Pragm.*23 §. 4 *pragm.*24.§.12. *de offic. Magist. justit.*& *Pragm.*4. *de actuar.* est tamen advertendum ex *Carav. in mem.rit.* 24. non omnes actus esse scribendos in libris, siquidem acta, quæ spectant, & pertinent ad processum, non sunt in illis scribenda, cum de ijs fiant processus separati, idcircò actus Curiæ in hac materia dicuntur obligationes penès acta M. C., & earum incusationes, quæ debent scribi in libris, ex *cit.pragm.*21.§. 29. *& pragm.*22 §. 10. *eod. tit.de offic. magist. just.* Vota insuper Iudicum, tàm civilium, quàm criminalium debent notari in libris, & vulgo dicitur in M. C. liber votorum, *pragm.*39 §.5. *eod.tit.* in Regia Camera liber notamentorum, & in S. C. huiusmodi liber fit per Secretarium, à quo asservatur, prout in Regia Camera, necnon in Collaterali Consilio; in M. C. vero civili, vel criminali fit liber ab actuariis civilibus, & criminalibus per mensem. Item banna, & condemnationes civiles, & criminales, qua de re liber ab actuario asservatur, in quo ea exarantur, *pragm.* 19. *eod. tit.* cum autem pro contumacia civili, non fiat condemnatio, teste *Caravit.in ritu* 24. ideo contumaciæ civiles non ponuntur in libro sed intelligitur de bannitis; & condemnatis, sivè contumacibus criminaliter, item pœnæ, quæ incusantur, *pragm.*20.*vers.item, che detti, eod. tit.* mandata de capiendo pro delictis, *pragm.* 24. *in princ.de offic.magis.just* præterea proventus, sivè compositiones debent scribi in libro, qui fit a Perceptore M. C. *pragm.*11. §. 7 *eod. tit.* qui tenetur etiam conficere librum contumacium, bannitorum, & pœnarum incusatarum, *d.pragm.*22. §. 5. Procurationes vero, si fiunt occasione alicujus Judicij exarantur in processu, sin autem, non adsit processus, scribuntur in libro obligationum, vel aliter, ut Actuario videbitur,& ita servatur; Et memoratis pragmaticis, concinit *text.in cit.cap. Regni* 257 ubi loquens de pluribus libris conficiendis à Capitaneis, Iudicibus, & Actuarijs: verùm de Judicibus, ac Capitaneis abijt in desuetudinem, cum fiant tantùm ab Actuario Tribunalis, vel ab ejus Secretario, si adest. Est quoque provisum, quod cautiones sententiæ, & commissiones pro exequendo in S. C. registrentur à Secret. S. C. ex *pragm. vulgo delli 89. capi*; licèt anteà aliter servaretur, eiq; solvitur merces caroleni vnius, ex taxa facta per idem S. C. Hinc cum Actuarius in libro, seù quinterno teneatur describere acta Curiæ, inter quæ est obligatio penes acta, inquiritur opportunè, an si ea capiatur penès acta in folio, non posita in libro, reperta apud creditorem, vel alium, sit nulla, vel suas habeat vires, licèt non sit posita in libro, adeo, ut si exhibea-
30 tur a creditore, teneatur Iudex eam exequi; quæ quidem quæstio pluriès me in angustias redegit, & quia sæpè, sæpiùsque accidit, remissam pleniùs exagitabo, articulatim per plures casus procedendo.

Primus igitur est, si huiusmodi obligationi, sivè folio desit subscriptio Actuarij, nec constet ab eo fuisse scriptam, adsint licèt testes subscripti, juxta *pragm.penult. & final. sub tit. de actuar.* & tunc citra dubium nullitati subjacet, ut observat *Io.Anton.Niger in cap.Regn.*280. *num.*8. erit enim privata scriptura, *Specul. in tit. de instrument. editi*, §. *postremo* . *nu.*15. *Cum. in Rit.Sicil. cap.* 15. *num.* 21. Alter autem attento jure Regni, quando in illo folio adest subscriptio Actuarij, & testium, sed producitur à creditore, & non est penès Actuarium in officio, non est in archivio, vel in Regijs Tribunalibus, penes actuarium successorem: Et in hoc repetio quatuor jura: primum est *text. in d.c.*257. vbi dicitur generaliter, teneri Notarium conflare librum de actis ordinarijs, atq; extraordinarijs sub pœna. Alterum est *Ritus* 24. disponens, quod acta Curiæ debent ab Actuario scribi in libro. Tertium *in mem. prag.* 22. §.10. *de offic.magis iustit.* sanciente, quod Actuarij debeant obligationes penes acta congerere in librum intra quindecim dierum spatium, ex quo illas susceperint, vel quando in partibus capitur nomine Magna Curia à die, quo venerint in ipsam M. C. sub pœna vnciæ unius, & refectionis damnorum, & expensarum partibus, necnon Fisco. Quartum est in *pragm.*21.§. 29. *eod. tit.* decernens, obligationes componendas in libro infra tres dies à die, quo fuerunt susceptæ, vel infrà mensem, procurandum hoc à partibus, secùs nullitatem redoleant, & *citat. pragm.* loquuntur in M.C.V. non autem generaliter.

Excitatam igitur ad libellam reduco quæstionem, primo, an dicta obligatio sic in folio exhibita, nullitatem sapiat, ex eo, quod non est descripta, in libro, & propterea illud folium nullius sit roboris, in terminis *mem.cap.*257.*& pragm.*22. *num.* 10. iam quod illis dicitur, quod Actuarius teneatur scribere in libro, & facere quinternum sub pœna, non per hoc dicetur obligatio nulla, ex quo non sit mandata scripturæ libro, cū non dicitur actus factus contra legem, si quidem actus dicitur contra legem, quando prohibitivè loquitur, aliàs secus; & idcircò actus remanet validus, si non procedit lex abrogando *Salic.Alex.Felin.*necnon *Ias.*quos sequitur *Sur. cons.*360. *num.*46.*lib.*3. nec scribi in libro obligationem, est de obligationis substantia, cum non in ea exigatur illud requisitum, sed duntaxat in notario post actum factum, qui teneatur eam in libro ponere; & licet adijciatur pœna in casu contraventionis, non ex hoc censetur adhuc adjecta annullationis labes, cum possint simul concurrere pœna, & resolutio actus, quæ non est in præjudicium Notarii, qui debet subire pœnam, sed in præjudicium contrahentium; ideo in hoc casu non censetur apposita nullitas actus, ut doctè sermocinatur *Bart. in l. prætor ait*, *in princip.num.*3. *ff. de nov. oper. nunciat.Salic.in l. non dubium*, *num.*15. *C.de legib.* & ibi *Bald.num.*28. Cæterùm in terminis

*mem.§.*10. licèt obligatio non ponatur in libro, valeat ipso jure, tamen est nulla ope exceptionis, & quo ad effectum venit irritanda, nàm non potest negari, quin sit de solemnitate obligationis, quod ponatur in libro, & cum illa solemnitas requiratur post actum perfectum, quamvis non dicatur de substantia, dicitur de solemnitate. & pro introductione aliqua intercedunt in actu quatuor modis, juxtà *Bald.*effatum, insequutum à *Jas. in l. universa, num. 53. C.de pracip.imper.offer.*vel ante formam, vel post formam, vel de forma, vel præter formam ea verò, quæ intercedunt post formam, licèt non dicantur de forma, tamen explicantur de solemnitate effectuali, *Angel.Card.* & DD.quos *Felin.* conglomerat, in *c. cum dilecta num.6. ut lit.non contest.ver.quartum signum*, *Jas. in d.l.universa, num.*9. & ita solemnitate effectuali omissa, requisita ab ipso statuto, redditur actus nullus ope exceptionis, & venit cum effectu annullandus, *Bart.Bald.* & cæteri, quos sequitur *Roman.in cons.*203.*nu.*8.*Anchar. Dec. Angel.Ias.& Abb.Areti.* & alij; apud *Mandos. ad Rom.ibi in d.num.*8.*lit.E.Gayll.*decisum nectens, *obser.* 124. *lib.* 1. addens, quod forma est duplex, vel substantialis, & est illa, quæ concomitatur actum, & in ipso actu debet intervenire, vel accidentalis, & est ea, quæ post actum intercedit, vti est solemnitas requisita post actum, etiam à statuto, ut eius omissio vitiet ope exceptionis, ab exarata quoque à *Surd.in cons.*361.*num.*8.*lib* 3.

Et quod dicatur solemnitas effectualis, & de substantia formali, istud perlucet ex pluribus, primò, quia in dubio ita præsumitur, *Rolan.cons.* 30. *num.*1. *lib.*3. *Burs.cons.*200. *num.* 12. *lib.*2. Secundo, nàm quod ponatur in libro est de ordine scripturæ, sivè obligationis, quando vero est à lege positum in ordine, & est gravis præjudicij, intelligitur de forma, & substantia *Bart.Abb. Imol.Bald. ac Cardin.* quos *Felin. in dict.cap.dilecta, num.* 6. *vers. tertium signum*, & istud est gravis præjudicij, propter fraudes, dolos, & alia similia. Tertio, idem patet, nàm quando est aliquod priùs, vel posteriùs illud, quod requiritur, tunc designat ordinem, & substantialem, post *Roffred.& Bald. Felin.in dict. cap. dilecta, eod.num.*6. *versic. sextum signum*, & hùc spectat præfata communis sententia, quæ habet, quod ea, quæ requiruntur post actum absolutum, atquè perfectum sunt de solemnitate effectuali, ità quod eorum omissio detur. pet maximè, ac vitiet illum actum, ope exceptionis, & in proprijs terminis ob defectum scripturæ non positæ in libro, post alios, concludit *Ram.in cit.cons.* 203. *in primo dubio*, licèt videatur ibi loqui, quando requiritur in ipso actu scripturæ, sed *in secundo dubio* loquitur, ope exceptionis, & sic in materia nostra, tacito *Roman.* idem videtur velle *Saijr.in clavi regia,lib.*12.*cap.*25.*num.*8. facit *Carn.cons.*159.*n.* 2. *in fine*, & 3. *lib.* 1. Non officit, quod illa, quæ requiruntur in actu, quorum verba habent certum, & determinatum finem, sunt potiùs ad instructionem, justitiam, pro visionem, & in teresse, ac vtilitatem, quam ad formandum, *Anchar.Bran.Ruin.Fasq. & Nivia.* quos sequitur *Bursat.in cons.*74.*num.*52.& *seqq.lib.*1. verba in *dict.* §. habent determinatum finem, scilicet interesse Fisci, & Partium, dum dicunt, quod Notarius non scribens obligationem in libro, tenetur ad interesse. Partis, & Fisci, & sic *mem.*§. tendit potiùs ad instruendum, non autem ad formandum actum; Huic obiection dupliciter potest responderi, vel primo, quod est, minimè esse de forma substantiali, sivè quæ in ipso actu requiritur, sed esse de forma accidentali, quæ post actum deposcitur ad conservandum actum perfectum, & ita intelliguntur dicta præfatorum II.CC. ut quamvis sit requisitum ad certum finem, & intercedat post actum, dicitur de forma accidentali, ita quòd omissio operatur nullitatem, ope exceptionis ex adductis. Vèl &, secundò dici potest, verum esse dicta verba habere certum finem, scilicèt interesse Fisci, & Partis, sed illud interesse emanat ob nullitatem actus, quæ nullitas in illius solemnitatis omissione provenit, ope exceptionis; Et à primo ad vltimum perconstantèr firmamus in terminis *pragm.*52.§. 10. requirentis obligationem debere scribi in libro, talem solemnitatem requisitam post actum operari, quod ejus omissio vitiat actum, ope exceptionis, cum sit solemnitas gravis præjudicij, ex quibus declaranda est doctrina *Bart.in l.cum hi*, §.*si prætor*, *ff. de transact.* quam ab alijs communiter recipi, notat ibidèm *Ias.num.*1. & ab omnibus amplecti nectit *Valas.cons.consult.*52. *num.*28. dicit *Bart.* quod omissio solemnitatis gravis vitiat actum, veruntamen intelligas ipso jure, si requiritur post actum perfectum secundum prædicta; in terminis verò hujus Ritus, aliud est dicendum, nàm in eo dicitur, quod Actuarius tenetur acta Curiæ scribere in quinterno, inter quæ acta est obligatio penes acta: ergo ista solemnitas requiritur confectione actus, & propterea est de substantia, *Felin.* post alios, *in d. vers. quartum signum*, & cum actus sit gestus, omissa substantiali solemnitate, est nullus, attenta omnium sententia. Et sic obligatio alibi scripta, quam in libro nullius erit momenti, cum requiratur, quod scribatur in libro, ità est *tex.* expressus *in l.* 2. *C.de convent.Fisci debit.lib* 10. ac perbellè adamussim tuetur *Rom. dict.cons.*203.*nu.*1.*cum seqq.* ut jam retulimus, ità quòd ax dispositione hujus Ritus, obligatio in folio non posita in libro, est ipso jure nulla, hæc sint dicta ad vbertatem, cum cæteroqui litem omnem dirimat expressa in Regno *pragm.cit.*19 § 29.*de offic.magist.iustit.*ibi dicitur, quòd obligationes penes acta in folio, triduo post, ex quo capiuntur, in libro scribantur, & infra mensem, si capiantur in partibus, & hoc procurandum à partibus, aliter nullum habeant effectum; Et sic expressa ast adiecta pœna annullationis actus, & nihil aliud est prorsus quærendum. Verùm stante *d.§.*29. non per hoc obligatio dicetur nulla, ipso jure, sed adhùc ope exceptionis, ax eo, quod est solemnitas requisita post actum, cujus omissio vitiat actum, ope exceptionis, etiam quod à lege dicatur, quod actus sit nullus, & nullius momen.

menti, *Glos. Bar. Anchar Bald. Angel. Abb. Rom. & Aret.* quos me nora. *Felin. mem. c. quoniam frequenter*, *num 3. vers. tu vero attende*, *in princip. de testib.* DD. communiter, & à toto orbe ita recipi, dicit *Ias. in d. l. universa, num. 10. C. de precib. imper. offer. Gayl. dict. obser. 124. num. 6. & 7.* In Regno igitur concludendum est, quod obligatio in folio, non posita in libro, nullius est momenti, ope exceptionis, non autem ipso jure; Hæc conclusio declaratur, primò, ut procedat tàm in M. C. quàm in alijs Curijs inferioribus, tùm propter adductum *ritum 24.*, tùm propter prædictas pragmaticas, quæ etsi loquātur in M.C. tamen cum id, quod in M. C., servatur etiam in alijs Curijs inferioribus, jam quod agitur de decisorijs circa annullationem actos, ut dictum est *in rit. 1. lib. 1.* Secundò declaratur, ut non procedat in S. C. vbi obligationum, & fidejussiorum non fit liber, sed vel adest processus, & ibi ponuntur, vel non, & ponuntur in folio, qui per Actuarios S C. conservatur, & hodiè registrantur juxtà suprà memoratam pragmaticam per Secretarium S. C. qui conficit librum, ut diximus, Tertio declaratur, quod ex quo Notarij, seù Actuarij, & id fit, maximè in M. C. quando capiunt obligationes, eas libro cuidam mandant, quem bastardellum appellant, eidemque addunt principalium, & testium subscriptiones, ac de eo eam obligationem exemplant in libro originali, quod ille Bastardellus actuarij probat, prout probat Bastardellus Notarij publici, de eo etenim potest desumi, & reassumi instrumentum, *Menoch. de arb. Iud. lib. 2. cas. 187.* & ideo fieùt causa cognita, ab illo Bastardello Notarij, potest desumi instrumentum; & redigi in publicam formam, ut per *Menoch.* ibidem, & de praxi in Regno, *Galter. de liquidat. instrumenti*, *in 2. p. prima par. in rubrica*, *vel reassumptum num. 24.* ita censeo, quod, causa cognita summariè, poterit Iudex mandare, quod describatur in libro, & ità intelligo memoratum ritum, & dictas pragmaticas requirentes, quod obligationes ponantur in libro, ut Bastardelli probent, & ab ejs possent transcribi in libro, etiam post tempus in dictis juribus contendum, causa tamen cognita summariè, & id, quod dicitur in *d. §. 29.* ut non habeant effectū, intelligitur quatenus sunt extra librum, non tamen negat, quin possit ab eo poni obligationes in libro, prout est de jure communi in notario, ut dictum est, & propterà obligatio in folio nullius est momenti; verum probata obligatione in folio, & causa cognita secundum modum, vti diceretur in tertio casu, adhùc poterit poni in libro, juxtà adnotata. Cæterum satis necessarium ad prædicta est, quærere, jàm, quòd in *memor. pragm. fin. & in d. pragm. 2. §. 10.* datur terminus dierum quindecim ad scribendum obligationes in libro, & hodie vig re alterius *pragmatica memor. 19 §. 29.* datur terminus dierum trium, an sit terminus peremptorius, itaut non liceat moram purgare, etsi fuerint vltrà illum terminum descriptæ, adhuc nullius sit momenti, quod sic facit, quia à lege statutus est dies, & pœna; ergo moram purgare nō licèt, trāsacto die. *Angel. Imol. & Alex.* quos refert *Ripa in l. si insulam*, *num. 51. ff. de verb. obligat.* & adamussim sustinet *Roman. in indicat. cons. 203.* Verùm hoc longiùs à vero aberrare autumo, quinimo competere purgationem moræ, & illud, quia pœna, ut dictum est, non imponitur ipso jure, sed ope exceptionis, & ideo etiam quod sint statutus dies, & pœna à lege, competit purgatio moræ, vti substentat *Ias. & Rip in d. l. si insulam, num. 37. ac Alex. num. 33.* & in præcepto Iudicis, cum die certa, & pœna competere purgationem moræ, dixerunt *Innoc. Bald. Angel. Prepos. Alex. Natta*, *Gabriel. Ripa*, *ac Burs.* & cæteri, quos *Surd. in cons. 558. num. 14. & 15. lib. 4. Thes. decis. 77. num. 3.* laudant, & tamen mitiùs agitur cum lege, quod cum ejus Ministro post *Andr. de ipsis*, & alios, *Ripa n. 57. in d. l. si insulam.* a

Non obstat, si diceretur, quod non licèt purgare moram quando in alterius damnum, quàm morosi, tendit, ac ita procedunt dicta per relatos à *Surd.* ac dicta opinio *Ias. ac Ripa*, & *Alex.* ut declarant idem *Alex* post alios *nu. 33. & 34. & Ripa num. 51. in dict. l. si insulam*, modo tendit in præjudicium alterius, scilicèt debitoris, respectu cujus obligatio est nulla ope exceptionis, ut dictum est, & idcirco non poterit moram purgare actuarius, cum tendat in præjudicium debitoris, sed quia tale præjudicium est leve, nàm, cùm posset pars, capta summaria informatione obtinere, quod obligatio ponatur in libro, idcirco de levi præjudicio non curatur, tanto magis, quia prædicta vendicant locum, quando jus creditoris fit deterius, vt non liceat purgare moram in ejus præjudicium, hic autèm agitur de actione conservanda creditori, in quo magis licet moram purgare DD. in *indic. l. si insulam*, & ideo quamvis irritet lex actum, non tamen tollit beneficium purgationis moræ, & adversario non acquiritur jus, nisi transacto tempore ad moram purgandam, quod quin illud jus deterius non intelligitur, quod ex purgationem moræ sequatur idem, quod sine mora erat, sed intelligitur quod res non est integra, itaùt si purgetur mora, adhùc creditor ex contractu consequitur damnum, & ei non est consultum; hic verò secus, cum illud, non fit per purgationem, moræ poterat fieri, scilicèt poni in libro, & habere effectum executivum, de quo effectu diximus in *Ritu 128. lib. 1.* Cæterùm istud de purgatione, moræ intelligitur non perpetuò, sed intrà modicum tempus: id quod attenta veriorem, magisque recepta II. CC. sententia intelligitur relictum judicis arbitrio, DD. quos sequitur *Menoch. de arb. iud. lib. 2 cas. 7. nu. 13. Burs. in cons. 26. num. 44. lib. 1 Surd mem. cons. 558. n. 34. lib. 4. Grat. discept. forens. lib. 2. cap. 378. nu. 21.* & terminum octo dierum non esse illicitum apud omnes fatetur, testibus *Thes. in dec. 77. Surd. & Grat in locis relatis*, verum arbitrium istud Iudicis posse extendi usque ad sex menses, nectit *Steph. Grat. eod. num. 21.* fuisse judicatum in Rota Romana ridem *Gratian. dec. 49. num. 7. Ricc. collect. 145. Gipt. ad Capy: Latr. dec.*

162. *lib.*

160.*lib.* 2. & alij, quos retuli *in rita* 163.*en n.* 11.*lib.*2. & ideò in hoc debent Notarij,eſſe cauti, ne incidant in tales laqueos.

Tertius, & vltimus caſus de jure communi, quo quærimus, an obligatio in folio præſentata coram Judice ab alio, quàm Notario, ſeù Actuario, qui confecit, ſit valida: itaut eam debeat Judex exequutioni demandare. In hoc dicendum eſt, totam hæſitationem exoriri, ex eo ſcilicèt, an illud folium probetur eſſe de actis illud folium probetur eſſe de actis iudicialibus, quoniam ſi ſit de actis, nulla hæſitatio, nec difficultas eſt, quod debet Iudex illam exequutioni demandare, pro cuius veritate plura pondero. Primum conſpicio; quod ſi illud folium reperitur in archivio publico, atque de hoc ipſo Archivarius publicus teſtetur, vtique tunc probabit, & Iudex quidem addigitur illi exequutionem dare,ex traditis latè à *Luc.de Penn. in l.iura,n.*6.*C.de omn.agr.deſert.lib.*11. Secundum eſt,quod ſi tale folium, & ſcriptura reperitur penès ipſum Notarium, durante officio, itaut confiteatur à ſe ſcripta, & erit tunc de actis iudicialibus, juxtà fusè tradita à *Maſcard. de probat.concl.*32. *num.*4. Tertium perpendo, quod ſi iſta ſcriptura, vel folium reperiatur penes Actuarium, completo officio, & affirmantem eſſe ſubſcriptam, vel reperiatur penès hæredem, tunc nullius erit roboris, ſed neceſſe eſt, vt per teſtes probetur, non ſecùs ac ſi penes creditorem ipſa, & ipſius fides reperiretur; nàm licet aliàs ſit controverſis inter Iuriſperitos, an acta Iudicis probentur teſtibus a & opinionem affirmativam, nempe poſſe, ſatis liquidè probari per teſtes, teneant *Bald.in cap. Albericus, n.*3.*de teſt.& in cap quoniam contra, n.*35.*de prob. Maran. Anchar Rot. Rom. &* alii, quos inſequitur *Maſcard.dict.conclus.*38. *num.* 3.contrariam ſententiam ſentiunt, *Bald. Felin, Alex.Menoch.Rom.Alciat. Gram. Soc. Sen. Corn, Pariſ.Menoch.Bar.Guid Pap.*quos refert *Maſcar. dict.concl.*32.*num.* 1. *& concl.* 647. *num.* 2. *ac concl.*1190.*num.*29. *Jo. Anton. Niger. dict. cap. Regn.*280.*num.*1.

Quæ quidem diſſitæ II.CC. opiniones ad concordiam reducuntur, quod acta, quæ requirunt ſcripturam, vti eſt ſententia, & litis conteſtatio, ac ſimilia, debent probari per ſcripturam, acta verò, quæ non requirunt ſcripturam, vti ſunt alia acta, poſſunt probari per teſtes,& ita eſt obligatio, quæ neceſſariò ſcripturam non exquirit,quod tradunt *Gloſ.Bar.Dec.Bald. Alex. Socc.Sen.Felin.Ruin.Lanfran.Paul.de Caſtro,Bellam.& Grat,*illoſque refert *Maſcard.dict.concl.* 32.*num.*5. *&* 30. *necnon* 31. *Surd.* ſequitur *in conſ.* 245.*lib.* 2. cui diſtinctioni plures concinunt reſtrictiones, vt etiam illa acta, quæ requirunt ſcripturam, valeant probari teſtibus, Item poſſet dici, quod hic agitur de coadiuvanda ſcriptura iudiciali, cuius originale adeſt, & tractatur de eius probatione, ideò debent recipi probationes, ad tradita ibidèm per *Maſcard.* Poſſunt igitur acta probari per teſtes in dictis caſibus, & teſtes poſſunt recipi ad coadiuvandum ſcripturam iudicialem, ſed quando eadem met ſcriptura poteſt impugnari per teſtes, ſecundum *Gloſ. & Imol.* quos ſequitur *Maſcard. ibidem num.* 63. idcircò in talibus erit reus audiendus in iuribus ſuis, ut ſe tueatur adverſus ſcripturam, & ita locum vendicant à nobis dicta in ſecundo caſu vt facta probatione de illo folio, mandare iudex valeat a quòd obligatio ponatur in libro, & inculcetur, audito tamen reo in iuribus ſuis. Prædicta tamen de archivio, & ſcriptura inventa penès Actuarium, finito officio, vel alium, non procedunt in iſtis Regiis Tribunalibus, in quibus Actuarii conſervant proceſſus in S.R.C.Regi. Camera, & M.C. civili, licet in M.C.criminali adſit Archivium, vbi proceſſus conſervantur, & vnus Actuarius alteri ſuccedens, facit inventarium, & ipſe deſumit exempla à ſcripturis, ac indiſtinctè datur ei fides; & quod diximus de actuario affirmante completo officio, ſe confeciſſe ſcripturam, non eſſe credendum, quia non poteſt finito officio deponere de illis, quæ geſſit in officio, *Avus meus ad Gram.dec.* 24.*n* 5.*in fin.* in ſpecie loquens, & diximus in *Ritu* 205.*num.*8.*l.*2.*Caſar.qu.*49. *Luc.ad Franc. dec.*185.

Secundò indago pro complemento, cum iam dicatur, quod actuarius debet ſcribere in quinterno, quid ſi alius exarat? in quo eſt advertendum, quod actuarius, vel eſt publicus Notarius, & ei creditur, idem ſi non eſt Notarius, ac eſt ordinarius actuarius,& ſi iſti non adſunt, debent eſſe duo viri, ab aliis acta ſcripta non valent, niſi eſſet publicus Notarius, vel eſſet collega actuarii, poſt *Affl.*& cæteros *Jo:Anton. Niger in cap. Regni* 276. *cap.* 8. ex quo minùs rectè ſentit *Borell.* quod in Regno tabellio debet eſſe actuarius, alii verò non tabelliones non poſſint, ita ex *Afflict.Jo: Ant.Nigr.*aliiſquè dicit.*conſ* 6. *ex num.* 11. & *Gramm. in conſtit. lite legitimè conteſtata, num.* 10. ſiquidem ex *Nigr.in mem.loco,*apparet contrarium, dum dicit, *actuarium, vel tabellionem,vel ordinarium, vel collegam,*& indiſtinctè ſervatur, quod non ſit neceſſe, quod ſit tabellio, ſivè Notarius is, qui eſt actuarius, & in M. C. vidi ſeavatum, quod parte opponente, fuit adhibita fides ſcripturæ ab actuario ſubſcriptæ ſinè ſigno Notarii, & erat ſcriptura in partibus confecta, ac ex hoc obligatio dicetur nulla, ſi ab alio, quam à Notario, vel eius collega fuerit ſcripta, idem *Niger.in d.cap.Regni* 280. *num.*8. Cæterum vigore *Regia pragmatica* 23. § 2. *de offic. magiſ. juſt.* actuarii poſſunt eligere ſcribas ad eorum libitum, vt ſcribant in dictis libris, cum voluntate tamen D. Regentis, ac Iudicum, & ipſi principaliter tenentur de erroribus, & culpis fortè committendis per eos, & declaravi in *rit.* 35.*lib.*1.Quando de iure teneatur actuarius de commiſſis per Scribas, ponit *Farinac. tom.*1.*qu.*34.*num.*55.*&* 84. ac dixi in *rit.* 161. *num.*2.*lib.*1.& alibi.]

Concluſioni inſuper deſumptæ ex *memorato rit.* 26. roboratæ *pragm.*4. *de actuar.*, ineſt de iure
11 communi nonnulla difficultas; ſit necnè actuarius, à quo proceſſus, & ſcripturæ aſſervandæ ſunt, proceſſuum, & ſcripturarum dominus: an

an potiùs eos ibi, ubi munus suum exercuerit, debeat deponere? Quo iure communi iospecto, efficiam, vt res hæc io tres casus, veluti in tres rivulos, perspicuitatis gratia, diffluat pleniùs, præter à me indicata io eodem *ritu* 24. *& in ritu* 69. *num.* 1. *lib.* 1. Primus est io tabellione notariorum cootractuum, non iudiciorum, & verum est dicere, quod acta apud eum adservantur, & minimè obstringitur alteri tradere, quin penès eius hæredes, itaquod proprietas ipsorum spectat ad ipsum actuarium, seù notarium, eiusque hæredes, uti post alios cense. *Cagnol.in l.2.num.*12. *C.de edendo*, & ita hodiè iodistinctè servatur, & quamvis superioribus aoois iussu Regiæ Cameræ emanaveruot plura banoa circa archivium dictarum scripturarum, vt io *pragm.*3.*&* 4.*de contract.* illicò e a baooa abierunt io desuetudinem, itaut magis evaserint abloleta. Alter est casus io actuario iudiciorum, qui, officio completo, vel retinere, vel loco committere, io quo officium exercuit, debet,&de hoc extaot nonnullorum opiniooes, siquidem *Innoc.in cap.*1. *de probat. Paul. de Castro,num.*4.*Alex.num.*3. *Alciat. num.*14. *Ripa, n.*7.*in mem.l.*2. *de eden.* à quibus non videotur diffeotire *Abb.n.*4.*Felin.n.*9.*in cap.quoniam, de probat.* sustinentes, completo officio obstriogi actuarios relioquere processus io loco, vbi exercueruot, qui deiode debeat pooi io publico archivio ab archivario, sivè à iure commentarieosi dicto, & nituntur *text.in l.in fraudem, §.quoties, ff.de iure fisci, l.moris, §.*1. *de pœnis*, necnoo *l.immunitates*, & ibi DD. *C. de agric. & cens.lib.*11.in quibus de scriptura in archivio reperta fit mentio, itidèm *in auth. ad hac, Cod.de fid.instrum.*

Contrariam autem aleam, ex *Dec. & Taurin.* sustinet *Cagnol.mem.loc. num.*12. At in vtramque partem, & opinionem vergere videtur authoritas *Abb. & Felin. ibidem*, qui deindè annuunt esse servandam consuetudinem locorum, comitatur *Aviles cap.*36.*pratorum, Glos. se au guardados, num.*4. eo nixi, quia si tabelliones iostrumentorum valent retinere penès se, & ita proprietas illorum actorum ad eos, eorumq; hæredes spectat: immò obstringuotur penès se conservare originalia, & protocolla, adeout etiam sine dolo, si ea penès se non reperiantur, poterunt mulctari extra ordinem, *Menoch. de arbitr. lib.*2. *cas.*370.*num* 4.*Bars.in cons.* 314. *num.*13.*lib.*3.*Surd.indic.cons.*173. *num.*11. *lib.* 2.quio notam originalem, seù bastardellum debeot tales notarii peoès se perpetuò conservare, nec licet illa dilaniare, & lacerare, ex *Bald.*& aliis,*Surd.citat.num.*11., & idcircò perperàm dixit adversus commuoem,*Paris. d.cons.* 28.*num.*25. notario licere discerpere bastardellum, cur ooo sic in Notario iudiciorum? Verùm non potest argui de notario instrumentorum ad illum iudiciorum; nam ad conficiendum acta illa ooo est solus actuarius, sed & iudex, & eo maodaote, fieri illa debent, & noo potest actuarius de per se, ac sponte sua, cui licet solum ea scribere; meritò, completo officio, debent remanere io Curia ad finem, vt judex possit alia acta mandare, vel facta revocare, aliaque huiusmodi agere, quæ super eis omoi futuro tempore, ac semper emergent, quæ omoia cessaot in actuario, seù notario contractuum, & iostrumeotorum; cum ipse noo solum scribat, sed & cooficiat acta illa, cum solemnitatibus testium; qui propterea quando exemplant scripturam, in fide dicunt, *extracta est præsens copia ab actis mei notarii*, quando verò exemplatur de processu, tunc dicitur; *extracta est præsens copia à processu causæ vertentis inter tales, & tales*, ac non dicitur, *à processu meo*, & hoc iure io Regno vtimur.

Tertius est casus, permanente officio, an processus debeant reponi in archivio, vel retioeri penès actuarios, & II;CC.coocludunt, debere remaoere apud illos; atque hoc indubitati est, quando actitantur, & suot præsentes actuarii, etiam dispositione *memorati Rit.* 26. sancientis, scripturas, & processus pooi io curia, & in ea teneri, ac conservari in cassono; nàm aliud est, quod teneri debeot io curia,aliud est,quod conserventur in cassooo propter naturam copulæ. Et quæ ponitur ioter diversa,*Glos.*necnon *Bart.in rub.ff.de iure,& fact.ignor.*,oam debeot teneri in Curia, quando actitantur: debent conservari in cassono communi, cùm noo amplius actitantur, vti propiè observatur, siquidem processus io M. C. asservaotur à scribis in archiviis eiusdem M.C., & io propriis baocis cum clavibus,ex *prag.*16.*de offic.mag. just.* aliàs esset actuarius, vel scriba io dolo, *Aviles, in cit.cap.*36.*num.*2. nam ipse teoetur de custodia suo pœna officii. & iotereffe partis, *Aviles ibi, num.*1.,quaodo verò noo actitantur, in M. C. criminali transferuntur in archivio; & notandum est quod archivium est locus, in quo reponuntur acta publica, vel scripturæ publicæ Civitatis, vel alterius collegii, ex *l. moris, §. solet.ff de pœn.§.illud, Auth.de iis, qui ingre.ad appell.Glos.in princip.vers.archivium, auth. de defens.Civitat.Rolan.cons.*75.*num.*2. *lib.*4. (Archivii nomeo à priscis Romaois ad nos vsque deductum est, archivii verò vsum, & beneficium accepere Romani à Græcis, qui ipsum chartophylacion appellabant,*Ravard.in comm. de regul.iur.l.scævola* 92.*Spiegel. in lexic. iurid.* verbo *archiva* qui locus etiam arca dici solet, ac propterea area archivium, testatur *Glos. in cit.l.moris in princip. vers. archivio. & in cit. auth ad hac, vers.publico, C.de fide instrument.* Alio, & secuodo modo dicitur archivium locus, vbi vasa sacra repoouotur, *§.illud, auth. quib.mod.nat.offic.*legit *Glos.loc.cit.*& propterea nil mirum, quod io *cit.ritu* 26. dicitur io commuoi cassono; cum arca dici solet archivium & credo,illud oomeo ex arca originem haberes & in hoc alia emergit difficultas, an valeat judex dicere velle penès se retioere processus, illosquè auferre ab actuario, *Specul.Imol.Abb. &*
12 *Felin.* quos *Carav. in d. ritu* 26. refert *num.* 2. dixerunt, peoès actuarium, noo autem judicem debere remaoere, idem cooffirmat *Glos.*antiqua super *cit.ritu, & Aviles. mem.cap.*36. *n.* 3.nituntur *cit. cap. quoniam contra, de probat.* qui *tex.* vt *Carav.* ibidem advertit, sermocinatur

tur quod processus originalis oon debeant partibus ipsi tradi, sed debent esse penès actuarium: quid autem faciendum, postquam processus est peoès Actuarium, an judex, vel actuarius debeat retinere, *tex.* ille hoc non aperit.

Iterum argui potest, quod si *tex.* ille decernit, processum originalem non esse parti tradendum, sed debere remanere penès actuarium, certum esse, quod per actuarios processus consignatur, non autem per judicem; nam si deberet conservari per judicem, vtique dixisset, non esse parti committendum, sed debere remanere penès judicem, & propterea nec *rit.* ille 26. obstat; siquidem tantum mandat, processus retineri in Curia, itaùt excludat posse retineri domi; sed an in Curia, debeant retineri ab actuario, vel judice, non explicat. Et quod dicitur, vt ponantur in archivio, intelligitur, quaudo processus non actitantur, sed oon per hoc infertur, quod potest judex retinere, & tollere ab ipso actuario; & propterea *text. in princip. & in §. quæ dùm, authent. de defens. Civitatis* à *Carav. in d. ritu* 26. laudatus, loquitur de scripturis poneodis in Archivio; finito officio; item locum veodicat in archivio scripturarum Civitatis, non actorum judicialium; & tandem dicitur, quod non infertur, eapropter processus debere retineri à judice, licet debeant reponi in archivio, & quamvis *Lucas de Penn, in l.2. num. 10. C. de jure fisci, lib. 10.* notat, Actuarium non debere domi retinere acta, sed in Curia istud admittimus, sed in Curia adhuc retinentur per actuarios, & idem *Lucas in l. mena, num. 3. C. de omn. agr. desert. lib. 11.* remittit se ad *cap. fin. de probat.* & in *auth. de defens. Civitat. in princ.* qui *tex.* favent actuario; ex quibus dico quod processus debent retineri per actuarium, & judex ex causa poterit eos accipere, fortasse ad expeditionem, ad evitandam falsitatem, & alia similia; nàm aliàs esset incommodum partibus, & actuario, qui habeot acta percuntari, & exemplare, aliaque perficere, ac ita observatur in Regiis Tribuoalibus.

Cur verò actuarii debeant retioere acta in Curia, & in communi cassoni, seù archivio, indicat
13 adductus *rit.* 26. ideò nè absentia actuarii partibus noceat: quia potest alius actuarius acta scribere, durante abseotia; nàm alias, & regula est, quod qui incepit, acta debet ea prosequi, vsque ad fioem causæ, ex *Bar. Bald. & Felyn.* notat *Carav. in cit. rit. 26. num. 3.* addo *Rom. in cons. 281. num. 61. Maran. act. 1. num. 14. Glos. in §. si verò absunt, auth. de hæred. & falcid. castr. in l. testamenta, C. de test.*, quæ regula dilatatur, vt non solum actuarius alterius Tribunalis non valeat acta conficere, eaque scribere, *Gugl. Bald. Imol. & Marsil.* quos *Ceph. cons. 270. num. 10. lib. 1.* laudat *Io. Anton. Niger, in cap. 180. num. 7.* sed nec alius actuarius ejusdem Tribunalis, non tamen ad illa acta deputatus, etiam ex voluntate partium, *Gram. in consit. Regni lite legitimè contest. num. 10. cum seq.* ac *Bald. Alberic. num. 3. Dec. num. 7. Cagnol. num. 4. in cit. l. 2. de edend.* & ex eodem *Gram. cons. civil. 66. num. 7.* & aliis putavi in *ritu* 250. *num. 20. lib. 2.*

Extenditur II. quod si duo actuarii, eligantur, & unus incepit scribere, alius non possit se intromittere, etiam ex consensu partium, sed debet complere ille, qui incepit, *Bald. Alex. & Boer.* quos sequitur *Steph. Grat. lib. 1. discept. forens. cap. 167. num. 17. cum seq.* III. quod si vous est actuarius vniversalis causarum, si deindè aliquæ ex illis causis delegantur, adhuc in illis delegatis ipse erit actuarius, ex *Jacob. Butric. Paul. Castr. & Bald. Soc. sen. in l. prima, num. 51. ff. si quis & à quo, Steph. Grat. d. cap. 267. num. 56.* imò etiam si cognosceret, vti delegotus alterius Curiæ; post *Alex. Boer. & Ant. Grat. ibi, num. 57. & 58.* IV. vt nec judex possit actuarium causæ, sivè scribam immutare, quio qui incepit, minimè valeat scribere vsque ad finem causæ *Bald. Paul de Castr. & Felyn.* quos sequitur *Steph. Grat. d. cap. 167. num. 17. & 18. Specul. Bart. Bald. Angel. Salyc. & Imol.* eosque refert *Ant. Franc. ad Abb. in d. c. quoniam contra num. 2. in l A. vers. an Notarius.*

Verùm hæc omnia vigere debent, vt satis luculenter comprobatum est modo non intercedat rationalis causa puta actuarii absentia, ut dicitur in *cit. rit.* 26. impedimeoti, vel suspicionis; nam tunc potest alter subrogari, & acta ab alio Notario perfici, ex *Carav. ibi num. 3.* Cæterum, præfatis causis militantibus, alium actuarium, sivè scribam judex addicet, vt *Carav.* ibidem, *& nos in rit. 265. ex num. 86. lib. 2.* Sed quando actorum magister habet scribas, qui acta scribunt, & ipsi subscribunt, distinctiooe utendum quod aut scriba est impedimento detentus, & actuarius eligit alium, partibus noo suspectum, & negligeote, vel nolente eligere, judex interponis partes suas, & id mandat, si verò est suspectus, vel impeditus actuarius, tunc judex eligit actuarium secundum prædicta, nisi esset in aliquo actu particulari, ut quando absens est actuarius, tunc alius se subscribit pro actuario absente, & quando actuarius, seù Magister actorum est impeditus ob suspicionem, vel aliter, alius subrogetus tenetur restituere emolumenta Notario, & actuario impedito; & ita servetur in nostris Tribunalibus, & in Curia Romana post *Gonsal. Steph. Grat. lib. 1. discept. foreas. cap* 100. *num.* 59. Secundò traditur ratio *à nostro Carav. in cit. ritu 26. ex num.* 1. ne detur occasio actuariis occultandi, & falsificandi processus, ac actà: nam scribis non est coofidendum de actis, & libris, *Cagnol. in l. 2. num. 105. ff. de orig. jur.* Tertio traditur à *Carav.* ibidem, quod ideò archivium fuit à ritu introductum, ne cursu temporis scripturæ amittantur; vel inveniantur non fide dignæ, ut in *auth. de defens. Civit. in princ. vers. si quadam*, nam scriptura inventa in archivio authentica est; *Cum in Rit. Sicil. c. 16. n. 13.* & plenam fidem facit, *Innoc. eras. Alex. Alba*, et alii apud *Rolan. in d. cons. 75. n. 2. lib. 4. Mascard. de probat. concl. 976. num. 50. Mastril. decis. 43.* lateque *Gratian. discept. forens. cap. 582. num. 9. & 11. cap. 736. cap. 869.* notat in *cit. cap. 736. num. 76.* credi notario, asserenti se esse deputatum ad illud custodiendum, cujus

sub-

subscriptio requiritur idem Gratian. cap.582. Hoic conclusiooi plures collimant declarationes. Primò illam procedere etiam in libris Civitatis, Episcopi, Monasterii, Ecclesiæ, Mascard.loc.cit.n. 50. proindè libros Ecclesiæ Monasterii, vel Collegii plenè probare rem ipsius esse censualem dicūt Burs.cons.253.n.44. Rom.cons.127. Boer.dec.105. Genua de scriptur. privat. lib. 5. cap. 1. quibus contradicunt DD. quos laudat, & insequitur Cravett.de antiq.tempor.par.1.c.4.limitatur, §. sed, vers.quid in libro, pag. (mihi) 105. occurrens iuribus a Romano adductis, memor dec. Neap.364.& est Afflict. Verùm certissimam opinionem existimo, quoad possessorium duntaxat, ex consil.Caphal.500.num.23.Gen. cit. loc. num.4. & Moccia in sylv.cas.forens. cap.32. possessorium enim non est tanti praiudicii, & reparari potest in petitorio, ex dictis per Capyc. dec.35.Reg.Tap.decis.S.C.24.num.8. Et quod tabulæ, vel cartæ, in quibus Religiosi, necnon Clerici scribunt nomioa eorum, pro quibus sunt facienda anniversaria, fidem faciant, punctualis est decisio Rebuffi in l. Auris statuta,n.4. C.de frument.Vrb.Constant.lib.11. Secundò, vt procedat, quando lis est io territorio, vbi est archivium, non alibi, Bald. Alex. & Salycet quos Roland.d.cons.75.num.41. ac Mascard. loc. cit.num.50. referunt, nisi, & eo casu essent litigaotes sobditi in eo loco, vbi adest archivium post alios Mascard.ibidem, & Puteus, quem sequitur Farinac.in dec.549 par.1. Tertiò declaratur, oon procedere contra oon subditos territorii, vbi est archivium, ex Bald.Jo:And.Felyn. Alex.Salyc.Soc.sen.Crav.& aliis Mascard. ibi, n. 52.Rolan.d.cons.75.num.10. IV. declaratur, non procedere, quando custodia archivii est penès personam suspectam propter beoeficium producentis, Farinac.mem.dec.549.ex dicta a Jo: Andr.& aliis quos sequitur Mascard. ibi n. 48. Declaratur quintò, non procedere, quando non coostat de tempore repositionis in Archivio ante litem motam, in qualitate producitur, Farinac.d.dec.549.& ita ibi decisum. Declaratur sexto, mioimè esse locum, quando oon constat, conficientem illam scripturam fuisse mortuum, & oon esse alibi, Alex.& Osas. quos Rolan. d. cons. 75. num.3.7. laudat. Declaratur septimò, ne procedat, quando exemplatio non fuit facta parte citata ad videndum exemplationem faciendam, Farinac. add.decis.549. Bart. Paul.de Castr.Corn.Cassan.Soc. Jun. & Osas. apud Rolan ibi num.4. Declaratur octavò procedere, quando Archivarius in eius collatione dicit, illam scripturam esse Archivii, aliàs secus, Corn. Cravett.Dec.Gabr.Osasc. & cæteri, quos Rolan. ibid.n.5. laudat, & prædicta locum vendicant, quotiès scriptura io archivio reperta de per se, non est authentica, aliàs secus, notant post alios Farinac.& alii loc. cit. Gratian. discep. forens.c.859 & quam fidem faciat scriptura ioformis in eo reperta, & alia ad rem, Gabr.de probat.concl.5.Schrader.cons.5.vol.1.de archivio, & fide scripturarum illius 1. Camill. Borrell. in summ.dec.tom.2.tit.20. Ludov. Gilaus in arbore indic.civil.par.2.cap.6. art.2. de commissariis, § de commissionibus, quæ circa literaria documenta occupata sunt 9. num. 9. & seqq. Ricc. coll.decis.533. Chacheran. decis.69. Trentacinq. lib 2.tit.de fide instrum.resol.8. Rutger. Ruland. de commiss.p.2.lib.5.cap.3. & 4. Besold. thesaur. pract.à voce archiv. Arisman.Tepat.decis.tit.234. Muscat.in prax.prim.instant.Glos.respondendum, in addit.lit.D.

De peremptor o loquens multa viriliter scribit
15 Scaglionus super rit.69. & nos in ritu 29. lib.1.

RITUS CCLXXII.

ITem quòd vbi proceditur ex officio curiæ ad denunciationem alicuius cum obligatione pœnali, maximè in maleficio: curia nunquam componit, nisi prius parte denunciante contenta, & concordata.

SUMMARIUM.

1 *Læsus in marmore, lædens in pulvere, scribit.*

2 *Læsus ultionis aculeis angitur, cum impune offensor transit, vel parva pecunia supplicium redimit.*

3 *Compositio requirit partis consensum.*

4 *Denunciatoris non requiritur assensus in compositione de iure communi, quidve de iure Regni, latè inquiritur.*

5 *Differt ne accusator à denunciatore, & ad quæ uterque obstringatur, ac probare teneatur?*

6 *Delatores sint ne necessarii Reipublica bene, feliciterque gerendæ, vel hi tanquam populorum pestis, ac labes, pacis, ac civilis otii pernicies, abiiciendi, ablegandi, in supplicium etiam impingendi? sint.*

7 *Delatori promittenda sit pars pretii, quo mulctandus erit reus?*

8 *Quibus pœnis afficiendi sint calumniatores, & sine subscriptione libellos porrigentes?*

9 *Opinio accusatorem, & calumniatorem occidendi reprobata, ac erronea.*

10 *Comprobatur, non posse fieri compositionem, nisi præcedat accusatoris remissio.*

11 *Cui ex defuncti consanguineis ius competat remittendi? & ius vendictæ iure proprio, vel hæreditario competat? fusè examinatur.*

12 *Hæredes obstringuntur vendicare defuncti mortem.*

13 *In condonando requiratur consensus omnium, cui competit ius vlciscendi, vel satis sit eorum maior pars? opiniones ad invicem adversantium adducuntur.*

14 *In Regno vigore prag. 8.de composit. ad hæredes, vel consanguineos duntaxat vtrumque ius accusandi, & remittendi pertineat, latè inquiritur, ac examinatur.*

15 *Filia, vel sorores, quæ, stantibus masculis, non succedunt, an querelare, vel remittere debeant, attentis iure communi, & municipali, ac de verbo hæredis nonnulla.*

16 *Illud, quod fœmina ob sexus imbecillitatem*

faidam, seù inimicitiam levare, nequeat, quomodo intelligatur, & infra.

17 *Cum utrinque coniunctur, & uterinus concurrunt, quis præfertur?*

18 *Quid si nepos cum patruo confluat? aliique casus breviter enarrantur.*

19 *Filii naturales, & spurii admittantur ad vendicandam necem parentum, ac aliorum sibi attinentiam? & requirendi, ac admittendi sint in remissione vindictæ? ac nonnulla de spuriis tanguntur.*

20 *Uxor de nece viri postulandi potestatem an habeat?*

21 *Uxor an filii in accusando de nece viri, & patris præferantur? latè inquiritur.*

22 *Concubina an fiscum, sicut ex uxor, excludat.*

23 *Querelantes admittuntur tam masculi, quam fœminæ.*

24 *Judex post querelas expositas à quocunque, ritè procedere potest, donec fuerit oppositum, nullum ius ad querelantes spectare.*

25 *Uxoris querelam non esse attendendam.*

26 *Principis iure positivo inducta declarare, tollere limitare, ac ampliare potest.*

27 *Uxor pro iniuria viro illata agere nequit.*

28 *Maritus pro iniuria illata Uxori agere potest, & quid de sponsa, ac nuru, & quis præferatur vir, an pater?*

29 *Jus remittendi an ex iure querelandi regulatur?*

30 *Num requiratur concordia, & remissio, si querelare partes noluerunt, latè inquiritur, & Caravit. Mostrill. ac aliorum effata examinantur, tùm in thesi compositionum, tum indultus.*

32 *Remissio partis offensæ est in scriptis redigenda, & quomodo, ac alia ad rem.*

33 *Remissionis loco inter nobiles, sufficit inter eos facere pax.*

34 *Ex dictione, nisi, remissio pro forma est requisita, & per æquipollens suppleri nequit.*

35 *Glosa in ea opinione residet, quam ultimo loco recitat, & ibi declaratur quomodo hoc procedat.*

36 *Delatores, qui dicantur, & quomodo inter se differant delator, & deferre nomen.*

37 *Accusatio an à denunciatione differat, & verbum defert à verbo accuso, necnon de variis nominibus circa delictorum inquisitionem.*

38 *Abolitio aliquando fuit concessa, omne tollens delictum, sine ulla limitatione, & exceptione.*

39 *Inquisitus de simplici insultu, licet cum sclopo emisso ictu, ex quo nemo læsus fuit, non indiget partis remissione.*

40 *Instigatoris an requiratur remissio, ut gaudeat delinquens indultu, & distinguitur de instigatore extraneo, & de illo, qui querelare etiam potest.*

41 *Occisus si reperiatur homo incognitus, vel externus, qui consanguineos, vel affines non habeat, quis ius querelandi habeat, & an inquisitus componi possit?*

42 *Judices an ad compositionem procedere valeant, cum clausula, salvo iure partis, quando non apparet persona querelantis.*

43 *Gratiæ secundum usum Mediolani Senatus approbantur, conditione adjecta, ut quandocumque certus apparuerit hæres, tunc ille, qui gratiam obtinuit, remissionem ab eo infra certum tempus obtinere teneatur.*

44 *Gratiæ de delictis, in quibus non offenditur aliquis, sed fiscus, an obtineri possit.*

45 *De delicta, de quo nulla adest persona, qui querelare possit, an quilibet de Populo ad accusandum admittitur.*

46 *Pupillus non habet neque nolle, neque velle.*

47 *An accusare possit, vel remittere.*

48 *Querelare negligens de nece defuncti non perdit hæreditatem.*

49 *Tutor, aliique administratores ad accusandum admittuntur, imò tenentur.*

50 *Illo negligente, uxor ad querelandum admittitur, vel eum suspectum accusat.*

51 *Querelans cum immodicam pro remissione summam petierit; iudicis sententia moderandus, cuius arbitrio expostulata iam quantitas elevari potest.*

52 *In tutoris beneficium excomputanda sunt expensæ erogatæ pro vendicanda nece defuncti, & absque solutionum scripturis verisimiles admitti debent.*

53 *Tutor an remittere querelam valeat, indicisque exquiratur decretum, ac causæ cognitio, & alia indicantur.*

54 *An remittere possit damna, interesse, ac expensas.*

55 *Huiusmodi damna, peti, an possint ab inquisito, an ab hæredibus, & quando, ac nonnulli casus compendiarii recensentur, aliaque ad rem nectuntur.*

56 *Bona subiecta fideicommisso possint ne alienari pro vendicanda defuncti nece? habeat ne illa prærogativam auth. res quæ, C. commun. de legat. cuius dispositio largiter exornatur? nunc pro redemptione patris captivi?*

57 *An pro liberandis descendentibus à banno, seù bannitis.*

58 *Quid pro obtinenda gratia, & pro facienda compositionem pro delictis patratis?*

59 *Privilegium auth. res quæ, C. de legat. extendatur ne ad expensas erogatas tempore matrimonii.*

Decisiones S. C. ad invicem contrariæ, altera quarum extat apud Reg. Sanfelic. decis. 190. lib. 2. & altera non adhùc typis tradita recensentur, & strictim dispunguntur.

60 *An illud dilatetur ad alimenta, & pro lacte dato gravato? Scitum S.C. adducitur.*

61 *Num pro studiis inquiritur.*

62 *Peregrina examinatur quæstio, concurrentibus legatariis pro dote, & studio, cui prælatio concedenda sit, rationes pro utraque parte brevi indicantur, dec. S.C.*

63 *Quidnè concurrentibus studentibus, ac doctoribus.*

64 *Legatum factum Monasterio, si in Civitate duo adsint Monasteria, unum Monachorum, alterum monialium, cui debetur.*

65 Pa-

65 *Patrocinium, & expensa magna erogata pro tuitione fideicommissi, illiusque existentia, ac manutentione privilegia ejusdem auth.ret, qua fruitur.*

66 *Famigerata causa fideicommissi conditi per Alphonsum de Summa seniorem recensetur, & dispositionis verba describuntur.*

67 *Reciproca substitutio an, & quando præsumatur.*

68 *Quidus de una in alteram lineam, quibusve in casibus.*

69 *An ex vocatione descendentium cum clausulis in perpetuum, & similibus? ad ornatum text. in l. Titia Seia, §. seia libertas ;ff. de leg. 2. & rationes ad fideicommissi exclusionem brevi prabentur.*

70 *S. C. determinatio recensetur, ac sententia verba rescribuntur.*

71 *Rationes, & conjectura pro fideicommisso sigillatim, brevique methodo demostrantur.*

72 *Clausula semper, in perpetuum, in beneficium descendentium, quod proprietas remaneat vinculata pro descendentibus, & similia, an quando fideicommissum perpetuum, & absolutum inducant, latè demonstratur.*

73 *Quid operetur expressa demandata reciproca inter filios primi gradus, & repetita an censeatur in alijs descendentibus.*

74 *Altera attingitur quæstio, an per constitutionem census factam ab harede gravato super bonis fideicommisso obnoxijs acta dicatur electio in causam legitima, sicuti dicitur in alienatione cum translatione dominij. juxta terminos l. Marcellus, §. res qua, ff. ad trebell. II. CC. invicem contrarij, ac rationes fusè recensentur.*

75 *Verbum alienare comprehendat ne hypothecas, & pignora? ad exornatum text. in l. fin. C. de reb. non alienan. cum concor.*

76 *Recensetur, ac examinatur distinctio inter hypothecam generalem, & specialem.*

77 *Census, constitutio qua fit cum submissione corporis an operetur effectus, ut omnes fructus corporis submissi ad crediteres transeant, vel tantum pro illa parte, pro qua fuit facta venditio annui redditus.*

78 *In restitutione fideicommissi veniant ne pralegata.*

79 *Quidnè si pralegatum sit relictum titulo institutionis, vel sit factum uni filio, & sequatur institutio de pluribus filijs cum reciproco fideicommisso inter eos.*

SCribit, ut vulgò ajunt, lædens in pulvere, in marmore læsus: injuriasque sub imo pectore recondit. Vlcisci non aliud est, quam vindicare, & iniuriam non impunitam relin-
1 quere, *l. scientiam, §. qui cum aliter, ad legem Aquil.* Et Deus sibi vindictam relervavit, ut loquitur *Levit. c. 19. Non quaras vltionem, nec memor eris injuria Civium tuorum*, necnon *Deut. cap. 32. Mea est vltio, & ego retribuam in tempore*, ac *Coloss. 3. qui injuriam facit, recipiet id, quod inique gessit*. Sed nonnulli redditi miserabile mancipium doloris, nihil meditantur, nisi vltionem: nihil promotant, quàm acceptam injuriam retribuere, ut *Sen. in Thyeste, tragæd.*

Cum spirat ira sanguinem, nescit regi;
Iratus nihil, nisi crimina loquitur.

Et præcipuè mulierculæ semper vociferantur, clamando, vindica sanguinem, ut etiam *Iuu. Sat. 3.*

Nemo magis gaudet, quam fœmina.

Et refert *Herod. lib. 5.* quod Darius sæpissimè enixè exclamabat, *ò Iuppiter, contingat mihi, ut Athenienses vlciscar*, atque hæc loquutus cuidam famulorum præcepit ut sibi semper apposita cœna diceret: *Here memento Atheniensium.*
2 His autem vltionis aculeis maximoperè moventur, cum vel impunè offensorem transiisse credunt, vel modica pecunia supplicium redemisse; Huic facit quod festivè refert *Aulus Gellius* de quodam, qui pro delectamento habebat manu depalmare homines, moxquè è crumena quam in hoc circumferebat, numerabat mulctam, Iure propterea statutum est, compositio-
3 nes fieri nequaquam posse, nisi pace inita cum parte, tum juris communis, tum Regni lege, ac verum esse non dubitamus, & tuetur *Lucas de Penn. in l. 1. C. de desert. l. 12. q. 4. in fine*, nosque apertiùs super *rit. 275.*

Id autem respectu ipsius denunciatoris nunquam reperimus jure comprobatum, sed hujus tan-
4 tùm ritus virtute, & quidem perdurum, ac per iniquum videtur; nam quamvis nullam, quo ad effectum, agnoscat differentiam inter
5 accusatorem, & delatorem *Lucas de Penna in rub. C. de delatar. lib. 10.* eos tamen ad invicem distare scripsit *Afflict. in Const. Regni, usurariorum, num. 23.* ait enim, delatores esse occulto: accusatores, quin, & calumniosos nonnunquam accusatores autem esse manifestos denunciatores, & oppugnatores: ac propterea delatores litis sumptus non subire, juxtà *l. 1. C. de monopol.* accusatorem verò teneri etiam ad pœnam talionis; ob quod nimirùm legimus eos, qui per censuram olim devinciebatur accusare criminosos pro causa spectante ad Sanctum officium, hodie denunciari duntaxat teneri, ut scripsimus super ritu 237. At tandem *Afflict.* denunciatorem provocari præmio, per *text. in l. 2. ff. de iure fisci, & in l. 3. in fine, C. de malefic.* qui dum verbis vtitur illis: *Accusatorem autem hujusmodi criminis, non delatorem esse, sed dignum magis pramio arbitramur*: proculdubiò innuere videtur, delatorem non esse dignum præmio. Verùm insudavimus plurimum in illis interpretandis & cum multorum auctorum perlegimus commentaria ad prædictam de *malefic. rubricam*, nullum reperimus super ea *l.* scripsisse excepto *Cumano*, supponente illius criminis accusatores, puniri, atqui contradicit quippè verbis illius *textus*, nisi errore Typographi desit negativa, qua subintellecta, voluerit intelligere, ut accusatores illius criminis non puniantur, quod nos veritate fulcisi existimamus; quandoquidem delator in causam alienam, si probat, consequitur præmium scilicèt tertiam partem bonorum, quæ deferentur ad fiscum, *l. edicto, §. extat*, ibique *Gloss. ff. de jure fisci*, sin minus, infamia notetur, *l. fi-*

scus, §. fin. ff. eod. imò teneatur fisco tantuodem solvere, quantum consequutus esset, si delatio veritate niteretur, & probata fuisset, *l. senatus in princ.* juncta *Glos. ff. eodem*, nimirùm *Glos. in l. nulla macula, C. de delator. lib.* 10. explicando illius *text.* verba, ibi: *Nulla macula, vel crimine delatoris adspergitur, &c.* inquit, maculam delatoris esse infamiam, crimen autem esse pœnam criminis, quod committit delator non probans: adjungimus nos, id contingere, quando spe præmij denunciat, nec probat, juxta *Glos. in l. ex varia, versic. deferunt, C. eod. adducta tit. de delator.* ex quibus intellectum verborum *d. l.* 3. citrà difficultatem carpimus, eaque propterea opinamur, præseferre, cum *glos. in* figuratione casus illius *text.* in calce, & verbis *l. a. ff. de jure fisci* in initio, quod qui talem accusaverit Aruspicem delatoris non incurrat crimen, sed præmium consequatur, nempè maculam, & pœnam aufugiat; tametsi non probet; mercedem tamen adipiscatur, si probet, vter attamen sit, & qui vis sit illorum verborum germanus intellectus, ex eis nihilominùs deducitur, quod *Afflict. eod. num.* 23. colligere nititur; iura conari, delatores allicere præmio; quod si verum necessariò ab accusatore procul est delator, cum id sancitum non appareat in accusatore; & propterea, cum tot, tantasque extate inter delatorem, & accusatorem dissimilitudines evincatur, regula sub ntrat altera, in delatore non vendicare sib locum, quod in accusatore subsistit, ne ex diversis illatio concedatur, contra formam *l. illud, ff. ad l. aquil.* & consecutivè partis remissio, quæ antecedere debet compositionem, de qua longe sermo erit *ritu* 275. ad ipsos accusatores duntaxat restringitur, nec militabit in denunciante; ita quod periniqua censenda sit observantia hujus ritus, vt eiusdem delatoris quoque præcedere debeat; nisi dicamus verba facere de eo denunciature, qui virtute horum rituum est idem, quod accusator, *Carav.* teste *in ritu* 199 *sub num.* 5. qui nimirùm hoc in *ritu* sub *num.* 1. affirmavit, militare in denunciante interesse prætendēte, quia læsus, atque offensus, quo casu accusare posset ex juris, & rituum lege in *ritu* 191. 192. & 195. Non quidem, quod sit respectu injuriæ sibi, vel suis illatæ, quando esset verè accusator, sed respectu interesse præmij, scilicèt denuncianti promissi; prout multis in casibus, & delictis contigit, in quibus Principes alliciunt quoscumque præmijs, ad detegendum flagitiosos, ac juribus multis, proposita est revelanti merces, quam vulgus (*Tagliane*) in Regno appellitat, potissimùm in capientibus exules, juxtà *Pragm.* 1. & alias plures, sub *titulo, de exulibus*, item in prolante fallantes monetas *in l.* 2. *C. de fals. monet.* & Regni *pragm.* indixerunt, ac diximus in *rit.* 4. *num.* 8. *lib.* 1. quibus, & alijs in casibus, accusatoris vicem sustinet, ni fallimur, ipse denuncians, alio nomine instigator dictus, quem acculati æquant *Gram. decis.* 39. *num.* 8. & *Marius Muta decis.* 5. *Sicilia, sub n.* 8. vbi instigatoris nepotem existimavit reputari inimicum, sicuti, & patruum indicat, per *auth. si testis, versic. si verò, C. de testibus*, ac firmant *Millaus in prax. absol. crim. pagina* 23. *n.* 46. *Gig. de crim. læs. majest. tit. qualit. in crim. proced. q.* 2. *nu.* 2. *Medic. de diffinit.* 2. *p. cap.* 2. *n.* 2. *Larrea decis.* 27. *num.* 4. & vti talis, si non probaverit, in expensis condemnandus veniat, addunt *Cyn. in l. severiter, ad fin. C. de excusat. tutor. Clar. §. fin. q.* 7. *in fin. Amaya in l.* 1. *C. de pen. fiscal. lib.* 10. *num.* 84 *Fab. in C. lib.* 9. *tit.* 2. *def.* 2. 9. & 10. itidemque adinstar accusatoris componi inquisitus, justè prohibetur hujus ritus intuitu, non præcedente denunciatoris concordia, & decisum fuisse memorat *Constant. Papa in sua secūda add. ad hunc rit.* de quo adamussim pertractant *Dominic. Antunez. Portugal. de donat. Regijs, lib.* 2. *cap.* 18. *ex nu.* 16. loquens de indultu, necnon *Alfar. de offic fiscal. glos.* 17. *privil.* 5. *num.* 33. *Larrea cit. decis.* 27. *nu.* 9. *Molin. de justit. & jur. tract.* 3. *disp.* 47. *num.* 8. *Valeron. de transaction. tit.* 4. *q.* 7. *num.* 11. *Ricc. dec.* 227. *par.* 2.

Commudè hic in disceptationem vocatur, vtrùm in Republica necessarij sint delatores. Clamant
6 nunnulli, dirigendo Principum regimini, continendis in officio populis, toti denique Reipublicæ conservandæ, illos necessarios esse, quæ omnia quam vera sint, ab ipsa delatoris etymologia, ac definitione cognoscitur. Enimverò delator ille dicitur, qui clandestina impiorum facinora timetur attentiùs, eademque judici aperiat; vt ijs supplicium infligat, vel alia quapiam ratione prospiciat. Quid hoc aptius ad profliganda scelera, quid congruentius ad noxios homines cohibendos, quid sanctius ad bonum, & æquum longè, latèque firmandum? fac, nulli sint in civitate accusatores, quam impune audacia furcret, petulantia bacchаretur, in tuto forent crimina, quæ essent in abdito essent, si nulli delatores in medium illa deferrent, & silentium, secretumque illis per summum Reipublicæ malum faceret impunitatem. Hinc sanè *Cicero pro Sex. Roscio Amerino*, cujus memini in *ritu* 191. *num.* 1. *Accusatores*, inquit, *multos esse in Civitate, utile est; vt metu contineatur audacia*, & memor est *Danza in add. ad Gramm. decis.* 53. *in princip.* Et certè, ut cum *Plinio lib.* 11. *cap.* 37. loquar, sicut medicus ex arteriarum, venarumque pulsibus modò in certos modulos, legesquè metricas temperatis, modò citatis, aut tardis, modò languidis, aut subsurdis varios deprehendit morbos, adhibet medicinas, & vitæ gubernacula temperat: tollantur illi pulsus morborum indices, humani corporis mala omnia, vsquè adeò latitabunt invisa, vt illud ad extremam diem inevitabili lege perducant, haud aliter, nisi perditorum civium facinora, quæ Reipublicæ corpus vexant, per delatores protrahantur in medium, Princeps, ejusque administri medicam manum ægrotanti admovere non poterunt, & illa remedijs destituta ad certum exitium rueret. Quid? (*Salust. de conjurat. Catilinæ* teste) nonnè Romana Respublica per tot seculorum seriem stabilis, atquè firma per nefariam Catilinæ conjurationem corruisset in semet, nisi comperto à delatoribus facinore, Tullius labenti propè patriæ subvenisset; nec Lusitaniam optimo Regi suo perduci

ducllem deflaremus, si primos illos congressus, & nocturna illa paucorum concilia, quibus de, fectionis fundamenta iaciebantur, delatorum aliquis detexisset, *Io: Bapt. Birago in histor.sul tempor*, Quod si à publico regnorum interitu ad privatum Principum excidium veniemus,fateemur, oportet, ad eorum non modò dignitatem, sed vitam etiam conservandam, delatores quàm maximè necessarios esse.Quamobrem suorum insidijs oppetitus, obijsset Alexander ille, virtute, quàm nomenclatura major, (vt testatur *Plutarcus in ejus vita*) nisi cognito à delatoribus facinore in sontes opportunè animadvertisset. Et pari successu Iulius Cæsar opportunitatem interimendi sui coniuratis obtulisset, si delatarios libellos evestigiò confestim lectitasset. Quis igitur ibit inficias, necessarios esse delatores? quoties tamen moderatè, & veridicè ijdem versentur, teste *Garonio, de jure fisci, lib.4.tit.7. art. 43.num.1. Alfar. de offic. fiscal. glos. 17. num. 15.* dextera tamen semper aure, ut inquit *Carol. Scribanus in politic.Christian.p.1. cap. 17. pagina 134.* reo servata, ac monet *D. R. Io: Hieron. de Philippo, fiscal.dissert.3. num.39.* fœminæ verò an possint deferre, *Frider.Pruckman.in tr.de different.utriusq;sexus,p.1.princ.memb.1.art.9.p.37.* inquirit, Alij verò indignatione malè agitati, convicia,& maledicta turmatim in delatores congeruntt;referuntque,nullum esse Reipublicæ perniciosius malum, quàm hoc hominum genus ad fraudem semper instructum, & imposturam. fevisse in illos, & verbis, & stylo *Platonem, Aristotelem, Senecam,Plinium*,ac ejus notæ sexcentos, qui omnes vno amico accusatores, tanquam pessimum humani generis luem, fœdamque calamitatem longè, latèque infectandos tradiderent;nec sapientes modò, inquiunt, verùm etiam Reges ipsi eorum audaciam, atque effrenem petulantiam instituitis,ac legibus confecere, inter quos Pius Antoninus vlque adeo hujusmodi pestem infectatus est,vt si non probarent,delata indicia, capitali eos pœna efficeret,si probarent,tanquam infames à se dimitteret,post *Capitolinum* in ejus *vita,Carolus Emmanuel.Vizaan.de mand. Princip. cap.5.§.1.à num.23.*& notat *Laurent Beyerlinck in Theatro vita humana,cap. Acc. & del. lit.C.* Mauritius verò Imperator eos vndique conquisitos pœnis, & damno mulctavit, eodem *Beyerlink* teste *cap. calum.lit.D.* Nec non etiam Vespasianus Titus tanto odio eosdem prosequutus, perhibetur, ut flagellis cæsos in Amphiteatri arenam spectandos traduceret, ut ita pœnis extrecti,à noxa per accusationem infestâ abstinerent, *Xiphili-nus Dione in Tito.* Tiberius Imperator cæteroquin criminum solers perscrutator, & acerrimus vindex, qui inter eos præcipui erant, omnes vna dic, de summos crucia. tus, jussit, occidi, *Dion.lib.58. histor. Roman.* & tandem Trajanus,qui,vt lætissimum Senatui, Populoq;Romano exhiberet spectaculū,teterrimam illam labem navibus,sine remo,ac velis impositam procellis obiecit.Quod invideat qui non vidit,invideat quivvidit,& non pervidit, & *Plin. in eius Panegyr.* exultans argutè describit: his verbis: *At tu Cæsar, quàm pulchrum specta, culum pro illo nobis execrabili reddidisti? vidimus delatorum agmen inductum, quasi grassatorum, quasi latronum, non solitudinem illi non iter, sed templum, sed forum insederant, nulla iam testamenta secura, nullius status certus, non orbitas, non liberi proderant. Auxerat hoc malum Principum avaritia, Advertisti oculos, atque vt antè castris, ita postea paces foro reddidisti: excidisti intestinum malum, & provida severitate cavisti, ne fundata legibus civitas, eversa legibus videretur. Licèt ergo cum fortuna, tùm liberalitas tua visenda nobis præbuerit, vt prabuit, nunc ingentia robora virorum, & pares animos; nunc immanitatem ferarum;nunc mansuetudinem incognitam; nunc secretas illas, & arcanas, ac sub te primùm communes opes; nihil tamen gratius, nihil sæculo diguius, quam quod contigit desuper intueri delatorum supina ora, retortasque cervices. Agnoscebamus, & fruebamur, cum velut piaculares publicæ solicitudinis victima supra sanguinem noxiorum, ad lenta supplicia, gravioresque pœnas ducerentur. Congesti sunt in navigia raptim conquisita, ac tempestatibus dediti: abirent, fugerentque vastatas delationibus terras: ac si quem fiactus, ac procella scopulis reservassent, hic nuda saxa, & inhospitale litus incoleret: ageret duram, & anxiam vitam, relictaque post tergum totius generis humani, securitate, mæreret. Memoranda facies, delatorum classis permissa omnibus ventis, cog. ltaque vela tempestatibus pandere, iratosque fluctus sequi, quoscunque in scopulos detulissent. Iuuabat prospectare statim à portu sparsa navigia,& apud illud ipsū mare agere Principi gratias,qui clementia sua salva vltionem hominum terrarumq;diis maris commendasset.*

Ergo nè benevolentia complectimur, quos tot sapientes odio plusquam Vatiniano prosequuti sunt, quos Diabolos *Cassiodor. Psal.71. nu.4.* vocat? *Qui innocentiam alienam in reatum nititur exquisita machinatione producere, Diabolo congrue videtur aptatus, qui humanum genus suis fraudibus tot seculis videtur impetere;* Videmus scilicet, plusquam illi alioquin oculatissimi videre: Et huiusce tempestatis delatores impensiùs religionem colunt,fovēt justitiā, qua docentur lædere neminem, latèq; de huiusmodi delatoribus *Briss.select.ex jur. civil.antiq.lib.3.cap.17.in fin. Petr.Erod. rer. ab antiq. judic. lib.9. ad S.C. Turpill. Larrea alleg. fiscal. 101. ex num.14. & 102.à num 10.lib.2.ac dec. Granat.27.num 18.lib.1.à Franc.amaya in rub. C.de delatorib. lib.10. num. 5. Stephan. Garron, ad Cons. Medial.rub. de jure fisci, lib. 4. tit.7. art.43.num. 1. Menoch.lib.2. de arbitr.judic.cas. 198. Nicephor. Calist.lib.4.histor. eccles.cap.26. Millaus pra&.crim.pag.8. Guilhelm. Badaus in annot.pan le&. 1 l. ab accusatione, ff. ad S.C. Turpill.Bovadill.in polit.lib.5.c. 1.ex n.75.Escobar.de parit.quast.2.par.2.ex num.8.Mastrill.de magistr.lib.5. cap.2. num. 54. Illescas in histor. Pontific.1.par.lib.1.cap.7.*

His autem omnibus vno,atque altero satisfaciam verbo, nec opus est pluribus, Qui à Principibus vel internecioni dati sunt, vel alijs mulctati sup-

ti supplicijs, calumniatores sunt, non delatores; illi confictis à se mendaciis civium capiti, fortunisque per summum scelus moliuntur insidias, & quem ipsi cum velint, perdere non possunt, judicibus perdendum tradunt; legumque majestate ad quæstum abutuntur, & libidinem. In hos ab Romanis lege Rhemmia animadversum est, & subdit *Cicer. in memor. orat. pro Rosc. Amer. Verum hoc ita est utile Republicæ, ut nè planè illudamur ab accusatoribus.*

Num verò delatori promittenda sit pars pretij, quo mulctandus erit reus? Si velimus Roma-
7 norum institutis, ac legibus adhærere, fateamur oportere, debere partem aliquam mulctæ accusatoribus erogari. Lapia enim lege apud eos sancitum est, vt delatoribus præmia hoc est illatæ mulctæ dimidium attribueretur, *Tacit. lib. 4. Annal. Fenestrell.* quæ postmodum præmia Nero Princeps ad quartas revocavit, teste *Suetonio in vita Cæsarum*, quapropter quadruplatores dicti, quod quartam partem de proscriptorum bonis consequerentur. Nec injuria, enim verò sic natura nos finxit, vt nisi præmiorum ope ducti, nihil vnquam, quod in Reipublicæ bonum vertat, conemur. Hinc doctissimus *Plata. de Republ.* illa, inquit, semper florebit Respublica,, in qua æqui, ac boni administris præmia statuuntur. Anseribus quoque, vt cum *Tull. in orat. pro Rosc. Amer.* loquar, cibaria publicè locabantur, & canes alebantur in Capitolio, vt significarent, si fures venissent. Simillima est accusatorum ratio, stant ipsi ad custodiam Reipublicæ, si qui per clandestina facinora statum eius inturbare studeant, in eos latrant; cibaria igitur illis statuenda sunt, si minus hoc fiet, nullus inposterum provinciam illam subibit, quippè nemo alteri sine sui emolumento displicet, & humani generis vitio fit, vt nullus publicum appetat bonum, quin illud sit cum privato sui commodo, atque vtilitate conjunctum, qua de re *Peregr. de iure fisc. lib. 2. tit. 1. num. 16.* inquirens, *num. final.* an hujusmodi lucrum spectans delatori per eum non agnitum, transmittatur ad suos hæredes. Quod si non delatoris industria, sed Judicis consilio, atque fisci patroni solertia compertum crimen sit, tunc nulla proscriptarum pars fortunarum cedere illi debet, illum recreent præmia, necesse est, quem labor exercuit, & perit Principibus pretium, quod erogatur immerenti, *arg. l. 2. l. addicta 13 §. cum ante apertum, & §. eos qui, ff. de iur. fisc. Larrea decis. 27 num. 4. Crespi obseru. 5. num 134.* vt audactèr sustinens fisc. jura, ipse adeptus fui in Regia Juncta fraudum arrendamenti vini, de qua memini in principio *Rit. 265. hac 3. par.* garrientibus nimiopere denunciatoribus, conferuntque dicta ante *num. 5.*

Ex nunc vsque plenè discussis tanquam certum, ac firmum eruitur, catenus, & necessarios esse de-
9 latores, ac præmijs quoque cohonestandos, vt à mendaciis, & calumnijs abhorrentes, vni veritati obsequantur. Si verò paululum ab rei veritate aberraverint, & falsis criminibus bonorum civium innocentiam in sceleris suspicionẽ vocaverint, & ipsis abusi fuerint legibus ad leges opprimendas, tunc non modò non remunerandi, sed pœnis omnibus affligendi, & contra omne jus loquuntur, qui dicunt; sic quoque retinendos esse delatores, quod inquiunt, innocens si accusatus sit, absolui potest, nocens, nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. Verum enimvero quædam crimina sunt, quæ nulla satis diluit innocentia, & quædam suspiciones tàm altè animo hærent, vt nulla vnquam defensione dilabantur. Nulla igitur accusatoribus habenda est ratio, vbi aliquid, vèl minimum contra veritatem peccaverint, sed supplicijs afficiendi. Hinc Nero Iunium Iupum ex ordine Patricio non probantem delationem contra Vitellium propositam, relegavit interdictione aquæ, & ignis, *Tacit. lib. 12. annal. §. 13.* Tiberius ad insulam Servilium, & cornelium delatores, ac Considium, Ecum, & Cæcilium Cursorem ad mortem damnavit, idem *Tacit.* refert *lib. 16. annall. §. 4.* Cancellarius Mediolanensis, qui falsam delationem adversùs Ferdinandum Gonzaga porrexit, pœnam perpetui carceris, & officij amissionis luit, teste *Iovio lib. 16. histoiar.* Accusator strenui Ducis Don Fabricij Marramaldi ex quatuor equis delaceratus fuit, eodem *Iovia* referente, *lib. 13. histor. & text. in cap. mandastis 10. 2. q. 2.* meminit de Basso delatore adversum Summum Pontificem Sixtum Tertium apud Valentianum Imperatorẽ convicto de falsitate, confestim separatus fuit à communione fidelium, & Imperatoris jussu in insulam deportatus, omnibus bonis confiscatis, ac Ecclesiæ incorporatis cujus *text.* meminit *Larrea alleg. fiscal. 102. vers. adeò enim.* Exclamans pœnas haud leves dandas calumniatoribus, eo quod contra magistratum libellum dedissent, si illum non probarent, *arg. text. in l. athletas, §. calumniator, ff. de his, qui notantur infam. l. 1. §. calumniari, ff. ad Turpill. Rimin. Iun. cons. 303. num. 10. vol. 3. Caball. casu 105. num. 3. Farin. q. 6. Bovad. lib. 5. polit. cap. 2. num. 10. Clar. in prax. crim. quæst. 62. & ibi Baiard. num. 19. ac 31. Escob. de purit. & nobil. prob. quæst. 2. num. 8. Menoch. de arbitr. cas. 322. num. 1.* adeò quod posse occidi ab accusato calumniosum delatorem, scripserint *Bannes. 2. 2. quæst. 64. art. 7. dub. 4.* & alij apud *Lessium lib. 2. cap. 9. dub. 8. num. 47.* quod putat probabile *Navarr. de restit. lib. 2. cap. 3. num. 361.* quem laudat *P. Fragos. de regim. Reipub. p. 3. lib. 1. disp. 1. §. 2 num. 27. tom. 3.* & non dissentiunt *Fagundez lib. 50. in 5. præcepta Decalogi cap. 6. num. 9 Bannes 2. 2. quæst. 64. dub. 4.* & propterea dicebat *P. Amicus, de Societate Jesu* licere religioso, eum occidere, qui spargit gravia crimina contra propriam Religionem, quem refert *Capon. tom. 1. discept. forens. cap. 86. num. 39.* illam examinans quæstionem, an patri licitum sit filium tueri malis artibus.

Quam quidem opinionem erroneam esse, & à Catholica Fide ablegandam, omnes norunt, adeò
9 quod Generalis Societ. Jesu Gozzuinus Nichel, Romæ anno 1656. 15. Aprilis, liquidò prohibuit, ne quis tueretur, doceret, aut scribendo approbaret sequentes propositiones. Prima est, licet occidere falsum accusatorem, quem quis

non

non poteſt aliter declinare ; quando, ex ejus accuſatione timetur infamia, vel bonorum direptio. Secunda. Licet occ dere eum, qui vadit accuſaturus de crimine vero, ſed occulto, quando ex ejus accuſatione oritur periculum vitæ, vel honoris, aut bonorum. Tertia. Licet cunti ad accuſandum de crimine, ſivè vero, ſivè falſo, ſed occulto, imponere quælibet falſa teſtimonia, ſaù flagitia ad infrigendam authoritatem accuſatoris. Quarta. Licet litteras etiam ſuperiorum aperire, retardare, val comburere, quando quia ex dictis litteris timet ſibi malum iniuſtum, quod refert *Pater Benedictus Pereyra Societatis Jeſu Luſitanus, de Academia, ſeù Republica litterarum, lib.4. tit. de exerc. litterar.num.* 549. reſcribens propoſitiones alias in Scholis Societatis non docendas, quinimò generaliter damnatæ videntur ex noviſſima Bulla Summi Pontificis Innocentij XI. ſub numer. 30.

Libellos propterea claneulo emiſſos ſine authore, & ſubſcriptione, omninò eſſe reijciendos, ſuadet *text. in cap. inquiſitionis, §. tertia dubitationis articulus, de accuſ.* ibi: *Nec ad petitionem eorum, qui libellum infamationis porrigunt in occulto, procedendum eſt ad inquiſitionem ſuper contentis ibidem criminibus faciendum. Specul. tit. de magiſt. §. 7. num. 10. Baiard. ad Clar. § fin. queſt. 73. num. 42. Menoch. conſ. 94 num. 18. vol. 1. Reg. Tapia deciſ. Supremi Senat.* 17. Tandem concludat Traianus Imperator, juſtitiæ perpetuum culmen, qui, propoſito libello ſine auctore multorum nomina continente, ſic reſcripſit, teſte *Plin. epiſt. ad Traian. lib. 10. epiſt. 99. Sine authore verò propoſiti libelli nullo crimine locum habere debent, quia & mali exempli, nec noſtri ſeculi eſt*; refert *Larrea allegat.* 101, *num.* 20. nonnulla verò de calunniatoribus diximus in *ritu* 199. *lib.* 2.

Cæterum reſpectu accuſatoris, & partis offenſæ, nè ſit properandum ad compoſitionem, ſi illius
30 remiſſio non præcedat, probant etiam *Myſing. obſer. 11. cent. 2. & Theſaur. deciſ.* 15. ac alij, ſed eum clauſula, *ſalvo iure partis*, fieri poſſe annuit *Ritus* 274. attamèn præſentia ritus ſanctio, vt partis antecedat aſſenſus, quippè verior omninò eſt, eaque tum frequentiori vſu admittitur, vt optimè advertit *Compagn. ſup. cap. Regni* 244. *ſub num.* 7. tùm etiam *pragm. 4. de compoſit.* comprobatur, ac prolixo ſermone, extricamus in *rit.* 275. & aliqua ad materiam delibavimus in *ritu* 203. *num.* 6. & 261. *n.* 2. *lib.* 2.

Verùm cum plerumque nō exilis ſit inter defuncti conſanguineos ad invicem altercatio, cui
31 eorum jus iſtud competat remittendi, pacemque iniendi, nos veritatem exquirere cupientes reminiſcimus. *Bar. in l. damni, §. ſabini, ff. de damn. infect. & l. ſi filius, qui patri, ff. de vulg. pupill.* opinatum eſſe, ius iſtud vindictæ jure proprio competere, non hæreditario, cujus ſententiam inſequuti ſunt mille Doctores, quos *Farin.* recenſet, eorum reſolutioni annuens, *queſt. 13. num. 8. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 9. num. 18. Menoch. lib. 4. præſump. 101. num. 84. Valeron de tranſact. tit. 4. q. 7. num.* 71. *Carond. ad Conſuet. Pariſ. art. 95. in fin. Choppin. de morib. Pariſ. lib. 2. tit. 1. num.* 23. *& ad conſuet. Andegau. lib. 2. tit. penult. art. 3. Carond in obſerſing.* verb. *Heritier, Caſtald. ad l. ſi pignora* 22. *ff. de pign. act. Pappon. lib. 24. tit. 7 art. 5. Maynard q. lib. 3. c. 77. R. Tapia deciſ. 28. nu. 23. Putens de ſyndic.* verbo, *compoſitio in c.* quod incipit, *vltimo circa prædicta, verſ. & poſt prædicta, Vincent. de Franch. deciſ. 611. num. 1. Reg. de Ponte in ſuo tract. de poteſt. Proreg. tit. 1. §. 4. à num. 20. Reg. Sanfelic. deciſ. 20. ex n. 13.* quos noſtrates laudat *Domin. Antunes Portugal. de donat. Reg. par. 2. lib. 1. cap. 18. num.* 54. tùm *Ferdinandus Rovitus in ſuis allegationibus* à proprio ejus genitore tranſcriptis in *comment. ad pragm. 8. de compoſit. num.* enim 37. & deinceps, inſectatur iam dictam concluſionem, eamque altera communiorem profitetur, ſub *num.* 41. Hinc pecuniam ex remiſſione perventam hereditariam haud dici, ſed iure ſanguinis ad filios ſpectare notant *Padilla in l. tranſigere, nu. 63. C. de tranſact. Jul. Clar. d. quæſt. 58. verſ. ſed incidenter quæro, Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 372. *n.* 8. confert *Ruin.* inſequutus à *Theodor. alleg. 9. n. 9. & Rodoer. ad Reg. de Marin. lib. 1. quotid. cap. 2. n.* 9. illam minimè deſcribendam eſſe in inventario defuncti, ut ſit creditoribus obnoxia, *Renat. Coppin ad leg. And. lib. 2. p. 3. cap. 6. tit. 3. num.* 3. notans affabrè, pœnam pecuniariam viduæ adiudicatam, necem viri proſequenti, haud reſervandam fore eiuſdem proli tanquam lucrum nuptiale priori tori, ſed ad illam liberà pertinare, cujus *Coppin.* effato contradicit *Moſnier. cap. 55. num.* 21. ſed inhærent *Carond lib. 13. reſpon. 58. Chriſtina ad l. municipal. Melchlinienſ. tit. 2. art. 36. ſub num. 36. in add.* & dixi in beneficiorum filiorum *in rit. 191. num. 13. lib.* 2. Necnon *Thor. in 2. par. compend.* in verbo *pecunia perventa*, reſcribens reſponſum V. J. D. Franciſci de Luca cum ſcitis indè emanatis, aliaque nectit in verbo, *pecunia perventa ex pace*; ibique inſitæ ſunt allagationes pro filiis adverſus creditores, quarum primas conſcriptas fuiſſe memoratur, à Michaele Zappullo: alteram, verò à doctiſſimo illo viro, fiſci Advocato in R. C. deindè Præſide, ac Regente emeritiſſimo, Jo: Camillo Cacacio; quapropter cum aliquid ex meo Marte, ac in theſi aſſerre decreviſſem, deſtiti, perpendens memorata ſcripta, ad quæ lectorem relego, cum ex *Tullis ſententia 2. de Orator.* ſoleam ſæpe mirari eorum impudentiam, qui agunt in ſcana geſtum, ſpectante Roſcio; & vatas ſperſpiciens tractata ab alijs, non poſſe ab ipſo clatiora fieri, relinquit, vt cecinit *Horat. in Poet.*

. . . . & quæ
Deſperat tractata niteſcere poſſe, relinquit.

Et *Grat. diſc. forenſ. tom. 1. c. 195. n. 33.* idem notat ex *Plut. in Nicia, & Artaxerce.*

Contradicentem, verò oppoſitamque ſententiam, ſcilicet, ad hæredes bonorum deferri ius vindictæ, recenſet *Cancer. var reſol. tit. de pace, & tregua tom. 2. cap. 11. num.* 60. eamque deduci aſſarit ex *l. 1. & l. ſororem!* ac *tot. tit. C. de his quibus, ut indign.* iuxtà *l. hæres, ff. ad Syllanian.* atque ideò hærades ipſos teneri iudicialiter il-
32 lius necem ulciſci: alioquin privari hæreditate

tate, ostendit præcitatus *Farinac.num.7. & 9.* idque carpit *ex l. hæreditatem, & l.portiones, ff.de his quibus vt indign.dictaque l.1. C. eodem add. tit.* aliisque multis, quamque communi DD. calculo roboratam asserit *Anton. Gomez variar.resol. tom.3. cap. 3. num.52.* ac *Plaza in epitom. delictorum cap. 39. num. 23.* idemque *Ferdinand.Rovit.*communem esse non negat: tametsi alteram communiorem adnectat; quibus, & nos tertiam adiungimus, hactenus relatarum nullam reiicientem, vtramque potiùs approbantem assertionem: vt dicamus duplici fonte manare ius istud vindictæ, ex hæreditate nempè, & sanguine; hoc itaque sanguinis considerato, non ad hæredes, sed ad ipsos proximiores tantùm transferri, atque ita intelligenda veniat *Bart:* sententia, admonet præcitatus *Jacob.Cancer.sub num. 59.* priori vero ex fonte ad hæredes tantùm deferri; quam quidem distinctionem in medium protulit *Ripa in l.4.§. Cato,num.102.ff.de verbor.oblig.* amplexaturque *Anton.de Padig.in l.transigere, num. 61.C. de transact.* idemque *Cancer.à num.58.* qui omnes istud comprobare conantur *ex text in l.2.C. de iniur.* adductaque *l.sororem.C.de iis quib. ut indig.* invincibiles esse affirmarunt; propterea illud ius competere vnà simul hæredibus, ac proximis ipsius; quorum nos quoque, & quidem promptè collaudamus opinionem vti securiorem, nullique damnosam; atque vt vitemus divinationes, quibus alii in alios ad invicem vtuntur ad prosternendas rationes, quas eorum quisque ad propriam ingenii vim confingit; cum enim certo certiùs sit, compelli hæredes vindicare defuncti mortem, idque iure sancitum appareat: vtique non ni si divinare, credimus *Farinac.ex Jasone,*& aliis aientem in *ver.nec obstat sub num.*8. id cessare, ubi fuerint à consanguineis præventi: & si iniuria afficiuntur consanguinei, eademque profectò, qua defunctus, per *text.in l.2.§. fin.ff. ad l. Jul. de adulter. l. quamvis indubitati*, ini bique *Bart. Bald.*ac reliqui DD. *C.eodem adducto titulo*, & alii. quibus *mem. num.* 8. nititur *Farinac.* vbi alias itidem, quas potest maximè, addit rationes; nonnè divinare est, quicquid ad istam enervandam partem somniant contradicentes auctores? Itaquà iustè, ni fallimur, subscripsimus mox relatæ distinctioni: eamque prorsùs veram nunc credimus; ex qua illud sanè enascitur corollarium, remittendi ius ipsismet simul competere; si veritate fulcitur alterum illud axioma, cui competit vlciscendi ius, illi quoq; & condonandi, probatum à *Farinac. eadem q. 13.sub num.1. & q. 14. num. etiam 1.* suffulta auctoritate *Gomesii* indicato *cap.3. num. 61. & 65.Petri Plaza in Epitom.delict.lib.1.cap.3.Clari q.58.& Petrin.Bell.de re milit. pag.136. nu.50.* de quo nos infra.

Verùm omnium nè requiratur consensus, an eo;
13 rum maior pars sufficiat, ut ipsi homicidæ prosit, dimicantur Doctores; & nos veritatem inquirere ambientes, dicimus, eos omnes, qui tantùm hæredibus competere ius pacem ineundi, aliosquè credentes duntaxat consanguineis investigere, si hæredibus omnibus, aut si omnibus consanguineis competat; an ipsorum respectivè maiori parti duntaxat; contentionemq; inter eos maximam extare comperimus; quippè quod ex loquentibus de hæredibus, suffragari vnius tantùm, vel plurimorum, licèt non omnium remissionem, sunt, qui affirment; quos *Farinac.* recenset eadem *qu. 14.num. 12. & 13.* atque de consanguineis verba facientes idipsum admittunt alii complures ab eodem *Farinac.* anteà relati *num.20.*& à *Mastrill.de indult. cap. 24.à num.82.* Cunctorum autem hæredum assensum adhibendum esse, quidam censuerunt congesti ab eodem *Farinac.n.14.*necnon *Afflict.* insequitur *dec.287.Covar.lib.1.var.resol. cap.13. sub num.8.cum seq. Joannes Anton. de Nigris, super capitul.Regni, ad perversorum, num.252. Cancer. indicato cap.11. num. 66. Covarr. lib. 1. cap.13.post num.8.Clar.lib.5. qu.58. num.34. in fin.*& *Baiard.ibi, n. 59. Plaza de delict. cap. 46. num.7.vers.12.*præter alios *Menchiac.contr. usu freq.cap.30.num.39.Cavall.comm.contra comm. qu.77.num.1.Molin.de iust.& iur.tom.4.disp.45. num.8.Parlador.different.51.§.2.num.2. 3. Galeron.de transact.tit.4.qu.7. num.65.* ante ipsos, *Felin.in cap.cum omnes, n 27. de censib. Reg. de Ponte cit.tract.de potest.Proreg.§.3.num.26.Scialoy.in prax.foriudic.cap.24.num.22.*sicuti minori parti creditorum maior præiudicare non potest in debitum: remittendo; *DD.in l.4.§.Cato, ff.de verb.obligat. Stracc. in tit. de decoctoribus, p.6.num.12.Roman .sing.99.Trentacinq lib.3.var. tit.de resolut. resolut.3. num.5.* cuius veritatem inquirimus in *ritu* 288. Ratio quoque illa suppeditat invincibilis, quod pro hæreditariis portionibus onera hæreditaria agnoscunt, *l.pro hæreditariis, C.de hæredit. action.* quodque vnusquisq; illorum defuncti personam repræsentat, eosque propterea, vt singulos, attingit remittendi ius, *l. 3. §.si ad plures,ff.de sepul. viol.l.1. & per tot.tit.ff.& C.de his,quibus, ut indign.* ac consecutivè, omnes convenire, & concurrere debent, quorum maior numerus non opitulatur, *l.per fundum,ff.de servit.rustic.præd.l.fin.ff. comm.præd.* quin vno contradicente, remissio effectum non operatur suum, *cap. in re communi, de regul.iur.in 6.*& ibi *August.Barbos. nu.2. Valeron.citata q.7.ex num. 65. Domin. Antunez Portugal.cit.cap.18.num.118. & 119.* Ita & de consanguineis tractantes aiunt, vniversorumq; requiri assensum, expressè scribunt alii multi, quos idem *Farin.* commemorat *num. 4.*& nos prorsùs in vtrisque censemus, quin dilatandam ad hæredes, & consanguineos, ubi consanguinei non sint hæreditatem adepti, ad quos spectare insimul ius querelandi, & remittendi diximus; nàm si divisim cum egimus de hæredibus, & consanguineis, id subsistere in alterutro eorum genere, scripsimus: citra dubium militabit, si coniunctim ad illas pertinebit; præsertim, quòd II. CC. de hac re tractantes, maximè requirentes omnium consensum, dicunt, pacem ab omnibus, ad quos pertinebat accusare, habitam, suffragari, non ab eorum aliquibus obtentam, tametsi numero pluribus; ergo cùm hæredes, & consanguinei accusant: non aliqui, sed omnes itidem condonabunt. quod etiam speciatim scripsit memoratus *Cancer.num.65.& 66.*ac nostro in Regno certissimi

juris

iuris esse, declarat *Pragm.* 8. *de composit.* cuius memores sunt *Baiard.ad Clar.q.58. nu.58. Christian in cit.tract.ad ll.municipal.tit.2.art.34.in*
14 *fin.* illiusque pragmaticæ virtute manifestà statutum non videtur, si ad hæredes, vel consanguineos duntaxat vtrumquè ius pertineat, Imò ex ea libentiùs deducitur vtraque causa; eum fovendum esse, qui illud voluerit legitimè exercere ius: nempè, quod sit consanguineus, & hæres; idquè non solùm aperiunt verba illa iteratis vicibus repetita (*Alli quali si deferisce la successione*) sed alis *Regent. de Ponte in tract. cit. de potest Pror.tit.1.§.4.à n.26. ac Ferdinand. Rovit.in suis mem.allegat.* qui omnium super ea *pragm.* scribentium auctoritate probari, adiungit, *n.49.& 50.* Et duo copulativè propterea requiri, asserit: sanguinem scilicet, & successionis delationem, necnon *Foller.Carav. & Baiard.* autumant in locis, quos idem de *Ponte* recenset; ita quod, sanguine qui sunt coniunctiores, nisi hæredes adhuc fuerint, accusare, & remittere nequeant vigore *pragm.* addat ipsemet *Regens*, quorum restrictionem non admittimus; nam falsò *pragm.* sanciret ad proximiores sanguine spectare: tantùmquè dixisset ad proximos sanguine; cum vel hæreditas ad proximiores deferenda veniat; & satis fuisset exprimere, proximos, eosquè hæredes, vel ad vlteriores etiam devenire potest; & eo casu impossibile esset, quod coniunctior iuxtà *pragm.* accusaret, & remitteret; imò absurdum illud succederet, si proximiore (nempè filio) repudiante hæreditatem, vel etiam ex iusta causa exhæredato, parentis necem vlcisci nequiret: maximè quod illi, re vera tunc competere, existimarunt relati per *Farinac. eadem quæst. 84.num.19.21.& 36. Plaza de delict.lib.1.cap.45. n.3.* post alios, *Antunes.Portugal.citat. cap.18. num.57.58.* occurrens *Consil. Arias de Mesa resolut.lib.3.cap.8. num.7.* contrariam sustinenti aleam. Ab illorum itaque resolutis recedimus: ac fatemur illius *pragm.* virtute competere proximioribus, tametsi non hæredibus; neque paradoxi nota damnabitur isthæc nostra assertio, propter adducta verba illorum arbitratu præferentia concursum requiri hæreditatis, & fatebimur, bonum quandoque dormitare Homerum, si nostram nemo aspernatur interpretationem, quod illa verba non requirant, vt coniunctioris etiam in bonis successor; sed exemplificando proximiorem, exprimat eum esse, cui defertur successio de iure scilicet; atque ita, qui successurus est, nisi aliter testator sanxerit, non igitur demandat, vt eum effectu succedat, sed quod attenta iuris dispositione successor sit, licèt postea propter contrariam disponentis voluntatem non succedat; cui quidem intellectui conveniunt *pragm.* verba illa (*alli quali si deferisce la successione*) tum propter illud verbum (*si deferisce*) tum propter subsequens (*la successione*): alioquin apertioribus vsus esset verbis, illis, nempè (*li quali sono heredi*,) aut aliis consimilibus; imò ex verbis *Reg. Rovit. in ead.prag.8.* relatis, & collaudatis ab ipsomet *de Ponte sub n. 17.* noster, ni fallimur, convincitur intellectus: quòd ius remittendi non spectat ad omnes consanguineos: sed ad eos tantùm, ad quos spectat successio; potest namquè contingere, vt res aliqua ad me spectet, quam tamen de facto non habeam; idquè iure etiam alibi probavimus, & illud verbum *spectare*, de sui natura supponere, nè res ab eo, ad quem spectet, possideatur; & si detineatur, neutiquam dici possit, ad eum spectare; Atquè si iste erit illius *Pragm.* sensus, prout esse, omninò credimus: eò magis congruere affirmamus, & probavimus in dicto *ritu 191. nu. 11.* certè densæ nubes fugiunt, absurditas quævis vitaretur: atquè omnis procul est suspicio, & murmur iniquæ legis, quem nectere videtur *Tartagl. in comm. ad eandem prag.7.de composit. cap.2. num.6.* illumque *Paschal.* laudat *cit. cap.1. num 58.* quorum argumentum evidens continere æquivocum, indicat *Rodoer. ad Reg.de Marin.lib.1.quotid. resol. c. 2. num.13. & 14.* Addimus *Molfesium* huncmet tradentem præcalendatæ *pragm.* intellectum *cons.10.sub num.18.tom.1. & de Marin. mem. cap.2.* Verum si isthæc resolutio veritate nititur,
15 improbanda videtur in altero dubio per Regentem ipsum *de Ponte* tradita resolutio in eodem loco: vt fœmina tanquam exclusa à successione de iure Regni, quoties masculi extant, dicatur etiam exclusa ab accusando, & condonando; quandoquidem ex ante dictis, quamvis succedere nequeat, & hæres esse: nihilominùs quia de iure admittitur, & sic defertur eo iure ad eam successio: vbicunque eum proximioribus in eodem gradu existit, intrat consequentia, ut virtute *prag.* sic declaratæ queat tum accusare, eum remittere; Nisi dicamus, relato adhuc vigente intellectu, ab illis nihilominus excludi; eò quod sivè à iure communi, sivè municipali, satis est, quod illi minimè deferatur hæreditas, masculis extantibus; & sic vendicet sibi locum interdictio querelandi, aut pacem ineundi.

Sed investigemus, quæso, pro supradictæ incidenter delibatæ quæstionis coronide: vtrum nè fœmina, extantibus masculis in gradu consimili, acceptam iniuriam remittere valeat? & seclusa resolutione attento iure communi, quin quidem non dubitatur, haud excludi à querelando, & remittendo, adhuc si successione privaretur, ex quo vtrumque iure sanguinis competit; quo vindicta iudicialis fœminæ non secus, ac masculo conceditur, ex *Angelo, Bos. Gomes.Foller.& Petra Belin.* quos memorat *D. Consil.Paschal.de patria potest. par.2. cap. 1. sub num.9.* in accusando enim, & pacem ineundo, non successio, sed sanguinis ius requiritur, *l. quæsitum,ff.de sepul.viol.* notatque *Farinac. de accus.q.14.num.25.* nectens ius faciendi pacem, consanguineis, etiam quod occisi hæredes non sint, competere, inferendo ad pacis validitatem obtentæ à filio, qui patris hæreditatem repudiavit, ex *Bart.in l.filius. qui patri, num.8. de vulg.& pupill.* & aliorum authoritate: ac proptereà, sub *num. 26.* eadem ductus ratione dilatat, etiam si statutum, stantibus masculis, feminas excluderet, iure nil refragante, quod *Clar.in qu. 58. vers. sed quid si inter hæredes*,

aliter ex seitis illius Senotus sentiisset; nàm contra Mediolanense statutum, in quo illa viget consuetudo, communis extat opinio: quod ius sanguinis, non hæreditatis sit attendendum, vt ipsemet in eadem *q. num.* 20. prosequitur *Nell. in tract. de Bann. 3. par. 2. tem. q.* 35. & alios aliter sentientes reiiciens, occurritque ex *Vlpell. in tract. de pac. qu.* 11. vbi communem dilatans, etiam si statuto sanciretur, pacem à defuncti hæredibus requiri; isto enim casu de hærede sanguinis, non autem bonorum intelligitur; cum verbum, *hæres*. secundum subiectam materiam diversimodè accipiatur, ad notata in *l. stipulatio ista. in princip.* cum *Gl. ff. de verb. obligat.* vbi verbum, *hæredibus*, de his, qui de iure civili succedunt, intelligitur; & verbum *successoribus*, de his, qui de iure prætorio, & adnotat in *cap. si clientulis, de alienat. feud.* & in *cap. Titius cum Sempronio, si de feud. fuer. controv. int. dom. & agnat.* vbi dictum verbum, *hæredibus*, in feudis pro masculis descendentibus accipitur, & ad notata in *§. emphiteusim, in authen. de non alien.* vbi huiusmodi verbum, *hæres*, prolatum super re ad hæredes extraneos non transitoria, intelligitur de filiis, & hæredibus, ac relego ad *DD. in l. ex facto, §. fin. ff. ad Treb. Bar. in l. Gallus. §. & si pareati, ff. de lib. & posth.* ac ad alios in *l. liberti, de operis libert.* licèt in dubio verbum; *hæres*, intelligatur de vniversali hærede, ex notatis in *l. quidam, §. his autem, de edend.* vt dicit *Imol. in l. ex facto, Inst. de hæred. instit. num.* 15. & præ cæteris optimè de isto nomine hæredis in feudalibus videas fusè suo more adducta à *Camerar. cap. Imperialem, chart.* 22. & *litt.* 5. atquè adversus *Clar.* scribunt ibi *Bstard. ex num.* 62. *Tartagl. cit. pragm. 8. de composit. num.* 20. & 21. *Reg. de Ponte, de potest. Proreg. mem. tit. 1. §. 4. à num.* 17. & *D. Consil. Paschal. cit. num.* 9. quorum suprà memini, *vers. quem nectere videtur*, afferens fœminam quam-
16 vis faydam, idest inimicitias ob sexus imbecillitatem levare, seù tollere impotentem, iuxtà *Andr. in 1. rub. feud.* quem ad hoc citat *Afflict. in constit. Iustitiarii, non per calendas num.* 15. *vers. & per istam Glos.* tamen ius querelandi habere, quia iura sanguinis nullo statuto dirimi possunt, *L. iura sanguinis, ff. de regul. iur. l. ius adgnationis* 35. *ff. de pact.*

Intuitu verò Regni *pragmat.* negat *Reg. de Ponte indicato loco*, necnon *num.* 32. decisumque refert in causa Ducis S. Agathæ cum Marchionissa Burgentiæ, de qua decisione memor quoq; est *Thor. in compend. dec.* verbo *remissio par. 1. & in addit. ad Reg. de Ponte, loco mox mem. num.* 18. extarque *Consil. Præsid. de Amat.* 18. quod de verbo ad verbum, vna cum responso *Consil. Jo. Bapt. de Leonardis* tunc Advocati Fiscalis rescribit *Reg. Tap. 4. p. iur. Regn. in cit. pragm. 8. de composit.* & tradunt *Sanfel. dec. 27. lib. 1. & dec. 401. par. 2. Recc. collect.* 3589. *p. 8.* idem *Reg. Tapp. dec. S. C.* 28. *Paschal. sub eodem num.* 9. illam constituit regulam *in vers. sed hac opinio*, & ait; *Stante adducta Regia Pragmatica, qua cautum est, illis tantum iur remittendi competere, quibus ius successionis defertur, non procedere in hoc Regno, nam mysteriosè in illa pragm. considerata fuit qualitas successionis, & ideò cum, stantibus masculis, fœmina à paterna fiat exclusa successione; vigore illius Regni constit. exordientis, in aliquibus: ex eadem rationis paritate, ab iis non opus est remissionem haberi;* hactenùs *Paschalis*. At nos credimus, eò magis subsistere etiam in Regno, accusandi ius competere iure sanguinis (vt pluries diximus ex allegandis potissimùm *dec. de Franch.* 611. *Molfes. cons.* 10. & aliis quo ad mulieres expresè interdicitur in ea *Constit.* siquidem nisi illius virtute restringeretur fœminas ex iure sanguinis. Verùm non complectitur, quia expresè prohibitum; & consecutivè non quia ex iure sanguinis non prodeat ius accusandi, & relaxandi; sed quoniam Regni sanctio vetat respectu fœminarum, illas excludendo à iure, quod alioquin sibi competeret, sicuti à reliquis bonis, cum masculi extant; tametsi admittamus, quod aiunt præcitati, scilicèt nè in Regno fœminæ remittere queant, vbi masculi existunt in pari gradu; vlcisci verò neque valeant eodem iure Regni inspecto, nullam hucusque reperimus Regni legem statuentem, cum adducta *Prag.* & altera antecedens; nempè 4. *de pace. & remissione facienda* loquantur: quæ tametsi à iure vindicandi reguletur, ut supra diximus, & *Farinac.* aperiat *quæst. 14. sub nu.* 20. non tamen idipsum invenimus in casu contrario; ut ius vindictæ, & sic ius præcipuum reguletur à iure remittendi, & consecutivè à iure subsequenti. Nisi evulgata regula illa vti velimus, & dicere, per necessarium consequens intelligi decisum antecedens, prout concessum generica docet regula in *l. ad rem mobilem, ff. de procurat. l. illud, ff. de acqu. hæred.* sed his non obstantibus vacillat animus propter ante dictam *decis. de Franch.* 611. aientem, decisum proximioribus competere: tametsi non Regni, sed iuris communis legibus foveatur; atque ideò S. C. admiserit eo tempore opinionem Doctorum, illam insequentium: non quia lex aliqua peculiaris Regni demandasset; Quamobrem si alii iudices, & Consiliarii in contradicentem propendissent sententiam, haud repræhendi potuissent, quia transgressores iurium municipalium; neq; vrget quod eadem decisio adiungit, mentionatum in ea casum comprehendi sub *pragm* quæ manavit die 15. Octobris 1567. atque ideo sub eadem adducta *pragm.* 8. etenim id minimè contingeret ex vi dispositiva illius, sed citius comprehensiva, & illativa; maximè si attendamus *de Ponte* assertionem indicato §. 4. *sub num.* 39. quod nihil fuerit consideratum, atque perpensum iuris Regni in *decis.* illa, sed ius tantum commune. Ex quibus excusari fortasse poterit *Molfes. in suis ad consuet. comment. rub. 4. tit. de renunciat. q.* 18. *num.* 3. affirmans, eiusdem illius *pragm.* virtute, duo requiri in volente accusare: cum re vera nullum legatur in ea verbum, qui accusationem complectatur; sed dumtaxat de remissione sermocinetur; nullatenùs verò *Thoras in addit.*

additæad tractatum ipsius *Regentis de Ponte de potest. Prareg.* illius siquidem verba in adducto §.4.*num.*16.adeò clara, nullam prorsùs admittunt interpretationem, eaque suot (*similiter per aliam pragm. 3. eadem tit. cantum est, illis competere actionem querelandi, & remittendi, quibus successio debetur*, oam percurrantur, quæso, verba illius sanctionis,: & videamus, si verum sit, quod ioibi caveatur, competere ius querelandi, cui, & remittendi; illis siquidem perpensè perlectis, necessariò fatebimus de accusandi nece nihil dici in ea *pragmat.* sed tantùm de iure remittendi; & cum habeamus legem illam caventem de pace, & remissione facienda: nulla indigemus glosa, vt loquatur etiam de accusatione; nèc dubitationi locus remanet, si in illa cautum sit, competere ius accusandi eidem, cui & relaxandi, *Bald. consil.* 343. *examinanda vers. & de isto, sub num.* 4. *lib.*1.*& cons.*174.*casus est talis propè finem lib.* 2. necnon *Mandos. cons.*20.*sub num.* 3. maximè quod oppositum statuisse videatur in accusatione, propter regulam evulgatam; qui vnum dicit, alterum excludit, *l.cum prator.ff. de indic.* Non tamen negamus, à Doctoribus Regni simpliciter loquentibus admitti, vsuque comprobari conclusionem iam dictam: vt vlciscendi, & indulgendi ius eidem concessum, ac datum sit, cui & successio defertur; ac propterea in ambobus parem constituere valemus regulam; & sicuti iuris communis legibus in vtroque casu eandem militare diximus, ita & Regni, non quidem specificè disponentibus, at quia ioterpretativè ex eis deducunt authores, & vsus comprobans.

Cum autem utrinque conjunctus, & uterinus concurreot, præferatur ex utroque parente or-
17 tus, testatur *Plaza cap.*45.*num.*4. eumque sequitur *Farinac.eadem quæst.*13.*num.*29. & *Paschalis memor. par.*2. *cap.*1. *num.* 118. subdens *num.*119. idipsum dicendum, ubi ante dictus frater utrinque conjunctus, & coosanguineus tantùm concurraot, insequutus *Cephal. Bertaz.* & alios, quos *Turrec.* recenset *cons.*89. *num.* 4. *lib.*2. & *Vincent.de Franch.dec.*26.*num.*4. Quod si pater, & filius in viodicanda morte matris concurrant, & de prelatione dubitaretur, diximus *rit.*191.*num.*10. quo in loco de aliis coosimilibus hæsitationibus sermo fuit; Quod si nepos defuncti cum illius patruo: quia nepos sui patris, & fratris defuncti subingreditur lo-
18 cum: sicuti præcellit eo respectu in gradu, ita in successione, & jure ulciscendi, & remittendi, eodem *Paschael* teste, io *dict. cap.* 18. *num.* 120. adjunctis tamen per ipsum additis *par* 4.*c.* 9. *num.*18. si vero occisus quis fuit, relicto patre, & filio, atque uxore; cui competat jus istud viodictæ, si filius erat infans, & decesserit, patri nempè ipsius defuncti, an uxori? hic casus evenit, & *Fabius de Anna* super eo scripsit in *observ.* 6. *decade* 1. respondens pro patre, scilicet filii infsotis avo contra illius matrem, & extincti uxorem; non obstante regula, quod mortuo filio infante ad matrem fit transmissio, virtute *tex.in l. si infrà*, *C. de iur.delib.* multis qu ppè, & validis rationibus respondet; & nos libenter admittimus ejusdem *Anna* theorema, cui inhæret *Tartag.in ead.prag.*8 *num.*55.*par.*1. cum avi partes tutatur, exclusa infantis genitrice in hoc specifico ulciscendi jure de morte iam dicti interfecti; major autem proximitas, cui io superioribus affirmavimus competere ius illud accusandi, & remittendi: non utique regulaoda erit à futuro eventu, sed à præsenti statu; ita quod satis sit, ut remittens eo tempore sit conjunctior: quamvis posteà in lucem alter prodeat, qui illum antecellat in gradu, nempè si filius posthumus nascatur; ita siquidem, post alios plures, quos memorat, resolvit *Gomes.in tit.de homicidio cap.*3.*sub num.*61. idemque *Paschal num.* 121. & de *Ann. cit.loco* meminit *R.de Marin. lib.*1. *quotid. resol. cap.* 2. *num.*16.

Vtrùm verò filii naturales, & spurii valeant vindictam suorum in judicio prosequi, eorumque
19 requiratur assensus, extricant *Petr. à Plaza cap.*45.*Dom.And.var.resol.lib.*3.*ex num.*69. necnon confirmat *Dom.Cons.Philipp. Paschal. num.* 21. exornatque *Reg.Revis. dec.* 25. decisum nectens, fuisse admissam amitam filii bastardi ad accusandum: reassumens articulum, an appellatione suorum illi veniant, ibique notat doctus *D. Blasius Altimare*, *vers. ubi*, *observa*, illud scitum maoasse attento jure communi, non inspectis *mem. prag.* 8. dispositione, ibique me laudat in *cit.rit.*191.*num.*11.*Vulpell.* itidem *de pace q.*16.*num.*4. admittens spurios ad matricidia vindicanda, secus ad patricidia. Illegitimorum autem plures esse species, ostendit *Schifordeger.ad Fabr.tit.de natural.liber.q.*7. *Bottilier.de success.ab intest.theorem.*6. *cap.*1. Ao veniant conjunctorum appellatione, & dicantur de Casata, *Thesaur.decis.ult.num.*33. ejus filius *qu.forens.*44.*lib.*2.*Reg Sanfelic.dec.*56 *num.*16. *Bottilier.theor.*7.*Guid.Papa decis.*389.*Thor.par.* 3. *compend.* verbo, *compromissum*, & in *supplemen.* verbo, *compromitti*. *Novar. decis.*173. *Spin. de testam. Glos.* 16. *num.* 28 *Jo. Royas in epit.success.cap.*20.*num.*104. *P.Fragos. cit.tract. de Repub.Christ.par.*1.*lib.*3.*disp.*4.*num.*196. *Flores de Mena ad Gramm.decis.*3.*Christin.dec.Belgic.*198.*num.*10.*Peregr.de jur.fisc.cap.*18. *num.* 43.*Ricc. collect. decis.*403. *Domin. Antun. Portugal.de donat.reg.par.*2.*lib.*1.*cap.*16.*ex num.*45. atque de spuriis, & nothis pertractaot *Francisc.Hottoman.var. disput. vol.*1. *Heigius* 1. *quæst.* 21.*Peregrin.de jur.fisc.lib.*3. *tit.*13. *Covar.par.*2. *de matrimon.cap.*8.§.5.*Marcus Anguisola* 2.*cons. illustr.*22. *Vigelius in* §. *vulgo quæsitos*, *inst. de success.agnat.Cynus in auth itaque*, *C. commun. de success. Matth. de Afflict. decis.* 96. *Guilhelm. Benedict.cap.Raynutius*, verbo, *relinquit. num.* 5.*de testam.Joannes Baptista in l.si qua illustris C.ad S C. Orfician.Anton. Gomez. l.*9. *Tauri.Didac.à Spina glos.*16.*principal.de testam. fol.*663. *Duennas.reg.*366.*Royas epit.success.cap.*10. *Gregor.Lopez l.*11.*tit.*13. *par.* 6. *Sarmienta* 1.*select. cap.*1.*num.*11.*Costa in cap.si pater.par.*2. verbo,

bona omnia, num.13.Roderic. Suarez l.1. tit.de las herencias lib.3.for.1. num.27. Tellus Fernandes l.9.Tauri num.13. Ludovic. Molina lib.1. de primogen. Hispanor. cap.4. num.44. & 46. Joannes Garcia de expensis cap.3.num.21.Didac. Perez l.22. tit.3. lib.1. Ordinamenti, Alvarado de conjectur.mente testator.lib.2.cap.3.num.55.cum seq.Antonius Lara l.1. §.idem rescripsit, num.7. cum seq.de liber.agnoscend. Petrus Peralta l.haeredum, num.72.de legat.2.Segura in l.cohaeredi, §.cum.filia, num.124. de vulgar. substit. Antonius Menesius rubr.de fideicomm.num.19.Anton. Gamma decis.Portugall.11.Menchaca.de success. creat.lib.1.§.8.num.35.

Uxorem insuper de nece viri postulandi potestatem habere, quamplures affirmant; appellatio-
20 ne enim suorum maritus continetur, ex *l.4. ff. de testibus*; & ex *Bart.in l.2.de accus.* ac plerisque aliis per hanc *l.*ita probari, indicat *Caravit. rit.191.num.6.* quidquid dixerit *Glos. in constit. summo periculo, vers. mater*, quae licet concludat, uxorem de viri nece accusare posse, insequuta ab *Isern.& Affl. num. 7.* attamen non ex eo, quod maritus suorum appellatione continetur, sed quia suae vitae comitis jacturam fecit, *l.item apud Labeonem §. si quis virginem, & §.tenetur, ff.de injur. & Glos.* sequitur *Affl. ibid.& Feller.in verbo, audiantur excusatores, num.15.* & ad probandum, uxorem de viri nece postulare posse, II. CC. colligunt ex *text. in l.sororem, C.de his quibus, ut indignis*; ut observat *de Franch. in decis. 382. num. 1.* post alios *Farinac.de accus. quaest.3. num.14.* advertens, nos legem expressè decidentem non habere; sed probari, inquit, argumento à majori; à quo sic deducere multos DD. refert ex *text.in l.2.*& ibi *Bart.*juncta *l. lege Iulia, ff. de testib.* qua uxori de soceri nece accusare permittitur, & contra eum ad testificandum non arctatur; et certum est soceri nurum esse conjunctam propter sui viri personam; multò magis igitur de viri morte accusare poterit; nam propter quod unum quodque tale, dicitur, et illud magis tale, ut in *authen multò magis, C. de sacros.eccl. Surd. decis.331. num. 12. Feller. pract.cau.* verbo *denunciatione facta, num. 15,* atque hoc eodem argumento utitur *Glos. in dict.const summo periculo, & Afflict. ibidem, n. 7.ac Follerius citat.num.15.* sed esse casum in *l. 1. ff. de lib. caus.* in quo probatur, uxorem de nece viri conqueri posse, dicit *Barthol. de Cap. in dict.Const.summo periculo.*

Sed isthaec sententia sic simpliciter accepta suos patitur anfractus; nam si casum supponamus,
21 et occisum superstites uxorem, et filios reliquisse, DD.ancipites fuere; nùm filii in accusando sint praeferendi, vel è contrà: an verò tam uxor, quàm filii concurrant? et primae opinioni pro filiis adhaesit noster *Neapolitanus Senatus in mem.decis.de Franch.382.* ubi minimè refragante, quod per interfecti uxorem fuisset in M. C. V. accusatio porrecta, et ut ibi causa cognosceretur, urgebat: utpotè quae erat Neapolitana ex privilegio Neapolitanis elargito trahendi, ex *rit. 301.* fuit causa remissa curiae Terrae, in qua occisi filii querelam exposuerant ex opinione in Senatu recepta: quod in accusando, filii preferantur uxori; quam alteram insectantur *Papon. lib.24.tit.2. §.3. & 4.Fab.in C. lib.9.tit.1.qui accus non poss.defin.2.num.2.Gratian.discept.forens.cap.518.num.3. & 26. Consil. Arias de Mesa lib.3. variar. resol. cap 8 num.16. Castell.de usufruct.cap.4.num.18.Giurb. cons.61. num.14.& observ.27. num. 15.* quos refert *Domin.Antunez Portug.de donat. Reg. par.2. lib.1. cap.18.num.65.*

Alteram pro uxore alteram amplexus videtur *Plaz. in epitom.delict.cap.45.in princip.Paz.in prax.1. tom.par.5.cap.3. num. 14. Flores de Mena lib. 1. var.quaest.7. num.7. Padill. in l.transigere, num. 57.C.de transact.Curia Philipp.3.par.§.accusator, num.8.Villalpand.in l.22. tit.1. par.7. §.40. in num.1.Antunez.Portugal. cit.loc.num.63.* dummodò in viduitate perduret; tunc enim in conjugio existere censetur, *l.fin.C.de bon. mater.* & viri corpus dicitur, *cap. admonere, 35. quaest. 2.* & unum corpus, et una caro, *Gen.2.Matth. 15.cap.debitum, de bigam.*, prout etiam sponsa, si de praesenti erit, etiam sponsi pars corporis dicitur, ut dicit *Decian.in tract.crim. par.1. lib.3.cap. 7. num.10.* idem si non fuerit vidua: sed cum viri, vel filiorum consensu ad secundas convolasset nuptias; quia tunc ex quo nulla, neque viro, neque filiis injuria illata censetur; nullum ex transitu privilegium amittit eorum, quibus potiebatur, quando erat vidua, *Roland.à Vall.cons.62, num.26.vol.1.& cons. 81. vol.3. num. 10.* et pro uxore in viduo toro existente, sustinet *Tartagl. super prag. 8. de composit.num.30.Tusch.lit. V. conclus. 204. num. 5. Giurb.cons.6. num.9. Cancer.lib.2. cap.11.num. 72.Lara de anniversf.lib.1. cap.13. num.5.& 6. Thom.Valasc.alleg. 64. num. 8. Girond. de num. 1524.Valeron.de transact. tit.4. quaest. 7. num. 45.& 46.Gratian.discept.forens.lib.1. discept.5. num.6.* vbi ita sentientes refert *Boer. decis. 33. num.2.Plaz.in loco per me supra cit.& Flor.lib. 1. q. 7.* dicentem, ita judicio fuisse pro uxore definitum; licet *Gratian.* sibi adversans, oppositum tueatur *in discept. 518. num.2.* ibique meminit de dicta *decis. d.Franch.382. & 1005.* prout etiam maritimum ad vindictam, vel remissionem de suae uxoris nece suis filiis praeferendum, tenuit *Decian. cons.35. num.27. lib. 1.Ioseph.Ludov.com.opin.lib.1. conclus. 41. in 3. ampliat.*quos refert *Farinac. d.quaest. 13. num. 16.* ubi eum ipse dubitet, an uxor filiis praeferri debeat: miror, cur ancipitem se ostendat potius in uxore, quam in viro; cum sint correlativa, et dispositum in uno, censeatur in alio dispositum, *l.fin. C. de ind.vid.toll. & in l. fin.ff.de accept.& in l.1.C.de cap. lib.11.* cum similibus adductis per *Everard. in loco à correlativis*, et propè in eodem casu, in quo sicuti diximus, conjugem transeuntem ad secundas nuptias, sinè viri, vel filiorum consensu hoc carere privilegio; ita virum se transferentem ad secundum thalamum, ut indicat *Aretin. consil. 62.vol.2.Rom.cons.182.& Old.cons.33.* relati ultra *Plaz.per Farinac.ibidem in fin.num.16.Arias de Mesa cit. cap. 8. num. 17. Decian. consil. 35. num.27.lib.1. Ludovic. lib.1. commun. opinion.*

con

concluf.41.ampl.3. Antun.ẽ Portugal loc. cit. nu. 71. Pafchal mem loc. num. 18.

Alia eſt opinio, quam ex eodem Farinac. ibidem num. 15. elicere licet, ubi relegat ad Od. Vulpell.in tractat.de pac.quaſt.24.inſequutum à Carrera in prax.crim.§.29. num. 36. dicentem, oceila uxore, pacem copulativè eſſe habendam ab ejus viro, patre, filiiſque, propter perſonarum, et offenſæ unitatem; per quam omnes offenſi æqualiter dicuntur; et huic opinioni ex noſtratibus in, videtur, annuiſſe Tartagl. in tit.de compoſit. cap. 5. num. 30. ubi nullius Doctoris facta mentione, ſuſtinet uxorem in viduitate exiſtentem, in viri nece vindicanda, et in remiſſione facienda,cū aſcendentibus,deſcendentibus,& transverſalibus cōcurrere ex eadem Vulpell.ratione;quia principaliter offenſa dicitur Vulpell.veſtigia proraſus inſectantur Farin. cit. quaſt.13.num.5. Pafchal.mem. cap. 1. num. 18. Macerat.lib.1. reſolut.41. num.1. Giurb. obſerv. 27.num.15.Caſtill.de uſufruct. cap.40. num.18. & in fin.Cancer.var.lib.2.cap.11. num.71.Valeron.de transf.tit.4.quaſt.7.num.49.Quinimo ibi Tartaglia in cap.1. num.14. cum quaſiſſet, à quibus perſonis pax eſſet obtinenda: ut ad compoſitionem patere poſſet auditus; & cum annuiſſet, pacem expetendam ab offenſo, qui ſi non exiſteret, ab illo, qui de jure ad accuſandum admittitur, ex Clar.quaſt.58. num.21. ſed de iure Regni,ſi non extat qui offenſus eſt, habenda pax ab eo, cui defuncti hæreditas defertur, ex diſpoſitione prag.8. de compoſit. propterea in cap.2.ſub dict. num. 30. infert, quod uxori jus reconciliandi minimè competere videtur, niſi aſcendentium, et deſcendentium, deficiente linea, quibus defuncti deferenda ſit hæreditas, quia his ceſſantibus, ad uxorem ſucceſſio ſpectat, l.1.C.unde vir.& uxor, et eam ad ſuos hæredes tranſmittere per ius accreſcendi, vel attrahendi ex DD. quos Maſtrill.laudat deciſ.225 num.4. ubi ampliat in uxore Clerici Græci, et ſponſa de præſenti, quæ nubilis ætatis exiſtat; ſed de jure Longobardorum, quod cognatos non agnovit, ſuccedit fiſcus, Affl. in conſtit.ſi quando contigit, col. 2. & Iſern. in verb.bona vacantia, Qua ſit Regal. et an concu-

22 bina fiſcum, ſicuti uxor excludat? vide Joan. Lup.affirmantem in cap.per veſtras, in verb.operatur, fol.35.de donat. inter vir.& uxor. quod minimè excludat, notat Gulíel.de Bened.in cap. Raynutius,in verb.& Adelaſiam, in deciſ.n.363. attamen ipſe Tartagl. loc. citat. non obſtante, quod ad ipſam uxorem hæreditas non deferatur, quando cæteri adſunt, qui in ſuccedendo ipſam excludunt: nihilominùs remiſſionem ab ea habendam eſſe, annuit; nàm cum ſupra dixiſſet, remiſſionem eſſe ab eo expetandam,qui principaliter offenſus eſt, ſi exiſtat; & tunc pragmatica aſcendentium, deſcendetium, ac aliorum, quibus hæreditas attribuitur, remiſſionem requiri, quando principalis offenſus minimè adeſt; atqui per viri interfectionem ipſius uxor principaliter offenſa dicitur: quod probat, cum pars corporis viri dicatur,& unum corpus, & una caro; igitur ab ipſa principaliter offenſa remiſſio eſt exquirenda: cuius opinio, ſi veritate niteretur, neſcio quomodo emanare potuiſſent ſcita in indultus theſi, in quibus partis offenſæ cum depoſceretur remiſſio, fuit deciſum ſufficere heredum inſtitutorum remiſſionem, non obſtante uxoris querela, ut in una hypotheſi refert deciſum Conſil.Scipio Theodor.allegat.9 in fin.& alio caſu aliam deciſ. refert Otherus in diſput.27.num.7. quos àmbos laudat Thorin 2.tom.compend. in dec. in verbo, indultum. & meminit Reg.de Marin.citat. cap. 2.reſol.forenſ.lib.1.aliudque ſcitum, refert Viſcont.in addit. ad præfatam deciſ. de Franch. 382.ut non ab uxore de eius viri nece remiſſio requiratur: ſed à legitimo hærede, cui de iure ſucceſſio competat; & de Viſconti memores ſunt Conſil.Prat.ad Paſchal.cit. par.2. cap. 1. ad n.12.Reg.Sanfelic.deciſ.26. referens oppoſitum deinde deciſum anno 1619. Præterea dubitabilis redderetur illa ſuperiùs memorata deFranch. deciſ.382.in qua fuit decretum, cauſam remittendam fore ad Judicem, coram quo filii querelam inſtituerunt, non autem ad M. C. ubi accuſationem eius uxor expoſuerat; nàm ſi ipſa ex viri nece offenſa principaliter dicitur, & pragm.8.in uxore non ſuccedente non vendicat locum; erueretur, quod porrecta ab uxore poſtulatione, ad ipſam M.C.non ad iudicem inferiorem, ubi filii querimoniam inſtituerunt, fuiſſet facienda remiſſio; quia maius Tribunal minus ceſſare facit, l.contra pupillum,§.qui ad majus,ff.de re jud qui quidem text.ne dùm pro uxore procederet, quando veritati adhæreret opinio,ipſam in accuſando potiora habere iura, tanquam principaliter offenſam: ſed etiam ſi æquale, vel par haberet ius, iuxta memoratum effatum Vulpell.ac eiuſdem Tartagl.& Grimald. ad ipſum,ac aliorum; nàm de Franch. ibidem, ſub num.11.verſic.fin.nectit, præfatum text. in §.qui ad maius, vigere etiam dato æquali, ſed pari in accuſando, iure.

Verùm pro indaganda veritate, dicendum eſt in
23 Regno: quod quando mulier ſuam, vel ſuorum proſequitur iniuriam, ad accuſandum admittitur; nec expectatur, quod alii non accuſent: vel quod in mora exiſtant: & in querelando tam mares, quàm fœminæ æquiparantur: & paſſim, atque indiſcriminatim eorum querelæ recipiuntur, teſte Praſ. de Franch. d. deciſ.382.num.8.ex Caravit.in rit.191. num.8. aſſerente, quod nedum mulieris ſuam, ſuorumque proſequentia iniuriam,ſed etiam cuiuſcumque ius querelandi non habentis; querelæ admittuntur; quia ex illa iudices de delictis notitiam habentes, ad informationem capiendam procedere poſſunt, Clar.lib.5.ſent.§.fin.quaſt.14. verſic.ſciat tamen,laudatus à Farinac. de accuſ. quaſt.12.n 3. de praxi atteſtans; & diximus in memor.rit.195.nu.7,lib.2.& in huiuſmodi que-
24 relis iudex ad ulteriora procedere non prohibetur: donec per partem, ad quam ſpectat, de querelant's non iure, vel inhabilitate fuerit deductum; & proceſſum, parte hoc non opponente, ex huiuſmodi querelarum defectu non infirmari, dicit ibidem Farinac.ex num.4. indicans, an parte non opponente, iudex ex officio repellere poſſit: & an ante, vel poſt litem con-

ecntestatam, & alia his collimantia; sed parte
comparente, & ad trutinam expositas querelas
revocante, de earum viribus discutitur, teste
Caravit. ibidem sub num. 9. necnon *Farinac. in*
eadem q. 12. *num.* 3. nectit, hanc querelarum
disceptationem cessare in locis, in quibus de
consuetudine iudex ex officio ad criminum
mulctam devenire potest; quam profectò ge-
neraliter vigere, fatetur *in tit. de inquis. qu.* 1.
num. 10. sed procedere, vel de iure communi,
vel in locis, in quibus adsunt statuta sancien-
tia; iudicem non, nisi in certis casibus, ex
officio procedere posse: in cæteris autem, par-
tium præcedentibus querelis; quas proculdu-
bio hodie vice, & loco accusatoris succedere,
dicit ibidem ex *Clar. quæst.* 10. *vers. sciat autem,*
& sic vtilitas differendi de querelarum viribus,
est sanè in locis, vbi absque partis querela in
delictis procedi non potest: prout in hoc Re-
gno nostro: & ibi *Carav.* vtilitates recenset,
quæ ex huiusmodi querelarum à mulieribus, &
aliis indistinctè expositarum, & receptarum
controversia, & disputatione prosiliunt; & in
specie ad finem, vt facta per viduam ex privi-
legio *l. vnic.* fori electione, possit inquisitus ad
suum proprium Iudicem remissionem petere
ex defectu potestatis querelandi; & propterea
dicebat *dictus de Franch. in dict. decis.* 382. *num.*
10. quod quamvis coniux ex supra dictis que-
relam exponere non vetetur: attamen compa-
rentibus inde, qui de iure ad accusandum de
nece viri præferuntur: eius vxoris postposita
querela, providetur circa fori electionem ab
ipsa vxore factam, ut in hypothesi *decis. mem.*
de Franch. 382. vel ad compositionem, habita
eorum remissione, qui de iure querelare, et
remittere possunt; nàm præfatæ decisiones ex-
cludentes vxores à querelando, et remittendo,
innixæ fuere *cit. prag. de compos.* quamvis de
prag. viribus *in mem. dec. de Franch* 382. pro ipsa
excludenda vxore discussum minimè fuerit; quia
articulus de præferendo filios querelantes ipsi
vxori similiter accusanti, victoriam ipsius vxo-
ris exclusionis præbuit; adeò quod necesse mi-
nimè fuit, ipsam *pragm.* sanctionem pro illa
vincenda, adducere.

Si ergò ex mem. Regni sanctione isthæc hæredi-
tatis delationis qualitas requiritur; vxor, quæ
25 non nisi ex defectu ascendentis, descendentis,
et aliorum sanguine coniunctorum ad defuncti
successionem admittitur; per *text. in l.* 1. *C. vnde*
vir, & vxor, meritò a querela arcetur, vt ait
Tartagl. in cit. cap 2. *n.* 30. Nec eius animadver-
sio, per quam à præfato effugit asserto, aliquid
operari valet: nempè quod vxor dicitur princi-
paliter offensa, et proindè haud complecti in
pragm. quamvis enim sit viri corporis pars, et
vna eademque caro: non idcircò ex offensione
facta viro ipsa principaliter offensa existimatur,
prout dicebatur maritus: & consequenter eius
hæredes defuncti personam gerentes, atque ad
quos hoc ius vindictæ transmiserat ex hæredi-
tate eis delata, iuxtà *pragm.* 8. quæ hoc validè
sanciri potuit, ut diximus; quidquid fuisset de
iure communi; Princeps enim per ius positi-
vum inducta tollere, limitare, ampliare, & de-
26 clarare potest, ad *§ penul. inst. de iur. naturali,*
gent. & civil. Aud. in cap. 1. *num.* 2. *de pac. ten.*
quippe qui dicitur suprà caput iuris civilis, licèt
sub pedibus iuris gentium, *Barbat. in cap.* 1.
vers. simile, col. 2. *de constit.* & illa ratio per ipsum
Tartagl. & alios adducta, quod vxor viri cor-
poris pars censetur, & vna, eadem, caro, adeò
imbecillis redditur: vt ea haud refragante, II.
CC. ancipites fuerint, an maritus suorum ap-
pellatione contineatur; vt verificari illa regula
possit: mulierem ad accusandum: non nisi pro
sua, suorumque prosequenda iniuria admitti,
desumpta ex *tex. l. de crimine, C. de his, qui ac-*
cus. non poss. & cit. rit. 191. & si ex illa ratione à
Tartagl. cæterisque perpensa Doctoribus seque-
retur, ipsam ex viri interitu principaliter dici
offensam: necessariò inferretur, quòd pro qua-
cumque alia iniuria suo viro illata accusare, &
querelare posset, quod à vero procul est; si-
quidem *tex. in l.* 2. *ff. de iniur.* ad literam dicit,
vxorem pro iniuria viro illata agere minimè
posse, quia defendi vxores à viris, non viros
ab vxoribus, æquum est; aliumque *text.* lau-
dat *Afflict. in d. constit. summo periculo. d. nu.* 7.
super *Glos.* quæ dicebat, maritum appellatione
suorum non contineri, *tex.* nempè *in § patitur,*
inst. de iniur. vxorem scilicet pro iniuria illata
viro agere non posse, nisi suam etiam concer-
27 nat iniuriam; vt si vir conviciaretur, esse me-
retricis virum, *Jo. Fab. & Aretin. in d. § patitur,*
insequuti à *Farinac.* In sublimitatione, quam
nectit *in q.* 105. *de var. & extraordinar. crimin.*
num. 275. quamvis in 3. *ampliat. num.* 169. dista-
tans regulam adductam in eadem *quæst. inspect.*
6. *num.* 253. quod ratione affectus iniuria facta
vni, etiam alteri facta censeatur, *l.* 1. *§ item au-*
tem, ff. de iniur. dixisset ex eadem *l.* iniuriam fa-
ctam vxori, esse factam viro, citans *Petr. à Plaz.*
de delict. cap. 6. *lib.* 1. *n.* 16 *&* 23. latè etiam di-
sputantem, an contumelia facta vxori magi-
stratus pari puniatur pœna, ac si ipsimet Ma-
gistratui illata fuisset; in qua dicit, esse viden-
dum ipsi oppositum asserentem *Clar. in §. iniu-*
ria, vbi de communi, & *Natt. cons.* 6. *num.* 1.
subdens sub *num.* 270 esse casum in *dict. § pati-*
tur, vti pro iniuria vxori illata, maritus, ita, vt
28 si suam propriam defleret iniuriam, agere pos-
set; etiam si ipsa mulier, remisisset, & ibi sub
num. 171. de iniuria facta sponsæ, ac nurui sub
num. seq. in quo declarat, quis præferatur pater,
an socer, vel ambo admittantur. Undè ex his
eiecta opinione *Tartagl. in dict. cap.* 2. *num.* 30.
nàm iis, quibus reconciliandi ius competit,
iisdem ius accusandi tribuitur: cum ius ineun-
di pacem, & ius querelandi, sint æquiparata,
ex multis docet *Farinac. in dict. quæst.* 13. *nu.* 1.
& in qu. 14. *num.* 1. *&* 25. *vers. nàm ut pluriès*;
& *de Ponte in d. §.* 4. *à num.* 19. promiscuè vtitur
argumento à iure vindictæ ad ius remissionis,
& è contra, in mem. *decis. de Franch.* 611. *Reg.*
Rev. in dec. 2. *num.* 4. & declaravimus suprà in
hoc eodem *ritu sub num.* 17. sequitur, vxorem,
aliis, ad quos ius querelandi, vel remittendi
spectat, cessantibus, admitti; quidquid de iure
communi illam cæteris consanguineis, etiam
29 hæredibus, præferendam fore, dixerit *Farin.*
in d.

in d. qu.13.num.15.ex Ant.Gomez.& Plaza in locis ibi adductis; & regulare esse, dixit idem *Farinac.in d.quaest.14.num.25.* vt ius pacis, & vindictæ vnà simùl, tam masculis, quàm fœminis competat, etiam, quod in eodem gradu masculi adsint: vt ipse sustinet sub *nu.27. vers. veràm sicut de præcedenti*, confutatis asserentibus, quos enumerat sub *num.21.* existentibus masculis in eodem gradu, non esse à fœmina pacem habendam, quamvis fœminæ longè plures, quàm masculi existant; quia licèt fœmina faydam, idest inimicitiam levare, & vindictam de suorum nece capere nequeat, ex *Glos.& DD.* suprà adductis: hoc attamen intelligi dicit, de vindicta extraiudiciali, & privata cum armis: non autem de iudiciali, accusando, suam, suorumque hoc modo prosequendo vindictam; quam esse vnam ex decem, in quibus mulier, quæ regulariter ab accusando repellitur, *l.qui accusare, de accusat. cum concord.* per ipsum *Farinac.* adductis *d. quaest.12. n. 16.* & accusare, & pacem inire potest; & ita rationi de fayda occurrit *Aretin.in l. pro hærede, §.fin.col.3.num.11.de acquirend. hæred.* ex *Bald. in l.Titia,§.Lucius,de legat.2.& in §.decedenti, qui feud.dari poss.* ibique notat, de iure Longobardorum fœminæ ius vindictæ denegari, secus de iure communi.

Et nedùm illis deficientibus, ad quos occisi hæreditas defertur: sed etiam illis querelare nolentibus, vel negligentibus, admittitur vxor; nàm cum mulier casualiter, & in subsidium ad accusandum non rejiciatur, *l.Senatus consulto*; vbi *Bald. & Odofred. C. qui accusar. non poss.* & alii apud *de Franch.in d.decis.382.num.8* inter quos *Jacob.de Butrig.in cit.l.de crimine*, dicit in specie, quod casualiter admittitur: & *Bart. in l.vxor tua,C.qui accus.non poss.* mulierem accusare posse, dicit: nisi alius existat, ad quem magis principaliter spectat; & *Gratian. in d. discept.518.num.1.* qui *de d.decis.de Franch.* 382. & de alia *decis.*100. *num.*10. memor fuit, conclusionem statuit: quod mulier ad accusandum in subsidium admittitur: videlicèt, quando desunt viri consanguinei: etiam si sint in remotiori gradu, cuius conclusionem respectu mulierum in strictiori gradu existentium, vt à viris in ulteriori gradu excludantur, non puto, esse inconcussam, ex *Farinac. num.27.* Si, inquam, casualiter, & in subsidium mulier admittitur: ergò illis, qui præferuntur, querelare nolentibus, vel negligentibus, datur vxori querelandi locus; & in hoc non esse cunctandum, inspicitur ex eadem *decis. de Franch. ibidem,& Salyc.in d. l. Senatus consulto*, ad quem in hoc lubenter recurras.

Sed difficultas oriri posset: an ad dignoscendum, ipsos querelare nolle, vel negligere, sit necessaria interpellatio? nàm *Farinac. in qu.13. n.2.* post traditam regulam, quod accusandi ius proximioribus, exclusis remotioribus, competit, per *text.in l.si plures,de accus.* cum aliis iuribus, & DD.de communi testantibus ibi relatis: illam ampliat a. sub *num.6.* vsque eò proximioribus competere: vt si ponamus, remotiores in accusando prævenisse, atquè diligentiores extitisse: non proptereà essent proximiores excludendi, sed præferendi, quando accusationem instituerint, secundùm *Petr. à Plaz. in epit.delict 39.num.18.* quem multas rationes congerere, dicit, in terminis illius *Reg. legis*, easque etiam de iure communi procedere: & plura allegat iura, per quæ probatur: quod existentibus proximioribus in tempore querelandi, sequentes in gradu non admittuntur; & semper in tempore esse, dicuntur: nisi per interpellationem in mora fuerint constituti, *l.lecta, § pen.ff.si cert.pet.* cum ipsis consanguineis leges nullum constituant tempus, intrà quod ad accusandum coarctentur; & adeò hoc esse verum, *Petr.à Plaz.ibidem* sub *num.19.* inquit: vt si remotiores in accusando prævenientes aliquas erogassent expensas, illas non à proximioribus posteà comparentibus, & ipsos excludentibus redhibebunt; quia hoc accusandi ius ipsis proximioribus, non remotioribus competere, cogitare debebant, argumento *text in l. si demùm, §.idem si quæris, ff.locat.& l.quibusvis diebus, §.1.de cond.& demonstr.* & quando tempus non est præstitutum, & dies non est apposita: mora absque interpellatione non contrahitur; & notatur in *l si pœnam, quand. dies leg. ced. l.quod te, ff si certum petat. l. si ex legati causa, ff. de verbor.oblig.l.magna,C.de contrahen.empt.l.si post tret, ff. de cautian.* Et quando aliquid dari, vel fieri sub pœna promittitur, est interpellatio necessaria, vt in mora constituatur, & pœnæ fiat locus, *d.l.si pœnam,ff.quando dies leg. ced. l.fin. de fideiussor.* & *Innocen. in cap. extirpandæ, de præbend.1.col.ad med.* docet, quòd in factis, & dispositionibus negativis, vt quis in pœnam incidat, iudicis requiritur monitio: cuius theoricam ibidem adnotasse *Host.Io.And.Card.Ant.de Butr.Abb.Anch.Archid.Felyn.Bald.Imol.& Alex.* in locis allegatis per *Farinac. qu.34. num.128*, quos & alios coacervat *Gomes.var.resolut.lib.3. de cap.reor. nu.9* & propriè in hac materia *Gratian.d.discept.518.num.5.* dicit, priùs explorandum esse, an aliquis accusare velit: cum mulier ex præcipiti festinatione non audiatur, & probatur expressè in *d.l.Senatus cons. C. qui accus. non poss.* in illis verb. *ipsi deliberare debent*, & per ipsum *ten.*vbi *Bald.* notatur esse ipsos, ad quos pertinet, explorandos, an accusare velint; & *Farinac.* communem esse hanc sententiam, dicit in *tit.de carcer.dict.q.34. nu.45.* vbi hanc conclusionem adduxit ad probandum, fideiussorem de præsentando infrà tempus statutum, in fideiussionis pœnam non incidere, non accedendo infrà illud tempus; sed ita demùm, si fuerit requisitus, vt ibi sub *num.125.* adducens *tex.in l.fin.C.vt infrà cert.temp.* & nonnulla alia iura, per quæ probatur, quod etiam in iis, quæ certum habent à iure præstitutum tempus; adhuc sinè interpellatione mora non contrahitur; licèt ipse *Farinac.in quaest.de interpellatione facienda fideiussori*, posteà sub *num.129.* adducat DD. & rationes, quòd interpellatio non requiratur, vsquè ad *num.132.* subdens sub *n. 133.* primam opinionem esse magis communem, secundam verò in puncto iuris magis probabilem ex *Gomesio & Olasc.* in locis ibi allegatis, ibique defen-

defendere distinctiones; quibus vtramque opinionem salvare conatur *Osasc.* docens sub *num.* 134. ipse *Farinac.* quod in Urbe, quando istæ fiunt de præsentando fideiussiones: semper obligare fideiussores servatur, de præsentando infrà mensem absque vlla requisitione: per quæ verba dicit, quòd omnia dubia cessant, nullaq; requiritur interpellatio; sed quamvis cum ista cautela sic indubiè concludat *Farinac.* tamen *Muscatell.in prax. fideiussoria, modo septimo*, ponendo hunc fideiubendi modum de præsentando infrà tot dies absque Curiæ requisitione? disputat, an adhuc ita sit necessaria requisitio, & dicit, quòd primo intuitu nulla videtur cadere posse difficultas, prout dixit *Farinac.* & fundat à *num.*1. vsquè ad 5. quod nulla requisitio requiratur; sed posteà sub *num.*8. à *vers. sed adverte*, adducit ea, per quæ ad requisitionis necessitatem vigere dixit: concludens, quòd licèt requisitio non esset necessaria, cum illi renunciaverit: attamen citationem omninò esse faciendam ad dicendum causam, quare non sit, accusanda pœna; aliter esset contra charitatem de facto contra fideiussorem exequi, qui fortè legitimam excusationem de non præsentando haberet; imò nullo modo ad attendendum astringeretur, ut dixit in modo 5. sub *num.* 11. & per iura, & DD. quæ ibi allegat; & pro ista opinione plura adducendo, & discrimen ponendo inter requisitionem, & citationem prædictam residet, vt saltem ista citatio præcedere debeat; licèt cogitandum relinquat; & de necessitate requisitionis, quando ista non sunt apposita verba, *absque curia requisitione*, videas abundè per ipsum *Muscat.* in præcedentibus sex modis.

Sed quamvis hæc, & quamplura alia adduci possint, ad fundandum, interpellationem fore necessariam, vt locus ipsis mulieribus in querelando fieret: attamen ex adverso, posita hypothesi, quod multum effluxerit temporis, infra quod absque vllo impedimento consanguinei accusare potuissent: posset plurimùm dubitari, quòd ista non sit necessaria interpellatio; sed quòd sufficit, illud effugisse tempus, infra quod querelare potuissent; nam in casu, de quo in *l.1 C.de his, quibus vt indig.* vbi hæres omittens multam defuncti necem, excluditur à fisco ab eius hæreditate; cum ibi nullum fuisset statutum ad querelandum tempus, neque aliquid de interpellatione ad querelandum facienda, fuisset in illa lege dictum; DD. quæstionem posuerunt, quando fiscus ab hærede non querelante hæreditatem auferre poterit; & *Azo.* in illa *rub. n.*7. dicit, in ipsam pœnam hæredem incidisse, vel quando fuerit illud tempus clapsum, quod per iudicem fuerit statutum; vel illud infra quod accusare potuerit: vel si elapsum quinquennium fuerit; & ad *Azon. in d. loco* super hoc quæsito se remittit *Isern.in tit. quæ sunt regal. verb.& qui, ut indig. fol.* 192. à *ter.in C. cum addit. Lipar.* & post *Azon. Glos. Accursii*, qui *Azonis* discipulus fuit, vt refert *Cotta in memorab.in verb. Iurisperiti, fol.mihi* 384. *in d. l.* 1. *C. de his, quibus, vt indig.* verb. *reddere*, eadem mutuatus à suo magistro Azone, ipso tamen suppresso, refert dicta ex eisdem legibus ab *Azon.* allegatis; quam *Glos.* sectatur ib. *Cyn.* & ad eam se remittit *Bart.* quærendo in *dict. l.* 1. *num.* 2. quantum temporis elabi debeat, vt omissa dicatur, duas refert opiniones; primam dicentium, quòd tunc in illa pœna incidatur; quando à iudice illud tempus statutum fuerit elapsum, per simile in *auth. de hared. & falcid. §.illud*, quem *text.* ad hoc ibidem *Glos.* allegavit; sed *Bart. in concord.* adducit *text. in Auth. hoc amplius, C. de fideiussor.* alteram, quod tantum tempus labi sufficiat, intra quod occisores accusare potuerint; & accersit in argumentum illam legem, quam adduxerat *Glos. ibidem l. si ita stipulatus essem* 14. *de verbor. oblig.* quam legem summavit idem *Bart.* stipulationem committi, cum tantum pertransisset tempus: infra quod factum explicari potuisset; sed in *dicta l.* 1. notabiliter dicit esse videndam *Glos.* 2. *in d. l.*1. & advertendum dicit in delictis negativis, seu quæ in non faciendo committuntur, sufficere illud labi tempus, infrà quod facere potuit; & additio *Paris.* refert *Angel.in d.l.*1. inferentem ad syndicos, qui delicta ibi commissa denunciare tenentur; quod si statim, cum potuerint, non indicaverint: in pœnam comminatam incidant, *Bald. in ead.l.*1. supradictam theoricam *Glos.& Bald.* explicando à *num.* 13. dicit, quòd iudex ad accusandum, hæredem cogere potest, *l.si quis homicidii, in verb. coges, C. de accusat.* sed si iudex nullum statuerit terminum: dicit, *Glos.* respondere, vt cum primùm poterit accusare, debeat, & pro ista *Glos.* facere *Bar. in l.in cognitione, ad Syllan.* vb dicit, crimina quæ in omittendo fiunt, perfecta esse dici, si tantum affluxerit tempus, intra quod adimplere potuit, & non est adimpletum; docens ex *Bart.* quòd, quamvis per legem dicatur cum conditione (si non denunciaverit, si non accusaverit, & similia, solvant tantùm pœnam) illa lex de sua natura hunc habet intellectum, vt si cum primum poterit, non denunciaverit; demum rationem adducit, quare in casu illius legis *prima*, si illud tempus, infra quod acceptare poterat, effugisset, in illam pœnam incidat, quia fisco sit mora re ipsa; & sic videtur concludere, quòd ideò dictum illius *Glos.* procedit, quia pœna fisco quæritur; & ibi ad ipsum *Bald.* additio *lit.l. verf.& est ratio*, adducit coincidentia iura; & arguenda contra istam per *Bald.* adductam rationem ex *cap. communicamus, §. moneantur, ent. de hæretic.* solvit, quòd ideò ibi monitio requiritur; quia non de pœna publicam respiciente vtilitatem agitur, sed de pœna pro privata causa, vbi videas; & sic cum ista additione dici posset, quod in aliis, in quibus pœna non venit applicanda fisco, non sufficit illud labi tempus, infra quod perfici potest, sed requiritur monitio iuxta *Innocent.* theoricam *in d. cap. extirpanda*, quam in contrarium adduxit *Bal. sub num.*30. sed non respondet. Verùm cum ratione *Bald.* concordat *ibid. Salyc. num.*5. eandemque tradit conclusionem, vt delicta in omittendo dicantur perfecta, si illud elapsum esset tempus, intra quod perficere potuit; & ibi additio, in *verbo omittendo in*,

quit,

quit,quod ista assertio est contra *Innoc. in d. cap.extirpanda*, sed an illud de *Innoc.* objecto respondet *Paul.de Castr.in d.l.1. num.*6. dicens, quod *Glos.in d.l.*1.quam dicit semper produci in maleficiis negativis,loquitur,quando ille,qui omisit tenebatur ex officio.*Innoc.*quando non ex officio.*Iason*.verò in eadē *l.*1.*n.*9.vbi ponit cōtra esse falsi *Gl.*de dicto *Inn.*dicit,*Bald* posuisse pro speciali in fisco,& eū *Bald.*continere *Jo de Anan.in c.excom. in vlt.col.de rapt.* quos dicit,nihil allegare ad probandum, quod fisco re ipsa absque interpellatione fiat mora, & proindè ipse adducit authoritates; si ergo concludit cum responsione *Bald*.quod illa *Glos.* theorica sit specialis in fisco; ergo in aliis interpellatio requiritur; & ibi additio *lit.F.* verbo *monitio*, subnectit, quòd, quoties ob cessationem, vel ob non factum quis in pœnam incidere debet nunquam pœna committitur, nisi monitione, vel interpellatione præmissa; & esse communem opinionem, dicit post *Dec.consil.*73 *col.*5 *in fin. Villalob.commu.opin.lib.*11.*verb.monitio,Gomes.§. ex maleficiis,nu.*49.*Inst. de actiõ* cui opinioni arrident adducta per *Franc.Aretin.consil.*149.*à vers.his tamen non obstantibus* 2. *col.* & propriè *in vers.sicuti in dispositione legali, supra nu. & sub num.*3. vbi docet, quod in dispositione legali pœna non committitur propter delictum in omittendo, nisi præcedente monitione, seù interpellatione, ad tradita per *Innocent. in d. cap.extirpanda*, cujus doctrinam dicit,summoperè favere, quando legatarius qui ad modum implendum est expressè à defuncto obligatus, sed pœna privationis imponitur à lege; & licèt *Bald.in locis ibi allegatis, Abb.& Moder. in dict. cap.extirpanda*, allegent contra dictum *Innoc. Glos.in dict l.*1.tamen dicit (eorum pace,) quod non ex eo,quod ad constituendum in mora,sufficit,illud esse elapsum tempus,infra quod actus perfici potuisset, sequitur, ut interpellatio non requiratur; nam etiam posito, quòd sit vera opinio, monitionem sanè requiri, adhùc tanta mora, per quam ille actus perfici possit, requiritur per iura, quæ ibi laudat; in quibus, & si sanciatur id esse perficiendum intra tempus, in quo perfici possit, adhùc tamen requiritur interpellatio, ex *Bart.*post *Glos. in l. si penum, quando dies leg.ced.*& dùm *Bart.in l.inficiando, §.infans,de furt.*pro constituendo in mora dicit, sufficere, tantum elapsum esse tempus, quod commodè explicari actus potuit, allegat *Innoc.* hoc tenere in *dict.cap. extirpanda*, vbi *Innoc.* monitionem requirit; ergo *Bart.*id etiam multò magis nitidè affirmat, lubnectens, quod si quis pertinacitèr interpretari *Glos.Bart.ac DD.*vellit, monitionem nullam penitùs requiri; dicit, in themate suo esse alitèr sentiendum.

Ex quibus DD. oppositā loquentibus colligere possumus, non esse inconcussam opinionem dicentium, satis esse, si illud delabatur tempus. Accidit olim; quod cum quædam accusasset in M. C. V. interfectorem sui viri interempti in oppido Castri Mariæ de Stabia, quæ Neapolitana erat, fuit per Serenissimum Ducem Parmæ vetitum ipsius Civitatis Dominum petita remissio in eius territorio in personam sui vassalli, & à suo vassallo, ex quo interemptus filios in eadem Civitate suos similitèr vassallos ibi existentes, reliquerat qui in querelando matri præferuntur: non obstante querela per Neapolitanam vxorem in Magna Curia exposita, vt ex sæpiùs suprà relata *decis.Domin. de Franc.*38 *a.* & ex *dict. pragmat.*8. vxori sui viri hæredi non existenti, omninò accusandi potentiam denegante; maximèque non exploratis filiis, qui ob non expositam querelam, neque negligentes, neque in mora dici poterant; dum mater, quæ filiorum occisi erat tutrix, nomine filiorum accusare non curaverat. Sed tamen in M.C. & deindè in S. C. Dux Parmæ succubuit, teste *d.Præs.de Franc.Merl.lib.*1.*contr.for. cap.*16.fuit enim pro vero habitum, interpellationem,atque explorationem haud necessariam fore ad constituendos in mora præfatos occisi filios: cum illud pertransisset tempus, infra quod accusare, seù querelam instituere poterant.

Vndè cum Supremorum Tribunalium M. C. & S. C. sententias habeamus, quas vel exteræ nationes venerantur, ab illis nobis de Regno deflectere, nefas erit: & maximè cum illam opinionem communem, & notabilem asserat *Farinac. in d. quæst.* 34. *num.*129.& ad illam comprobandam sit, sic notasse *Bart. Paul.de Castro, Salyc. Alex.Jason.Jacob. de S. Georg. Roman.& Felin.in loco ibi alleg. & Gomes. lib.* 3. *de capt. rior. variar.resolut sub num.*9. vbi quæstionem disputat de fidejussore, qui de sistendo aliquem infra certum tempus se obstrinxerat: an statim elapso tempore, pœna sit commissa, vel interpellatio præcedere debeat; eumque allegasset jura, & DD. ad probandam interpellandi necessitatem, dum removere contendit obicem *mem.Glos.in d.l.*1. plura dat responsa,& in sexto vocat opinionem *Glos.* communem;& eam præcedere dicit, quando ex tali negligentia, & omissione quis in delictum incidit: secùs verò, quando flagitium non patraretur, quia tunc monitio oporteret, per *Bart.* mentem *in d.l. in cognitione ad Syllan.* Hinc censeo, optimam esse illam *Glos.* opinionem, super qua hæc duo nostra suprema Tribunalia fundarunt sententiam. Accedat, quòd *Francis. de Aretio in supra citata loco*, qui videtur illam *Glos.* & affectarum impugnare opinionem, dum monitionem denegat, postea super *num.*4.*vers.non autem p sumus*; loquendo verè, & formalitèr tuendo dictum *Innoc. in dict.cap. extirpanda*, dicit *Innoc.* doctrinam esse veram, vbicumque per legis dispositionem aliquis alteri ad dandum, vel faciendum devineitur, huius dicti rationes afferens; at quando aliquid fieri per legem præcipitur,& ex illo nullum ius alicui privatim exurgit: sicuti quòd tutorem filio petat, vel mater hæres defuncti necem vlciscatur: vt tunc interpellatio minimè requiratur; & sic residet transeundo ad suum casum de legato, vel modali, vel conditionali, vt quoad interpellationem diversum sortiantur effectum, de quo nihil ad nostram quæstionem; licèt *Bart. in d. l.*1.*num* 4. agens de illius *Glos.* dicto, asserat dispositionem legalem magis vltimæ voluntatis quàm contractui æquiparari, ibiquè *add.vlti-*

ma alios idem afferentes recenset; & aliàs in S. C. in quæstione, an patre de filij nece querelare negligente, soror virgo in capillo querelans, fori electionem habeat ex *l. vnica*, *C. quando imper.* non fuit dubitatum, an opus interpellatione fuisset, vt pater tanquam negligens sorori in querelando locum faceret; sed solùm, an quia virgo est in patris potestate, hoc careat privilegio, sicuti caret pupillus, vt in *decis.*100.*D.de Franch.* (quam *decis.* examinant, DD. quos adduxi in *ritu* 230.*num.* 26. *lib.*2. addimus *Thor. p.*3. *compend. decis.* verbo *virgo*, *Giurb.decis.*80. *Novar.de elect.for.sect.*2. *q.*13.*tom.*1. *Consil.Prat.ad Muscat.p.*2.*Glos.competens*, *à num.*7. *Altimar. ad Revis. decis.* 49. *ex num.*1.*Loguuar.ad Rovit.pragm.*1. *de remiss. Cons.Capiblanch.de Baron.tom.*2.*cap.*44.*num.*13. *Consil.de Xarr. decis. Sard.* 72.) *sub num.*10.*&* 11. mihi videtur indubitatum, ponere, patre, vel alijs masculis negligentibus fœminam admitti, nulla habita ratione de interpellatione; deque ea etiam nulla excitata quæstione:sed solùm, quia pater fuit in querelando negligens, fuit admissus filius per viam electionis fori ad querelandum, vt ex *decis.* relata per *Reg. Rov. decis.* 49. & satis dum hæc S. C. sydera notant hujusmodi de interpellando controversiam: & vtique ipsi, & alij, qui in suffragijs adfuere, si requireretur, interpellationem quippe oppofuissent.

Num verò requiratur, vt remittant partes, si nullam apud judices exponere querelam voluerint,
30 & in iudicio partem nequaquam fecere, inquirit noster *Carav.* in hoc *ritu num.* 20. qui perbellè confutatis obiectis relatis à *Luc. de Penn.& Parid.*concludit, compositionem ne-
31 quicquam fieri posse: nisi verè ante ipsam præambula partis remissio oblata fuerit: nixus præcipuè Ritu remissionis præludium requirente ex illa dictione, *nisi*, quæ pro forma eam re-
32 quirere videtur, ex dictis ab eodem *Carav.in Ritu* 189.*q.*2.*& Rit.* 251. *q.*2. quibus in locis de huiusmodi dictione, *nisi*, & de ijs, quæ pro forma requiruntur, loquitur; cui inhæret *Reg. de Pont.de potest.Proreg.cit.tit.*1. §. 4. *num.* 36. concludens de iure Regni, nec gratiam, nec compositionem hoc casu fieri posse; nam vigore rituum remissio præcedere debet; & illa fieri debet coram officiali, & in scriptis ex *prag.*
33 7.*de composit.& unic.de remiss.part.Aaut ment ad Gramm.decis.*24.*ex n.*2. & an coram Actuario? diximus in *rit.*202.*ex num.*2.*lib.* 2. vt liberà appareat de voluntate remittentis: & fiant remissiones voluntariè, & non coactà, *Rota in Cremon.rescissionis contractus* 159. extortam dicens remissionem per vim, vbi timore, vel minis, vbi etiam inconcussivis precibus superioris; proindè interrogari debet remittens, quà de causa remissionem agit, si vi, timore, prece, pretio, vel amore, ex *pag.*27.*de offic.mag.iustit.* §. 32. verum inter nobiles, satis esse, pacem in-
34 ter eos fuisse factam, eamque loco plenæ remissionis haberi, dicit *Thor. in compend. decis.* in verb. *remissio*, *p.* 1. & in *addit.ad Apout.cit. loc.* laudans singulariter *Joseph.Sesse dec. Aragon.* 101.& hoc *Carav.* sectatus fuit dogma *Feller.* *in comment.pragm.*8. *de compositionib. nu.* 101. nec dissentiunt *Scialoy.in prax.for indic.cap.* 24. *num.*75.*Reg.Capyc.Latro dec.*71.*lib.*1.cujus meminit *Loguuar. ad Rovit.in pragm.*2.*num.* 1. *de abolit.* citans quoque *Aut.de Ball.in tract.crim. lib.*5.*quast.partic.q.*10.*tit.de indult.gener.num.* 31.

Oppositum verò videtur *Mastrill.* sustinere, tam in *comment.indultus,cap.*24.*n u.*23.quàm *in dec.* 205. *num.* 19. & ipsius *Mastrill.* effatum, ex nostratibus sunt amplexi *Novar.decis.*63.*ex nu.* 2. *Cons.Paschal.de patr. potest. in additian. post eius tract.*licèt ipse *Paschal.in eodem tract.par.*2. *cap.*1.*num.*77. in hac thesi, quoad compositionem, *Carav.* atque *Reg.de Pont.* opinionem sectari videatur: nàm quamvis suam non exprom mat opinionem; nihilominùs primam *Luca, & Parid.* referendo, & posteà præfatam *Caravit.* atque *de Ponte*, in eam opinionem pedibus, vt dicunt, *ire* videtur, quam vltimam refert: prout dicimus de *Glos.*quæ pluribus relatis senten-
35 tijs, afferunt in ea considere, quam extremo loco percenset, *l.si idem cum eod.* vbi *Angel.* ex illo *tex.ff. de iurisd.omnium ind.* & concordantes laudat *Bolognin. in auth. habita*, *nu.* 259. *C. ne fil. pro patr.* nisi *Glos.* primò suam protulerit sententiam: deindè sequatur, (alij dicunt) quia tunc non in vltima, sed in sua prima, est dicendum, consedisse, ex *Jason. in dicta leg. si idem cum eod.* §. *si una actio*, *num.*3.*in* 3. *lim.* Maximè quia in dubijs quæstionibus pro reo est iudicandum, *l.inter pares*, *de re iud.*

Quin *Mastrill.* haud contradicit *Feller. & Carav.* tradens, in compositionibus, non autem in indultu loquutos fuisse ex expressa nostrorum rituum dispositione; & nectit, sic ostendere *Tartagl.in pragm.*8.*de composit. n.* 4. sed in indultu expressè habetur, tunc demùm remissionem requiri, quando per priùs fuisset inquisitus accusatus, ex verbis indultus, ibi: *accusati*, quod si non fuissent accusati, partis remissio vtique non requireretur; & hanc expositionem ipse corroborat verbis illis sequentibus, *in casibus, in quibus partis remissio necessaria est*; Siquidem cum accusatio tempore indultus non inveniatur interposita, & post indultum non admittatur, nisi legitimè constaret de aliquo impedimento, & per partem non stetisse, vt in sæpiùs suprà *memorat.decis.*205.*nu.*33.*& in dict. cap.* 24. *in fin.* igitur sumus in casibus, in quibus partis remissio non est necessaria, vt in specie in *d.decis.*205.*num.* 19 probat, Principis indulgentiam delictum supponit; cum illùd non reperiat, meritò admitti haud debet, ex *Decian. in cap.*35.*tit.quando abl.imped.accus. num.* 67. vbi adducere meminit *Ruyn.cons.*60.*n.*5. Prætereà dicit ipse, quod frustrà gratia, atque indultus elargiretur, cum nemo indultu gaudere posset, ex quo in omni casu adesset persona offensa. Et demùm ad ipsius opinionis munimen affert observantiam illius M. R. Cur. & ita decisum ex illo S. R. C. Eandem etiam opinionem sustinet in hypothesi, quando ille, qui accusare poterat, noluit profectò; sed tantummodò instigavit, testes producendo, & alia contra reum moliendo: vt adveniente indultu, il-

lius

lius instigatoris nonsit necessaria remissio, vt
in *eod.cap.24.nu.84.vers.ego tamen.*
Sed adversùs *Mastrill.* exarata posset satis ratioona-
bilis hæsitatio oriri, in hypothesi quoque in-
dultus; nam in illo oedùm dicitur *de quibus-
cumque delictis, de quibus fuerint accusati*, vt
perpendit ibi *Mastrill.* sed etiam dicit, *delati,
accusati, vel inditiati*; & sic ex illis verbis si-
gnificat, ne dùm loqui de delictis, de quibus
fuisset ioquisitus, accusatus: sed etiam ad fisci,
vel delatoris instantiam, vel quocumque modo
in judicio deductus.
Indè pergentibus vlteriùs indulti verbis (*qua om-
nia locum habere declaramus, quoad eos tamen,
qui legitimam remissionem, & pacem ab offen-
sis habuerint,*) est dicendum, remissionem fo-
re necessariam, tàm in criminibus, de quibus
fuissent accusati, quàm de quibus delati fuis-
sent, idest occultè accusati; delatores enim di-
cuntur, qui ea, quæ occulta sunt, detegunt,
Isidor etymolog.lib.10.sub lit.D. vbi quid differt
36 à delatore, & deferre nomen alicuius, ooo est
propriè accusare; sed ante accusationem, apud
judices, vel magistratus aliquem de aliquo cri-
mine denunciare, vt ex *Cic.in Verrem 2.* ibi: *Ser-
vi cuiusdam nomen defertur: is accusatur, fi-
cti testes in eum dantur*, & diximus suprà *eo-
dem rit num. 5.* hæcque *Cicer.* authoritas, cum
alijs memoratur à *Decian.lib.3.cap.2.* inquiren-
te, an, & quando accusatio à denunciatione
differat. & verbum desero ab accuso; ibique
37 multa notat de huiusmodi verbis, deferre, &
delatore, arguere, nunciare, vel denuotiare,
indicare, postulare, conqueri, insimulare, cri-
minari, vel crimini dare, & accusare. Quinì-
mò in iodultis cum passim dicatur: *de omnibus,
de quibus fuissent suspecti, delati, & accusati,*
est meritò dicendum, remissionem obtinendam
à reo, etiam quod de delicto accusatus non ex-
titisset; nam vna determinatio respiciens plura
determinabilia, debet illa æqualiter determina-
re, *l. quamvis, & l. hæreditatem, C. de im-
pub. & l. nam hoc iure, §. sed si aliter, ff. de
vulg.& pupill.* & an ista regula semper sic indi-
stinctè vendicet locum, *Ias.* inquirit *in l.miles,
§. decem, num.4. de re judic. l. Gallus, §.qui-
dam recti, nu.16.de lib.& posth.l.in testamento,
num.5. C.de testamento milit.& l. iam hoc iure
num. 8. 9. & 1 2. ff. de vulgar. & pupillar.* id
quod magis ostendunt illa verba (*quę omnia*)
vti vniversalia omnes casus præcedentes inclu-
dentia: scilicèt, vt tam in delictis, de quibus
fuerint accusati, quàm delati, ex vi dictionis
vniversalis, cujus est omnia cumprehendere, &
nihil excludere, *Aretin.in leg.centar.ff. de vulg.
& pupillar. & in l. hæres. in princip. de acqui-
rend.hered.* & ex vi dictionis relativa, *quę om-
nia*, vel *suprascripta*, cuius etiam est, ad præ-
cedentem referre dispositionem cum suis quali-
tatibus, eodem *Aretino* teste *in l. pluribus* per
illum *text.num.2.de verb.obligat.* & ex *text. in
l.Titia, in fin. eod.tit.* & notat *in l.quę omnia,
ff de proc.*
Et *Mastrill.* obiecto, præcedentia declarari ex se-
quentibus per *l servus, ff. de leg. 1.* in casibus,
in quibus partis remissio necessaria est, inferen-
do, quod cum, non facta incusatione, non sit
ampliùs post indultum accusationi locus, eve-
nit is casus, in quod remissio non est necessaria,
occurritur.
Primò; nam *Decian.* cui *Mastrill.* innititur, asse-
rens, post iodultum neminem ad accusandum
admitti, loquutus fuit in illa abolitione, quæ
38 omne removet delictum, sine vlla restrictio-
ne, aut exceptione: prout in illa abolitio facta
per Ioannam, & Carolum in *pragm 2.de abolit.*
io qua ista clausula de obtinenda remissione si-
letur penitùs; sed in indulto, in quo illa abo-
liuntur delicta, in quibus partium offensarum
fuerit obtenta remissio in delictis, de quibus
fuerint delati, & accusati, vt in pragmatica edi-
ta per invictissimum Philipp. II. ob refutatio-
nem Regnorum sibi ab Imper. Creol. V. patre
factam, de qua in *pragm. 4. de abolit.* dicendo
in genere, *di qualsivoglia delitti, & eccessi; che
havessera commessi, a patrati, &c.* subjicit *te-
nendone però remissione di parte*, respiciendo ad
indulgentiam delictorum, criminumque patra-
torum, oulla acta mentione, quòd sint de illis
accusati, vel delati, seù suspecti; quo in casu
generaliter debet intelligi, enascitur, quod præ-
fata *Decian.* doctrina non est in casu præfati
indulti adaptabilis.
Secundò, nam illa verba: *in casibus, in quibus
remissio non est necessaria*, & deindè eadem de in-
dulto sanctio subnectit infra sub illis verbis: *de-
clarantes etiam inter casus, &c.* qui etiam ad-
ducuntur à *Clar. in pract.crimin.§. fin. q.59.* &
post eum *Farin.q.6.de inquisit nu.21.* de quibus
Mastrill. quoque *Catal.de indult.cap.26.* respon-
sum rescribens *Io. Fabij de Luca* sustinentis,
non indigere partis remissione inquisitum de
39 simplici insultu, licèt cũ sclopo emissu ictu, ex
quo oemo loquutus fuit: de quo responso me-
minit quoque idem *Mastrill.in decis.143.nu.11.*
Si ergò adsunt casus, in quibus partis remissio
non requiritur: meritò censuit iustissimus Rex,
vt in illis casibus, inquisitus remissionem pete-
re non cogatur; quunniam grave esset, reos tali
onere onerare in casibus, in quibus iuris ratio
patitur, eas esse supervacuas, & quidem frustra-
torias; *argu. tex.in l. bac stipulatio, §. fin.ff.vt
legat.seu fid.num.cau.Catalano* sic advertente in
mòx *cit.c.26. in princip.* & proindè non ritè in-
fert *Mastril.* aliàs gratia elargiretur frustrà; nam
multi adsunt casus, in quibus nemo dicitur of-
fensus, partisque remissio non est necessaria: po-
tissimùm super controventione mandati, vt ad-
vertit *Carav.in hoc ritu, sub num.2. vers. limi-
ta hunc ritum*, ac decisum scribit *Reg. Sanfe-
lic.decis.320.tom.2.* & non dissentit *Montell.in
cit.prax.8.par.5.par.In princ.* etenim contraven-
tio illa novum parit delictum ex quo nullus of-
fensionem recipit *Fraf. de Franch.decis.395. in
fin.* Hinc in nostra M.C. vlus inolevit, fieri ab
illius Regente gratiam contumaciæ absque par-
tis concordia, de quo testatur *Reg.Sanfelic.dec.
53. num.43. tom. 1.* & de consimili in Camera
Imperiali *Mynsing.sing.observ.cent.5.obser.11.* qui
quippè *Reg.Sanfelic.* in vtraque decisione, *Carav.*
in hoc est memor, nempè in illa 320. *num. 1.*
in altera *num.41.* quique *num.42.* ex ejusdem.

Carav. dictis, licere Principi parte haud concordata suspendere foriudicationis sententiam, firma remanente quoad delictum, decisumquè,
40 subnectit. Anquè requiratur instigatoris, seù delatoria remissio latè differtavi suprà ex *nu.* 4. distinctionem adhibens.

Sed si vera erit opinio, quod parte non querelante in thesi indultum, possit inquisitus illo frui;
41 erit proindè affirmandum: quod tantò magis, quando exterus fuisset ille, de cuius nece vlciscenda cum agatur, nullus existat, cui querelandi ius competat; sed in compositionibus faciendis, dicit *Carav. in hoc Rit. num.* 28. *q.* 5. quod sicuti non querelante aliquo, qui ius querelandi habet, compositio fieri non potest: quia præcedentem partis remissionem pro forma Ritus requirunt: ita etiam quando homo incognitus reperitur occisus: dicens in vtroque casu partis concordiam requiri: sed si adessent causæ tales, quæ ipsum ad compositiones iuridicè suscipiendas impellerent, moverentquè, & certò certiùs foret, adversam partem querelas quandoque propositurum, & aliquandò esse questurum apud iudices de offensa; tunc pro pœna delicti illum componere posset, præstita cautione pro partis commodo, quandocumque supervenerit: & sic in isto casu practicari posset, atque incorrectus remaneret *Ritus* 274. vbi dicitur, quod Curia componit salvo iure pacti, excepto in crimine læsæ Majestatis Divinæ, & humanæ; quin ipse *Carav. num.* 30. iudices admonet, vt ad præfatam compositionem, etiam salvo iure partis, in homicidio personæ incognitæ, vel exteri non procedat absque Proregis licentia, vt dixerat suprà in *n.* 7. *verf.* 5. *requiritur*, vbi notaverat in casibus, in quibus iudices ad compositionem advenire nequeunt, ex inhibitione fortassis *const. Rit. & pragm.* tunc quando aliqua subsistente causa ad compositionem descendere præ aptaret iudex, esset D. Prorex certior faciendus: quem arbitratur, talem
42 licentiam non concessurum; & patere dicit ex *pragm.* 2. *de compositiot.* sed admiratione ducor, cur dicat, Proregem non esse componendi licentiam concessurum; tàm re vera licèt partis remissio præcedat, oportet: tamen eum ipse *Caravit.* superiùs dixisset, has compositiones fieri vidisse, quia clausula de habenda remissione ad impossibile devincire non debet, *l. impossibilium, cum similibus, ff. de regul. iuris*, & *Clar. in q.* 58. *verf. sed quid si nullus adsit hæres*, quem remissivè ibidem *Caravit.* laudat sub *num.* 30. de observantia circa hoc in statu Mediolani, illud dicit: Senatum gratias approbare consuevisse, conditione adiecta; vt
43 quandocunque certus apparuisset hæres: tunc ille, qui gratiam obtinuit, remissionem ab eo infrà certum tempus afsequi teneatur; hanc; observantiam amplectitur Senatus Mechliniensis, teste *Christin. ad ll. municip. Mechlin. tit.* 2. *art.* 14. *num.* 5. ex *Clar. cit. loc.* ac approbat *D. Reg. de Pont. in cit.* §. 4. *num.* 32. quidquid aliter ipse *Caravit.* dixerit, quem etiam refert *Conf. Paschal. in l. sup. cit. num.* 76. licèt suam nitidè non aperiat sententiam, prout apertè à *Carav.* dissentit *Reg. de Pont. Bart. in conf.* 167. (cuius memini suprà in alio themate) & *addit. ad Angel. de malefic.* in verb. *an querelam. nu.* 11. *lit. A.* sequitur, & quàm optimè iudicio meo, stabilisque redditur illa distinctio, qua vtrum de delicto, & eius pœna, ac de illius probatione; vt condemnare debeat, si constat, sin autem absolvere: nàm si hoc vellet iudex, & de compositione para tractatum non habuerit; proculdubiò tunc in absolvendo, vel condemnando partis remissio vtique non est necessaria; sed dubium insurgit: nùm, data aliqua iusta causa excitandi iudicem ad compositionem faciendā, is impediatur, ex quo hæres, vel persona, à qua remissio obtinere debeat, ignoretur; & licèt
44 ipse, *Bart. cit. conf.* 167. effatum, adversùs suum salvare ostatur, dicens: ibi *Bartol.* casum ponere de blasphemante Deum, qui vinculis liberari potuit vigore potestatis concessæ Ministro Fratrum de pœnitentia in die Veneris sancti, & in die Nativitatis Domini: prout de hac potestate concessa multis Confraternitatibus testis est *Farin. in d. q.* 4. *num.* 32. cum clausula tamen (habita priùs pace ab offenso) prout erat in casu *Bart.* ex quo nullus aderat offensus præter Deum: à quo remissionem obtinuisse, dicebatur, ex confessione, & absolutione habita à Sacerdote; & sic inquit, *Bar.* loqui in crimine, in quo partis offensio non adest; sed offenditur fiscus, cuius delicta puniri interest; hinc nihilominus quamvis sit verum, ipsum *Bart.* loqui
45 in casu criminis, in quo nulla adest persona offensa, à qua remissio peti possit: tamen eius doctrina lucidè probat, persona non existente, tunc ad compositionem procedi posse; nectit enim ibi *Bart.* illam clausulam, de habenda pace ab offenso, referri debere ad ea, ad quæ commodè referri potest, ad *text. in l.* 1. §. *deindè, ff. depositi*, idest; quòd tunc ille minister sine remissione reos vinculis solvere impediebatur, quando illi de crimine redarguebatur, in quo para extabat offensa: at quando ex illo delicto nulla aderat pars offensa, reum è carceribus eruere, fas erat; & quidem tunc dici nequit, illam clausulam super impossibili, & non necessaria apponi; patet proindè *Bart.* ibi allatam doctrinam, & cuius consilium, ac decisionem effugere ibi *Caravit.* conatur, satis esse concinnum pro iudicibus in tali casu ad compositiones aliquas, & quidem æquas invicem descendentibus: & huic certo intellectui arrideote additione ad *Angel. in dict. verb ad querelam, n.* 11, *lit. A.* in quæstione ibi per *Angel.* excitata, quòd quando non adest persona, quæ ex illo delicto læditur, vt in sacrilego blasphemante Deum, in arma prohibita gestante, in ambulante noctu; ne delicta impunita remaneant, quilibet de populo accusare valet, ex *Bart. & Imol. in locis ibi per Angel. sub num.* 11, *adductis*, in hac, inquam, quæstione audit ipse addens, *mem. Bart. conf.* dicens, quia clausula de remissione partis debet intelligi, quando persona est certa.

Poterat tamen in dubium revocari decisio S. C. apud *Merlin. cit. cap.* 16. & de qua suprà *ver. accidit alim*, memini, ex quo illo in themate
46 filij erant in pupillari ætate, & eiusdem matris tutela; quo casu ista nolentia, seù negligen-

gentia ipsis pupillis imputari minimè potest;
neque vtile, neque nolle habent, l. pupillus,
de verbor.signific. & ibi Glos. quoad velle exem-
plificat, vt num.3. actionem remittere, l.fin.&
47 l.neq;action.C. de auctor.præst.vel hæreditatem
repudiare, l. pupillorum,C.de repud hæred.& in
specie respectu terminorum desuper examina-
torum, ex d. l.1. C. de his. quibus vt indig. est
peregrinus text.in eod.tit.l.minoribus,ubi Glos.
& cæteri,illam socordiam in minore locum non
48 vendicare, & Farin.cit.quæst.13. num.9 lau-
dat Gomes. & ad eum Laynez.lib.3. variar. tit.
de homicid.cap.3 num.53. Clar.§ fin.qu 69. Can-
cer. var.1.part.cap.6.num.18.& par.2.cap.11.n.
90. tametsi in desuetudinem abijsse, dicat Fa-
rinac. & ex Foller. testatur Clar. ibidem confir-
mant idem Farinac. in fragm. verbo fiscus, ex
num.47.Tusc lit.F. conclus 394. ex num.33.Mo-
lin.de instit.tom.1.disput.179. ex nu.5. Azeved.
lib.11.tit.8.lib.5.Recopil.Castill. de vsufruct.cap.
40.num.4. Morquecho de divis. concr. lib.1. cap.
10. num.15. & cap.6. lib.4. & quia vxor, quæ
erat tutrix, non poterat ex jure, quod non ha-
bebat, existentibus liberis, querelam institue-
re: sed ex persona filiorum, à quibus in quere-
lando vincebatur, poterat, & querelare debe-
bat, nam licèt per priùs maxima exorta esset hæ-
sitatio, an tutor, syndicus, & alij alios admi-
nistrantes ad accusandum admitti poterant, &
negativè asserebat Bart. in l. 2. de accus. Salyc.
& alij apud Farinac.dict.quæst. 12. num. 51. &
propterea dicebant, quod illi accusare debebant
49 nomine proprio: ad vtilitatem tamen eorum,
qui sub eorum gubernio extabant, attamen hoc
erat de jure communi attento: quo nemo alie-
no nomine ad accusandum excipiebatur prop-
ter subscriptionem faciendam ad talionis pœnā,
sed cum hodie hæc subscriptio ab Aula recesse-
rit, teste Farinac. quæst. 16.num. 3. & diximus
sæpiùs, potest tutor tutorio nomine querelare,
ex Clar. post alios in q 14. vers. item quæro, &
est casus in d. l. Senatus consulta, C. de his, qui
accus.non poss. vbi cum regulam statuissent Cæ-
sares: non esse mulieris, legis Corneliæ crimi-
nis reum facere, nisi res ad eandem pertineat;
infert propterea eam, de falso accusare in sui fi-
liorum causa minimè posse: cum ipsi filij tuto-
res, vel curatores habeant, quibus hoc ius com-
petere dicit: ergo in ea hypothesi, in qua ipsa
mater erat tutrix, admitti debebat ex regula,
50 quam ibi desumunt II. CC. quod vxor ad cri-
minandum ex propria persona repellitur, quan-
do tutores adsunt; & licèt text. ille sermonem
habeat, quando vxor de falso, quandoquidem
nullo modo ad se pertinet, accusare vellet; ta-
men Vinc. de Franch.in memor. decis. 382. nu.
4. ex Glos. quæ ibi generalitèr loquitur, proce-
dere intelligit, etiam in omni crimine ad se, suos-
que pertinente, quod ex multis DD. quos ibi
producit, comprobat, & ibi Glos. vnum pro-
fert verbum; nempè, quòd in casu, quo tuto-
res, vel non accusant, vel sunt negligentes:
vxor admittitur, vel eos suspicionis nota inu-
rit; itaque si tutor non accusando redditur su-
spectus, debebat ipsius occisi vxor, quæ tan-
quam tutrix in accusando diligentiam non ad-
hibuit, de ipsius tutelæ munere removeri, ip-
sosque filios de alio providere tutore; & ipso
deinde explorato, vel negligente, ipsam admit-
ti, juxtà theoricam communiter ex dict. text.
excerptam, & à DD. traditam, & maximè cum
quotidiè, & passim ex querelis remissiones præ-
via pecunia oriantur; & ipsam, licitum sit, re-
cipere. Conan.commen.lib.5.cap.7.nu.1. Anton.
Govean.lib.1.lect.iur.cap.30. Arias de Mesa lib.
3. var.cap 8. num. 5. & 6. Valeron.de transact.
tit.4. q.7. num.73.Reg. Sanfelic.decis.27 nu.18.
Domin.Antunez Portugal. de donat. reg. par. 2.
lib.1. cap.18. num. 120. & 123. Verùm admo-
nere haud omittimus Arist. & Senec. effatum,
nobilissimum vindictæ genus esse, parcere, de
quo de Petr. cons. 5. & cons 43. num. 41. non
modo honestius esse, iniuriam dono donare: quā
pretio remittere; & ex Nostratum sententia, in-
iuria citra dubium eum affici, qui illam prop-
ter pecuniam relaxat, vt est videre apud Fari-
nac.q.105 sub num.338. Baiard. ad Clar. q. 58.
num.66. quin si immodicam pro remissione pa-
tierit querelans, iudicis sententia moderanda,
51 cuius arbitrio expostulata iam quantitas taxa-
ri potest, Thesaur.decis.21.num 3.vers.ideoquè
Gasp filius, qu.forens. 26. lib. 4. Reg. Rovit. in
cit.pragm. 8. de compos. num.4. ex Novar.q.fo-
rens. 96 par. 2 & ad rem Mastrill.de indult. q.
24. nonnullos ad hoc refert Paschal de patr.po-
test.fol.56. num.129. vbi dicit notari à Tegner.
dec.6.num.13.

Hinc cum hæredes, qui necem testatoria inultam
omiserint, hæreditate privari, dixerimus sup.
vers. sed quamvis, & sub num. 46. ac addimus
aggentes, & explicantes Coler. dec.169. num. 1.
Paschal.de patr.potest.par.4 cap 8.num.20. Fran.
Cald cons.35. Massimil.Faust.cons.pro ærario class.
9.cons.4. ordin.723.in princip.& class.20. consil.
48.ordin. 1572. num. 9. dicebam in doctissimo-
rum virorum cœtu, intelligi de ultione juris;
scilicet in judicio, accusando: non de facto oc-
cidendo, Glos.in cit.l.1. verbo, inultam, C. de
his, quib.ut indignis, ex qua habes, quòd quan-
do verba proferentis possunt intelligi de jure,
& de facto: intelligenda sunt potiùs de jure; &
si cui minans dixerit, ulciscar; debet etiam in-
de ultione juris, non facti, Port. in §. si quis
alienum, num.9.instit.de inutil.stipulat. asserens,
minas non facere indicium ad torturam, pro
cujus articuli veritate, vide Hipp.in pract.crim.
§.diligenter, num.55 fol 77. necnon Clar.dicen-
tem, quòd probatis minis, & causa minarum,
sæpè vidit minatos torqueri, in pract. §. fin. qu.
21.vers.mina procedere; sic minans alicui (vin-
dictam sumam) intelligas de ultione juridica;
hinc si minatus interimatur, non tamen præsu-
mitur, quòd minans occiderit, Lopez in rubr.
de donat.int.virum, & uxorem, §.7. num.5. &
de quadam muliere, quæ dixit, (io ti farò ta-
gliar.la gamba), & minatus fuit interfectus à
suo inimico, loquitur Paris in verb. tortura cap.
6. quod malè per illas minas fuit torta; & pro-
mittens aliquem tueri de jure, & de facto: quod
non censeatur promisisse defensiones extrajudi-
ciales, dicit Mynsinger.in suis observat.cent.2.ob-
serv.19 fol.44.ex Glos. videnda in l. Seja, § fin.
in verb.

in verb. *non de jure*, *ff. de fund. instr.* promissio enim de defendendo intelligitur de justa, & non injusta defensiones, *Ruyn. cons. 43. tom. 4. num. 14.*

Ac in altera hypothesi respondi ad ornatum *text. in cit. l. 1. C. de his, quib. ut indign.* hæredem pariter indignum existimari, quoties ob ejus negligentiam, culpamque testator, à quo institutus erat, decesserit, *l. indignum 3 ff. de his, quib. ut indig.* putà, ut edocuit ibidem *glos.* si alimenta, medelasque testatori non præstit, *l. necare 4. ff. de lib. agnosc.* vel eidem infirmo medicum non adhibuit: vel fortassis imperitum expetiit, ex celebri *Ulpiani* responso *in l. quod si nolit. 31. §. si mancipium*, *ff. de edil. edict.* ex eo enim, quod nullo pacto Medicus adhibitus fuit vel imperitus: mortis causam præstitam fuisse, ex multis probant *Mascard. de prob. conclus. 1039. num. 1. Farinac. d. qu. 120. sect. 14. num. 75. vers. declarat*, *Surd. de alimentis, tit. 4. quæst. 5. num. 8. & 9. Novar. decis. 69.*

Ideoque interficere testatorem, dicitur non solum is, qui propriis manibus illum necaverit; sed etiam si culpa, & negligentia occiderit, ei Medicum non quærendo, vel rudem adhibendo, sivè in ejusdem infirmitate necessaria non exquirendo; omnibus enim his casibus (ut *Farinacii* verbis utamur,) ab eo aufertur hæreditas, tanquam ab indigno, & fisco applicatur, docuerunt *glos. in cit. l. indignum, & in l. si ab hostibus 11. §. si vir uxorem, vers. lucrifacere, ff. solut. matrim. Petr. de Bellaper. in l. hæreditas, col. 2. in princ. vers & interpretatur interfecit. Ripa in l. fin. sub. num. 155. & si institutus, Cod de revoc. don. Alex. in addit. ad Bart. in d. l. si ab hostibus 11. §. si vir, lit. E.* in verb. *si licuisset, ff. solut. matr. & in cons. 136. num. 2. & 5. lib. 7. Phanuc. de lucr. dot. glos. 14. post num 8. vers. sic quoque, Roland. cod. tract. qu 64. num 3. vers. tertio probatur ista opinio, Martin Laudens. de fisco, quæst. 42. tract. tom. 12. pag. 2. Peregrin. de jur fisci, lib. 2. tit. 3. num. 1. vers. idem est si culpa, vel negligentia sua defunctus periisset, & num. 15 Coler.* ita bis decisum referens in terminis grassantes pestis *d. decis. 159. n. 15.* prout antè eum, re solemniter discussa per *Avenionensem Rotam*, in fisci commodum decisum fuisse, testatur *Hieronym. a Laurent. decis. 21. per tot. & in fin.* comprobant egregiè *Surd. d. tit. 4 q. 5. num. 8. & seq. Farinac. cit. qu. 120. sect. 2. num. 35. Afar. de off. fisci, glos. 34. num. 164. Paschal. mem. cap. 8. num. 7. Massimilian. Faust. in cons. pro ærario, clas. 9. cons. 3. ordin. 621. vers. quod, & vers. seq. & class. 20. cons. 48. ordin. 572. num. 4. vers. cujus, Sebast. Guazz. de confisc. bonor. conclus. 13. nu. 12.* & *Tondut. qu. 115. num. 1. & 7.* contrarium tenet *Cyriac. tom. 2. controv. contr. 217.* qua de re *Consil. Marcell. Marcian.* perbellè distinguens, *consil. 3. lib. 1. Reg. Sanfelic. decis. 70.* in eadem causa exarata, *num. 5. & seq. lib. Bell. de jure accresc. cap. 7. quæst. 48. num. 18. & 19. & quæst 47. num. 45. & 46. Faustus d. ordin. 1572. circa princ. Bottiglier. de success. ab intest. cap. 2. theor. 52. num. 8. Seraphin. Massin. de confiscat. q. 24. num. 3. usque ad num. 97.*

Idque etiam si morbus ab initio lethalis appareret, proindeq; frustrà exquirerentur medelæ; quamdiù enim anima in corpore viget, vitæ tamdiù spes residet; undè *Cicer. ad Att. lib. epistol. 9. epist. 12.* inquit: *ægroto dum anima est, spes esse dicitur*; & cecinit *Theocrit. idyl. 4.*

Fidere, Batte, decet: melius cras forsan habebit.
Sperandum est vivis, functis spes nulla relicta est.

Cum non omnis, cui mortiferus morbus inest, moriatur, *l. in ratione 11. §. si. servus, testamento, ad l falcid. l. 1. §. fin. ad Senat. Cons. Syll. Tiraquell. de retract. lignag. §. 15. glos 2. num. 12.* Ideoque extremis morbis extrema remedia adhibenda, Medici dictitant; nec ægrotos licèt lethali morbo depressos sinè medicinæ auxilio perituros linquere, decet; & hanc esse veritatem ipsam, inquit *Ripa*; quia Medicus desperatam suscipiens curam, neminem ledit: prout post *Divum. Thom. 2. 2. quæst. 7. art. 3. Felyn. in cap. pastoralis, col. 3. in fin. de judic.* docuit *Ripa* ipse *in tract. de remed. ad curand. pestem, cap. Medicorum. num. 92*, & sequitur ex *Hippocr. Galen.* aliisque *Tiraquell. loc. cit.* et comprobant *Catali. Cotta, in mem. verb. maritus, in fin.* ubi multos, quibus remedia præstita fuere, incolumes vidisse, testatur, ac *Hyeron. à Laurent. d. decis. 21. num. 5.* et post *Cordub. & Coler. David. Doring. in bibliot. Jurisconf.* verb. *alimenta, pag. 1484. num. 3.*

Et in alio themate dicebam, non abnuenda tutori quædam impendia quæ erogasse dixerat, ut ca-
52 peretur informatio de homicidio in personam patris pupilli: & expensas factas, ut homicida forjudicaretur, ratas habendas: licet earum pars non constaret chyrographo, & scripturis; cum enim hujusmodi sumptus essent verisimiles, & quos ut plurimum accepisse, non fateantur curiales standum, addebam, ejus juramento. Etenim licèt tutorum libri regulariter pro ipsis fidem nullam faciant: cum possent de facili in pupillorum detrimentum magnos sumptus apponere, *Curt. in. cons. 192. num. 56. tom. 3 & consil. 300. num. 12. Escobar. de ratiocin. cap. 10. per tot.* attamen data verisimilitudine, in parvis summis creditur, *Corneus consil. 419. col. 4. vol. 3. Valenz. consil. 143. vol. 2.* potissimum si liber contineret data & accepta: ac sumptus essent verisimiles, accedente bona tutoris fama, aliisque synceræ conscientiæ, et opinionis concurrentibus adminiculis, quæ fraudem, et dolum excluderent. *Aym. Cravett. de antiquit. tempor. par. 1. limit. 4. num. 28. Surd. consil. 190. vol. 2. num. 48. & alii per Borrell. in summ. decis. tit. 22. de libris, & illorum fide, num. 71. fol. 251. Valenzuol.* omnino videndus, *cons. 78. num. 77. vol. 1. Reg. Rovit. super pragm. 6. de administr. univers. nu. 6.* ubi additio *Laganarii*, ita de libris mercatorum sermonem habent *Jas.* et alii penès *Escobar. cit. tract. cap. 11. ex nu. 15.* verisimilitudo enim operatur, ut credatur ad proprium commodum ei, cui aliter non crederetur, *l. si quis pro redemptione, §. penul. C. de donat.* alios plerosque verisimilitudinis effe-

ctus,

ctus recenset Surd. cit. consil. 890. et ante eum Tiraquel.in præfata l.si unquam, cum seq.C.de revocand. donat. et nos diximus alibi. Ideoque libro habenti plures partitas veras, fides est adhibenda quoad alias, juxta DD.relatos à Valenz. loc.cit. à num.75. et pro indubitato dixit Iaf.in repet.l.admonendi, ff de jure jurand.Paul.de Castro, cons.301.1.vol. præsertim data illarum verisimilitudine, ut optimè concludit Alciat.respons.423.num.5 Grat. discept forens. tom.1.cap. 171.Hieron.Laurent decis.53.num.3.

Hinc progredi ulterius non pigeat, & expendere de pace ipsa ineunda cum minore, & occisi pro-
53 ximiore; præsertim an tutor possit pupilli nomine querelam remittere sinè judicis decreto, & absque causæ cognitione? Hanc quæstionem dispungit Prosp.Carav.in ritu 275.num.1. & in ea siccis quoque pedibus per transeundum esse, censeo ob Farinac.integram quæst.15 lib.3.tit. 2.de accusation.qui fusissimè huic respondet hæsitationi: ut nihil amplius, nisi doctissimi viri Consil. Paschal. compendiola verba perlegenda insuper sint propterea quòd illius perutile opus post Farinacii interitum prodiit: remque istam accurata methodo enarrat, indic.cap.1.ex num. 80.expendens Præsid. de Franch. decis.535. qui aliqua delibavit; Paschal. opinionem, ipso tamen non citato, confectatur post cæteros, P. Fragos.de reg.Reipubl.Christian par.1. lib.6.disputat.16. ex num.89.vers.quares, nempè, minores posse cum authoritate curatoris remittere injuriam, seù mortem illatam defuncto, & transactionem facere: si verò sint impuberes, valeat idem exequi ipse tutor solus, ac remittere neque ad hoc requiritur authoritas Prætoris; sivè remissio, concordia, seù transactio fiat gratis: sivè pretio accepto: & in hoc minor non restituitur; expedita etenim minoribus non habere rixas, sumptibus, aut litibus consumi, ex l.minoribus 25.annor.ff. de minor. adducens Bart.in l.de fideicommisso, C.de transact. Alber.in l.Clarum, quæst.ultim.C.de author.præstan.& in l.pactum curatoris, C.de pact.ubi Bal. & in l.jurisjurandi, ff de jurejuran.& non dissentiunt Gomez 2.var.cap.3.num.66.Fachin.lib. 9.cap.43.Iul.Ferret.de re milit. cap.1. num. 49. propterea adversùs remissionem, pupillo vel minori restitutionis auxilium haud elargiri, scripsere Jacob.de Aretio in l.1.C.de in integr.restit Mantic.de tacit.lib. 27.tit.3.ex num.9.Molin.Bajard.Cald. Narbon.Antunez Portugal, & alii relati; Virgil.de legitim.pers.cap.35.num.52. Joan Bapt.Groff. post alios, in comment.ad cap. 78.Caroli V.inspec.2.integra quæst.2.potissimum num.8 Baron.de effect. min. ætat.effec.1.ex num. 10. tom. 3. atque hanc opinionem juri conformem prætoonizavit Reg. D.Joannes Enriques insimul cum D.Reg.Merlino, ipso teste, lib.1.controv forens.cap.16.num.5.

Oppositum verò sentiunt Candin.in tract.de malefic.pag.29.col.2.& Bonifac. eod. tract. tit.de pac. col.fin. existimantes, nec tutoribus, nec curatoribus, nec minoribus licere, posse remittere necem defuncti, neque transigere, & pacisci super delicto liquido, & certo: sed super dubio duntaxat, Bald.in l.1.num.70.Paul.de Castro in l.conventionem, num.4. ff. de pact. Plaza de delict.cap.45. innixi Speculatoris placito in tit. de homicid num.6. afferentis, quòd si minor vilissima quæque stabilia sinè decreto non potest alienare ex l si fundus, ff. de reb. eorum, imò nec cum authoritate tutoris donare, Nervis. consil.8.num.40.& Menoch.consil.22.num.15.ibi num.14.inquiens, nec tutorem ad donandum dari posse, quod repetit consil.31.num 37.Ruin. consil 170.num.12.& consil.106. num.27. lib.1. Barbos.in l.si ante, num. 17. ff. solut. matrim. Garsia de remunerat. num. 22. limitantes ex causa remunerationis, & in tutore Principis, scribunt Riminal.in §.1.quib.alien. lic.vel non, num.11.Bald.Pereyra, in l si curatorem, verbo, sine Curatore, num.119.C.de in integr.restit.Caponne, de pactis, qu.40.num 4. eo magis minori interdicetur remittere injuriam defuncti, deque illa transiggere, ac de pace facienda: cum super his remissio damnosa sæpè esse soleat minori: quam sententiam tutatur P.Fragos.loc.proximè citat.num.13.vers.caterum, licet asserat, utramque opinionem sibi videri probabilem, conveniunt fusè Narbon. de ætate annorum 25. quæst.19.ex. num 12. Antunez Portugal memorav.cap.19.num.82.Cancer.lib.2. cap.1. ex num. 248.Christ.ad ll.municip. Mechlin.tit.2. art.34. & art.38.num.4. quin Odd. de restit. in integr. par.2.quæst.85.art.7.num.52. Farinac. de accusat.quæst.15.num.9.vers.licet, ex Gomez.tit.de homicid tom.3.citat.cap.3.num. 66. vers. iste casus, & Vulpell.in tract.de pace, quæst.18. post Bald.ibi laudatum, non contradicunt contra tutorem: uno tantùm casu excepto, in quo inimicus sit potens: possitque verisimiliter in persona, vel bonis, novam noxiam superaddere, Io.de Amic.cons.89.Visconti in concl.iuris,verbo tutor.

Vidi tamen servari in M.C. ut prævia informatione, quòd expedit, decernatur deindè, liceat, ex dictis per Præsid. de Franch. memor. decis. 635. num.4.Baiard.ad Clar. citat. quæst.58. num.46. Viscont loc.cit.Mastrill.de indult.cap.24.num.63. & 64.Gratian.lib.3.discept forens.cap.518. Foll. in pragm.fin.num.50. de remiss. Paschal. memor. loco num 83.Ricc.collect.292.Novar. lib.2. q.forens.9. qui inquirit, an tutor ventri relictus, valeat remissionem nomine posthumi facere, antequam ille in lucem prodeat: id quod dispungit Galdas Pereyr.in l.si curatorem, verbo, sine curatore, num 27.C.de in integr.restit contendit propterea Guttierez de tutel. 2.p. cap.7. num.6. decretum esse omninò necessarium, confirmat Mastrill.de indult.cap.24.num.26.vers.& propterea, Simongel.de decret. lib. 2 tit. 6. inspect.16. num.137. quod ut cautiùs agatur, & non præcisè, putat Antunes Portugal. cit. cap.18. n.82.

Summoperè verò advertant judices; multæ enim in hoc latent fraudes, doliquè, in plurimum pupillorum (ac minorum detrimentum; plerunque evenit, quòd tutores propriæ conscientiæ, animæque obliti, clam ab inquisitis pro remissione pecuniam exigunt: eamque propriis applicant commodis absque eo, quòd pupillis offensis aliquid indè utilitatis effulgeat.

Id loquor expertus, dum essem iudex in M.C. Si-

qui-

quidem cum renuerem interponere huiusmodi decreta ex eo; quia licèt possit tutor, seù curator offensas remittere, intelligitur tantùm quoad pœnam, ac supplicium, non iam semper gratis; potissimùm quoad damna, quæ passus
54 fuit pupillus non exiguam pecuniæ summam vltrò obtulerunt delinquentes, quam mandavi applicandam in emptionem pro pupillis. Namq; quamvis semper poterant pupilli expetere damna, & detrimenta, quæ nunquam censentur remissa; attamen quando delinquentes remissionem obtinuerunt: id vel nunquam profectò fiebat, vel certè difficillimum erat factu. Hinc judices solerter perpendant criminis, delinquentis, atque offensi qualitatem; vt ea, qua par est, æquitate examinent, quæ passus pupillus fuerit. Pensitent quoque, an pupillo; & minori magis expediat iniuriam remittere, pensatis circumstantiis, de quibus *Maurit. de restit. in integr. cap.* 151. vt si agatur de iniuria violati tori, quam nec pater potest remittere, *Boer. decis.* 338. *Plaz. lib. 1. cap. 6. num. 22. Capon. de pact. quæst. 40. num. 10.* aut si magnam verecundiam incurreret ex hujusmodi remissione, illiusque honori præjudicium gigneretur; tunc enim nulla esset remissio à tutore facta, quin competeret restitutio in integrum, *Molin. de justit. & jur. tom. 4. disp. 45. num. 6. Menesius in l. transigere, num. 64. C. de transact. Cassan. in consuet. Burg. rubr. 1. §. 1. num. 64. Clar. cit. quæst. 58. num. 27. Narbon. de ætat. annor 25. quæst. 19. nu. 21. Antunes Portugal. cit. cap. 18. num. 84.*

Etiam si principalis offensi mortui adesset remissio, vt *caravit. in hoc ritu, sub num. 1. versic. intellige tamen*; qua de re *Carrer. in prax. crim. tract. de homicid. cap. vigesimo nono excusatur; num 40. Boss. tit. de pace, num. 13. Scaglion. in pragm. 8. de composit. num. 13. cap. 1. Follar. in pragm. fin. de compos. num. 82.* quid autem si remiserit in testamento, vel confessione? *Bald.* necnon *Dyn. in l. 2. ff. ad Syllan.* adduct à *Petr. Gars. à Toleto, dec. 34. Paris de Syndic. vltimâ circa prædicta, Fusc. sing. 184. Ricc. collect. decis. 2080.* Ex assertione enim statuta super ritu 192. *lib. 1.* teneri quemquam relaxare rancorem, & odium; posse autem in judicio agere ad pœnam delinquentis illa quidem suboritur conclusio altera; quòd quis remittendo rancorem, haud dicatur, remisisse injuriam, & jus prosequendi vindictam; idque *Reg. Revis.* quandoque docet *in dict. pragm. 8. num. 12.* adeòque verum existimat *Sisse*, quod etiam virtute instrumenti inita pace, minimè censeatur jus illud remissum in *decis. Aragan. 101.* cujus dictum sit nè verum, anceps est insignis *Reg. Revis.* inibi post *num. 13.* & quippe vrgenti adductus ratione, quam subscribit: deindeque restringens ad vindictam, & offensionem de facto faciendam; ac proptereà simpliciter remittens rancorem, & odiū; non intelligatur, remittere etiam accusationem, & vindictam judicialiter præstandam, per *Andream in c. omnibus, vers. nam si pace, sub nu. 4. de prohib. feud. alienat. per Lothar.* Illud autem omnium consensu roboratur, rem tenentem injuriam, & sic quamcunque vindictam: non censeri, ultrà rancorem remisisse damna, & interesse: etiam si proptereà recepisset pretium, teste *Specul. de accusat. §. 1. num. 8. Abb. in cap. 1. de injur. & damn. dato Jas. in l. 1. num. 16. ff. de pactis, Covar. Clarus, & Gomez.* quos adducit idem *Sisse, in dict. decis. 101. n. 22. & 24. Cancer. eod. cap. 11. à num. 85. Balsaran.* alios coacervans *in cap. 1. in princip. n. 16. de pace tenen. in vsib. feud.* & alii inferiùs allegandi; quorum assertionis veritatem si percipere velimus: illud ante notandum, latèque explicandum duximus, quod summis labiis *in dict. ritu* 192. tetigimus, etenim præter punitionem corporis afflictivam; quam necessariò pati, homicida meretur; & cunctis notum esse dignoscimus; expensas, medicos, cæteraquè pro occisi curatione in primis restituere debet; & si occisus officio, & artificio lucrabatur: quanti spes lucri valebat, demptis illis, quæ is absumere solitus erat, opinatur *Less. tract. de justit. & jure, l. 2. cap. 9. dub. 20.* Debita illius persolvere, non cogitur: quamvis oppositum non esse improbabile, existimaverit; sicuti, & pro expensis funerum restitutionem haud esse necessariam, addit *dub. 24.* Nec non pro anima nihil ex justitia deberi: tametsi interfectorem admonendum, scripserit: ut aliquid pro ea faciat, aut faciendum curet; quin posse Sacerdotem auricularium ob id proptereà aliquid illi iniungere in Sacramento pœnitentiæ Ex his nimirùm duplici actione, quem experiri posse ad injuriam, quà affectus est, resarciendam, justè opinati sunt Doctores: altera quippè ad pœnam, altera verò ad damna, expensas, & interesse, *l. qui nomine, ff. ad l. Cornel. de fals. l. locatio, § quod illicitè, ff. de public. & vectigal. glos. in l. qua actione, §. si in colluctatione, vers. gloria canis ff. ad l. aquil.* necnon *in l. defuncto eo, qui tenet, versic. pœna extincta, ff. de publicis judic.* quin, & hanc postremam, duplici quoque actione intentare potest, altera nempè actione civili ad vindictam, scilicèt ad æstimationem injuriæ, altera verò ex *l. Aquilia* ad damna, expensas, & interesse, *Ioan. Faber in § fin. num. 3. instit. de injur. & Abb. in cap. olim* propè finem, ibique *Marian. Soccin. sub num. 46. de injur.* quibus sic assertis, asseveramus, quòd vbi injuriæ intercessit remissio; & rancorem, & omne jus accusandi criminaliter, & civiliter, juxtà primum distinctionis caput, necnon primam partem posterioris capitis, remissum, præter antedictos auctores loquuntur alii mille, quos *Farinac.* præsertim memorat *quæst. 5. vers. amplia, 2. sub num. 11. & qu. 105. num. 365. Boer. decis. 52. num. 6. & in consuet. Biturig. tit. de jurisd. omn. judic. § 6. Mynsinger. observ. 20. cent. 4. Caball. resol. crim. cas. 248. n. 2. cent. 3.* aliique plures; & consecutivè non extenditur ad vltimam secundi capitis partem: scilicèt, ad damna, expensas, & interesse; quæ proptereà rejecisse, nullatenùs credendum sit; illumque nimirùm posse ad illa consequenda agere, & judicialiter petere, arbitrantur omnes hactenus relati Doctores; imò & si damna quoque relaxaverit, non proptereà censeatur remisisse expensas, dicit *Plaza epit. delict. lib. 1. cap. 6. num. 40. Monteleon. in praxi arbitraria, par. 4. q. 9. num. 46. Mynsinger. observat. 10. cent.*

3. ab

3. ab omnibus tamen excludi, quoties plena esset remissio, & *Hippol. de Marsil.* docet alios recensens inter *consil.crim.divers.cons.*134.n.41. *lib.*1. vbi *num.*43.& 55. peroptimè addit, quando dicatus facta eiusmodi remissio, adhuc damna, & interesse comprehendens: necnon *Conrad.in sua praxi, tit.de injur.num.* 34. *Bajard. ad Clarum, num.*58.& 20.& *Menoch. de præsumpt.lib.*3.*præsumpt.*214. *num.* 6. *Baiard. ad Clar.qu.*58. *num.*60. *Novar. dec. Apul.*10. certò videtur illa, in qua scriptum fuerit; (*remitto omnem injuriam, sivè omnem actionem civilem, & criminalem*) teste *Azevedo lib.*8. *novæ recopilat.tit.*10.*l.*2.*num.*162. sequiturquè laudatus *Sesse, num.*39. sed vbi de injuria, aut remissione nullum extaret verbum; sed pax dumtaxàt tacitè, vel expresse inita fuerit; præter rancorem, non aliud censeri condonatum, mòx scripsimus, & nunc atteximus *Paris. cons.* 165 *num.*8.*vol* 4.*Bal.cons.*196.*num.*6.*vol.*2.*Ioann.de Amic.cons.*88.*num.*4. *Bertaz. consil.crim.* 317. *num.*5.& 6.*vol.*2.*Molin.in repert or.forer.* §.*assecuramentum, in fine,* & *Mascard.conclus.*1157. *num.*120.

Quia verò à prædictis deducitur, ex occisi causa deberi damna, expensas, & interesse: perquirendum in primis venit, cui debeantur, nempè
55 successori bonorum, vel sanguinis? & bonorum successori persolvenda esse mordicùs tenet *Cancer.adduct.cap.*11.*à num.*76. fovetur potissimum *textu* percelebri per argumentum à contrario sensu in *l.si verò, ff.de his, qui dejec. vel effud.* in illis verbis: *quippè, quod in corpore libero damni datur, jure hæreditario transire ad successores non debet, quasi non sit damnum pecuniarium*; ergo si damnum est pecuniarium, de quo nos agimus, jure hæreditario ad successorem transire, ostentat; quod insuper subsistere in Regno Cathaloniæ, licèt ex illius legibus emenda pro interfecto competat hæredibus sanguinis, non autem bonorum; ad idque dicendum impellitur multis suppositis per eundem adductis à *num.* 77. *vsque ad* 80. vbi tandem ita concludit; quare idipsum, & nos concludere deberemus hoc in Regno, nihil reluctante non semel adducta *pragm.*8. jus incundæ pacis, & concordiæ relaxante hæredibus sanguinis, proximioribusque consanguineis. Verùm memoria recolimus, contrarium commendasse super *ritu* 192.*num.*2. illudque etiam jure communi inspecto diximus procedere; & nunc fimbrias dilatando, comprobamus verbis specificè loquentibus in adducta *l.si verò*, scilicet antecedentibus ad relata per eundem *Cancer.* eaque sunt; *sed si libero nocitum sit: ipsi perpetua erit actio. Sed si alius velit experiri: annua erit; nec enim hæredibus jure hæreditario competit*; volensque rationem adjicere, verbis ab ipso *Cancer.* relatis vtitur, dum ait: *quippè quod in corpore libero damni datur, jure hæreditario transire ad successores non debet, quasi non sit damnum pecuniarium*; vbi enim verba manifesta leguntur, argumentum à contrario cessat: maximè, quòd ratio etiam, quam subjicit, opitulatur; siquidem non ex damno pecuniario re vera oritur, sed ex bono, & æquo, juxta *Glos.* inibi allegantem *text.in l.fin.eiusdem tituli*, qua quidem in *lege* sancitur: liberi hominis æstimationem non dar.; illud tamen dejectum, offensumve si fuerit, judex (& sic officio judicis, & æquitate suadente) damna, & expensas suppeditari curabit; quare prosternitur etiam altera oppositio: qua adducti complures negabant, persolvi debere expensas, & damna: quia daretur æstimatio liberi hominis, quod jura abhorrent; præter enim *dict. l.fin.aliamque primam, eod.illo titulo*, *text.* est insignis *in l. ex hac lege, ff.si quadrup. paup. fecisse dicatur*, quem allegavimus indicato *ritu* 192. qui abnuendo liberi hominis dari æstimationem, annuit nihilominùs persolvi damna, & expensas, quia inutilis factus; impensarum factarum in curationem, & operarum amissarum, fit æstimatio, non personæ; & nescimus, si rationi invincibili (nostra sententia) excludenti hæredes responsio dari poterit, quam nos docuit *Puteus decis.*280.*lib.*3. à nobis relata in *eodem ritu* 192. quod cum operæ non essent in hæreditate tempore mortis, ad illas agere neqnit hæres, ad *text.in l.nam sicuti, §.si dominus, ff. ad l. aquil.* nullam concedente hæredibus actionem, quæ non competerit defuncto. Nobis autem diutiùs cogitantibus, si præfata ratio inniteretur veritate, cum *tex.in ead.l.si verò, §.sed si libero*, apertè concedat principali offenso, & sic defuncto, actionem ad repetenda damna, expensas, & interesse: tandem in mentem venit, interempto dari actionem ad illa habenda passa, & patienda pro tempore suæ vitæ tantùm: non etiam post mortem: & nè somniare videamur, remque proferre ridiculam: supponentes, ejusmodi actionem tantùm operari damna, & alia recensita, deberi defuncto, ejus vita durante: non ipso extincto: & consecutivè actionem alicui concedi ad aliquid habendum in vita, & post mortem; quod videtur impossibile, si mortem cum vita commutavit: & tamen omninò verum conspicimus. Namque habet, ni fallimur, intermedia persona sui hæredis ipsum repræsentantis, præter alia efficax, & perjucundum exemplum potest quis agere, & petere, non solùm, quod in præsentia sibi debetur: verùm in futurum debendum, etiam post eius interitum; & profertur, nimirùm experimor, sententia condemnans ad rem debitam, atque singulis annis debendam, ut probavimus alibi; cujus naturæ non est vitalitia solutio, & si multiplicetur replicatio, quod hac subsistente assertione, neque proximior illo defuncto agere queat ad consequenda damna; si illius obitu evanuit actio, & damnorum reparatio, non amplius conceditur; etenim asserimus, actionem concessam defuncto expirasse, illiusque intuitu non ampliùs persolvenda esse damna; negamus tamen, absolutè id dici posse: & sic neque proximioribus illa deberi: sed tantùm hæredibus, vt hæredibus, qui causant eorum jus à testatore, illudque ab eo rimsntur. Itaq; extincta actione, & iure ipsius principalis, extincta paritèr dicitur eornmdem hæredum actio, & jus: quod in ipsis consanguineis non consideratur, quorum metimur damnum ex pro-

pria perfecta, & consecutivè ex nova actione, quæ enascitur ex damno, quod ipsimet seotiunt propter mortem eorum patris, sivè alterius consanguinei; ac propterea ex novo jure sibi proficiscitur actio; quod in hæredibus non contingit: quia nisi essent hæredes, prætendere aliquid non possent; & tanquam hæredes aliud non adipiscuntur, quàm quod defunctus adipisci quivisset: aliamque actionem non habent præter illam, quæ defuncto competiisset; qui nisi mortem obiisset, in illius locum non essent subingressi; ejusque hæreditatem adepti. Insupèr iovestigandum superest, qualiter, & quo tempore perpenso sit æstimanda operarum amissio, stante incertitudine vitæ cujusquam Et verè considerabitur, habita ratione annorum, quibus vivere potuisset occisus, ex *text. in l. hereditatum ff ad l.falcid.* aitquè *Franch. decis.*460.*num.*6 & post *Alber.Specul.Fabrum, Angel.Lupum, Marantum, Roland. Bald. Platum, & Marquil.* defendit *Cancer. in dict. cap.* 11.*num.*71.subdens *num.*72.*&* 73.*d. l. hereditatum*, dispositionem non tantùm vendicare sibi locum in æstimando legato alimentorum; vt opinabantur, & quippè perperam *Alex. & Imol.* credentes in reliquis æstimari ad centum vsque annos, quorum tamen sententiam justè respuit idem *Cancer.* atquè in hoc etiam casu militare asserit illius *textus* legem; necnon *Suarez in l.quoniam in prioribus, 3.amplias. n.*10. *C.de inoff.testam.* plenè insuper respondens omnibus eorundem *Alex.& Imola* argumentationibus. Addit verò præfatus *Cancer.* non propterea illius legis sanctionem vsquè adeò extendi, vt veniat interpretanda io quavis controversia, vbi de æstimatione reditus ad vitam, vel de humanæ vitæ præsumptione, conjecturaque ad certum limitem reducenda agitur; & fulcitur auctoritate, *Gomes.in tit.de homicid.sub n.* 38. atque, nimirùm perpensa negotii qualitate investigandum esse, an computatio vitæ, & annorum hominis sit peragenda juxtà terminos præcalendatæ legis, nec nè; ita peroptimè admonente *Covar.lib.*3.*variar.resol. cap.*9. *num.*8. idquè multis prætereà munit exemplis, *Cravett. cons.*194.*num.*3.*&* 4.necnon *Hieron.à Laurent. decis.Avenionen.*95.*num* 6. quapropter in donatione redituum ad alicuius vitam standum esse dispositioni *l. si quis argentum, §.fin autem, Cod.de donat.* asseverat, quando æstimatio fiat ad quindecim annos: quamvis autem illius §. dispositionem attendenda esse ad omnem contractum, dixerit *Afflict.decis* 34.etenim contrarium verius opinantur, ajentes id esse speciale favore donantis, *Bal.Fulg.& Salyc.* quos insequitur *Pinell.de rescind.vendit.l.*2. *par.*3. *cap.*4. *num.*32.& *Covar.eod.c.*9. *in calce num.* 5. Ejusmodi verò æstimatio sit nè facienda ad rigorem potiùs, quàm aliquali cum æquitate adversùs occidentem ob suam defensionem? & *Navar. in Manual.cap.*15. *num.*27. credidit io æstimatione damnorum vtendum esse rigore; *Summ.* verò *Angel.* restitit, eamque sequens *Gomes.eod. tit.de homicid. num.*38. amboque annuentes, faciendam esse arbitratu judicis propter excessum tantùm, & commendat citatus *Cancer.nu.* 70.quibus addimus *Sylvest.& Sotum*, quos recenset *Lessius de justit.& jure dubit.*21.*l.*2.*cap.*9. imò & qui iojuste invasus cum moderamine, se, suaque tuendo interfecerit aggressorem, adhuc si fugere potuisset, ad nihilum teneri, nihilque restituere, devinctum esse: quia justitiam non violavit, scripsit citatus *Lessius num.* 136. collaudatque *Victorell.ad Novar.eod. num.* 27.quin & provocatus si occiderit, etiam excedendo modum, restituere nequicquam teneatur, senserunt *Bannes* 2. 2. *qu.* 62. *artic.*2. *dub.*6.*& Lessius eod.cap.*9. *dub.*26. quia provocans remisisse censetur, teste eodem *Victorello* ex eisdem *Bannes, & Lessio* deducente in *vers. provocatus, sub num.*21.id, quod voluit quoqu *Cravett.consil.*119.*num.*7.*&* 8. favetque *text.in l.qua actione, § si in colluctatione, ff.ad l.aquil.* quem laudat *Novar.decis.Apul.*10.*num.*3.*in fin.* Oppugnant verò *Thesaur.lib.*3. *qu.forens.*7. & *Præsul Ricc.dec.Cur.Archiep.*56. *p.*4. Verùm si nulla præcedente accusatione partis, sed judicis officio, & inquisitione constiterit de delicto contentio est, si in exteriori foro damnari possit ad solutionem damnorum, & expensarum, à nobis extricata *eod. titu* 192. & alia ad rem scribunt *Card. Lugo, de justit. dub.*11.*Filluc. t.* 32.*cap.*8. *num.*102. *Trull. lib.*7. *cap.* 8. *dub.*3. *Laym.cap.*5.*tract.*3.*par.*3. *num.*4.*Molin. tract.*3. *disp* 83.*n.*8.*Busemb, de justit.tract.*5.*cap.*2.*ex n.*9.

Pro hac autem juris vltione exercenda, accusando
56 fideicommittentis interfectorem, ut promerita delicto plectatur pœna, posse fideicommissi bona ab eo coostituti alienari à gravato, non vereor. Laudabilis fidei exemplum vocat *text. in l. licèt servilis* 1. *C. de precib. imperat. offeren.* conatum vel servi efflagitantis vindictam cædis domini sui. Hæredem liberum, vt defuncti necem vindicet, nisi malit sibi hæreditatem auferri, fiscoque applicari, damnant jura, vt suprà diximus. Non est ergò, cur facultatem denegemus alienandi fideicommissum pro vindicanda defuncti nece, gravato; cui adimendum à fisco esset, si vindicare negligeret. Prohibita fideicommissi alienatione, non debet censeri ea interdicta, quæ fit ex causa necessaria, *l.non solùm, §.*1. *ff de alien jud.mut.caus. l.Divus, ff.de hæred. petit.l. alienationes* 13. *ff. famil.ercisc.l.peto* 69 *§. prædium. ff de legat.* 2. *§.* 1. *in fin. ff de fund.dot.l.cum fidei* 9 *l.rogo* 21, *in fin ff de fideicom.libert. Jas. in l.fin. num.* 40. *Bart.in l.Marcellus, §.res, quæ, in princ. ff.ad S.C.Trebell. Molin.de Hispan.primogen.lib.*1. *cap.* 10 *num.*20.*Gentilis meus Petrus Ant.Petra, de fideicomm.q.*8.*num.*311.*&* 549.*vers. unum unicum. Mascard.de probat.concl.*1213.*num.*43. *Tiraqu.de retract.lign.§.*1.*gloss.*14. *num.* 1. *Tusch. litt. A. conclus.* 262. *num.* 1. *& seq.& lit. N. conclus.* 18. *num.* 1. *& seqq. Fusar.de fideicom. substit.qu.*727. *num.*1,*Gayll.*2.*obser.*137.*num.*4. *Menoch.*4.*præsumpt.*189.*num.*106. cum ingens sit necessitatis telum, & legem trucidet, *l.* 1. *ff.de offic.consul. l. item* 10.*§.*1. *ff. comm. divid. cap.remissionem, vers.sed notandum, caus.*1. *q.*1. *cap.sicut,*11.*cap.quando, de consecr.dist.*1.*Tusch. lit.N.concl.*19,*num.*1.*& seq.Gayll. de pace publ. lib.*2. *cap.* 2. *num.*3. reddatque licitum, quod

alioquin noo liceret, l. fin.in fin.C.de litig. l.per diversas, C.mundat. cap. quod non est, de reg. jur.l.qui propter necessitatem, ff.eod. manusque etiam truculeoto imperio, vt inquit Valer. Max. lib.7.cap.6.ioferat temerarias in jus naturæ, Zas. in parat.ff.comm.div.& Poli, Eccl.42.in fin.cap. quod non est licitum 4.de reg. jur. nulla autem major reperitur necessitas: quàm quæ à legis, ejusque interdùm minantis dispositione proficiscitur, quæ & præcisa dicitur à Cravett. in respons.pro genero, in Carol.num.4.Cather. decis. 167.num.4.proindè si jura præcipiunt, vt hæres defuocti oecem vindicet: secùs iodignus hæreditate habeatur; jubebunt pariter, vt fideicommissum alienet pro ea causa gravatus, qui loco hæredis est. Nemo oegaverit, posse fideicommissum alienari io casu, quem si præsensisset testator, vtique, vel nullo pacto alienationem interdixisset, vel in eo dedisset alienaodi facultatem, putà pro dote descendentibus coostitueoda, pro alimentis, Glos. & DD. in l. tale pactum, §.fin.ff.de pact. Peregr. de fideicom.art.11.num.32.Menoch.4.præsumpt.26.n.8. & præsumpt.65.num.5.& cons.14.num.12.vol. 1.Tiraq.in l.si unquam, verb.libertis. num. 27. C.de revoc.donat.Decian.cons.1.num.100. lib. 1. Honded.cons.42.num.39.& cons.58.num.15. & 31.lib.2.Fusar.de fideicom.subst.qu.734. num.4. in fideioommissis eoim voluntas magis, quàm verba plerumque iotuenda sunt, l. cum virum 16.l.fin.C.de fideicom.l.cum proponebatur, l. unũ ex familia, §.si omissa, ff.de leg.2.l.hæredes mei 57.§.1.ff.ad S.C.Trebell.l.à fratris,ff.de leg.1.l.in conditionibus primum locum, ff. de condit. & demonstr.l.in legat.21.C.de legat.l. fideicom. §. si ita quis, ff.de leg.3.Peregrin.de fideicom.art.11. num.1.& seq.Petr. de fideicomm. qu.1. num.8. num seq.& q.9.num.5.Molin.de Hispan. primog. lib.1.qu.4.num.19.Cumun.in l.peto,§.fratre, col. 3.in fin.ff.de leg.2.Gruens, cons.31.num.12. vol. 2.sicut, & in cootractibus, l.si ita stipulatus, §. item si quis, ff.de verbor.oblig. l.fin. C. quæ res pignori obl.poss.l.si in venditione, ff. comm.prædior.l.juris gentium 7 §.pactorum, ff. de pact. l. semper in stipulationibus 19. vbi glos. ff. de reg. jur.l.si uno, ff. locat.l.2. C.comm. præd. Bald. cons.417.col.2.vol.7.Curt.sen.cons.75. col.4. Dec. cons.48.Alex.cons.34.vol.2.Philipp. Matth. Marpug.cons.31.num.23.quæ vt incolumis servetur, famulari debent verba: & pati, vt ab eorum significatione recedamus, l.non aliter, 67. ff.de leg.3.l.cum de lanionis,§.asinam,ff.de fund.instr. Soccin.cons.113.num,12.vol.1. Peregr. d.art.11. num.5.cum seq.Angel.cons. 222. cum testatoris voluntas sit domina, & pro lege servanda, Novell 22.cap.4.ibi: disponat itaque unusquisque super suis, ut dignum est, & sit lex ejus voluntas, cap.ultima voluntas, 4.caus.13. qu.2. Cephal.cons.318.num.15.& Lex ipsa se ei ancillam profiteatur, & asseclam, Natt.cons.110. n. 5.in fin.Bald.in l.fin.C.de impub.& io l.quidam, C.de necess.serv.hæred.inst.Petr.d. qu. 9. num. 6. Soccin.jun.cons.84.num.1.vol.1.cur autem præsumetur testator prospexisse suis potius, quàm sibi; consuluisse necessitatibus suorum, quam suis? quæ autem major testatori necessitas, quàm ea: quippè ut plectatur digoa, ac sacratissimæ legum dispositioni cooformi pœna, qui ipsum interficere ausus fuerit.

Hoc autem ooo ausim admittere pro vindicanda nece descendentis gravati; ne proximus, cui deferendum esset mox fideicommissum, immeritus vulnera, necemque alterius cogatur deflere; casus enim uoius alteri obesse non debet.

Pro redemptione etiam patris captivi, vel etiam filii apud hostes, Bart.in l.quemadmodum, col.2. C.de agric.& censit.lib.11.& in auth. res, quæ num.10.vbi Padill.num.94.Castren.num.13.Jas. num.22.C.comm.de leg.Petr.de fideic.qu.8.num. 485.Peregrin. de fideicomm. quæst.8. num.485. idem Peregrin.de fideicomm.art.42.num.90.Fusar de fideic.subst.qu.534.num.1. Menoch.4.præsumpt.192.num.1.& seq.Socin. reg.57. limit.6. Socin.in l.Marcellus, § res, quæ num.6. ff. ad S.C. Trebell.Molin de Hispan.primog.lib.4.cap.6. num.9.Boer.decis.128 num. 2. vers. tertia conclusio, Tusch.lit.F.conclus.283.num.36. & 77. Cephal.cons.379.num.14.Tiraquell.de legib. connub.glos.8.num.283 Lambert.de contract.glos.1. num.59.Lupus, in rubr.de donat.inter vir. & uxor.§.16.num.6.& §.17.nu.17. Bonin. in tract. de pauper.in 10.Spec.circa contract.num.15. idque pro liberaodo capto ab exulibus, seù bannitis dicendum etiam est; cum sicuti bona direpta ab hostibus, putà Tureia in bello, & bona capta in prosecutione banoitorum æquiparentur, Jo:Grand. de bell.exul.spec.20. Aventmont ad Gramm. dec.71. num. 15. ita captus a Turcis, & baonitis ad paria iudicandus: eò fortiùs, quod exules nostri temporis Turcas sævitia, & feritate antecellant, idem Aventmont ad Gramm.dec.85.num.1.

Pro liberaodis etiam descendentibus à banno ca-
57 pitali posse fideicommissum alienari, arguit ex ratione verisimilis voluotatis testatoris in sua theatr.sive desisiv.discurs.100.num.5. D.Io.Baptista de Luca doctissimus sanè vir, qui celeberrimorum Urbis Romæ patronorum facilè Princeps, cum euncta penè Catholicæ Majestatis negotia, plurimorumque Europæ Principum omni laude gessisset; motu denique proprio optimi maximi Pontificis meruit, ita suis exigentibus meritis, eius Auditor eligi; & spes est apud omnes certissima, futurum quàm mox, vt purpureo decoretur galero, atque in purpurati Senatus cœtu cooperetur; qua præcellenti dignitate jamdudum profectò coospicua ejus gesta dignissimum ostenderunt; eidem opinioni adhærent Alex.in l.quamvis, col. 2. ff. solut.matr. & in l. Marcellus, §. res quæ col.1: vbi Socin sen.num.4.in fin. post Mar. sen. ff. ad Trebell.Fulgos.in d.auth.res quæ, Menoch. de arbitr.iud.cas.182.num.64.Lugdun.cons.23.

Pro obtineoda gratia: vel pro solvenda composi-
58 sitione, vt à carceribus, io quibus ob aliquod patratum flagitium coniectus existat gravatus, vendi fideicommissata bona ooo posse, putant Felyn.in cap.quæ in Ecclesiarum, num.63. ext.de constit.Bald.in auth contra cum rogatus, num.5. C.ad Trebell.Ang.in auth.res, quæ, vbi Sulyc.n.4. Castrens.num.13.Jas.num.20.de communi testatus, Padill.num.98.cum seq.Curt. jun. num. 32,

C.comm.de legat.& fideicomm.idem Angel. in l. Marcell.§.res, quæ, num.1.vbi Socin.sen.num.4. Roman.num.7.Imol.num.9.Ruyn. num.4. Claud. Aquen.num.2.Curt.jun. num. 32. ff. ad Trebell. Secur.in l.cohæredi, §.cum filia, num.275.ff.de vulg.& pupill.Crot.in l.filius familias, §. Divi, num.71.& ibi Loarez, communiter sic existimari dicens,num.142 ff.de legat.1.Cephal. conf.624. num.60.Bald.cons.20.lib.1. Alex.cons.23. nu.14. lib.1.Malvas.cons.8.num.26.Boer. dec.128. nu.2. Menoch.lib.4.præsumpt.192.num.8.& seq. Didac. lib.2.var.resol.cap.16.num.9.vers.tertiò, Petr.de fideicomm.qu.8.à num.483.Crass. in §. fideicommissum, qu.58.num.2.communem asserens esse opinionem, Surd.de alim.tit.6.qu.12. num.17. Lambert.de contract.glos.1. num.60. Marzar. de fideicom.qu.42. nè vnius culpa alteri noceat; & vt malè meritus publicè aliis exemplo,ad deterrenda maleficia, sit; l.bona fides 31.in princ. ff. depos.Felyn.in cap.quæ in Ecclesiarum, num.67. de constit.Bald.d.auth.contra cum rogatus, n.5. C.ad S.C.Trebell.sibique imputet, si ipse se arctavit, l.2.§.si quis tamen, ff.si quis caut. l. Papinianus,ff.de minor.l.fideiussor, §. sinè necessaria, ff.qui satis dar.cogan.l.si dictum.§.si compromisso, ff.de evict.cap.intelleximus, de judic.Cravet, in resp.pro gener.num.44.87.& seq.delicta enim omnibus privilegiis hominem exuunt, l. relegatorum in fin.ff.de interd.& releg.l.sed. & si ex parte, §. quanquam,ff. quod cum eo, & auxilium in executionibus pœnarum paratum non est, l.auxilium,38.in princip. ff.de minor. quicquid in oppositum senserint Socin.sen.in d.auth. res, quæ num.4.vb Fulgos. num.3. C.comm. de legat Glos.in cap.sacrorum,in glos.magn.ad finem 12.qu.2.Alex.in l.Marcellus, §.res, quæ,nu.3 ff. ad Trebell & in l.quamvis, post Bart. & Imol. ibi.ff.sol,matr.Dec.in cap. quæ in Ecclesiarum, num.30.ext.de constit.Crot.in d.§ Divi,num.66. & ibi Ferdin.Loarez,num.142.Cassan.in consuet. Burgund.rubr.4.§.1.in glos.in verbo,scontrentieles, col.4.Nicol.Boer.in consuetud.Bitur. tit. des costumes concern.les viges,& leud. jurisd. circà finem,Rimin.jun.in cons.381.num.83. lib.4. Intellige tamen, nisi gravatus esset descendens testatoris; tunc enim posse omnimodo alienari, tuentur Alex.in d.l.quamvis,col.2 ff.sol.matr.& in d.l.Marcellus,§.res quæ, col.1. vbi Socin. sen. num.4.ff.ad Trebell.Fulgos.in d.auth. res, quæ, Ferdinan.Loarez in d.l.filius familias, §. Divi, num.363.vbi Crott.num.66.ff.de leg.1. Lugdun. cons.23. maximè verò si delictum fuisset casu commissum, Menoch.de arbitr.jud.cas.182.n.64. Petr.de fideicomm.qu.8.num.484.in fin. secùs si data opera,per text.in Novell.108.cap.nobis verò, ibi: & forsitan ex studio intervertendi fideicommissi causa.Castr.in l.etiam.§ fin.ff.sol. matr. Jas. in l.non tantùm,in fin.de judic Dec in cap. quæ in Ecclesiarum, num.30.vers.secundus casus, & ibi Marc.Mant.num.64.de constit. Cacher. decis. 368.num.8.& 9.Covar.2.var.resol.cap.16.num.9. vers.secundò illud est, Fusar. qu.535. num.14. Menoch.præsumpt.192.num.9.& arbitr.jud.cas. 182.num.39.& juxta prædicta decrevit S.C. de mense Februarii 1679.in causa Gasparis Palmerii, cum Curatore dato maritagiis relictis à Laurentio Palmerio de familia Eminen.Cardin. Palmerii: relatore D.Cons.Erasmo de Ponte,in Banca Figliolæ.

Arrepta occasione à text.in mem. auth. res, quæ, advertimus, licere quoquè alienari pro sum-
59 ptibus fieri consuetis in matrimonio contrahendo nuptiarum tempore, & pro apparatibus mulieris, Fusar.de subst.quæst.531. num.40.Rota Rom.decis.556.par.1. Surd.decis.62. num.28. Jul.Capon.in l.2.qu.8.sol.mat. restringens substituta Ecclesia, & amplians ad localia vestium, & impensa scriniorum, & similes, ex Paris. cons 95.n. 12.lib.2. Fontanell.de pact. nupt.claus. glos.1.par.2.nu.8.Roland.à Valle, de lucro dotis, quæst.50.Ursill.ad Affl.decis.315. num.21. Gratian.decis. March. 318. num.7. Pro vestimentis lugubribus, Redenasc.in add.ad cons. 72. vers. adscripta num.41.Baron.in racemut.ad lib.3.de citat num.218.

At verò Reg.Sanfelic.in decis. 199. lib.2. decisum refert: posse pro impensis occasione matrimonii distrahi, & alienari capitalia ducatorum duodecim mille: expendendis tamen consulto causæ Commissario,non obstante fideicommisso prædicto; verùm de redditibus perveniendis ex hæreditate prædicta remaneant sequestrati quolibet anno 2000. qui convertantur in emptionem annuorum introituum, seù stabilium, consulto Sac. Consil.ad beneficium fideicommissi pro concurrenti quantitate dictorum ducatorum duodecim mille, qui remaneant cum eisdem vinculis, & conditionibus contentis in fideicommisso dicti Hernandi de Mejorica in locum prædictorum ducatorum duodecim mille alienatorum. In quo themate responsum edidit Aniel. de Amato rescriptum à Reg.de Mariais all.89. tom.3. & conferunt tradita à Molin.lib.4.cap.3.num.6.de primog.Hisp.quem refert R.Tap.decis.sup.Senat.20. num.30. specificè inquirens, an ex aliis bonis, in casu alienationis, sit satisfaciendum majoratui.

Hæc autem decisio fuit in controversiam revocata in S. C. in causa Marchionis S. Manghi; qui cum efflagitasset in M.C.ut sibi liceret alienare aureorum sex millia ex avito fideicommisso: fuit interpositum decretum iunctis aulis M.C. die 11.Januarii 1651. Visa comparitione, liceat pro summa ducatorum duorum mille cum obligatione depositandi infra annos quinque in publico Banco, scilicet annuos ducatos quatuor centum pro illis subrogandis in locum fideicommissi in actis deducti; verùm non exequatur, nisi facta relatione in Sacr. C.servata forma Regia pragmatica, hoc junum. Amatus. Marinsella. Fabius Apicella. Cajeta. Caccinuolus Actuarius. Quæ quidem prag. est prima de vincul.seù condit.in contract.vel testam.apposit.quomodò tollend. & utinam hæc servaretur, quam ii sanctissimi Principes simul, & juris periti condiderunt; non enim tot familiæ, tot domus ad excidium devenissent ex venditione fideicommissorum: quando ex hoc fideicommittens æternùm perduraturas, credebant: & multoties in una aularum M.C. vidi declarari vinculum extinctum, quasi accidisset casus non comprehensus in memorata pragmatica, quæ loqui-

tur

tur de vinculi solutione, supponendo vinculi existentiam, me voc ferante; agendam rem junctis aulis, utpotè causas vinculorum solutionis comprehensas in pragmatica: eum eadem militet ratio.

At facta relatione in S. C. junctis aulis Militum DD. Consil. Muscettola, & Mastrilli die 26. Januarii 1651. provisum fuit, quod, *intimatis agnatis, M. C. iterum verbum faciat*, ad tradita à *Dec. cons.* 190. *num.* 6. *molin. de primog. Hisp. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 32. deindè aliud manavit decretum die 16. Februarii 1671. *Remissa est eidem M. C. qua provideat, quod liceat illustri Marchioni Sancti Maagbi hypothecare, & obligarè pro ducatis tribus mille bona subjecta fideicommisso pro causa expressa tantùm, cum conditionibus contentis in decreto M. C. Io. Anton. de Lieco per Secret. S. C.*

A decreto S. C. confirmante illud M. C. sentiit se gravatum Marchio tùm quoad summæ diminutionem, tùm verò quoad vinculum, ut ex fructibus fieret emptio; obtinuit fieri verbum in S. C. loco reclamationis; factaque relatione, junctis memoratis Sacri Cons. classibus, prodiit determinatio. *Per S. R. C. declaratum est, benè fuisse provisum per idem S. C. die 16. mensis Februarii præsentis anni; verùm exequatur dictum decretum absque conditionibus contentis in decreto M. C. V. hoc suum. De Mercati Secret.*

Ignoro tamen, utram istarum decisionum; si casus ferret, deberemus amplecti; nàm ad defensionem decisionis allatæ à *Reg. Sanfelic.* dici potest, casum solutionis vinculi pro sumptibus matrimonii non esse jure dispositum: sed tantùm ita opinari II. CC. Proindè cum judicandum semper sit pro firmitatis existentia, & fideicommissi perpetuitate, facti pro conservanda agnatione, *Alban. cons.* 51. *num.* 17. *Cephal. cons.* 137. *num.* 38. *in fin. seq. Mantic. de conject. ult. vol. d. lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 44. *& per tot. Menoch. cons.* 280. *num.* 49. *Besold. d. cons.* 133. *n.* 23. *Hond. cons.* 63. *num.* 10. *Petra gentilis ment. de fideic. qu.* 9. *nam.* 22a. *Decian. cons.* 1. *num.* 317. *seq. lib.* 1. *Tusch. lit. F. concl.* 248. *num.* 10. *Mascard. de probat. concl.* 775. *num.* 5. *Vinc. Fusar. de fideicom. subs. quæst.* 191. *num.* 3. quam ob rem favorabile dicitur, *Aachar. cons.* 27. *num.* 6. *Signorol. cons.* 173. *num.* 3. *Raph. Cuman. cons.* 2. *num.* 4. *Curt. jun. cons.* 111. *num.* 12. *Paris. cons.* 15. *num.* 38. *Socin. jun. cons.* 181. *num.* 39. *vol.* 2. *Cephal. cons.* 137. *num.* 33. *in fin. Decian. cons.* 1. *num.* 317. *seq. vol.* 3. *Mantic. de conject. ult. vol. lib.* 7. *tit.* 1. *nu.* 44. *Tiraquell. de jur. primogen. q.* 71. *num.* 2. *Menoch.* 4. *præs.* 67. *num.* 19. *& seq. Petra de fideicom. qu.* 5. *num.* 67. *& seq. & num.* 70. *& quæst.* 9. *num.* 12. *Ernest. Cotman. cons.* 80. *num.* 89. *& seq. Vultei* 4. *Marpurg. cons.* 54. *num.* 11. *Besold. cons.* 133. *num.* 17 *seq. Tusch. lit. F. concl.* 248. *num.* 6. *seq. Marsar. in epitom. fideicom. par.* 2. *quæst.* 1. *num* 8. *verf. non omitto tamen. Grassus, §. fideicommissum quæst.* 2. *verf. contrarium. Vincen. Fusar. quæst.* 290. *num.* 3. *Philip. Knipschildt. de fideicomm. familiar. nobil. cap.* 7. *de fin. fideicom. num.* 85. *&* 87. vel ad nihilum reducerentur: vel certà enervagentur brevi temporis spatio omnis fideicommissa; præsertim hac nostra tempestate, in qua in matrimoniis eò usq; excreverunt impendia, ut excedant dotis receptæ pretium; quinimò sæpenumero sibi honori, gloriæque ducunt conjuges, in his totum patrimonium exhaurire; & non rarò ære alieno ideircò se onerant; quarè facillimè ruunt in collapsum. *Nicolaus Bers. de pass. famul. pag.* 199. *Scipio Ammiratus lib.* 3. *dissertat. polit. cap.* 8. *Gasp. Clock de arar. lib.* 2. *ca.* 43. *num.* 4. *fol.* 389. & his verbis ingemit *Jul. Clar. §. donatio q.* 10. *num.* 3. *& experimur, quòd infelices mariti absequentes ambitioni uxorum, plus expendunt in ornamentis, quàm recipiunt pro earum dote*; meritò vestium certi generis, atque armillarum, seù aliorum ornamentorum delatio, & si jure communi mulieribus haud prohibita sit: multis tamen Civitatum statutis est interdicta, *Bar. in l. unic. num.* 1. *C. null. licer. in fran. equaest. lib.* 11. *Menoch. de arbitrar. judic. lib.* 2. *cas.* 80. *num.* 114. & in Regno adest *pragm. sub tit. de vest. & famul. prohib.* certa vestium ornamenta prohibens, & *Reg. Rov. ibidem in illius commentar.* de qua *pragm.* meminit *Camp. in extravag. de vita, & honest. cler. num.* 4. super verbo *habitum*, & ex *Platon. in lib. de legib.* admonet *Guilhelm. Anthon. à Freunsberg. de rescript. morator. tit.* 10. *concl.* 68. *num.* 25. *lit. HH. verf. vndè, & Plato*, tùm maximè Reipublicæ pestem metuendam, cum novis commentis homines delectarentur; novos corporis gestus, novasque vestium suppellectiles accerlentes: ornatus enim nimius est reprobatus *Luc. de Penn. in l.* 1. *Cod. nulli lic. in fran. & c. lib.* 11. nè homines depauperentur, & ut vivant juxtà eorum qualitatem; & notandum consultò in *mem. pragm.* expressè fieri de mulieribus mentionem, quæ aliàs sub prohibitione minima comprehenduntur, *Cassan. in cal. glor. mund. p.* 2. *consid.* 37. *verf. dixi hic*, ad quarum mulierum defensam videndus *Tiraq. ad ll. connub. leg.* 3. *num.* 20. & ad rem *Franc. Marc. sing* 83 *qui sing.* 65. inquirit, an vestes deferri prohibitæ, veniant in legato vestium, quidvè non existente hujusmodi statuto? *Roman. sing.* 628. *Anton. Corset. sing.* verbo *legatum*, ac *Jo: Aud. in regul. ea quæ à Judice, de regul. jur. in Novell. qui num.* 11. examinat, si mulieres non nuptæ statutis super ornatu à Principe factis obedire obstringentur; & *n.* 12. quid in nuptis; itidemque inquirit, an hujusmodi ornatus ab Episcopis prohiberi possit, necnon *Tiraq. loc. cit. num.* 14.

Et quidem nonnè erit summum privilegium posse pro dictis expensis alienare capitalia, & stabilia obnoxia vinculis, & fideicommissis: ac deinde ex fructibus cæterorum bonorum intrà certum tempus reficere cum commoditate gravati absque eo, quod ullum persolvat interesse? Cogitandum deniquè sibi erit, id redundare ad commodum tam sui, qui fruetur rei subrogatæ fructibus, quam suorum descendentium, & vocatorum, idque oppidò perpendi debet à judicibus, ne pereant fideicommissa, quæ hodiè (pro dolor!) diversis, & penè infinitis quæsitis prætextibus dissolvuntur. Cogitet scilicet testator ad cogerenda, coacervanda, concumulanda vincula suis prædiis; in dies inquiruntur

novi

nnvi astus, vt illa solvantur. Hinc debet homo posteria, non tam bona, quàm bonam mentem deprecari; illa enim licèt maxima dilabuntur facillimè; hæc vel minima quæque in immensum concrescunt.

Pro altera S.C. decisione dici potest; quòd quando efficiendæ essent ex fructibus quantitates alienatæ, nullum esset privilegium; imò esset maleficium, cum adigatur gravatus reddere ex fructibus; Jura autem, & DD. qui has prærogativas dotibus, antefato, &c. tribuerunt; ne cogitarunt quidem de hujusmodi subrogationibus, sed privilegium liberum, & absque vinculis sunt elargita. Hoc autem vinculum esset quandoquè maximo incommodo: si fructus, & redditus fortassè non sufficerent ad congruam gravati, ejusque vxoris, ac liberorum substentationem; si enim prohibita alienatione, prohibita quoque intelliguntur universa media tendentia ad finem alienandi, argumento à contrario sensu (quod jure fortissimum appellatur à *Papiniano in l. 1. de offic. ejus*): permissa alienatione, permissa censentur media ad finem alienandi ordinata, maximè quod in themate *R. Sanfel.* pater testatur filium fideicommisso rogatum expressè hortatus fuit, ut condigna matrimonia contraheret. Quàpropter, ut ferè utar verbis *Vlpiani*, cujus obitus fuit *R. Sanfelic. in l. mulier 22. §. cum proponeretur, ad Trebell.* dici non potest in eversionem fideicommissi factum, quod & filii honori, ac patris voto congruebat. Prætereà *Reg. Sanfelic.* ad tuendam decisionem illam, qua pronuntiatum extitit, esse deindè impensas supplendas ex fructibus fideicommissariæ hæreditatis, nititur *tex. in cit. auth. res qua*: in quo de fructibus ne vnicum quidem verbum exprimitur; adducere potiùs debuisset memor. *§. cum proponeretur*, ibi: *quod si tantus fructus*. Quàpropter plurimùm in hoc judicum arbitrium valere, censeo; qui solerter respicient, sedulòque pensitabunt casus, qui fortè accident; circumstantias, quæ emergent: familiæ decus, fideicommissi, ejusque redditus vires: & si quæ sint alia, quæ possent subitò erumpere; cum aliud dicendum videatur in optimatum conjugiis, aliud in mediis, aliud demùm in infimæ conditionis hominibus; non enim facilè permitti debet, vt vetustissima, ideòque præclarissima domus extinguatur deficientibus liberis, non sequutis nuptiis: quando iis sequutis, possent fortassè progigni, qui eam excitarent: & diutiùs, atque in ævum producesent. Gerat se igitur judex, ut diligens pater familias: præsertim ut in unoquoq; casu sumptus non sint immodici; sed necessarii juxtà familiæ dignitatem non desint, ut perpendit *Capon. in cit. l. 2. qu. 2. qu. 8. solut. matr.*

Possunt quoque alienari, ut suppeditentur alimenta liberis fideicommittentis: vel si ea nun-
60 quam fuerint constituta, vel etiam si constituta perierint, *tex. in auth. contra cum rogatus, in fin. C. ad S.C. Trebell.* ibi: *vel si non habeat, undè faciat expensas, & in Novell. 108. cap. si verò contigerit, neque ipsum habere ex aliquibus causis, undè faciat expensas, ex tali restitutione, etiam has facere, damus ei licentiam*; ubi *Angel.* verbum illud *expensas* interpretatur, nempè victus causa, vel pro alimonia, teste *Menoch. præsumpt. 191. num. 6.* ita tenet *Surd. de alim. tit. 1. quæst. 27. num. 4. tit. 4. quæst. 9. num. 38. & qu. 37. num. 19. & tit. 8. privil. 19. num. ù. Bart. in auth. res, qua, num. 9. C. comm. de leg. & in l. quemadmodum, col. 2. C. de agric. & censit. Cordub. in l. si quis à liberis, §. utrùm, num. 21. ff. de lib. agnos. Rom. cons. 267. Feder. Scot. respons. 4. n. 32. lib. 1. tom. 2. Hieron. Gabr. cons. 153. num. 17. lib. 2. Jo: Bapt. Pontan. tract. de alim. q. 17. nu. 32. Lambert. de contract. gl. 1. nu. 54. Benin. tract. de pauper. qu. 8. spec. 10. in contract. num. 14. Intrigl. de substit. art. 42. num. 86. Nicol. Everar. in loc. à dote ad alim. 71. num. 2. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 6. num. 8. Honded. cons. 72. num. 7. lib. 1. Menoch. 4. præs. 191. num. 1. & seq. Peregrin. de fideic. art. 42. num. 86. Graff. §. fideicommissum quæst. 57. num. 6. Fusar. de fideicom. substit. quæst. 536. num. 1. Romul. in l. filius familias, §. divi, num. 231. ff. de legat. 1. Castrens. in d. auth res, qua num. 13. ubi Jas. num. 31. Curt. jun. num. 30. Angel. num. 6. Fulgos. num. 6. Padill. num. 78. C. com. de legat. Petra de fideic. qu. 8. num. 480. Alex. in l. si divortio, ff. solut. matr. Cravett. cons. 35. num. 31. lib. 1.* communem esse hanc sententiam, scribunt *Ruyn. cons. 199. n. 8. vol. 2. Curt. jun. loc. superiùs cit. Rom. in d. §. divi, n. 131. & seq. ff. de leg. 1.*

Sicuti enim res, quæ restitutioni subjacent; atque adeò prohibentur alienari, vel obligari: si liberis portio legitima non sufficit ad dotis, sivè donationis propter nuptias obligationem pro modo honestati personarum congruo: sinunt jura, ut alienentur, vel obligentur, per *tex.* expressum *in auth. res, qua, C. comm. de legat.* ita, & in alimentorum causa dicendum est: cum utrobique eadem militet ratio, *Menoch. 4. præsumpt. 191. num. 3.* ac dos, & alimenta æquis passibus procedant *Glos. in l. ob æs, C. de præd. min. Everard. in loc. à dot. ad alimen. 71. num. 1.* etenim sicuti cautum est legibus, omninò paternum esse officium, dotem, vel ante nuptias donationem pro sua dare progenie, *l. fin. C. de dot. promiss. l. qui liberos, ff. de rit. nuptiar.* ita, ita, & alimenta, *l. si quis à liberis 5. §. 1. ff. de lib. agnos.* & ibi *Bart. Romul. in l. filius, §. Divi, num. 132. Glos. in d. l. ob æs, C. de præd. min.* cum naturæ stimula ad vtrumque pater adigatur, *l. 1. §. penult. ff. de just. & jur. l. unic. §. taceat, C. de rei uxor. act.* imò, & majori favoris prærogativa censetur decorata causa alimentorum, quàm dotis, *Petra de fideic. quæst. 8. num. 480. text. in l. 1. & 2. C. de patrib. qui fil. distr.* favet *tex. in auth. res, qua, C. comm. de legat.* cum non minùs intersit Reipublicæ, mulieres esse dotatas, ut viris in connubium tradantur, quam ut à mortis faucibus eripiantur; necare enim videtur, qui alimoniam denegat, *l. necare, ff. de liber. l. de pecoribus 5. Cod. in l. Aquil.* utrobique uno calamo DD. Ac si nimia pressus paupertate, egestateque impunè jura transgreditur, *Romul. in d. §. divi, num. 133.* sic victus causa filium, filiamvè pater vendit, *d. l. 1. & 2. C. de patr. qui fil. suos distr.* præsul res Ecclesiæ alioqui alienationis immunes distrahit, *cap. aurum 70. caus. 12. q. 2. l. sancimus, C. de sacros.*

sccl.

*eccl.*quos noo licebat, Propositionis panes David comedit, 1. *Samuel.* 21.*vers.*6. cur denegetur, veodi fideicommissum?

Quin & pro adolescentis studio vendi posse fideicommissum, testatur *Menoch d. præsumpt.* 191.
61 *num.* 12. *vers.secundus est casus*, *Curt.iun.in auth.res*, *quæ*,*num.*13.*C. comm.de legat.Fusar. de fideic.subst.quæst.*540.*num.*2. *Paleot.de noth. & spur.c.*47. *Ramul.in d.l. filiusfam.§. divi*,*nu.* 136.*& seq.ff.de legat.*1. *Intrigl. de subst.cent.* 3.*q.*73.*num.*402. *& seq.* si alia bona libera non adsint, *Bald. in auth.ex testam.num.*5. *C.de collat.Castren.in l. qua pater*,*ff. de famil.ercisc.Ripa l.*1 *num.*141. *ff. sol.matrim. Menoch. d. præsumpt.*191.*num.*21. nec immeritò; literæ enim licet eas in principibus quasi gemmas, io nobilibus aurum, & argeotum, & io plebeis plumbum dixerit *Nicolaus Betsius de pact.famil. illustr.cap.*10 *fol.*721. re tamen vera plebeos extollunt, nobiles decorant, & reges ad ea gubernandi subditorum moderamina provehunt; vt fere suprà seipsos dici elatos posse, affirmaverim; quæ quãtopere sint necessariæ nobilibus viris, vide *Knipschildt.in tr.de ord. eques. iur, & priv.lib.*1.*c.*12.

An autem, vel doti, quæ tot coruscat irradiata
62 privilegijs, literæ possent præferri? fuit nuper revocatum ad examen in S. C.

S.quidem Antonius de Salvia in suo vltimo voluntatis elogio condito in anno 1586.hæredem instituit voiversalem venerabilem ædem sanctissimæ Aonunciatioois huius Civitatis: hac lege, vt fructuum hæreditatis medietatem sacra domus sibi pro xenodochio retineret: expenderet alteram, tùm pro dote puellis, sive consanguioeis, sive affioibus testatoris, tum pro subsidio studiorum adolesceotibus ipsimet testatori, vel ex consanguinitate, vel etiam affinitate coniunctis, qui iurisprudentiæ, aut medicinæ operam navarent, coojunctionis semper prærogativa servata; explicuitque certam summam, nempe singulis puellis aureos centum, singulis adolescentibus aureos triginta in annos singulos eorum studij, dummodò non protraheretur vltrà septennium.

Cum verò fructus noo sufficerent vtrisque legatarijs, exorta fuit cooteotio in S.C. vtri eorum foreot præferendi; à quo, referente D. Consiliario Francisco Rocco, prodijt die 23. Martij 1665. decretum maodans, studentes post puellarum maritagia concurrere debere: confirmatumque in gradu reclamationis sub die 18. Aprilis 1667. Demùm cum iostitissent studentes, declarari per S. C. quatenus non videretur, fore ipsos simpliciter præferendos, debere saltem insimul cum puellarum dotibus concurrere: ejusdem supremi Senatus dogmate de mense Februarij 1679. me relatore, fuit declaratum: *quod præferantur in concursu fœminæ consanguineæ pro maritagijs habentibus consanguineis: affines affinibus; salva provisione facienda concurrentibus fœminis affinibus cum studentibus consanguineis, pro quâ partes informent*; in Banca de Fusco; à quo decreto cum reclamassent studentes per viam restitutionis in integrum.

Præferendas fore puellas, contendebat earum patronus, vt prænominatas studentibus in testamento; cum sit certissimi juris, primò nominatum præferendum secundò nominatis, *text. in l. qui solvenda non erat*, *ff. de hered. instit.* ibi: *qui solvenda non erat*, *servum primo loco, & alterum servum secunda loco heredes scripsit; solus is, qui primo loco scriptus est, hereditatem capit*. *Nàm lege Aelia Sentia ità cavetur, vt si duo, pluresve ex eadem causa heredes scripti, vt quisque primus scriptus est, ita heres fit*. Rationem assignat *Glos.* verb *qui primo: quasi maiorem ad eum affectionem habeat*; est eoim maxima conjectura ad favorem primò nominati, *Staib.resol.*18.*num.*12.*&* 17. *tom.*1. cum ordo scripturæ ordioem voluntatis indicet, *arg. l. quoties*, *ff. de vsufr.* sequitur *de Franch. decis.*138. idque maximè procedit in dote: quæ privilegijs majoris efficaciæ, præ studeotibus fulcitur; cum non modò cooslderetur in puellis publica vtilitas, vt Respublica hominibus redundet; sed conservatio etiam publicæ honestatis, *Napod. in consuet. si qua mulier. haben. fil.num.*4. & in concursu maior habetur ratio de habeotibus causam magis favorabilem, & piam, *text.in l privilegia*, vbi *Glos.ff.de privil. credit. Novar.in privil.*22. imò dos gaudet etiàm privilegio libertatis: cum ad paria iudicentur, quià eadem militat ratio, *Gizzar.decis.*24 *n.*25. At data hypothesi, quòd studentes, & puellæ essent eadem privilegij specie muniti, respectu publicæ vtilitatis; noo ideò sequeretur, quòd deberent pariter concurrere: cum ioter privilegiatos eadem specie privilegij detur maius, & minùs privilegium, habito respectu publicæ vtilitatis, vèl maioris rationis, & causæ: quæ inest in concessione vnius privilegij, quàm in alio, ità *Sanfel.decis.*358. *nu.*32. *cum seq.tom.* 3. vbi refert, quòd quando intuitu alicuius miserationis, lex concedit privilegia fœminis, & maribus etiàm scholaribus: semper causa miserabilior est ipsius fœminæ, quàm scholaris, seù masculis; & consequentes vi maioris miserationis præferri debet: sicuti in casu electioois fori inter viduam, & scholarem, docet idem *Sanfel. d.decis.*358. *cum seq.* quæ doctrina non solum procedit in vidua, verum etiam in nuptis, quando agitur de repetitiooe dotis ipsarum, vt dixi ego *in rit.*233.*num* 3. *tom.*2. & in *nu.*11. addidi, quod licèt scholaris fruatur privilegio, forum eligendi, non tamen variandi, sicuti ipsa vidua, vèl nupta pro dotis recuperatione; illud enim fuit causa commiserationis concessum fœminis, non verò scholaribus; ita etiàm docet *Capyc. Latr. decis.* 193. *numer.* 32. *tom.* 4.

Neque esse piam studij causam, addebat: cum nulla in eo consideretur pietas, aut spiritualitas, *Bald. in l.*1. *ff. de legat.* 2. *Tiraq.de privil. piæ caus.in præfat.in apostill.legatum causa studij*, *text.in l. illud*, *C. de sacros.eccles.* in *l. si quis Titio*,*ff.de legat.*2. nisi fuerit Sacræ Theologiæ, ex *DD.* citatis; hiscè autem pietate infulis decorari maximè relictum causa dotis, quæ ad communæ vergit publicæ honestatis munimen, *Tiraq. vbi supra fol.*6. *in apost.legatum dotis*. dixeram ego super *ritu* 233. *nu.*3.

& æquis

& æquis passibus ambulat cum quolibet legato pio, *Staiban.resol.106. num. 76. tom. 2.* quarè præfertur cæteris omnibus legatis: & est dedùcenda tanquam æs alienum ab hæreditate, idem *Tiraq. in præfate titulo, privil. 2. num. 3. & privil.72.pag.96. Bart. in l.2.§.1.ff.de privil.credit.Ricc.in addit.ad d.privil.72. Bald. novellus, in l.1.num.47.ff.de sol.matr.* alijquè à *Tiraq.* adducti; etiàm promisse ab extraneo; quià doti datur actio ex stipulatu, & semper censetur vestita stipulatione, *tex. in l. unica, §. & ut pleniùs, versic. sicut enim & stipulatione, C. de rei uxor.action.*

Proindè, etiàm si esset posterior in tempore, præferri debet omnibus alijs creditoribus habentibus hypothecam tacitam, sicuti in legatarijs, *text.in l. assiduis, C. qui potior. in pign. Capyc. Latr.decis.47.num.2.* etiàm fisco, *Staiban. resol.69.num.34.& 37.tom.1.* & cum gaudeat privilegio alimentorum: nullam potest pati diminutionem, alijs concurrentibus pro rata, idem *Ricc. ad Tiraq. in d. privil. 72. pag. 96. vers. tamen.*

Retundebat illud, quod in legatis non detur prius, & posterius, habita consideratione prænominationis; quià legata eandem fortunam consequuntur, *de Franch. decis.236. Capyc.Latr.dec. 12.* isti enim loquuntur in legatis non privilegiatis: & quando hæreditas nunquam est solvendo, iuxtà *text.in l. quoties, ff. de usufruct.* qui disponit, quòd relicto usufructu duobus Titio, & Caio: primus nominatus percipit fructus primi anni: secundus alterius anni, sicuti in casu nostro; studentes enim non percipientes aliquid huius anni, percipient alterius anni: fortè non concurrentibus fœminis consanguineis, vel affinibus; proindeque exclusio studentium non est perpetua, sed temporanea; Nec opitulatur, quod legatum causa studij æquiparetur causæ dotis; quià quando vàl hoc esset verum, nullum vindicaret sibi locum, concurrente dote; cum fictio cedat veritati: & privilegium concessum ex persona mea, in mei odium non est retorquendum, argumento *l. si index, ff. de minor.* sicuti privilegium quod quis mutuatur ex persona minoris, contra minorem ipsum uti non poterit, *Reg. Revit. decis. 90. nu.7. cum seq.* ita à pari, cum privilegium studij causæ concessum, sit à dote mutuatum per extensionem, & communionem, non poterit his armis dotem iugulare; ita in simili casu docet *Revit.d.decis.90. num.7. cum seq.* pro qua dote in ambiguis est pronunciandum, *Ricc. in addit.ad Tiraq.privil.185.pag.189.*

Clamabat contrà studentium patronus, D. Hieronymus Campanilis vir morum suavitate, & doctrina conspicuus, indubitati iuris esse, legatum factum pro studij subsidio esse pium, plurimisque privilegijs vallatum, ut docent *DD. in l.1. ff.solut.matrim.* latequè *Tiraq. in tract. de privil.piæ caus. in præfat. col. 5. circa medium*, & nullibi iure cautum reperiri, fœminas pro dotibus præferendas legatis causa studij; quinimò oppositum expresse deduci ex *text.in auth. habita, vers. quis enim, C.ne fil. pro patr.* ibi: *qui enim eorum non misereatur, qui amore scientiæ exules facti, de divitibus pauperes, semetipsos exinaniunt, vitam suam multis periculis exponunt; & à vilissimis sæpè hominibus (quod graviter ferendum est) corporales iniurias sinè causa perferunt.* Cuius ratio forte erit: quia æque pia, & favorabilis est causa omnis, quæ publicam respicit utilitatem: cum non minus reipublicæ intersit, civitates hominibus repleri: quàm easdem virtute præditis regi; quamobrem non essent puellæ præferendæ; vel saltem deberent insimul concurrere, prout uberrime discusso articulo concludit *Petr.Barb.in l.1.ff.solut.matrim.p.7. in princ. numer.23.*

Re iterum discussa in S. C. fuerunt confirmata decreta in mulierum beneficium; & die 20. Maij 1679. manavit sortitum, *non esse deferendum petitæ in integrum restitutioni*, suffragia meum relatore præstantibus DD. Præside S. C. Duce Cæliarum, & Io.Baptista de Afflicto. Unus verò ex dominis, decernendum arbitrabatur, ut studentes concurrant æqualiter geometrica proportione, ac per æs, & libram; ductus, quod pari privilegiorum aggere sint vallata; cùm non minus una, quàm alia istarum causarum ad bonum publicum conducat; sine coniugijs enim nasci soboles nequit, quæ urbes repleat, sine literis autem adolescere nequeunt homines, qui orbem regant. Vere namque studium dicitur pium, & æquiparatur causæ dotis, ut tradit *Alex. ad Bart. in l. cui annuum, ff. de ann.legat. & in l. Sticus liber esto, de legat. 3. Gratian.* qui alios adducit, *lib.1. discept. forens. cap.62. num.3.* quod expressè docuerunt DD. ut tradit *Roman. in l. donatio, §. pater, ff. de donat.* pro omnibus studijs, etiam extrà Theologiam, ut ait *Bald. in l.1. volum. 12.ff.de legat. 2.* refellens quosdam, id ad unum Theologiæ studium coarctantes; & tendit ad publicam utilitatem, *Alex.max cit. ad Bart.in l.unic. §. ita, ut unicuique nu.3.C.de studiis liber. urb. lib. 10.* maximè si sit iuris prudentiæ, per quam lites dirimuntur, concordia servatur, & res dubiæ certificantur, ut tradit *Cic. 1. de orat.* illis verbis: *domus uniuscuiusque iurisconsulti oraculum est Civitatis: quia cives de rebus incertis pro eos certi dimittuntur*, quinimò *Bald. in l.1. in princ. col. fin. ff. de iust. & iur.* appellat quemlibet iurisconsultum præceptorem: concinitque *Nat.cons.1.* qui licèt in advocatis loquatur, adhuc tamen ad professores extendit *Gratian.lib.1.discept.forens.cap 186.* & nil dignius advocationis munere, per quod peregrinum negotium ad suas trahit molestias, ut laboribus subveniat alienis; firmat *Cassiodor* ab eodem *Grat.* adductus *loc.cit. num.7.* subdens *num.8.* scholasticos pro advocatis apud Iuristas accipi, adducens *tex. in l. 2. Cod. de lucr. advoc. liber. 12.*

Itaquè cum studij causa, ac dotis æquiparentur: oritur conclusio, nempè legata pia diminutionem pati, si hæreditas omnibus non sufficiat, *l. si post missionem*. ubi *Bart.ff.ad l. falcid.* quam allegat *Iason. in l. si quis testamento, §. 1. ff. de leg. 1.* privilegium enim unum per aliud conquassatur, ut in propriis terminis fundat, decisum.

cisumque tradit per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam *Ricc. in decis. 221. in fin.* vbi allegat *Ias. & Bart. in l. si quis testamento*, §. 1. & 2. *ff. de leg.* 1. Idemque docet *de Franch. in decis.* 236. *num.* 2. vbi D. *Luca* latissime *in obseruat.* & pro indubitato probat *Bart. in auth. similiter, nu.* 4. *C. ad l. falcid & Peregrin.* ex eo *in tract. de fideicomm. art.* 4. *num.* 63. & ita fuisse iudicatum à nostro supremo Senatu in causa creditorum Comitis Murconi, tradit idem *Ricc. in cit. decis.* 221. *in fin. Reg. Rovit. decis.* 57. *nu.* 24. *Consil. Staiban. in addit. ad resol.* 92. *nu.* 108. *lib.* 1.

Et hanc eandem sententiam, legata æqualiter pia diminutione pati, probat *Tiraq. in tract. de privil. piæ caus. priv.* 72. ibiquè *Thor.* quæ opinio est magis in Regno approbata, vt tradit *Capyc. Latr. cit. decis.* 12. *n.* 4. in causa Ducissæ Rhodij: qui etiam adducit *eod. num.* 4. enunciatam S. C. decisionem in causa Comitis Murconi; & ita fuisse servatum in causa, in qua scripsit *Molfes. cons.* 13. testatur ipsemet in *fin. eiusdem cons.* vt notavit *R. Capyc. Latr. loc. cit.*

Neque obicem vllum offerre debebat illud effugium: testatorem nempè fœminas priùs vocasse, atque adeò præferendas studentibus; tum quia liquebat, vnica oratione, & copulativè puellas, & studentes fuisse vocatos per coniunctionem, & *anco*, quæ verba denotant orationis connexionem, & ampliationem; nàm particula illa, *Et*, coniunctionem cum altero operatur, *Socin. iun. cons.* 40. *num.* 18. *lib.* 2. *Natta cons.* 573. *num.* 14. & auget dispositionem, *l. si abiiciatur*, *ff. pro facio*, *l. & tamen adiectio*, *ff. de legat.* 3. *Alex. cons.* 120. *num* 1. *lib.* 1. & particula illa, *anco*, quæ latinè vertitur, *etiam*, est ampliativa, *l. extraneum*, *C de vulgar. Caluin. in suo lexic. iur.* io verb. *etiam*; tum quidem, quia iuris dispositione ex tali priori denominatione non inducitur argumentum prælationis, vt clarè patet ex *text. in l.* 5. §. *qui prior, ff. vt in possess. legat.* vbi licèt testator quosdam legatarios in testamento, & quosdam in codicillis (qui est fortior casus) nominasset: & talia legata, quædam essent profana, & quædam pia, concurrere nihilominus inter se debere, satis apertè idem *tex.* disponit, ibi: *inter legatarios autem nullum ordinem servamus: sed simul omnes æqualiter tenemur*; per quem *text.* sic vnanimiter tenuerunt *Franch. decis.* 536. *in fin.* vbi latè *de Luc. in obseru. Reg. Capyc. Latr. in dec.* 12. *lib.* 1. *Ravit. in decis.* 87. *Ricc. dec.* 121. quin etiam pro legato Missarum concurri, decisum refert *Angel. Maria Verricell. in qq. legal. tract.* 8. *q.* 64. *ex num.* 15.

Nec obstat *Peregr. de fideicomm. art.* 4. *à num.* 59. *vsque ad* 64. vbi voluit, legata dotium præferri cæteris legatarijs, ea ratione: quia dos succedit loco legitimæ, quæ descendentibus debetur; quicquid enim sit de hac *Peregr.* opinione, illa non adaptatur nostro casui: in quo desunt testatoris descendentes; dum nunquam filios habuit; & mulieres vocatæ pro dotibus non fuot ex eius descendentibus.

Quin studij favorem magis privilegiatum esse, quàm est dos, ex eo nonnulli arguunt; quia pro dote alienari possunt bona fideicommisso subiecta in descendentium duntaxat beneficium non transversalium: at pro studio; etiam in transversalium; imò & filij naturalis, *Fusar. de subst. q.* 140. *num.* 2. *Castell. de donat. int. patr. & fil. tract.* 1. *discur.* 2. *par.* 11. *ex num.* 45. *Consil. Staiban. in obser. ad resol.* 73. *ex nu.* 53. *lib.* 1. & *resol. cit.* 92. *num.* 140. *Benedict.* propterea *Aegydius in l.* 1. *C. de sacrosanct. eccles. p.* 3. §. 6. *num.* 5. quem refert P. *Benedict. Pereyra* è præclarissima Societate Iesu, *de Academ. lib.* 3. *tit. de privil. n.* 315. discrimen nectens inter causam studij, & dotis, advertit: illud causa studij semper esse pium quamvis fiat habenti, vndè immediatè studere possit, propter causam, ob quam relinquitur: quæ io se, seclusa legatarij persona, pia est; illud verò dotis nomine relictum, si diviti fiat, pium haud esse.

Cæteri verò Consiliarij illo in themate, licèt non negarent, esse studium tot amplissimorum privilegiorum munimine vallatum, vt quàmplurium codicum volumina occuparint, de quibus *Rebuff.* enumerat centum octoginta *t.* 18. *tract. à pag.* 32. *Herat. Luc. rod. t.* 18 *pag.* 72. perpendebant tamen summoperè in mulieribus, ne dùm dotium privilegia, verùm publicam honestatem, periculumque amittendæ pudicitiæ, ni collocarentur, quando viri, vt victum sibi quæritarent, possent vel stipendia militiæ merere: vel quodlibet aliud ex quo nihil dedecoris generi timeretur, peragere; quòd que ità quidem testator interrogatus verisimiliter respondisset; cum quisque laoi consilij priùs ducat mulieribus consulendum, deindè maribus. Idque, vel in summum plorum studentium commodum recidebat: quorum filiæ, vel consanguineæ habituræ essent centum aureorum summam in dotium subsidium.

Confert in studentium gratiam S. C. scitum apud *Consil. Staib. in addit. mem. resol.* 92. *ex nu.* 105.
63 *lib.* 1. in concursu legati scholaribus, seù studentibus, & Doctoribus relicti, præferri studentes absque vlla diminutione, Congruit pro mulieribus responsum *Frideric. Scoti tom.* 2. *lib.* 4. *respons.* 20. *num.* 9. quòd si fiat alicui Monasterio legatum, duoque existant Monasteria eiusdem nominis, vnum virorum, alterum mulie-
64 rum: illud solvendum Monialium Monasterio, vt magis auxilio egentium, *Frideric. Scot. to.* 2. *lib.* 4. viriquè convenientiùs operari possunt, *l. si quis, vers. ad filias, Cod. ad l. Iul. Maiest.* proptereà pauperibus monialibus magis, quam viris Religiosis eleemosynam esse faciendam, indicat *Lud. Mex. in pragm. tax. pan. in* 6. *concl. n.* 42. ex *Petro Peralta*, *in l. si quis servum* §. *si inter duos*, *num.* 9. *ff. de leg.* 2. ostentens in praxi notandum ad explicationem pragmaticæ Comitiorum Madritiorum, editæ die vltima Octobris anni 1563. per quam vestes ibidem prohibitæ (quæ a iudicibus condemnantur) pijs applicantur locis; insequitur *Consil. Prat. pract. observ.* 39. quem laudat *Gypt. ad Capyc. Latro, dec.* 11. *num.* 8. *lib.* 1.

Pro patrocinio, & salario advocatorum, ac procuratorum, expensisque non modicis litium
65 erogatis per fideidommissarium, sivè possessorem

rem maioratus ad conservationem, seu recuperationem fideicommissi, posse alienari bona vinculo obnoxia, detrahique ex proprietate in damnum vocatorum, minime autem ex fructibus, scribunt *Peregrin de fideicom. art. 50. nu. 11. & 12. Fusar. de substit. quæst. 670. num. 60. Castill. de vsufruct. cap. 55. num. 6. Molin. & Additionator, de Hispan. primog. lib. 1. cap. 27. n. 11. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. claus. 7. Glos. 3. par. 5. num. 51. Knipschilds cit. tract. de fideicom. cap. 11. num. 53. Surd. cons. 514. nu. 13. Zacchia de Salar. quæst. 99. num. 9. & 10.* amplians, licet infelix litis exitus acciderit, neque ex animi sententia; ac ex *num. 11.* etiam in bonis feudalibus ex pacto, & providentia; & II. CC. apud *Giurb. in decis. 108. Anton. de Amat resol. 3. nu. 11. Salgad. in labyr. cred. par. 3. cap. 9. ex nu. 19.* sermonem habent de impensis modicis, quæ debent fieri ex fructibus; & iuxtà hanc opinionem noster Senatus decrevit die 27. Maij 1678. referente D. Consil. Io. Baptista Hodierna in Banca Speræ, in causa Ill. Ducis Belvederij D. Francisci Mariæ Carrafa, & Comitis D. Aloysij Platti nominibus, vt in actis, cum Curatore, & creditoribus patrimonij Francisci Mariæ de Summa, & fuerunt liberati pro patrocinio patronis, qui, fideicommissum conditum ab Alphonso de Summa seniore extare, obtinuere, ducati termille centum sexaginta in damnum proprietatis fideicommissi.

Cum meminerim de causa fideicommissi Alphonsi de Summa: non pigeat, quæso, si digrediens à ritus argumento, perstringam merita, & judicium huius causæ; cujus articuli, vt non vulgares, ità plenissime fuerunt in Sacro Consilio discussi.

Alphonsus igitur de Summa elogio condito hæredes scripsit Franciscum Mariam, & Januarium suos filios, eosque invicem substituit. Deinde
66 tum ipsis, tum ipsorum descendentibus bonorum alienationem interdixit, ad hoc vt perpetuo servarentur in ipsis descendentibus. dicens: *ita che la detta mia heredità consistente nelle predette summe senza però alcuno peso sempre, & in perpetuum s'abbia à conservare per detti miei heredi, e loro descendenti, & in quella debbiano succedere li loro figli legitimi, e naturali, e loro descendenti in infinitum: ita che l'uno succeda all'altro di grado in grado in infinitum, delli quali beni ne siano solo vsufruttuarii, e la proprietà sempre resti vincolata per li descendenti da detti miei figli*. Et si qua vnquam fieret alienatio, ea nullius esset roboris; & illicò intelligeretur translatum rei alienatæ dominium in alios vocatos, ibi: *E quando detti miei figli, & heredi instituiti, e loro figli, e descendenti in infinitum procedessero ad alcuno atto d'alienatione, ò obligatione delli beni della detta mia heredità in tutto, ò in parte, ò impositione di peso alcuno, eccetto ne i casi predetti per le summe predette, vt supra: le dette vendite, e qualsivoglia atti, vt supra faciendi siano nulli, & invalidi, e lo dominio di quelli non si possa trasferire in persona alcuna, e trasferendosi forse, se possa in ogni tempo reivendicare per qualsivoglia persona delli figli, e descendenti da essi miei heredi; ità che in præambula hora ante actum dell' alienatione, ò altra impositione, seù obligatione, lo dominio di detti beni sia trasferito come da mò per all' hora, & è contra, lo trasferisco à detti descendenti da detti miei figli, e loro figli da grado in grado in infinitum dalla linea di detti miei figli, e loro figli legitimi, e naturali, e loro descendenti in infinitum.*

Vita functo Francisco Maria, relicto Carolo, tribusque alijs filijs, ijsdemque postmodum defunctis, superstite Francisco Maria iuniore Caroli filio, qui demum decessit nullis superstitibus liberis, petijt D. Sylvia de Summa neptis Januarij de Summa vnius ex filijs institutis ab Alphonso, in M. C. declarari, esse admittendam, attento fideicommisso ad bona hæreditatis quondam Francisci Mariæ de Summa, quæ ad ipsum pervenerant ex hæreditate qu. Alphonsi de Summa, non obstante, quòd ipsa esset progenita ex altera linea, exclusis creditoribus Francisci Mariæ.

Qui quidem creditores, extinctum esse fideicommissum, contendebant; nam nemini dubium est, non induci reciprocam substitutionem in-
67 ter liberos, maxime de linea ad lineam: nisi testatoris verbis constet, vel saltem ex eius mente, verbisque colligatur, *Iaul. de Castr. in l. postest, & ib. Ias. ff. de vulg. & pupill. Zanch. in l. heredes mei, §. cum ita, num. 558. ff. ad Treb. Ias. consil. 227. lib. 2. in 4. argument. Ruin. cons. 121. num. 8. lib. 2. Castrens. consil. 224. num. 4. Odd. consil. 45. num. 3. Caph. consil. 401. per tot. Bursat. cons. 381. num. 11. lib. 4. Peregr. consil. 47. num. 7. lib. 1. & consil. 30. lib. 3. num. 3.* & vulgatissimum est apud eundem *Peregr. ar. 13. nu. 73. de fideic. & Fusar. de fideic. substit. quæst. 471. nu. 1.* licet nunquàm eam ex coniecturis posse progigni, opinentur *Rip. in d. l. heredes mei, §. cum ita*, & ibi *Tornioli num. 34. ff. ad Trebell. Alciat. resp. 447. in fin. Menoch. consil. 889. n. 10. apud Fusar. vbi suprà num. 2.* idque palam fatetur *Anton. Fab. lib. 6. tit. 22. C. de fideic. def. 30,* dùm loquit: *cum reciproca substitutio fideicommissaria nulla est expressa, non facilè eò decurrendum est, vt tacitè inducatur ex coniecturis, maximè inter liberos, inter quos verisimile est, patrem ius legitimarum hæreditatum conservare potiùs voluisse, quàm mutuo fideicommisso illos obstringere, ex text. in l. vel singulis, ff de vulg. & pupill.* ibi: *vel singulis liberis, vel ei, qui eorum novissimus morietur, hæres substitui potest. Singulis, si neminem eorum intestatum decedere velit: novissimo, si ius legitimarum hæreditatum integrum inter eos custodire velit*, Dicit ergo *Florentinus* iurisconsultus, institutos liberos non intelligi rogatos ad invicem, quando novissimo substituitur, sed jus legitimarum hæreditatum integrum inter eos custodiri; & ita, hunc textum intelligunt *Dyn. in l. duos*, & ibi *Alber. ff. de reb. dub. Bart. in d. l. vel singulis*, & ibi communiter DD. *Alex. in l. pater filiam, §. ult. ff. ad l. falc. Zanch. in d. §. cum ita, num. 493. Menoch. Vasq. Iatrigl. Covar.* apud eundem *Fusar. quæst. 262. n. 2.* & notat *Cuiac. lib. 14.* responsum *Pauli in l. Ti-*

tia

tia Seio, §. *Seia libertis*, *ff. de leg.* 2. vbi *Seia*
68 *libertis* suis fundum legavit, fideique eorum commisit, ne eum venderent: sed qui ex illis vltimus decesserit, cum morietur, restituat Sempronio liberto, & Beryllo, & Sapido; quod ideò respondet *Paulus*, testatricem videri in eo fideicommisso duos gradus substitutionis fecisse: vnum, vt qui ex duobus prior moreretur, alteri restitueret; alterum, vt novissimus his restitueret, quos nominatim postea numeravit: vndè dici potest inducta reciproca tacita; quia de extraneis agitur, putà de libertis: inter quos non adest ius legitimarum hæreditatum; non quia interdixerat alienationem, vt ait *Glos. in d. §. Seia libertis*, vel quia substitutio facta fuerat vltimo decedenti; nam adhuc in *d. l. vel singulis*, substitutio facta fuerat vltimo morienti, & tamen respondet *Florentin.* filios non invicem substitutos: sed ius legitimarum hæreditatum integrum inter eos custodiri. Quamobrem nulla alia satis concinna disparitas potest afferri, nisi quæ adducitur à *Cujac.* nempè loqui *tex. in d. l. vel singulis*, de liberis: *tex.* autèm *in cit. §. Seia libertis*, de extraneis.

Itaquè quamvis, vt ait *Ant. Fab. in mem. def.* 30. ad inducendum fideicommissum simplex, sola sufficiat coniectura voluntatis, ex *l. penult. de legat.* 1. *l. fideicommissa*, §. *item si quis*, *de legat.* 3. *l. hæredes mei* 57. §. *cum ita*, *ff. ad S.C. Trebell.* reciprocum tamen non item est admittendum: quia in eo aliter sanxerunt iura: tum quia mutua huiusmodi fideicommissa ad alterutrum devoluenda votum captandæ mortis progermi- nant: tum etiam, quia fraternam concordiam pessuodant, *l. de fideicommisso*, 11. *C. de transact. l. ult. C. de pact.* ex quo fit, quòd cum reciproca tacita induci nequeat ex coniecturis: inducitur tantùm, si illa tria simul concurrant, quæ habentur in *mem.* §. *Seia libertis*, scilicèt primo, vt sint vocati ij, inter quos dicitur facta reciproca: vt sit facta substitutio vltimo morienti: & vt sit in tota hæreditate; ita communi calculo DD. ex traditis per *Sfors. Odd. in tract. de compend. par. 1. q. 5. art. 6. Facch. contr. iur. lib. 4. cap. 82. nu. 1. Mant. de coniect. lib. 7. tit. 5. num. 3. Graff. §. substitutio q. 61. Menoch. lib. 4. præs. 42. nu. 1. Ant. Fab. coniect. lib. 13. c. 16. Surd. cons. 315. & 329. Peregr. cons. 30. lib. 3. Radanas. cons. 23. num. 31. Barn. decis. 5. num. 1. Grivel. dec. 64. num. 3. Castill. decis. 23. num. 17. §. 1. D. Cons. Joseph de Rosa consul. 41. num. 2. & 5.*

Et licèt posset etiam contendi: quòd ista tria requisita gignunt reciprocam tacitam, quando
69 agitur inter extraneos: non iam quando inter liberos, ex superiùs dictis, attamen quia communiter receptum est à DD. induci reciprocam, si quando ad sunt illa tria: in hac facti specie vix primum adesse, dici potest; cætera desunt omninò; quamvis enim omnes descendentes vocavit: tamen post omnium obitum, & novissimo decedenti substituit neminem: cui deferenda esset tota hæreditas ex defectu vtriusque lineæ, Vna igitur vocatio liberorum adest; deest penitùs secundum requisitum: nempè substitutio, per quam demandanda sit hæreditas post novissimi decedentis funus alicui; atque adeo deest tertium: nimirum (de tota hæreditate); si nulla enim adest substitutio; frustra quærimus, sit ne substitutum in tota, vel in quota hæreditatis; priùs enim debet existere substantia substitutionis, deindè accideus quantitatis eidem inhærere. Nullo igitur pacto posset vnquam in hac facti serie reciproca induci: si duo eam constituentia desunt requisita. Desunt & quidem potentiora, vt patet in *cit. §. Seia libertis*: potissima enim coniectura, ex qua *Paul.* iurisconsultus, adesse in *dicto §. Seia libertis*, tacitam reciprocam, colligit: ea est, quià vltimus decedens libertus debebat totum fundum restituere Sempronio, Beryllo, & Sapido; minimè autem posset illa integer restitui: si alter alterius decedentis partem non esset adepturus. Ex ista igitur substitutione vltimo decedenti facta prodiit coniectura inducendæ tacitæ reciprocæ inter eos. Non enim potuisset Seia velle, quod vltimus moriens integrum fundum substitutionis restitueret: nisi voluisset, quòd pars primi decedentis priùs ad vltimum morientem accederet; cum qui vult consequens, antecedens velit, oportet: *l. ad rem mobilem*, & *l. ad legatum*, *ff. de procur.* Sic ex *cit.* §. probant *Alciat. respon.* 546. cum ex sententia *Paul. de Castr.* ait: *Totum restituere non posset, nisi reciprocè esset vocatus*, *Ant. Fab. coniect. lib. 13. cap. 16 per tot.* vbi sub *num. 5.* hæc habet; *Duo igitur concurrere, necesse est, ad inducendam ex fideicommissaria fideicommissariam reciprocam: nimirùm vt sit facta vltimo decedenti; & in tota hæreditate, aut legato, vel fideicommisso*. Quinimò affirmat *Paul. in dict. §.* ex eo potissimùm moveri, quòd ab vltimo decedente fideicommissum relictum erat: vt dicit patere ex ijs verbis *text.* ibi: *in secunda autem adiecerit verbum, qui vltimus decesserit*. atque ità communiter tradunt *Dyn. & Bart. in d. §. & ibi Paul. de Castr. & in d. l. vel singulis, Imol. & Ias. in l. Centurio, col. 1. & in l. hæredes mei, §. cum ita; ff. ad Trebell. vbi Soc. iun. num. 4. & Rip. num. 17. idem Ias. & Imol. in l. quidam testamento, & in l. post, col. 3. ff. de vulg. Didac. Covar. in cap. Raynutius, §. 8. num. 3. in fin Zanch. Soc. iun. Gozad Cravet. Daran. Bursat. apud Caphal. cons. 430. nu. 36. lib. 3. & Curt. iun. Dec. Peregr. Mant.* & alij quos citat, & sequitur *Fusar. quæst. 475. nu. 26. in fin.* Quapropter si nulla omnind sit facta substitutio vltimo decedenti de restituenda tota hæreditate, vt est hic fieri nequit, vt possit oriri reciproca inter vocatos ex *d. l. Seja libertis*; præter quem in toto iure alius non reperitur locus, ex quo ea possit tacitè suaderi, vt rectè avertit *Anton. Fab. dict. cap. 16. num. 2.* ibi: *Nulla tamen subesset coniectura voluntatis ad inducendum fideicommissum reciprocum, si ab vltimo non esset fideicommissum relictum, vel esset tantùm relictum in ipsius portione*.

Ergo minimè potest induci tacita reciproca ex sola vocatione plurium ad fideicommissum, seu aliud relictum: sed solum eruitur coniunctio, per quam portio deficientis alteri accrescit ex iure accrescendi, *tex. in l. item quod*, §. 1. *ff. de hæred. instituend. l. 1. ff. de vsufr. accrescend.* at si semel suam ille, cui relicta est, portionem

agnoverit: nullo iure cavetur, quod remaneat rogatus, fideicommisso illam restituere; aliud est enim, esse quem vocatum, aliud, esse gravatum restituere, vt notat *Odd.consil.66.num.34. Caphal.cons.430.num.19.lib.3.* nec vocatus simpliciter, gravatus ideò dici potest ex *Bart. in l.codicillis, in princ.ff.de vsuf.legat.num. 4. & l.si sic, num.2. vers.sed si verba, ff.de legat. 3.* vbi ait, liberos hæredum institutorum nunquam censeri gravatos ex eo, quòd fuerint vocati; tenet etiam *Odd.vbi supra, nu.33.* & licèt quando descendentes non sunt dispositivè vocati, sed tantum gravati: digladientur DD. an etiam vocati censeri debeant, vt ait *Gabr. com. concl.de fideic.concl.4.num.28.* attamen quando simplicitèr vocantur nemo dubitavit, vt inquit *Odd.vbi supra*, an & gravati videri possint quãvis fuerint fideicommissis eorum parentes onerati; onus enim parentum ad descendentes non progreditur: nisi & ijs sit expressè impositum; ità *Bart.in loc.cit.& Alex. cons.202.num.2. & 3.lib.7.* & hanc esse communiorem sententiam, & veriorem, fatetur *Socin.sen.cons. 104.sub n. 8. lib.3. & consil.33. num.2. lib. 4.* ità quoque declarant *Bald. & Salyc. in l. precibus, C. de impub.Imol. in d. l. Centurio, Dec. consil.182. num.9. Rip.in cit.l.Centuria, num.166. in fin. Socin.iun.consil.176.nu.20.lib.2. Caph. cons. 17. num.19. lib.1. Decian.consil.26.num.33.lib. 2. Mantic.de ambig.lib.11. tit.3. vers. hac autem sententia*, quos sequitur *Odd.sup.cit.num.34.& 35.* vbi ait, non esse in hoc quærendum nodum in scirpo, neque terminos quæstionis confundendos.

Duplex igitur genus personarum continet substitutio quælibet; alterum est earum, quæ substituuntur, & vocatur activum; alterum verò est earum, quibus substituuntur, & passivum appellatur. In hoc themate testatoris filij, qui hæredes fuerunt instituti, rogatique de restituendo liberis, & descendentibus in infinitum, sunt genus passivum: liberi vero istorum, & descendentes sunt activum. Nequeunt itaque dici isti descendentes invicem substituti; siquidem eos, qui in genere activo substitutionis reperiuntur, vocatos quidem esse, non vero rogatos, clamant communiter DD. & præsertim *Socin.sen.in l Gallus, § quidam rectè, n.6. ff.de lib. & posth.& ibi Alciat.n.39 & 35.Alex. cons.139.num.3.lib.2. Ruin.consil.159. num.21. lib.2. Dec. consil.253.num.4.Socin.iun.consil 81. num.12.lib.3. Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumpt.71.nu.27.Caph.Intrigl.Fusar.*& alij, quos congerit, & sequitur *Consil. de Rosa, d.consul. 41.num.1.* dicens: *Ideò nullum inter ipsos descendentes fideicommissum considerari potest, nec descensivum, & multò minùs reciprocum; sunt enim descendentes positi in parte substitutionis activa, non autem passiva.* Deinde paulò infrà ita concludit: *Ideòque descendentes sunt in parte activa substitutionis, & proinde sunt tantummodò vocati, non autem gravati.* Non liceat ergo ex activa vocatione inferre coniecturam gravaminis; cum verba, quæ sunt in activa, nequeant extendere substitutionem ex parte passiva, *Petr.de interp.vlt.vol.fol.284. num. 21. Menoch. consil.349. num.19. Peregr.cons.47. num.15. lib.1.Redenas.cons.30.num. 35.* atque ideo inter istos vocatos tantum, non autem rogatos, nullam inesse reciprocam substitutionem, dicendum est; cum expressa non fuerit à testatore iniuncta, proindeque sit casus non prævisus, sed omissus; neque adsint tria illa ad tacitam inducendam requisita: sinè quibus dubio procul est, quòd excluditur iuxta communem DD. conclusionem, *Bald. in l. quidam cum filius, ff.de institut.& ibi Imol.& Socin.sen.Dec. consil. 62. Paris.cons.4.num.24. lib. 3. Soc. iun. consil.107.num.28.lib.1.Crav.consil.161. num.6. Rolan.à Vall.cons.56.num. 4. Decian.consil.12.n. 1. Menoch.consil.85.num.39.Bursat.cons.1.n.12. Peregrin. cons.36.num.2.lib.1. Hended.consil.60. num.12.lib.1.Mascard.de probat.concl.1342. Rota Rom.decis.466.p.4.* Nam qui contendit, adesse reciprocam: debet eam evidentissimè probare; nec alia probatio ei prodest; nisi, quæ erit necessaria, & certa in iure, & in facto: vt docent *Hended.consil.51.num.59.lib.2. Peregrin. consil. 149. num.11. & consil.56. num. 10. lib.5.* quos sequitur *Fusar.quæst. 475.nu.7.* secùs, si dubia res fuerit, interpretatio fieri debet contra reciprocam, *Grat.cons.68.num.8.lib. 1. Natt. cons. 200. num 8. lib.1.Caph.cons.430. num.17. lib.3. Rimin. iun. Menoch. Peregrin. & alii apud eundem Fusar.vbi sup.num.3.* Quapropter, si quod adest in hac facti serie fideicommissum, illud sanè simplex est, & descensivum: quod debeat descendere de gradu in gradum, deque patre ad filium in infinitum; & sic, est restrictum in singulis lineis; licèt autem fuerint proximi testatoris filij mutuò inter se, expressèque substituti; non ita tamen intelligendum est de descendentibus inter se de linea ad lineam. Ita respondet *Scævola in l. Lucius Titius 78 §. Caia, ff.ad Trebell.* vbi Caio ex semisse, Titio ex quadrante, & aliis ex reliquis portionibus hæredibus institutis, cavit, testator, vt post eorum obitum redderent portiones Titio, & Sempronio. Vita functo Caio, eius portio non ad cæteros vnà vocatos, sed ad substitutum pertinere, inquit iurisconsultus. Si ergo reciproca non inducitur inter plures rogatos de restituendo, multò minus inducetur inter plures simpliciter vocatos. Concinit *Papin.in l pater filiam 14.§.fin. ff.ad l.Falc.* vbi cum duobus impuberibus instituti substituisset pater; mortuo vno fratre ab intestato, alterum iure legitimo: non ex reciproca succedere, decernit, ibi: *quod si frater fratri legitimus hæres extiterit.* Idem sentit *Imperator in l.penul.C.de impub.& alijs substit.* vbi cum duos filios impuberes pater instituisset, & Titium substituisset, si vterque impubes decesserit: exorta dubitatio est, vtrumnè tunc, voluerit, substitutum admitti, cum vterque filius eius in prima ætate decesserit: an alterutro decedente, illicò substitutum in eius partem succedere? & ex Sabini sententia decernit Imperator, *substitutionem tunc locum habere, cum vterque decesserit: cogitasse enim patrem, primo filio decedente, fratrem suum in eius portionem succedere*; ex quibus verbis successionem iure legitimo Justinianus videtur de-

lic-

ferre; verbum enim illud, *succedere*, communiter intelligitur à DD. de successione legitima, ex *Glos.in dict. l. pater filiam*, verbo *substitutum*, *Alex.cons.91.col.2.circa fin.vol.1. Paul.de Castr.in d. l. penult.num.* 4. qui plures recenset: Facit pro eadem conclusione *tex. in l.qui duos 42.ff. de vulg. & pupill.* vbi *Glos.* verb. *inveniet*, citans *l.sed si plures*, *§. ad substitutum*, *ff.eod. d.l.vel singulis*; quæ iura licèt loquantur in institutis, idem tamen dicendum de substitutis; substitutio enim & institutio diverso iure non debent censeri, *l. coheredi*, *§ discretas*, *ff. de vulg. & l.1.C.de impub.& alijs substit.*ob quod substitutio ab institutione declaratur, & regulam sumit; *Alciat. respons.546.vers. quod verò*, *Bart.in l.vltimo.num.1.ff.ad Treb.& in d.l.1.* & ibi *Salyc. Fulgos. Ias. & Dec. num. 2. & Alex. Ceph. Soccin.iun. Menoch. Decian. Mant. Mascard. Prat.& alij apud Fusar.qu.12.nu.1.*

Præterea si argumentum mutuari à feudo, vel emphyteusi ad fideicommissum libet: quod valere DD. fatentur in *l. qui Romæ*, *§. duos ff de verb. oblig.* & ibi *Bart.q.3. Peregr.de fideic.art. 27. n. 4. Menoch.consil.986.num.13.lib. 10. Fusar. qu. 475.num.8.* effulget resoluta ad hæc quæstio *in cap. 1. de duobus fratr. à capit. invest.* vbi cum simul investiti essent à Capitaneo de novo beneficio duos fratres pro se, filiis, & descendentibus; & decessisset vnus ex fratribus filia relicta: defuncti portio, filiæ, non fratri defertur, quilibet enim dicitur in dimidia investitus: & ita sentiunt *Bart. in l. si mihi*, *& Titia*, *ff. de verb.oblig. Bald. in l. cum acutissimi*, *C.de fideic. & in l. vnica*, *§. 1. C. de cad.tol. Specul. Alex.& Seraph.apud Fusar.d.quæst.475.num* 8. & dicto *c.1. vtitur Alciat.in d. resp.546.*pro excludendo mutuo fideicommisso inter transversales, & allegat *Alex.Corn.Dec.Cart. iun. Paris.& cæteros.*

Hinc fit, quòd si plures ad successionem vocentur, adsitque post omnium mortem sinè liberis substitutio: non intelligitur inducta tacita inter eos reciproca; atque adeò si vnus decedat nullis relictis liberis, non admittitur alter vnà vocatus: sed fit statim locus substitutio, qui censetur singulis datus ex *l.pen.§.filium*, *ff. de leg. 3.l. Lucius 78. §. Caia*, *ff. ad Trebell.* in quo casu ea pluralitas, cum diversos respiciat effectus, resolvitur in singularitates, ex *l. falsa* 33. vbi *Bart.ff. de cond. & demon. l.2.§. vlt.ff.de condit.instit.* & diversi apparent effectus, cum tot fideicommissariæ sint substitutiones, quot personæ oneratæ; quarum cuiusque fidem testator secutus est; ita docent *Bart.Imol. Alex.in d. l. hæredes mei*, *§. cum ita*, *ff. ad Treb. & alij*, *plerique*, quos referunt, & sequuntur *Covar.in cap. Raynutius*, *§. 8. num. 4. Mant. de coniect. vltim.vol lib.7.tit.5.num.6. Gabr.lib.4. com.concl.tit.de substit.concl.1. num.1. Menoch. lib.4.præs.62.num.10.Facb.contr.iur. lib.4. cap. 79. Peregr.art.13.num.56.Fusar. quæst.472.nu. 1. & 2.* qui monet, ab hac sententia tanquam veriore, & receptissima non esse recedendum in iudicando; quod testatur quoque *Ant. Fab. d. lib.3. coniect.cap.27.* licèt aliter ipse sentiat; & omnes DD. in hac discedunt sententiam si substitutio facta sit pluribus extraneis, ex quibus nemo sit testatori prædilectus, vt ait *Bart.in d. §. cum ita*; sin autem facta sit liberis, & descendentibus testatoris: exploratissimi iuris est, nullam mutuæ substitutionis tacitam medelam admitti; at alterum alteri iure legitimo succedere neque fieri substituto locum, nisi post omnium obitum, quod in pupillari testantur *text. in l. qui duos*, *& d.l.vel singulis*, *ff.de vulg.& pupill. & l.penul.C.de imp.*

In fideicommissaria autem hærent maximè DD. an inter descendentes, quibus post omnium sinè liberis interitum aliquis est substitutus, adsit tacita reciproca? Et ferè omnibus visum est, nullam adesse prorsùs reciprocam pe rationem *tex. in d.§. cum ita*, vbi cum substituisset pater duobus filijs, si sinè liberis decessissent, Claudiam neptem: dilectissimè præmittit *Papinian.* reciprocam, vt vno defuncto alter succedat: ibi: *cum ita fuerit scriptum. fidei filiorum meorum committo, vt si quis eorum sinè liberis prior diem suum obierit, partem suam superstiti fratri restituat; quòd si vterque sinè liberis diem suum obierit, omnem hæreditatem ad neptem meam Claudiam pervenire volo*; vndè quid opus erat, eam expressè præmittere: si tacita suberat? Ne ergo temerè loquutus esse, videatur *Papinianus*: dicamus, oportet, nullum ibi futurum fuisse locum tacitæ: vndè expressa fuit præmittenda; id ipsum clarè patet ex *text. in cit. §. Seia libertis*, non intelligi tacitam, nisi vltimo decedenti facta sit de tota hæreditate substitutio; ita sentiunt *Bart. Ang. Imol. Soc. in d. §. cum ita*, relati à *Ripa*, *num.27.* vbi etiam *Zanch.n. 564. Toraiel.num. 34. Bald.Salic. Raph. & Ias. in d.l.penul.C.de impub.& alijs subst.* & plenissimè *Facch. contr.iuris*, *lib.4. cap.62.* atque in consilijs *Alex. Rimin. Soc. Ias. Ruin. Alciat. Alb. Crav. Old.& alij*, quos citat, & sequitur *Pereg. dict.art.13.num.59.*

Disceptatio autem inter DD. hoc casu est tantummodò, an ea pluralitas in singularitates resolui debeat, ita vt prædefuncto vno absque liberis, fiat illico locus substituto, an obitus sit expectandus omnium descendentium absque liberis; qui si foret sperandus, cui interim deferenda esset portio deficiens, acerrimè colluctantur DD.

Existere enim illico fideicommissum in persona, & portione cuiuslibet absque liberis obeuntis, opinantur *Dyn.in dict. §. cum ita*, vt refert *Fab. d.lib.13. coniect.cap.19.num.2.& Aretin.consil. 53.dub.3. col.penul.* & sic, tùm reciprocam inter descendentes, tum ius legitimum trucidant.

Cæteris descendentibus vna gravatis favet *Bart. in eod.§. cum*, *ita*, quem sectantur communiter DD. teste *Covar.vbi supra*, fretus præsumpta mente testatoris magis diligentis proprios descendentes, *l. cum avus*, *ff. de condit.& demon. l. cum acutissimi*, *C. de fideicomm.* quàm fideicommissarium: qui vt plurimum extraneus esse solet: proindèque iure legitimo, prout in easq *text.in cit.l.vel singulis*, *& penul.* non quidem ex tacita reciproca; cum nihil interesse, putet, quoad hoc pupillarem à fideicommissa-

sia,

ria, ibi: *si verò loquatur in pupillari, tunc di- co idem, quod in fideicommissaria; Bart.* asscntiuntur *Zanch. in d.§.cum ita, nu.14. vbi Tor- niel.num.3. Rip.num.42. Alex. in d.l.penul. nu. 4. vbi Salyc.& Jas. num.9. Curt.num.* 10. *idem Jas. in l. potest, ff. de vul. Alex.Treut.de substit. par.2.cap.6. num.39. & par.5.cap.2.n.22.Prat. de interp. ult. vol.322.num.26. vers.autem, & secundo*, & in Consilijs *Bald.consil.* 271. *vol.3. Alex.consil.38.per totum, & 91. In primo du- bio, vol.1.Gabr. consil.171. num.38. Socin. sen. consil. 59. lib.3.Corn.Ruin. Alb. Rimin. Menoch. & Surd.apud Fusar.dict.quast.472.num.9.vers. ego quidem, & quast.473.num.83.versic.& ad- mittunt.* Et hanc esse receptiorem inter DD. scotcotiam, testatur *Peregr.dict.art.3.num.56.* à qua solum *Paul.de Castr.* ait discentire *in d. l. penul.* vbi voluit hoc casu habere locum tacitam reciprocam; sed postea contrarium scripsit *in l. qui duos, num.2. ff.de vulg.* quod iterùm repetit *in dict. §.cum ita, num. 3.* quibus in locis quantum spectar ad descendentes, convenit cum *Bart.* oàm inter eos admittit ius legitimum; inter extraneos vero voluit portionem prædefuncti manere in suspenso; donec in omnibus gravatis conditio evcoire; vt quoque voluit *Rip.in d.§.cum ita, num. 144. & pluri- bus in locis Alex.apud Peregrin.vbi supra*, idem tuentur complures DD. relati à *Fusar. d. q. 173.num.105.*

Demùm longe dissideos *Ant.Fab.d.lib 13.coniect. cap. 20.* à sententia *Bartol. & Dyn.* indistinctè adhæret placito *Pauli de Castr* Siquidem si fiat substitutio, vel descendentibus, vel extraneis sub hac lege, *si uterque, vel omnes sine liberis diem obierint*; vita functo uno sine liberis, putar, neque esse admittendum substitutum, quia fideicommissum euentum conditionis in personis omnium requirit: neque grauatos vi reciprocæ, uel iuris legitimi; sed relinquendam iotarim defuncti portionem penes ipsius hæredem in pendenti; perpetuo mansuram, si in reliquis grauatis conditio defecerit: illico deuentutam ad fideicommissarium, si implebitur.

Ex his ostenditur, quàm ægre induci debeat tacita reciproca: si, ne eo quidem casu admitti, facile sit: quando non modo sunt uocati, sed rogati etiam de restituenda substituto post omnium obitum absque liberis hæreditate. In hac ergo facti specie, de qua agitur, minime potest induci tacita reciproca de linea ad lineam; vix enim fuerunt descendentes vocati, nulla autem fuit facta substitutio ultimo eorum obeunti in tota hæreditate, uel saltem post omnium excessum sine liberis, ex qua oritur reciproca. vt inquit *Dyn.* apud *Bart.in d. §. Seia libertis*, ibi, *substitutio intelligitur ex vigore illorum verbo- rum, (qui ultimò decesserit, eum fundum re- stituat.)* Et solummodò fideicommissum descendentium, & simplex hoc, quod resultat ex prohibitione alienationis iussa, vt bona serventur in descendentibus, & in singulis eorum lineis custodiantur in infinitum: non quidem mutuum de vna ad alteram lineam deferendum; cum ne, que expressè fuerit à testatore impositum, neque tacitum inducere fas sit; ita tuentur *Andr.*

Alc.resp.546.Socin.sen.consil.104. col.2. lib. 2. & consil.60.lib.3.Ruyn.consil.144.lib.2.Dec.consil.636. lib.2.Jo.Caphal.consil.401.lib 3. consil. 17. lib. 1. & consil.430.lib.3.sub num.27. Sfora.add.consil.46. n. 9. Franch.Radauas.consil.30.num.29.& consil. 10. sub num.95. Menoch consil.982.num.4. consil.224. num.4.182.& 637.num.17. & 730. num. 4. & 1056.num.3.Jas.consil.143. lib.2.Curt. iun. consil. 161.Corn.consil.32.lib.2.Rimin.al.sen.consil.28.nu.5. Torniel.consil.8.num.20. Beroi. consil. 147. Peregr. consil.30. num.4.& 33. num.23.lib.3. & consil.47. num.5.lib.4 Fusar.consil.3.n.19 & consil.17. Mart. de success.par.1.q.21.art.3. num.42. Prat. de in- terpr.vlt.volun.pag.341.num. 2. Andreol. contr. 339. num 16.Fusar.de fideic.subst.q.472.sub n. 2. & q.475.per tot. & q.579.num.8. & ita iudicatum apud *Caval. decis.5.nu.64. vers. & cum similis casus, & decis.15.par.3.Farin.dec.Rom. 466. & 491. vers. præterea, Seraph. decis. 409. num.6. & 1023.* & per S. C. apud *Reg. de Ma- rin.lib.2.resol.cap.896.num. 3. D. Consil. de Rosa consul.41.num.4.*

Et sic minimè refragatur, quæ tradit *Fusarius quast.689.num.2.* quòd scilicèt facta prohibitio, ne de non alienando pluribus descendentibus: reciproca de linea ad lineam substitutio, siue vocatio statuta censeatur.

Præter enim, quòd ipsemet *Fusarius dicta quast. 689.num.3.* tertiam sententiam distinguentem refert; quæ cum sit inter duas dissenctentes opiniones, tamquam tutior in iudicando amplectenda sit; quod scilicet inspici debeat: vtrùm testator prohibitionem, & verba direxerit ad descendentes gravatorum, vel eiusdemmet disponentis: vt primo casu nullo modo induci possit reciproca de linea ad lineam, vti tradidere *Fusarius quast.475. num. 40. & quast. 689. num.3.Ruynus consil. 144. num.7. & 8. lib. 2.& consil.1012. num.9.& consil.982. Alciatus. respon. so 546.Ferret.consil.384.Sfora.Odd.consil.65. num. 42.Reg.de Marinis lib.1. quotidianarum,capite 89. num.3. Rota penes Seraph.decis.1023. nu.5.* prout etiam idem *Fusarius*, licèt *num. 12.* in eadem *quast.* tradiderit, quòd quando prohibitio facta est descendentibus in infinitum, per verba perpetuitatem denotantia, reciproca desumi possit de vna linea ad aliam; attamen refert statim contrariam sententiam *nu.14.* & pro veritate opinionum se remittit ad dicta per ipsum in *q.475.num.41.* vbi cum eadem distinctione firmissimè tradit, quod quoties vocati fuot descendentes filiorum, nunquam reciproca induci possit de linea ad lineam.

Et ratio est, nam præter quod sunt vocati descendentes filiorum, verba repugnant ad reciprocam inducendam; quia descendens ex vna linea, nunquam dici potest descendens ex alia, *Bartol.in l.si mihi, & Titio, de verbor.obligat. Speculator in tit.de locato, §.nunc aliqua,num. 79. Ruynus Alciatus, Menochius, Odd.* & alij relati à *Regente de Marinis, d.cap.89.num.3.& Fusario quast. 475.nu.40.* deficit insuper mens, ac voluntas testatoris; qui cum vocaverit descendentes suorum filiorum: palàm est, quòd testator non senserit descendentes ex vna ad alterius lineæ defectum vocare; quia tractu temporis

poris inter istos descendentes ex duabus lineis tanquam transversales inter se, nec vlla sanguinis conjunctio, nec gradus, nec familiæ ratio haberi potuisset; eum descendentes indefinitè sinè masculinitatis qualitate sint vocati: ita vt bona ad exteras familias pertransire potuissent; & proindè testator, quemadmodùm descendentem ad favorem proprij descendentis gravatum, æqui, bonique laturum fuisse existimavit amote propriæ sobolis, sivè ex filio, siuè ex filia: sic durum nimis existimasse, censendum est, restitutionis onere gravare ad beneficium alterius descendentis ex altera linea: cum qua, nec sanguinis, nec familiæ ratio tractu temporis consideraretur respectù descendentis ex altera linea, *argum.tex.l. in cum avus, ff. de condit. & demonstrat.*

Quinimò res clarescit ex ipsomet *Fusario* per partem adversam adducto in *dicta quæst.* 669. ubi hæc tradit *num.* 18.: *illud non omitta, quòd si reciprocum inducitur ex prohibitione alienationis, illud procedit, quando prohibitio est simpliciter facta, nec procedit fideicommissum, secundùm quod illa regulari debeat; nàm tunc si in præcedente fideicommissa non est facta reciproca de linea ad lineam inter descendentes, nec illa argui poterit ex prohibitione de non alienando; ita dicebam cons. 85. dub. 2. ubi allegabam.cons.Caph.544.num.12.Peregrin.decis. 234.num.30.Rot.Roman.decis.463.par.quarta in novissimis.*

Cum igitur in casum mortis expressa sit provisio Alphonsi: & per vocationem descendentium in infinitum, communior, ac verior in judicando sit opinio, quòd fideicommissum taotùm graduale, ac descensivum in qualibet linea dispositum sit, *Fusarius quæst.*475. *num* 29. & 37.*Peregr.de fideicommissis, art.*13.*num.*72.*Toriolus cent.*8. *Antonius Faber, in C. de fideicommissis, defin.* 23. & 24. non verò reciprocum de linea ad lineam; hinc nec per ipsam prohibitionem de non alienando, nec per fideicommissum controventionale illud induci potest, nec in casu mortis, nec in casu controventionis, *Fusarius dict.quæst.*689.*num.*18.

Et ex his satis fit etiam authoritati *Peregr. art.*13. *num.*79.*vers. vigesimus quintus casus est*; ipsi enim respondet *Fusarius consil.*65. *num.*25. hisce verbis: *Secundo dica ex prohibitione alienationis non resultare fideicommissum reciprocum inter descendentes D. Georgii, & descendentes Domini Alyysii; prohibitio enim pluribus haredibus facta, & eorum descendentibus in infinitum, ut bona inter eos, vel in familia conserventur, non operatur fideicommissum reciprocum de linea ad lineam; ita Peregrinus cons.* 30.*num.*22.*lib.*3.*ubi vult non resultare reciprocum inter descendentes plurium: licet inter primos haredes facta sit reciproca, ut num.*2.& 3. *patet additam prohibitionem alienationis; & vult ad inducendam reciprocam inter descendentes plurium ex prohibitione alienationis requiri, quod in tota re sit impositum gravamen, & ab ultimo; adducit text.in l. Titia Seja, §. Seja libertis, ita Peregrinus cons.*33. *num.* 42. *lib.*3. *ubi erat factum fideicommissum perpetuum ad favorem masculorum, aderat digressia ad plures gradus constitutionum cum prohibitione alienationis, ut bona in perpetuum in familia servarentur; & Peregrinus latè comprobat reciprocam de linea ad lineam non resultare, & subdit, quòd licet aliqui Doctores contraria sint opinionis: tutiùs tamen erit, à communibus, ac veris regulis non recedere*; hactenùs *Fusar*

Accedit, quod testator non direxit verba ad proprios suos descendentes, sed tantum ad descendentes filiorum, ibi: *Et in quelli debbiano succedere li loro figli legitimi, e naturali, e loro descendenti in infinitum. Delli quali beni ne siano solo usufruttuarii, e la proprietà sempre resti vinculata per li descendenti di detti miei figli*, & alibi in dicto testamento; ex qua vocandi formula exurgit duntaxat fideicommissum descensivum, & excluditur reciprocum de linea ad lineam, ut tuetur *Ruyn.* ex communi DD calculo *cons.*134.*num.*6. ibi: *Præterea si filii filiorum dicerentur ex testamento vocati, est advertendum, quod intelligerentur solùm substitati suis parentibus, hoc est filii cujuslibet patri sua tantùm, non ad invicem; nec filii unius ex hoc capite essent substituti patruo, sed soli proprio parenti.* Idem similiter advertit *Caph. d.cons* 401.*lib.*3.*num.*31. & *Radanas. d.cons.*30. *num.*30.& plenius *Fusar. qu.*475. *num.*45. ubi in hac controversia, num de linea ad lineam inducatur reciproca, quando testator pluribus institutis eos, & eorum liberos in infinitum substituit, quam fusissimè tractat, & ut diximus, concludit, quòd non inducatur; posteà *sub nu.*45. hoc pacto in decla a ut: *Declaratur procedere communem opinionem, quando testator vocando descendentes, direxit verba ad descendentes filiorum; ut si dixerit substituo filios & eorum, vel suos descendentes in infinitum; quia tunc censentur descendentes vocati ad portionem proprii ascendentis, non autem ad portionem alterius linea.* Atque hunc locum secutus est *Reg.de Marin.dict.cap.*89. *num.*3. ubi eandem conclusionem tanquam indubiam probat his verbis, *De hac conclusione nullatenus est dubitandum, quando testator descendentes vocando, ad filiorum institutorum descendentes verba direxit; tunc enim censetur, descendentes vocasse ad proprii ascendentis portionem: non autem ad portionem alteriùs linea. Cum verba illa (eorum, vel suos descendentes) descensivum tantum importent fideicommissum; ita ut cujuslibet filii ad parentis sui portionem vocati censeantur*; quia sicuti si dirigeret verba ad suos descendentes, consideraret eos, uti descendentes ex se; ita si ad descendentes filiorum: considerat singulas lineas uti promanantes ex filiis; quod apertiùs declaravit testator, dùm dixit: *debbiano succedere li loro descendenti, ita che l' uno succeda all' altro di grado in grado*, ita quòd si ad successionem admittendus esset per reciprocam descendens alterius lineæ: vis, & potentia verborum obsisteret; sic enim bona non transirent de descendente in descendentem gradatim: sed de descendente in transversalem; ut notat *Alciat.cons.*87.*num.*2. *lib.*9.*Soc.jun.cons.*188 *num.*14. *lib.*2. *Caph. cons.*

671.per tot. & 430.lib.Beret. consf.18. num.32 & 146.Odd.consf.43.num.3.& 68.num.7. Menoch.consf.489. & 633. num. 37. ubi refert sic judicatum Venetiis, & Perigr. consf.47. num.16. lib.1. sic sæpè sæpiùs judicatum refert, quos sequitur Fusar.d.qu.475.num.28.vers.sed contraria, ibi: Ratio est, quia verba ista (loquitur de his iisdem verbis, quibus hic testator est usus) arguunt potius, non fiat transitus ad aliam lineam; nam non transirent bona de descendente in descendentem, sed de descendente in transversalem; cum descendentes ex uno filio, non dicantur de linea alterius, ad tradita per Dec.consf.379. num.4. lib.2. ibi: Frater licèt fratri sit collateralis, & sit de latere patris non tamen est de latere fratris; nec de linea fratris; quia unusquisque ex fratribus propriam lineam facit; quod maximè locum habet in materia odiosa, pro ut est fideicommissum: ut hæres quantò minùs fieri potest, gravetur, l. unum ex familia, §.si item, l.Titia cum testamento; §.1.ff.de leg.2.

Nec quicquam prodest: ut possit tacita inter descendentes reciproca induci; quòd filii instituti fuerint mutuo inter se substituti, ibi: con conditione però, che l'uno succeda all'altro, morendo senza figli; quia ambo filii obierunt cum liberis: quamobrem substitutio illa expiravit ex defectu conditionis, neque potest inter descendentes dici repetita, text.in l.1. C. de condition. insert. & l.cum uxori, C. quando dies legat. cedit Joan. Andr.in add. ad Specul. de testam. § in primis, qui allegat l.si quis hæredi, 7.C. de instit. & substit.& l.hæredi, in princ.ff.ad Treb.Jacob. Cujac.consul.51.in appendice, vers.& malè ibi: Quæ conditio expirat, si filiis nepotes superstites fuerunt; nec postea mortuis nepotibus sinè liberis substitutioni locus esse potest: quoniam semel defecta conditio non resumitur, l.pater. §.ult.ff.de condit.& dem. Didac.Covarr.in cap. Raynal. sub num.8. uti habet: Sed & illud in hac re notandum est, conditionem hanc si Titius sinè liberis decesserit, omninò desistere, Titio decedente liberis relictis: tametsi ipsi liberi postea mortem obierunt nullis relictis liberis: non enim censetur repetita hæc conditio in liberis institutis. Et in hac re generalem invaluisse regulam, testatur Goveanus in suo inserto per Thesaur. decis. 270. num.19. ut substitutio sinè liberis facta, propter existentiam filii eo tempore, quo gravatus moritur, adeò extincta intelligatur, ut post mortem filii statim post decedentis non reconvalescat, neque reviviscat, ex Dec.in l.Lucius, ff.de hæred.instit.l.ex facto, §.fin.ad Treb.l.filius familias, §.cum quis, ff.de leg.1.Paul.de Castr.in d.l. ex facto.§.penult.idem Dec. consil. 335. num.16. & 17.& 336.Hart.Pistor.lib.4.qu.9.Tiraq. in l. unquam, num.153.C.de revoc.donat etiam si protulisset testator absque ulla conditione reciprocam inter ipsos filios institutos, Socin. sen. in l. Gallus, §.quidam rectè, num.9 ff.de lib. & posth. & ibi Torniel. num.7. Menoch. lib.4. præsumpt. 71.num.23.Peregr.dict.art.13. num. 90. Cavalc. decis.5.num.64.part.2.Rot. decis. 491. par.4. divers.Odd.Menoch.Cravett.Mars. apud Fusar. qui idem tuetur dict. quæst. 472. num.30. & quæst. 475.num.36. cum non possit fieri in substitutionibus extensio de persona ad personam ex conjecturata mente testatoris, imò ne per majoritatem quidem rationis, Aretin. & communiter DD.in d.§. quidam rectè, num.18. & in l. commodissimè, ff.de liber.& posth.glos.in l.Titius, in princ.ff.eod.Alex.in l.1.num.11.ff. de vulg. & ibi Socin.sen.col.11.in 2.limit.Zanch.in d.§.cum ita, num.222.Jas.in l.cum re, col.3. ff.de legat. Alciat.& Imol.in dict. l. commodissimè, neque ex reciproca facta inter certas personas potest sumi conjectura ad alias personas, ex regula l. si unus, § ante omnia.ff.de pact.& l.ante omnia, ff.de prob.ut post Torniel.inquit Peregr. dict. art. 12.num.90.quia qualitas respiciens unam, certamque personam, vel gradum, illum non egreditur, ut Labeo ait in l. qua conditio 39. ff.ex condit.& dem. ibi: quæ conditio ad certas personas accommodata fuerit, eam referre debemus ad eum duntaxàt gradum, quo hæ personæ institutæ fuerunt, Bart.in l.3.§.filius, ff. de lib. & posth.Peregr.d.art.13.num.90.in fine: & fecit eam testator, ubi voluit; ergo ubi non fecit, noluit, argum.l.unica, §.sin autem ad desitutis, C.de cad.toll.& ibi Paul.de Castr. & cap. ad audientiam de decim. Quinimò favorabilis est mutua substitutio in filiis, l. fideicommisso, 11. & ibi DD communiter, C.de transact. ut testatur Cæsar.Barz.decis.5. num.35. & 6. num. 53. Menoch. consil.450. num.52. Fusar. quæst. 290. num.8.& quæst.472.num.43.nam mutuum gravamen, mutua utilitas compensat; neque aliud patrem movit ad reciprocam constituendam, nisi amor, quò filii succederent, ditescerent; hic autem favor erumpens ex dilectionis magnitudine; nil mirum est, si non extenditur ad alios descendentes, in quibus dilectio minuitur; uti arguit Gravet.consf.306.col.ult.Menoch.consf. 636.n.30.

Multò minùs tandem prodest ad eam inducendam habita prohibitio alienationis; hæc enim nullius est roboris, nisi aliqua ratione, causa, vel persona vestiatur, l.filius familias, §.divi, ff.de leg.1.l.peto, §.Julius Agrippa, de leg. 2. & DD. communiter in dictis locis, & præsertim in d. §.Divi, prohibitio enim substitutionem sequitur, eamque eo habet commune fatum; perit, ea pereunte, cum sola non possit existere, & absque munimine substitutionis, vel causæ; cum igitur hic substitutio non sit mutua de linea ad lineam, neque alienatio mutua erit, hæc enim fideicommissum licèt fortiùs tueatur; non ampliat, & ab eo regulatur, Alex. Gea. ad Dec. Ruin.Soc.sen.Cardin.Alg.Ceph.Menoch.Hier.Gabr.apud Sfort.Odd.consil. 66. num. 44. cum aliis innumeris, quos sequitur ipse in suo peculiari tract.de fideicom.per alien.prohib.quæst.14.art.6. num.131.& 133. prohibitioneque alienationis etiam quibuscumque verbis aptis concepta non ampliari unquam fideicommissi terminos, cum ea in fideicommisso recipiat interpretationem, teste Dec.consil.636. tenuit, & tenet jugiter Rot. apud Card.Aldobr.dec.568.& Card. Seraph. decis.683.post Oldrad.Io.Andr.Aretin. utrumq; Socin.Dec.Cravett. Nevia.Ceph.& alios; & scripsit Caltet.controvers.26.lib.2. sequitur d. Consil. de Rosa consult.41.num.23.

Hæc

Hæc atque alia ad creditorum propugnaculum afferebantur. Amplissimus tamen Sacri Consilii Ordo protulit senteotiam die 18. Octob. 1675. suffragia mecum præstantibus D.Præside S.C. Paulo Staibeno aulæ Præfecto, & causæ Commissario, Duce Cæbetum D. Aloysio Sixto,
70 his verbis: *Per banc nostram diffinitivam sententiam dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus, medietatem hareditatis quondam Alphonsi de Summa, perventam ad Franciscum de Summa seniorem eius filium primogenitum, & cobaredem universalem, stante morte quondam Francisci Maria de Summa junioris ejus nepotis, & quondam filii Caroli sine filiis legitimis, & naturalibus, spectavisse, & spectare, prout ipsam præsenti nostra diffinitiva sententia spectare volumus, & mandamus ad D.Annam Beatricem Carrafa, filiam, & haredem dicta quondam D.Sylvia de Summa descendentem ex quondam Iannario de Summa secundogenito, & cobarede dicti quondam Alphonsi de Summa testatoris, & ad D. Hieronymum Mariam Platti filium legitimum, & naturalem quondam D. Diana Copycia Galeota filia legitima, & naturalis quondam D. Maria de Summa filia dicti quond. Iannarii de Summa, & ad quemlibet ipsorum pro medietate, juxta supradictam transactionem factam inter qu.D.Syluiam, & D. Mariam de Summa, unà cum fratribus à die mortis dicti quond. Francisci Maria de Summa junioris, servata forma prohibitionis, alienationis, & obligationis, ac successivè fideicommissi facti per dictum quond. Alphonsum de Summa in ejus testamento. Verùm à dicta medietate hareditatis quondam Alphonsi de Summa testatoris perventa ad dictum qu. Franciscum ejus filium primogenitum, deducantur ad beneficium creditorum, tàm dicti qu. Francisci senioris, quàm quondam Caroli, & Francisci junioris fil i, & nepotis dicti quondam Francisci de Summa senioris respectivè, tam legitima spectans ad dictum Franciscum seniorem in bonis, & hareditate dicti quondam Alphonsi de Summa ejus Patris, quàm alii ducati viginti mille, de quibus poterat dictus Franciscus senior disponere pro causa urgenti, & magna necessitatis, juxta dispositionem dicti qu. Alphonsi de Summa ejus patris. Verùm dicti ducati viginti mille imputentur in legitimam pradictam, deductis tamen à dicta legitima, & ducatis viginti mille quantitatibus forsan solutis, & liberatis, tam dicto quondam Francisco seniori, Carolo ejus filio, & Francisco de Summa juniori ejus nepoti, quàm eorum creditoribus respectivè juxta liquidationem faciendam omnium prædictorum per idem nostrum S.C. tempore exequutionis præsentis nostra diffinitiva sententia, salva provisione facienda, an prælegatum ducatorum quindecim mille factum dicto Francisco de Summa seniori per dictum quondam Alphonsum de Summa patrem comprehendatur in fideicommisso prædicto, partibus plenius auditis.*

Conspicuam hujusce sententiæ justitiam ipsemet tabularum contextus palàm loquitur, nitidèq; ostendit. Etenim adest vtique reciproca substitutio, mutuaque inter filios, institutos casu; quo decederet nullis susceptis liberis alteruter
71 ex institutis; sin autem cum liberis, hi vocati sunt per fideicommissum successivè gradatim, tum in casu mortis, tum alienationis.

Cum expirasset igitur prima substitutio, quià diem omnes obierunt superstitibus liberis, & fuerit factus casus secundæ; vertitur in hoc cardo controversiæ: vtrùmnè liberi dicantur vocati duplici descensivo fideicommisso, quolibet intrà terminos vnius tantùm lineæ permansuro: an nimirùm singuli liberi sint vocati ad propriorum pareotum portionem, ita ut extincta vna linea, extinctum & censeatur ejus fideicommissum; an potiùs reciproco, mutuoque inter ambas lineas, ita ut extincta vna linea, ad alteram fideicommissum gradum faciat.

Et licèt iovaluerit apud DD. ea sententia, quòd si testator, ubi vocavit plures, deindeque eorum liberos ad fideicommissum accersat: liberi vocati discretim censeantur ad propriorum quippè parentum portiones, absque eo, quod inter eos vlla præsumatur mutua vocatio; idque certissimum, & hæsitationis immune asserat *Peregr. de fideicomm. art. 13. num. 72.* innumeri apud *Fusar. de fideicomm. subslit. quæst. 475. num. 1. ad text. in cap. 1. de duob. fratr. à cap. Investitis*; attamen, præter quàm quòd hæc opinio fuit à simplici II.CC. placito conficta, & nullo juris nostri præsidio roborata; ideòque ab ea pleriq; longè abierunt, quos recenset idem *Fusar. dict. qu. 475. num. 10.* adhuc vel si admittatur, nolunt omnes, eam restringi à peritis, ut locum sibi non vendicet: quando jubet testator, quòd bona de liberis in liberos: deque hæredibus in hæredes semper, & in perpetuum progrediantur, ut docuit idem *Peregr. dict. art. 13 num. 77. ex Bald. Corneo, Decio, Parisio, Mantica, & aliis: & hac est opinio*, inquit idem *Peregr. judicio meo verior, & magis consentanea voluntati testatoris, & maximè cum testator adjecisset verba perpetuitatem importantia*; datque rationem, *quia cum non posset resultare effectus perpetua trahitionis bonorum de uno in alium, nisi intercedente fideicommisso, ideò in necessariam consequentiam illud induci oportet*: quia alias non perpetuò servarentur in familia, docuit *Socin. in l. qui Roma, §. cohæredes, ff. de verb. obl.* cui adscribunt *Riminald. Decian.* & alii plures apud eundem *Peregr. loc. cit.* qui hanc sententiã absque ulla hæsitatione amplectendam voluit, vt inquit: *Et hac opinio pro fideicommisso reciproco cum dictum esset, quòd bona semper, aut in perpetuum remaneant penès suos descendentes facilè est accipienda, & indubitanter accedente prohibitione de non alienando.* Hinc colligitur, veram opioionem esse pro reciproci fideicommissi existentia, id quod in testatoris descendentibus, tanquam absolutum, & apud omnes receptum testatur *Mantic. cit. lib. 7. tit. 5. nu. 16. vers. illud verò receptum*, & judicatum per *Cons. Quadrag.* idem *Peregr. consil. 49. tom. 1.* & per *Arbitros in cons. 54. eod. vol.* vbi *num. 13.* scribit, censeri inductam reciprocam inter descendentes ex pluribus iostitutis, quando fuit adjectum, quod

bona semper, in perpetuum de hæredibus in hæredes traducantur; & *in consil.* 56. *num.* 11. *& consil.* 60. *num.* 16. vbi pro hac sententia militantes affert *Socin. consil.* 62. *lib.* 3. *in secunda col. versic. quare, & col.* 4. *vers. quarto, Cornenm consil.* 203. *col.* 19 *versic. & licet, Decianum cons.* 127 *num.* 24. *tom.* 3. *Socin. cons.* 57. *lib.* 3. *Decium consil.* 38. *Parisium cons.* 25. *tom.* 2. *Cardinal. Mantica de conject. lib.* 7. *tit.* 5. *sub num.* 16. *Ruinum consil.* 151. *vers si vult igitur, lib.* 2. *Cravetta* optimè *consil.* 13. *num.* 2. *& consil.* 130. *num.* 6. *Decianum cons.* 1. *num.* 258. *& consil.* 50. *num.* 10. *lib.* 1. *& consil.* 103. *num.* 26. *lib.* 2. *& consil.* 116. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 3. *Riminaldum junior. consil.* 113. *num.* 49. & ità consuluerunt *Paulus Leon. Rimin. jun. Simon. de Prat & Lud. Tura. apud Leonium consil.* 23. 24. 25. *&* 26.

72 Siquidem virtus, ac vis illius dictionis, *semper*, omne tempus includit, & omnes casus indistinctè, *Accursius* in verbo *semper* per illum *tex. in l.* 1. *ff solut. matrim.* sic *ex Boer. decis.* 158. *num.* 12. *Peregr. artic.* 27. *num.* 25. *Panzirol. cons.* 91. *num.* 2. *Menoch. cons.* 324. *num.* 87. *& cons.* 585. *num* 16. & ex aliis docet *Casan. cons.* 50. *num.* 4. *& num.* 9 & ita *Peregrin.* optimè ad hanc rem *in consil.* 47 *tit.* 4 *num.* 7. in specie, qua testator, quinque nepotibus ex fratre institutis, iisdemq; invicem substitutis, adjecerat, ut substitutio isthæc protraheretur de gradu in gradum in infinitum ad hoc, ut bona perpetuò servarentur in institutorum familia, & agnatione: censuit, ea verba importare trahitionem per descensum, & per transversum propter rationem; ut bona perdurent perpetuò in hæredum institutorum familia: quam ob rem tum institutis, tum substitutis vetuerat testator alienationem; quando si reciproca non induceretur inter omnes gradus per transversum, deperiret effectus volitus, & intentus à testatore perpetuò servandi bona in familia, ità *ex Bald. Corn.* & aliis docet *Simon de Prat. de interpret. ult. volunt. lib.* 3. *interp.* 3. *dubitat.* 1. *solut.* 10. *num.* 16. 17. 18. 19. *&* 20. vbi quoque tradit, verba illa: *in perpetuum, in infinitum, de gradu in gradum, &c.* apposita in vocatione descendentium ex hæredibus institutis, operari fideicommissum etiam reciprocum de linea vnius cohæredis ad alterius lineam: optimè *Peregrin. de fideicomm. art.* 13. *n.* 69. *&* 76. *Mantica de conject. ultim. volunt. lib.* 7. *tit.* 5. *n.* 16. *versic. illud vero, Franciscus Barri. de success. lib.* 7. *tit. de reciproca tacita, num.* 21. *Gratian. discept. forens. cap.* 828. *num.* 42. *&* 43. *cum seqq. Cyriac. controv. cap.* 353. *num.* 15. *Altograd. in cons.* 80. *num.* 63. *tom.* 2. vbi innumeros allegando subdit, hanc esse communem, & receptam opinionem, à qua in consulendo, & judicando suadet, non recedendum *Joan. Bapt. Spada cons.* 30 *vol.* 2. quod est decisivum, *& cons.* 62. *num.* 19. *vol.* 1. *& consil.* 54. *num* 4 *& infrà, & num.* 7. *juncto num.* 13. *vers. ad tertium, & consil.* 157. *num.* 10. *&* 10. *lib.* 1. *Ruin. in consil.* 151. *nu.* 7. *vers. si vult igitur, tom.* 2. *Anton. Fab. C. lib.* 6. *tit.* 22. *de fideicomm. defin.* 22. *num.* 3. *in allegationibus, & in defin.* 23. *num.* 1. *Rot. Roman. dec.* 266 *num.* 10. *in recentior.* & *in decis.* 289. *num.* 8. *&* 10. *p.* 1. *diversor. eadem Rot. Rom. in d. c.* 407. *num* 3 4 *&* 5 *in residuo, part.* 5. *recentior. & decis.* 306. *ead par.* 6 *recentior.*

Quæ conclusio nititur *text.* expresso *in cap.* 1. *de duobus fratribus de novo beneficio investitis*, quem DD. adducunt ad probandum, vocationem descendentium ex duobus fratribus intelligi disiretivè, ut linea unius deficiente, non fiat transitus ad alterius lineam. Nam & in eodem *text. in finalibus verbis* expressè deciditur, quòd vbi in dispositione fuissent apposita verba, quæ significarent perpetuam conservationem feudi in descendentibus ex dictis fratribus; tùnc deficiente linea unius fratris, fit locus lineæ alterius fratris in successione: quem *text.* ad id notant *Glos. ibidem in verbo, duo fratres, Alex. consil.* 30. *num.* 9. *versic. quarto vol.* 1. *Jason. consil.* 117. *col.* 7. *versic. tertia principaliter, vol.* 4. *Socin sen. consil.* 65. *num.* 13. *versic. tertia ratio, vol.* 3. *Ruin. consil.* 169 *num.* 2. *&* 4. *vol.* 1. *Ripa in l. re conjuncti, num.* 163 *ff. de leg.* 3. *Crass. de success. in §. jus accrescendi, quæst.* 33. *num.* 6. *vers. sed quaro, Peregr. cons.* 30. *n.* 12. *vol.* 1. *Io. Anton. Billon. de jure accrescendi, cap.* 6. *quæst.* 37. *num.* 153.

Eademque conclusio probatur ex *tex.* apertissimo *in l. cum pater* 79 *§. libertis, ff. de leg.* 2. vbi testator reliquerat prædium libertis: & petierat, ne id alienarent, vtque in familia libertorum retinerent; clarissimè I. C. docet, hoc fideicommissum intelligendum esse non disretivè, ac respectu lineæ, vel familiæ singulorum libertorum duntaxàt, sed reciprocum de linea unius liberti ad lineas aliorum, ita ut extinguatur in persona ejus, qui novissimus decesserit absque liberis. Quod & perbellè declarat *Jacob. Cujac. ibidem lib.* 8 *resp. Papiniani*, his verbis: *Ponendum igitur, partes cæterorum, quod & ipsi decessissent sine liberis, qui vita decessissent, nullis relictis liberis, pervenisse ad eum, qui novissimus diem suum obiit; alioquin liberi libertorum ad fideicommissum vocarentur, novissimo hæredem relinquente extraneum.*

Quocirca falsa est sententia illorum, qui existimant, verba, quæ denotant perpetuam bonorum conservationem penès hæredes institutos, & eorum familiam, vel descendentes, intelligenda esse discretivè, ut quilibet hæres videatur gravatus in sua portione ergà suos descendentes duntaxàt, ut *Menoch de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 62. *num.* 4. *& in consil.* 1216. *Sfort. Odd. consil* 56 *& in consil.* 68. *num.* 14. *&* 15. *Redenasc. in consil.* 30. *à num.* 174. *& consil.* 10. *à n.* 95. & alii allegati *per Fusar. de substitut. quæst.* 475. *num.* 16 *&* 21. horum enim opinio damnatur à *Peregrino, Francisco Barri*, ac aliis, quos supra adduximus; eique refragantur ex diametro jura allegata. Quippè tàm in dicto *cap.* 1. *in fin. de duobus fratribus de novo beneficio investitis*, quàm *in dict. §. libertis*, verba erant relata ad descendentes, & familiam primò vocatorum; nihilominùs propter expressam voluntatem conservandi bona penès descendentes, vel familiam illorum, fideicommissum non accipitur discretivè, atque in sensu diviso: scilicèt pro descendentibus singulorum duntaxàt, sed in sensu composito; ut una linea deficiente, fiat

fiat locus alteri. Et sufficit in hoc casu, sententiam pro reciproca esse magis communem, atque apud Tribunalia receptissimam, ut patet ex *Fusar. consil. 154. num. 18.* his verbis: *Quartam addo conjecturam, quia testator instituit filios, substituit filios masculos, & filiis filiorum substituit eorum filios, & hoc usque in infinitum: quæ verba æquipollent clausulæ, quod bona ireat de filio in filium, vel de descendente in descendentem, vel de hærede in hæredem. Atqui quando testator, instituto aliquo, substituit eius filios, & addit clausulam: quod bona transeant de filiis in filios, vel de descendentibus in descendentes, resultat successivum, & reciprocum fideicommissum inter eos, ut aliis relatis ità tenent Caph. consil. 234. num. 31. consil. 326. num. 47. consil. 478. num. 45. & seqq. Petr. de fideicommiss. quæst. 11. nu. 164. Menoch. lib. 4. præsumpt. 68. num. 7. & seqq. & consil. 941. nu. 13. Prat. de interp. ult. volunt. fol. 284. num. 19. & fol. 333. num. 5. in fine, & fol. 541. num. 32. Intrigliol. de substitut. cent. 3. quæst. 81. num. 29. Peregr. art. 32. num. 43. ad med. art. 13. num. 76. & seq. art. 27. num. 14. ad med. consil. 54. num. 17. & consil. 56. num. 11. lib. 1. Imò quando in substitutione dictum fuit, quod bona transeant de descendente in descendentem, vel de hærede in hæredem, resultat conjectura pro reciproca de linea ad lineam, Decian. consil. 116. num. 1. & seqq. lib. 3. Hieron. Gabr. consil. 31. lib. 2. Menoch. consil. 895. num. 20 versic. tertio, & num. 35. ubi dicit ità judicatum, & consil. 62. num. 16. lib. 1. ubi pariter dicit ità judicatum, & de fideicomm. art. 13. num. 76. & seqq. & art. 20. num. 14. ad med. Mantic. de conjectur. lib. 7. tit. 5. num. 56. Prata fol. 284. num. 20. in fine, & fol. 341. num. 32. Cavalcan. dec. 17. num. 47. 50. & 73. usque ad finem, par. 3. ubi dicit, Rotam Romanam ità judicasse, alios ego citavi dicta quæst. 475. num. 28. & n. 29. citavi dissentientes, sed tamen pro reciproca extat magis communis opinio, &c.* & *Menoch. ipse in consil. 1071. à n. 17.* contra ea, quæ scripserat *in dicta præsumpt. 62. num. 40.* respondit, resultare reciprocam, ubi testator voluit conservari bona in perpetuum penès hæredes, & eorum descendentes.

Imò qui ex adverso adducuntur DD. ferè omnes loquuntur: ubi prohibitio alienandi vel erat nuda & in his terminis versatur *Menoch. d. consil. 1216. num 28. & num. 31.* vel ubi prohibitio esset cum causa, quæ non induceret simplex, & absolutum fideicommissum, sed solùm in casu contraventionis, & ita loquitur *Sfora. Odd. in consil. 68. num. 15.*, vel ubi ubi prohibitio alienationis fuisset restricta ad personas, & casus expressos in præcedenti substitutione facta in casu mortis, & ita loquuntur DD. adducti *per Fusar. dict. qu. 473. num. 16. & 21.* sicuti advertit *Altograd. consil. 81. num. 56. & 57. tom. 2.* at in hac specie, prohibitio, alienandi non est nuda, sed habet vestimentum causæ conservandi bona in perpetuum penès hæredes institutos; & eorum descendentes; neque est consecutiva ad præcedentem substitutionem reciprocè factam inter alios primi gradus decedentes absque liberis: tùm quia prohibitio facta fuit per caput separatum à præcedenti substitutione: quo casu non restringitur ad casus, & personas, quæ in præcedenti substitutione continentur, sed manet absoluta, quatenus postulant verba perpetuæ conservationis, juxta receptam opinionem de qua testatur *Petra de fideicommiss. quæst. 6. num. 19. Barr. de success. lib. 8. tit. de fideicommiss. so, quod inducitur ex prohibitione alienationis, num. 16.* tùm quia substitutio præcedens respicit solùm hæredes invicem substitutos: prohibitio autem consulit, nedùm hæredibus, sed etiam eorum descendentibus; undè non potest arctari ad limites præcedentis substitutionis; *Menoch. in consil. 800. num. 18. & 19. & consil 483. num. 11. Deker. dissert. lib. 2. decis. 1. num. 25. & 26.* ubi egregiè tradit, in themate, quo prohibitio consulit aliis personis ultra eas, quæ in præcedenti substitutione continentur, fieri quandam accessione personarum ad substitutionem; atque ità in hoc casu, si personæ, quibus consulit prohibitio, scilicèt descendentes ex hæredibus institutis, accedant ad præcedentem substitutionem reciprocè factam inter hæredes, in casu, quo alter decederet absque liberis: utique ex accessione resultat expressa reciproca de descendentibus unius hæredis ad alterius descendentes, ut præcedens substitutio censeatur facta, nedùm in beneficium unius hæredis; decedente altero absque liberis, sed etiam in beneficium ejus descendentium: in casu; quo alter hæres, vel ejus descendentes deficerent. Sic enim substitutio censetur adaucta novis personis, quibus per prohibitionem alienandi testator consulere voluit, *Jo. Deker. dicta disser. 1. num. 26. lib. 2.* Insuper eadem prohibitio nedùm providet in casu contraventionis, sed etiam expressissimè in casu mortis: nec per verba enunciativa rationis, sed principaliter, & dispositivè respicit perpetuam bonorum conservationem penès hæredes, & eorum descendentes: nec in ea apposita sunt verba relativa, & restrictiva ad præcedentem substitutionem; sed est absoluta, & generalis; ideo inducit fideicommissum simplex, absolutum, ac reciprocum de linea ad lineam, quicquid sit, quando omnia prædicta non concurrerent, ut advertit *Cyriac. controv. 583. num. 65. & 67. & controv. 585. num 32. & 33.*

Hic quoque illud non est omittendum, quod ex prohibitione alienationis injuncta hæredibus, & eorum descendentibus, certissimum est, induci reciprocam de linea ad lineam: saltem in contraventionis, quicquid sit de reciproco in casu mortis, ut docet *Socin. iun. in l. filius familias, §. divi, num. 50. ff. de legat. 1. Fusar de substitut. quæst. 689. num. 8.* atquè ità, dum hic agitur de fideicommisso contraventionali ad excludendum creditores, quibus fuerunt obligata bona prohibita alienari & obligari; ideò hæc sola conclusio sufficeret ad obtinendum pro descendentibus ex Januario contra creditores; undè idem *Peregrin. cit. consil. 47. num. 9. in fin.* concludit: *adeò ut res sit expedita pro reciproco, & restitutorio perpetuo fideicommisso inter masculos, & fæminas de agnatione, & familia*, Ita pariter in simili casu censuit Me-

noch. num. 348. monetquè num. 33. DD. qui in oppositum adducuntur, loqui, si quando concurreret aliqua persona habilis ex eadem linea; tunc enim jure optimo non liceret transitus in aliam lineam; at verò cum nulla penitùs superest ejusdem lineæ persona, ut in hoc casu, de quo est sermo, antequam res deventura sit ad extraneos, induci reciprocam omninò, per quam bona sedeant apud testatoris descendentes juxtà ejus placitum, par, imò necessum est. Et pro hac sententia quamplurimos refert *Fusar. dict. quæst. 475. num. 28.* quamvis *num. 29.* non paucos ab opposito stantes recenseat; & in simili casu inducendam reciprocam fideicommissariam substitutionem, docet *Ant. Fab. Cod. de fideic. def. 30.* vel quia testamenti verba sic debent accipi, ut aliquid operentur, *l. si quando 121. ff. de leg. 1.* vel quia non facilè debet induci divisio voluntatis, *l. eum, qui 18. in fin. ff. de his, quib. ut indign.*

Huic opinioni eò magis est credendum, quia tantum abest, quòd illa hypothesis adversariorum: nimirùm vocatis descendentibus ex pluribus institutis intelligi singulos vocatos in portionem parentum, fundetur in *tex. in dict. cap. 1. de duob. fratr. à cap. invest.* quin textus apertissimè contra ipsos dimicet; proponitur enim in eo, investitos fuisse a quodam Capitaneo de novo beneficio duos fratres: eo videlicet tenore, ut quamdiù ipsi, vel eorum hæredes masculi viverent, & masculis deficientibus fœminæ, si superessent, feudum haberent. Ex fratribus his unus, una relicta filia altero ad huc vivente, decessit; inquit *textus*, in feudo successuram filiam, excluso fratre; *unusquisque enim sibi suisque hæredibus videtur prospexisse*. Neque aliud in eo casu potuit salvis iure simul, & æquitate decerni; absurdum enim visum fuit, ità mentem illius, qui feudum accepit, interpretari, perindè, ac præoptâsset, velle fratrem succedere, exclusa propria filia; neque ibi ullum Domino investienti pariebatur præjudicium; cujus nihil intererat, ad filiamnè potiùs, an ad fratrem feudum devolveret, præterea conjectura præsumenda fuit, non ab investientis mente, quo cum fuerat initus contractus, sed à decedentis feudatarii, qui semper sibi, suisque hæredibus videtur prospexisse, ut ait *tex.* Quod longè distat ab hypothesi, in quâ testator, vocatis descendentibus à pluribus institutis, vocasse credendus est, singulos ad portiones parentum; nullus enim adest hic contractus initus à testatore cum filiis; omnis conjectura colligenda est à præsumpta testatoris voluntate, qui consuluisse suæ posteritati, quàm maximè potuit, censendus est; itaque quando nulla adest persona ex una linea, nulla quidem ratio subest, cur potiùs res non deberet properare ad alios descendentes; quandoquidem id suadet *tex. in mem. cap. 1. de duob. fratr. à cap. invest.* ubi habetur, quòd si frater, qui filiam reliquit, sinè hærede decessisset propter tenorem investituræ insertum, ejus pars fratri, non domino quæsita fuisset.

Quam ob rem si ità est statutum in feudis, in quibus proceditur jure stricto; an non idem erit in fideicommissis, ubi latissima, & plenissima interpretatio admittitur? Si ità in feudis, ubi verba important tantum, quantum sonant: cur non in fideicommissis, ubi etiam deficientibus verbis, locus est conjecturis? Si istuc, vel in Domini præjudicium sancitum fuit, quoties nullus ad sui sset, qui posset admitti juxtà formam investituræ: cur non & decerna-tur idem hic? ubi transitus bonorum ad aliam lineam tantùm abest, quod afferat testatori nonnihil præjudicii, ut in commodum potiùs, & favorem ejus cedat, quò bona in suos posteros ferventur. E nil obstat, quòd vocatis descendentibus, videri debeant vocati ad portionem illius, cujus respectu sunt descendentes: nàm id nulla lege cavetur; cum satis sit, ut descendant ab uno ex vocatis, nàm non possent descendere ab utroque; prout ità desumitur ex *textu in l. pater filium 38. §. pater, al. §. mater ff. de leg. 3.* ubi cum mater institutis filiis dixisset: *Prædia, quæ ad eos ex bonis meis perventura sunt, nulla ex causa alienent, sed conservent successioni suæ*; his verbis videntur vocati successores amborum hæredum, ut ex verbis, quæ sequuntur, *deque ea re invicem caverunt*, juxta *textum in d. l. pete, §. fratre, ff. de leg.* ubi in legato familiæ relicto, debet præstari cautio respectu successorum. Igitur verba ea *successioni suæ*, comprehendunt successores unius, etiam quoad portionem alterius.

Alia solet adduci ratio, cur fideicommissum, de quo agitur, debeat discretim accipi; scilicèt, ut unusquisque censeatur rogatus restituere solummodò filiis suis; facilius enim præsumendum est, testatorem voluisse prægravare filios, ut descendentibus reddant, quàm ut extraneis. Hanc disertè elicit ex plurium DD. mente *Peregr. de fideicomm. art. 3. num. 72.* Sed neque hæc prajactam conclusionem obturbat; siquidem ab initio nedùm testator reciprocam inter filios induxit, ut alter alteri restitueret; si eos obire sinè liberis contingeret; sed etiam si omnes sinè liberis decessissent, vocavit remotiores ex linea; iisque deficientibus, Xenodochium tandem Sanctissimæ Deiparæ Annunciatæ. Igitur si pater gemino fideicommisso filios gravavit: altero scilicèt ad favorem eorum, quos procreassent; altero autem ad beneficium tùm transversalium, tùm exterorum; cur non, & ad favorem nepotum idem mandasse, censendus est: ut priùs scilicèt reddant his: si quos genuissent: deinde in eorum defectu nepotibus ex fratre: demùm exteris, & nosocomio.

Et ex hoc solum, quòd testator reciprocam inter primos institutos iussit, præsumendum, etiam iussisse reciprocam inter ipsorum descendentes; si & ipsi sub nomina collectivo, & unica oratione post mortem vocati proponantur, scripsere *Peregr. Menoch.* & alij innumeri adducti per *Fusar. dict. quæst. 475. num. 35. vers. & quando*. At quamvis nonnulli senserint oppositum, freti

73 ea ratione quia non debet substitutio de persona ad personam extendi, & si testator voluisset reciprocam inter nepotes, expressisset; non illepidè posset dici, quòd in hoc facti themate vix agitur de expressa substitutione extendenda,

vel

vel de tacita potissimum inducenda inter descendentes: sed bene de interpretanda descendentium substitutione ad hoc, vt accipiatur indistinctè, & prout generaliter fuit concepta: non modò quo ad parentum, sed quo ad quorumcumque descendentium portiones, vnde non ex vi extentionis, sed ex vi comprehensionis vocatos, dicimus; ea enim verba: *Che detta mia heredità sempre, & in perpetuum s'abbi à conservare per detti miei heredi, e loro descendenti, & in quella debbano succedere li loro figli legitimi, e naturali, e loro descendenti in infinitum; ità che l'uno succeda all' altro de grado in grado in infinitum, de quali beni siano solo vsufruttuarij, e la proprietà sempre resti vincolata per li descendenti da detti miei figli*, vtque absq; vlla extentione tam descendentes ex vno, quàm ex altero fratre comprehenduntur; itaque si verba, prout sonant, absque vlla interpretatione accipere velimus: generalitèr potiùs, vt optimè docet *Mart compend. decis. tom.5. tit. de subst. fideic. cap.9. & 10.* quam divisim intelligenda sunt; ità vt quotiès aliquis adsit, qui sit descendens ex ipsis filijs: toties is debeat admitti ad deficientis portionem, vt tradit *Menoch cons. 895. num.31.* dicens, ordinem succedendum posse considerari tàm inter descendentes, quam inter transversales; & *num.34.* verba illa: *de grado in gradum*, æque posse verificari de descendentibus, ac de transversalibus; in vtraque enim linea tàm descendenti, quàm laterali considerantur gradus de jure civili, ex DD. congestis *consil.124. num.85. & cons 200. num. 39. lib.4. & de præsumpt. lib.4. præsumpt.95. nu.20.* ità tamen vt servetur gradus prærogativa: qua proximiores præferantur remotioribus; nec locus aperiatur descendenti ab alterius linea, quousque aliquis ex deficientis linea superesset, qui cum eis concurreret, vt asserit *Carem. variar. resol.44. nu.9. & seqq.*

Nec illud obest, quod non expressit testator inter descendentes substitutionem, sicuti expressit in filijs: ex quo argui posset, noluisse; explicavit enim totum id, quod necesse fuit. Filij testatoris non poterant comprehendi sub nomine descendentium ab ipsis filiis, vt advertit *Alciat. consil.546. in princ.* quamobrem substituendi fuere nominatim, hæc autem expressio non oportebat quo ad descendentes; sat enim fuit, ipsos fuisse vocatos ad portiones deficientium; eum vbicunque, verificantur verba, verificari etiam & eadem dispositionem, necesse habeatur.

Suadetur ulteriùs hæc reciproca descendentes ex utraque linea; quo circa si vocatis descendentibus ex ambobus institutis, generaliter additur: *ità che l'una succeda all'altro di grado in grado in infinitum*, cur ubi testator non distinxit, nos distinguere debemus? cur, si testatoris voluntas lex est: lex generaliter loquens non est generaliter intelligenda, contra *tex. in L. de pretio, ff. de public. in rem actione?* unica fuit vocatio, unica quoque censenda est dispositio. Vocavit testator omnes, tanquam descendentes ab unica linea, ibi: *dalla linea di detti miei figli*; designavit lineam continentem, in qua scilicet omnes filij continebantur; cur accipiendum erit, sensisse diuisim de lineis esse. Quis? Imò & clariùs expressit testator, dum iussit, ut quilibet suorum hæredum posset rei uindicare res, si quæ ab ullo descendentium uenirent. Ergo si quouis ex descendentibus alienante, quilibet ex descendentibus admittitur ad uindicandum; pernecesse sequitur, inter eos reciprocum fuisse inductum onus fideicommis. si, etiam in linea collaterali; homines igitur ex una linea sub nomine autem hæredum testatoris uenientes, alterius lineæ bona uindicare posse, fas sit.

Accedit, quod testator cauit uerbis directis in rem, non in personas: dicens uelle, quod dominium bonorum seruari perpetuo deberet apud descendentes, ibi: *Ità, che la detta mia heredità eccetto le predette summe senza pesa alcuna sempre & in perpetuum si abbia à conservare per detti miei heredi, a lora descendenti, & in quella debbiano succedere li loro figli legitimi, e naturali, e loro descendenti in infinitum; ità che l'uno succeda all'altro di grado in grado in infinitum, de quali beni ne siano sòlo vsufruttuarij, e la proprietà sempre resti vincolata per li descendenti da detti miei figli*. Hinc uidetur, ut bene advertit *Peregr. cit. consil.63. tom.1. num.12.* inductum non fideicommissum personale restrictum ad personas institutorum, sed reale, *Cuman. in l. peto, § fratre, num. 5. ff. de legat. 2. Castrens. in l. voluntas, in fine, C. de fideicomm. Alex. in l.1. nu.87. in fine. ff. de officia eius, Paris. cons.30. nu.19. lib.2.* late *Curt. iun. cons.43.* Imo & quamuis prohibitio alienationis facta esset personis filiorum, & eorum descendentium: si tamen addita sit ratio per uerba directa ad rem, *quia vult, bona permanere in dictis descendentibus*, huiusmodi prohibitio migrat in naturam prohibitionis realis, & uere realis dicitur, *Jason. in l. filius famil. §. Divi, num. 146. & 152.* & ibi etiam *Ripa num.108. Crot. num.127. ff. de legat. 1. Peregr. de fideicomm. art.11. nu.54. vers. scis etiam, & cons.45. num.13. lib.1. Rota Roman. apud Giovagnan. consil.75. num.83. lib.1. Barri de succ. lib.8. tit. de fideicommiss. quod inducitur ex prohibitione alienationis, num. 19. Alexig. cons.80. num.10. & 11. tom.2. Ciarlin. controv. cap.219. num.54. Capycius decis.19. & 108.* quæ sane operatur, quod quilibet hæreditatis possessor teneatur per fideicommissum alteri restituere, donec hæreditas perueniat ad ultimum ex hæredum descendentibus, extinctis aliis lineis; & sic necessario infert reciprocam de linea ad lineam *Peregrin. de fideicommiss. art. 13. num.91. Fusar. de substitut. quæst.689. num.7. Sperell. decis.152. num.55. & 56. D. Merlin. dec. Rota 326. num.1.2. & 3. Cyriac. dicta controv. 584. num.65. & 67. Gratian. discept. forens. c. 828. num.45. Anton. Fab. C. lib.6. tit. 22. de fideicommiss. definit. 23. in fine, & defin. 42. Francisc. Barri de success. lib. 7. tit. de substit. reciproca, num.21. Simon de Pratis de vltim. volunt. lib.3. interpret. 3. dubit. 4. fol. 3. n. 32.* ibidem: *Verba directa in rem, exindè onus reale ad quæcunque perueniant bona, adstringit*,

gis, & apprehendis ipsa bona; hac itaque fa- ctione, vt nepotes dicantur substituti etiam pa- truis Eos igitur non tanquam ex duabus lineis, sed tanquam ex unica ipsius testatoris pullulantes respexit; & quoties testator noluit inter filios distinguere portiones, sed eos respexit, ut à se uno descendentes, non est locus prætensæ diuisioni, ut per *Menoch.cons.*1012. *num.*9. *& seq.* post *Alciat.Ruyn.* & alios, quibus adhæret *Fusar.dict.quæst.*475.*num.*45.*in fin.*& in dubio descendentes tanquam ab ipsiusmet testatoris linea prosilientes censendi sunt; quandoquidem in fideicommissis non tam gravato, quàm testatori succeditur, vt ex *l. coheredi, §. cum filia, ff. de vulg.l. vnum ex familia, §.* 1.*ff.de legat.* 2. & tradunt DD. quos plena manu rescribit *Fusar.de fideicomm.subst.quæst.*224.

Nequè ad fugandam hinc reciprocam, prodest allatum dictum *Scævola in l.Lucius Titius* 78 *§. Caio,ff.ad Trebell.* vbi institutis pluribus hæredibus, substitutoque post eorum obitum Titio, cum decessisset vnus ex hęredibus absque sobole, eius portio non ad cæteros vnà vocatos, sed ab substitutum pertinet; quia pluralitas resolvitur in suas singularitates; nequè vt locus fiat substitutó, speranda est mors omnium hæredum absque filijs. Imò etsi testator institutis hæredibus duobus filijs, substituisset Mævium ei hæredi, qui supremus decesserit absque filijs: vita functo vno fratre, alter succedit ab intestato, non ex reciproca substitutione, quæ nulla facta est inter hæredes institutos, *l. pater filium* 14.*§.fin ff. ad l. Falcidiam, l. qui duos* 42. *ff. de vulgar.& pupill.l.penul. C. de impuber. & alijs substitutionibus, l. vel singulis, ff. de vulg. & pupill.* ità vt tunc censeantur plures hæredes instituti, invicem per reciprocam substituti, quando concurrant tria illa requisita, quæ habentur in *l. Titia Seio, §. Seia libertis. ff.de legat.*2.nimirùm vt sint vocati ij, inter quos dicitur facta reciproca: vt sit facta substitutio vltimo morienti, & vt in tota hæreditate; Quandoquidem licèt tria illa requisita, quæ habentur in *cit. §. Seia libertis*, valida sint ad inducendam reciprocam; valet tamen istuc argumentum affirmativè, non item negativè; cùm vel illis tribus conjecturis non concurrentibus, si adsint aliæ, induci possit reciprocum fideicommissum, nedùm inter hæredes, sed etiam inter alios, vt per *Fusar. de recipr.quæst.*255. ad *text. in l. cum proponebatur*, 60. *ff. de leg.* 2. ibi: *voluntatem manifestam videri mutua facta substitutionis; etenim in causa, fideicommissi, vtcunquè precaria voluntas quæreretur, coniectura potuit admitti*, latè probant *Peregr.cons.*64.*num.*13.*vers.ad tertium, vol.*1.*Alex.Sperell decis.*152.*nu.*82. *Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.*7.*tit.*5.*n.*4 *&* 15. *vers. ex testatoris voluntate, Rayn.in cons.*146. *col.*5.*vol.*5.*Anton.Gabriel.lib.*4.*commun.conclus. tit.de substitut.conclus.*1.*nu.*15. *Alregr.consil.*80. *num.*59.*&* 60. *vol.* 2. vbi testatur hanc esse receptissimam DD. sententiam, *Cyriac. contr.*70. *num.*14.*& contr.*303.*num.* 15. *Fusar. de substitut.q.*472.*num* 7.*& cons.*24.*nu.*9.*& cons.* 154. *num.*2.*vers. respondetur, Rota Romana in dec.* 266. *in fine, vers.qua tamen, in recentior.par* 1.*tom.* 1. præsertim vbi agitur de inducenda reciproca inter eos, qui à testatore descendunt: quæ neque requirit conjecturas adeò vrgentes, sed leviores sufficiunt, *Decian. in cons.*2. *nu.*9. *in fine, & num.*10.*vol.*2.*& cons.*3. *num.*4. *eod. vol. Mantica de coniect.vltim.volunt.lib.*11.*tit.*2. *in fine, Peregrin. in cons.*54.*num.*8.*& cons.*55. *num.*17.*lib.*1.*Fusar.cons.*154. *num.* 20. *Sperell. dict.decis.*152.*num.*98 99.*&* 100. vbi etiam monet, in hac materia coniecturas non separatim, & particulariter discutiendas, sed omnes simul considerandas esse, in his enim terminis procedit regula: *singula quæ non prosunt, vnita juvant* & ex pluribus Rotæ Rumanæ decisionibus tradit, quòd etiamsi aliquæ conjecturæ de per se essent reprobatæ, tamen junctæ cum alijs suffragarentur, *Beltramin.ad decis. Ludovis.* 315. *num.*19.

Status igitur huius causæ, vt *Scæv.* dicto respondeam, est: an fideicommissum constitutum favore plurium vocatorum sub collectivo nomine, *familiæ, descendentium, agnationis*, censeatur reciprocum, nedùm inter primò vocatos, sed etiam inter descendentes: & sic quando institutis pluribus hæredibus, fuerunt plures nomine collectivo substituti, an inter substitutos censeatur facta reciproca? Hæc sanè quæstio longè distat ab ea, scilicet, an, quando vnus est substitutus pluribus hæredibus institutis, censeatur inter institutos inducta reciproca, prout est casus *Scæv.* in obiecta *l.Lucius Titius* 78.*§. Caio*; patet tùm ex ipsis terminis tùm ex *Fus.de subst.q.*472 473.475.*Frãc.Bar.de success.lib.*7.*de recipr.tac.n.*21.qui has quæstiones distinguunt.

Ne illud quidem officit, quòd testator non vocavit suos proprios descendentes: sed verba direxit ad descendentes filiorum hæredum institutorum: quarè dici posset, censeri descendentes vocatos ad portionem proprij parentis, non autem ad portionem alterius lineæ; atquè ità, verba testatoris accipienda esse discretivè, vt in cuiuslibet hæredis linea fideicommissum descensivum solùm inducant, non autem reciprocum de vna linea deficiente ad alteram, quæ superer rit. Ad quod probandum abutuntur nonnulli authoritate *Fusar.de substit.q.*475. *num.*45.*Reg. de Marin.resol.quotid.cap.*89.*nu.*3. *lib.*2. exemplo eius, quod tradit *Bartol.in l.si mihi, & Titia* 110. *num.*6.*ff. de verborum obligat.* scilicèt: concessionem feudi factam duobus fratribus pro ipsis, & eorum filijs, accipiendam esse disjunctivè, vt proprij descendentes succedant vnicuique ex duobus fratribus primò vocatis: sed altero fratre decedente absque prole, portionem illius non ad descendentes alterius fratris pertinere, sed ad Dominum reverti: præsertim in hac specie, vbi nunquàm descendentes gravati videntur; & si enim (inquiunt) appareant vocati, non tamen ex vocatione activa potest inferri ad passivam; quarè cum ipsis descendentibus non sit facta substitutio de alijs descendentibus: ideo videtur, cessare inter eos fideicommissaria substitutio, quæ ex duplici parte constat: altera passiva, in qua continentur personæ quibus fit substitutio, sivè quæ gravantur, vel rogantur hæreditatem restituere; altera activa

in

in qua continentur personæ, quæ subſtituuntur, sivè vocantur, ex his, quæ tradit doctiſſimus *Dom.Conſ.Joſeph de Roſa.conſult. 41.*

Nàm nulli dubium eſt, quòd ſi teſtator inſtitutis tribus filijs hæredibus mandaſſet fideicommiſſum perpetuum pro deſcendentibus ipſius teſtatoris, tunc fideicommiſſum iſtud intelligeretur etiam reciprocum de linea ad lineam. Sed quæſtio proponitur in eo caſu, quo teſtator inſtituendo fideicommiſſum, reſpexiſſet ad deſcendentes hæredum inſtitutorum; tunc enim exoritur dubium, an teſtator videatur, conſideraſſe lineas hæredum diſcretivè, & ſeparatim; ità vt quilibet hæres cenſeatur ſolum gravatus reſtituere ſuis, non item aliorum hæredum deſcendentibus: atque ità in tali fideicommiſſo pro deſcendentibus plurium hæredum ſubintelligenda ſit clauſula, *ſingula ſingulis referendo*, vt ſeorſus ſit diviſus, & non compoſitus: ac filij, & deſcendentes hæredum cenſeantur ſolùm vocati, & ſubſtituti reſpectivè; ſinguli ſcilicèt in portione proprij parentis duntaxàt, & conſequenter huiuſmodi fideicommiſſum minime iudicandum ſit de linea vnius hæredis ad alterius lineam, vt patet ex omnibus, qui hanc quæſtionem tractarunt, *Alciat. in reſp 39. nu. 9 lib.9. & conſil.87. lib 9. Peregrin.de fideicommiſſ. art.13. num 72. Fuſar.dicta quæſt.475.& ſequenter, num.45. Hieron.de Leon.deciſ.Valent. 121.num.67.lib.2.*

Igitur cunctæ rationes, quibus moventur DD. ad negandam reciprocàm de linea ad lineam, vbi teſtator inſtitutis pluribus hæredibus, ſubſtituiſſet per fideicommiſſum eorum deſcendentes, certe non verſantur in natura verborum, quibus excludi poſſit reciproca de vna linea ad aliam: ſed reducuntur ad meram coniecturam voluntatis teſtatoris: qui voluiſſe creditur, filios ſuccedere patribus ſuis, non autem admitti ad ſucceſſionem eorum patrueles, aut extraneos; etenim cum clauſula inſtitutionis in filijs ſeparata accipiatur, eodem modo, & iſta ſequens nepotum, ac deſcendentium ex eis, quæ in locum prioris ſuccedit, *l.1. C.de impub.l.cohæred. §.1.ff.de vulgari*, quam rationem affert *Alciat. in reſp.39 num.9. lib.9.* Altera ratio ſolet aſſignari ex *eodem Alciato in dicto conſil.39.nu.12. & 13. & conſil.87.lib. 9.* nempe quòd vbi filij inſtitutorum ſunt ſubſtituti per fideicommiſsũ, præſumptio eſt; quod teſtator gravavit vnumquemque hæredum inſtitutorum reſtituere filijs ſuis ſolũ portionem ſibi relictam; nàm cum fideicommiſſum ſit onus: ſinguli, qui gravati ſunt, videntur ſeparatim fuiſſe in conſideratione, quia onus vnius ad alium non pertinet: ideoque ſubſtitutio interpretabitur facta, referendo ſingula ſingulis. Quas rationes diſerte colligunt *Peregrin.de fideicomm.art.13. num. 72. & Hieron.de Leon. deciſ.Valent. 121, num. 67. & 68.*

Sed rationes iſtæ ad præſumendum, teſtatorem vocaſſe lineas hæredum diſcretive, merito improbantur ad alijs; quia interpretatio illa, qua ſingula ſingulis debeant referri, tunc admittitur, & procedit: quando aliter diſpoſitio ſalvari non poteſt, ſalva rectitudine orationis, & ſermonis: ac emergeret abſurdum aliquod, vt tacite ſentit *Glos. in l.fin. in verbo, vniverſitatis, C. de fideicommiſſis*, dum ibi facit hanc relationem, quia alitar *tex.* ſalvari non poterat ſine abſurdo, & expreſſe ibi declarat *Angel.num.4. verſic.nota, quòd ſingula*, vbi etiam *Antonius Contius in addit. marginali ad illam Gloſ.* ità animadvertit, allegando *Angel.* ad hoc ibi, quod voluit idem *Angel. in l.1. §. dolum, nũm.4.ff.de dolo*, vbi ſubdit hæc verba: *Nota, quod indefinita relatio, cum fieri non poteſt ad omnia intelligenda eſt hoc modo, vt ſingula ſingulis referantur; Simon de Pretis ad interpret. vltim. voluntat.lib.2.interpr.4.dub.2.ſolut.2. nu 266, verſic. Præterea advertendum eſt, fol.173.Galganett.de condit.& demonſtrat.p.2.cap.6. quæſt. 7. num.34.* Quare vocatis per fideicommiſſum deſcendentibus ex pluribus filijs hæredibus inſtitutis, minime admittenda eſt talis interpretatio diſcretiua linearum; quia nulla neceſſitas euitandi abſurdi nos cogit ad faciendam hanc interpretationem, ut rècte advertunt *Cyriac. controv.forenſ.174.num.49. juncta num. 3. Stephan.Gratian.cap.741.num.10.& 12.* ſed iuxtà naturam nominis collectivi, quo omnes deſcendentes ex filijs hæredibus inſtitutis uocati ſunt cuncti ordine ſucceſſivo admitti debent: ac tandiù durat fideicommiſſum, donec ſupererit vltimus, qui deſcendat ex lineis dictorum hæredum, extinctis omnibus alijs, iuxtà *tex. in l. cum ità, §. in fideicommiſſo, & l. peto, §.fratre, ff. de legat.2.text.* egregium *in l. Pater filium 38. §.filiam, iuncta Glos.* in uerbo, *& legatariis, ff. de legat.3.* ubi relictum pluribus debetur uni tantùm, qui ſupereſt, eueniente conditione; & dicit ibi *Gloſſa*, uniuerſitatem remanere in uno, quem *tex.* ad hoc allegat *Cyriac.contr.303.num.61.* & ex iuribus ſuprà allegatis eandem interpretationem diſcretiuam linearum improbant *Carolus Ruynus conſ.139.n. 21.vol.3. Menoch conſ. 1071. à num.17. et nu. 30.verſ.tertio obiicitur, et num.34. Mantica de coniect. vltim.volunt.lib. 7. tit.5. in fine, Torniell.conſ.43.num.28. inter conſilia Portij, Gabriel de ſubſtitut.concluſ.1. nu.29. Trentacinq; de ſubſtit.par.5.cap.2.num.7. Socin.conſ.77.n.5. verſ. nec dicas aliquis, quod dicti filij, vol. 1* quod eſt repetitum *in conſil.80.eodem vol.Vegg. conſ. 74. num. 178. Rota Romana deciſ.579.n. 4.par.1.diverſorum*, repetita *in deciſ.Seraphin. 409. num.6.* ubi format hoc obiectum, & poſteà reſoluit contrarium, *Pancirol. conſ. 150. num.10.Peregrin.de fideicomm. art.13. nu.73. circà finem. Cyriacus dicta controv. 302.nu.61. & 65. Io.Philippi reſp.42.* qui omnes ex ſola natura nominis collectiui, quo deſcendentes ex hæredibus inſtitutis uocati ſunt, docent, reſultare inter ipſos deſcendentes reciprocam de una ad aliam lineam.

Quinimò admiſſa contraria ſententia, minime huius concluſionis iubar deturpabitur; quia tota ratio oppoſitæ ſententiæ fundata in mera coniectura voluntatis teſtatoris, qui ſicuti hæredibus inſtitutis reliquit ſingulis ſuam portionem, ità credendus eſt, unumquemque hæredem grauaſſe ſolùm reſpectù ipſius hæredis filio.

liorum, & descendentium, non autem respe. ctu aliorum, qui ei sunt collaterales, non po. test sibi locum vendicare in hac specie; ubi te. stator nedùm prægrauauit hæredes decedentes absque liberis inuicem per mutuum, & reci. procum fideicommissum: sed etiam in casu, quo hæredes decederent absque liberis iniunxit hæ. redibus grauamen restituendi collateralibus re. motioribus, & in istorum defectu uocauit lo. ca pia; atque ità in nostro casu cessat præsump. tio: in qua contraria sententia uersatur. Quare fideicommissum constitutum pro descendenti. bus ex hæredibus institutis, non est interpre. tandum solummodo descensiuum, ut quilibet hæres censeatur gravatus restituere duntaxat suis descendentibus, sed etiam collaterale, & reciprocum de una ad aliam lineam: ubi ex di. spositione testatoris constat, hæredes primo in. stitutos invicem fuisse gravatos per mutuam, & reciprocam substitutionem in casu, quo al- ter ex hæredibus decederet absque liberis: nè aliòquin hæredes primo vocati, & magis dile. cti dicerentur plus gravati, quam remotiores, *Cravett. cons. 130. num. 6. vers. 3. considera, Rota Romana, in decis. 466. nu. 2. par. 4. diversorum Sperell. decis. 152. num. 45. & 91. Socin. iun. cons. 110 num. 39 lib. 3. Surd. consil 344. num. 17. Rota. Romana decis. 266. num. 20. circa medium, & decis 300 num. 9. & decis. 361. num. 12. par. 1. Dom. Merlin. decis. Rota, 326. num. 9.* Et hæc sententia, ubi expressa reciproca facta est inter hæredes institutos; quòd tunc fideicommissum pro descendentibus hæredum sit iudicandum etiam de linea ad lineam, est magis probata, & recepta; vt patet ex *Fusar. in cons. 154. à num. 6. usque ad 9.* cuius verba sunt hæc.

Opponitur tertiò, quòd si testator inter lineas vo. luisset reciprocè substituere, id expressisset, sicuti expressit in prima; & si non expressit, noluit, ut ego dixi quæst. 472. num. 30. usque ad num. 42.

Respondetur, quòd hæc oppositio retorquetur; imò ex eo, quòd facta est reciproca inter eos nepotes, secundùm magis communem opinionem, ut pa. tet ex allegatis à me dicta quæst. 472. num. 29. vbi pro reciproca citavi decem Doctores, & in. ter hos Rotam Bonon. & Mantuan. dixi etiam, per conformes ità Brixia fuisse judicatum in una de Ugonibus, & pro negativa allegavi so. lùm quinque Doctores, qui etiam sunt sibi con. trarii, excepto Mara. undè demptis contrariis pro negativa unus extat, & pro affirmativa sunt sex; adde pro reciproca Rot. dec. 491. num. 2. par. 4. divers. & decis. 344. num. 16. par. 2. recentior. Quinimò hanc esse legitimam conjecturam, & si agatur de reciproca de linea ad lineam, scri. bunt Cravett. Odd. Menoc. Peregrin. Rot. Rom. Soc. jun. Decian. Surd. & Rimin. jun quos ego congef. si in tract. de fideicomm. quæst. 475. num. 35. Non obstant, quæ ego scripsi contra hanc conjecturam quæst. 472. num. 30. & quæst. 475. num. 36. vbi dixi, non esse bonam conjecturam pro reciproca, quando inter filios primi gradus est facta, ut dicatur facta & in posteriores descendentes. Re. spondetur enim primò, quod hæc conjectura est magis communiter recepta, ut patet ex DD. à me citatis in dictis locis ut dixi supra statim num. 7. Quæ tantò magis retinenda erit, cum pro reciproca extent decis. Rot. Rom. ut in decis. 266. num. 20. ad medium, decis. 391. num 9. et num. 12. decis. 300. num. 9. par. 1. recent. Rot. Bo. non. apud Barz. dec. 5 num. 54. & seq. Et pro con. traria opinione non video authoritates tanti pon. deris; nec caram versatissimo Jureconf. ac pru. dentissimo dico, in judicando, esse potius se. quendas hujusmodi opiniones, quàm aliorum;

Quod potissimùm vrget, quando testator insti. tutis hæredibus filiis, post mortem eorum abs- que liberis substituisset, vt in hoc casu, vel collaterales remotiores, vel extraneos; quia præsumptio illa, qua creditur, te. statorem gravasse unumquemque hæredem in portione ei relicta respectu descendentium tantùm ex ipsius hæredis linea, eliditur ex vo- luntate ipsius testatoris, qui eosdem gravavit respectu extraneorum, qui neque ab hæredum, neque à testatoris linea descendunt, *Seraph. in decis. 409.* egregiè *Dom. Merlin. dicta decis. 326. num. 11. & 12.* his verbis: *Tùm demum quia illud sequeretur, testatorem ad omnia bona, & ad universam hæreditatem voluisse vocare re. motiores, & minus dilectos, non autem proxi. miores, & à dictis hæredibus descendentes, quod videtur inconveniens.* Et in terminis, quòd fideicommissum pro descendentibus ex pluri. bus filiis hæredibus institutis judicari debeat etiam reciprocum de una ad aliam lineam: vbi testator decedentibus filiis hæredibus institutis absque filiis, substituerit Monasterium: quia & si Monasterium fuerit vocatum sub condi- tione, si filii primi gradus hæredes instituti decederent sinè liberis; nihilominùs ex hac di. spositione colligitur, eam fuisse voluntatem testatoris, nè bona unquam ex lineis hæredum institutorum transirent, nisi postquam omnes lineæ deficerent, egregiè tradit *Joannes Bapti. sta Spada in consil. 231. tom. 3.* vbi etiam docet, huic dispositioni, saltem virtualiter inesse con. jecturas, de quibus in *l. Titia Seja, §. Seia li. bertis ff. de leg. 2.* ad inducendam inter descen. dentes reciprocam substitutionem.

Præter quàm quòd, licèt respexit testator descen- dentes ex hæredibus institutis; eos tamen re. spexit non discretim, & separatìm, sed veluti de unica linea, ibi; *lo trasferisca, e lascio à detti descendenti da detti miei figli, e loro figli de grado in grado in infinitum della linea di detti miei figli, e loro figli, e descendenti in in. finitum.* Undè dicendum est, testatorem in- tellexisse non de lineis cujusque hæredum di. scretivè, & effectivè: quia dum hæredes non vnam, sed plures constituebant lineas, opor. tuisset loqui numero multitudinis: scilicèt ex lineis dictorum hæredum; sed ex illa prolatio. ne *linea* in singulari videtur intellexisse de uni. ca linea omnibus communi, incipiendo à com- muni eorum stipite, & sic comprehensivè, su- mendo lineam contentivè, in qua continebatur etiam ipse testator; quo casu evidentissimum est, inter omnes de eadem linea commu- ni inductum esse reciprocum fideicommissum, ut ante quàm decedat ultimus, in cuius persona

ipsa

ipsa linea evacuabitur, interim censeatur ille, & alii supervivententes reciprocè substituti præmorienti, ità eleganter *Cyriac. controv. 585. nu. 55. tom. 4. & controv. 585. à num. 3. usque ad 11. Reg. de Ponte in consil. 47. num. 6. & 7. tom. 1.* in hæc verba: *Et si lineam intellexisset de linea, quæ à filiis originem sumpsisset, non fuisset una linea, sed plures, quod erant filii; adeò quòd nec verbum dicta linea, nec singularitas lineæ conveniebat; propterea linea in eo casu, vel accipietur effectivè, idest linea effecta à patre, vel contentivè, idest linea paterna, in qua pater continetur, omnesque illius descendentes*. Præsertim quia nisi ita lineæ nomen acciperetur, sequeretur, quòd si prædecessisset unus hæres cum filiis, deindè obiisset alter hæres absque prole, liberi alterius hæredis præmortui non potuissent illius portionem expetere: sed delata fuisset ad collaterales, alios extraneos qui fuerunt substituti hæredibus in eo casu: quo ipsi hæredes decederent absquè filiis; undè oleret absurdum, quòd minùs dilecti præferrentur magis dilectis, & à testatore descendentibus; atquè ità potuisset evenire casus, nè bona perpetuò essent in linea dictorum filiorum, & hæredum institutorum à testatore; quo casu ad evitandum hoc absurdum, fit interpretatio, ut linea capiatur comprehensivè, non autem effectivè, *Honded. consil. 4. num. 27. vol. 1. Cyriac. d. contr. 585. num. 5. & 6.*

Nequè his repugnat decisio *Rot. Rom.* apud *Card. Seraph. dec.* 1023. in qua fuit judicatum pro exclusione fideicommissi de linea ad lineam; ibi enim nulla aderat expressa substitutio inter institutos, nulla verba perpetuitatem indicantia; undè videtur testator, ab initio lineas distinxisse.

Non adversatur decisio S. C. allata per *Reg. de Marin. tom. 2. resol. cap. 89.* siquidem ultrà quàm quòd non aderat reciproca inter institutos, hæsitatio ibi erat, an masculi transversales ex una linea deberent admitti ad successionem defuncti ex altera linea, exclusa propria defuncti filia, virtute vocationis factæ per testatorem; qua fuerunt vocati descendentes masculi ex filiis institutis, & in eorum defectu fuerunt vocatæ fœminæ. Nec videbatur, testatorem voluisse proprios onerare descendentes, ut si decessissent superstitibus fœminis, hæreditatem debuissent restituere aliis transversalibus, exclusis propriis liberis, licèt fœminei sexus, à paterna successione; undè illa potiùs sumenda erat interpretatio, ut prælatio illa masculorum intelligeretur quoad fœminas cujuscunque lineæ; ut scilicèt in qualibet linea masculi præferrentur mulieribus, & servata forma *Const. Regni*, cui in dubio censetur testator, se conformem reddidisse, ut existentibus masculis fœminæ non succedant, cum de communium parentum successione agitur; non verò ut exindè exclusis fœminis à propriorum parentum successione, præferendi essent masculi transversales ex alia linea, & juxtà hunc intellectum rectissimè fuit judicatum; siquidem cum superest aliqua persona ex una linea, non debet fieri transitus ad aliam lineam; etiam si masculi præferendi essent fœminis.

Controversia autem ibi ferè videbatur soluta; nàm idem *Reg.* advertens illud, *num.* 10. *vers. ultimo*, ibi: *jusserat expressè testator, ut fœmina illa, quæ esset successura, contenta esset, verùm, justumque bonorum stabilium valorem recipere: bonum autem illis masculis de familia restituere, qui ipsis fœminis tunc proximiores fuissent*; nitidè innuit, fœminas fore successuras, quamvis superessent masculi ex altera linea, cum alioquin nulli extituri fuissent, quibus res à fœminis justo pretio vendi deberent; undè potius fuit ibi judicatum, concedendum esse transitum de linea ad lineam; eum fuerit decisum teste eodem *Regen.* ibi *in fin. ut deficientibus descendentibus masculis alterius ex institutis, superstitibus tamen fœminis, succedere deberent masculi descendentes ab altero, ex scriptis hæredibus; fœminis tamen, quæ superstiterunt ex illa linea, justo, veroque dictorum bonorum valore priùs soluto, & non aliter*.

In hac autem specie nemo adest ex linea extincta, qui velit concurrere; quàpropter non minùs menti, quàm verbis testatoris pugnare videretur, si excluderentur proprii testatoris hæredes à creditoribus extraneis, ut ait *Reg. Capyc. Latr. dec. 1. num. 19. & 111.*

Nequè posset dici, censeri quidem inductam reciprocam inter omnes descendentes ex una linea, non autem, & inter descendentes ex alia; cum hoc tantùm sit in hoc themate inspiciendum, sitnè fideicommissum reale, an personale; si personale: liberi censentur vocati in infinitum ordine successivo in portionibus parentum duntaxat, non etiam patruorum, aut patruelium, ita *Ant. Fab. lib. 6. C. tit. de fideic. def.* 23. si verò reale: tunc dubitari non oporteret (inquit idem *Fab.*) quin fideicommissum non modò graduale, verùm etiam reciprocum fuisset constitutum, *quamdiù aliquis est ex iis, qui invitati sunt, eo quocunque tandem gradu, & latere veniant*. Hinc in *defin. 42. eod. tit. In reali*, inquit, *fideicommisso quamdiù superest unus ex liberis, aut ex masculis potest ille admitti ad fideicommissum*, & inferiùs: *Itaque hoc casu is, qui solus superest ex liberis, aut si ad masculorum defectum testator respexerit, ex masculis: non hujus, aut illius cohæredis, aut substituti portionem petit, sed omnia omninò bona, quæ testatoris fuerunt, & ab eo primùm oneri fideicommissi supposita, non inspecto eo, an ex hujus, vel illius persona fideicommissi supposita, non inspecto eo, an ex hujus, vel illius persona fideicommissi conditio evenerit*: censetur enim hoc casu constitutum fideicommissum perpetuum, & reciprocum; *cui locus fieri debet, quoties alioqui eventurum sit, ut ad extraneum, licèt non nisi per viam successionis legitimæ bona devolvantur*, inquit idem *Fab. def. 4. in fin. eod. tit.*

Hæc è quamplurimis motivis in dicta quæstione excitatis excerpta deliberare malui: cætera uberiori calamo, Deo dante, alibi relaturus.

Alia quædam excitata fuit disceptatio in eadem causa cum Banco Virginis ab Angelo salutatæ
74 huius Civitatis: an scilicèt per constitutionem census factam ab hærede gravato super bonis fideicommisso subjectis, dicatur facta electio in cau-

471.per tot. & 430.lib.Beret. consf.18. num.22 & 146.Odd.consf.43.num.3.& 68.num.7. Menoch.consf.489. & 633. num. 37. ubi refert sic judicatum Venetiis, & Peregr. consf.47. num.16. lib. 1. sic sæpè sæpiùs judicatum refert, quos sequitur Fusar.d.qu.475.num.28.vers.sed contraria, ibi: *Ratio est, quia verba ista* (loquitur de his iisdem verbis, quibus hic testator est usus) *argunnt potius, non fiat transitus ad aliam lineam; nam non transirent bona de descendente in descendentem, sed de descendente in transversalem*; cum descendentes ex uno filio, non dicantur de linea alterius, ad tradita per Dec.consf.379. num.4. lib.2. ibi: *Frater licet fratri sit collateralis, & sit de latere patris non tamen est de latere fratris; nec de linea fratris; quia unusquisque ex fratribus propriam lineam facit*; quod maximà locum habet in materia odiosa, prò ut est fideicommissum: ut hæres quàutò minùs fieri potest, gravetur, *l. unum ex familia, §.si item, l.Titia cum testamento, §.1.ff.de leg.2.*

Nec quicquam prodest: ut possit tacita inter descendentes reciproca induci; quòd filii instituti fuerint mutuo inter se substituti, ibi: *con conditione però, che l' uno succeda all'altro, morendo senza figli*; quia ambo filii obierunt cum liberis: quamobrem substitutio illa expiravit; ex defectu conditionis, neque potest inter descendentes dici repetita, *text.in l.1. C. de condition. insert. & l.cum uxori, C. quando dies legat. cedit Joan.Andr.in add. ad Specul. de testam. § in primis*, qui allegat *l si quis haeres, 7.C. de instit. & substit.& l.haredi, in princ.ff.ad Treb.Jacob. Cujac.consul.51.in appendice, vers.& mali* ibi: *Quæ conditio expirat, si filiis nepotes superstites fuerunt; nec postea mortuis nepotibus sine liberis substitutioni locus esse potest: quoniam semel defecta conditio non resumitur, l.pater, §.ult.ff.de condit.& dem, Didac.Covarr.in cap. Raynal. sub num.8.* vti habet: *Sed & illud in hac re notandum est, conditionem hanc si Titius sine liberis decesserit, omninò deficere, Titio decedente liberis relictis: tametsi ipsi liberi postea mortem obierunt nullis relictis liberis: non enim censetur repetita hac conditio in liberis institutis*. Et in hac re generalem invaluisse regulam, testatur *Gaveanus in sua inserta per Thesaur. decif. 270. num.19.* ut substitutio sinè liberis facta, propter existentiam filii eo tempore, quo gravatus moritur, adeò extincta intelligatur, vt post mortem filii statim post decedentis non reconvalescat, neque reviviscat, ex *Dec.in l.Lucius, ff.de hared.instit.l.ex facto,§.fin.ad Treb.l.filius familias, §.cum quis, ff.de leg.1.Paul.de Castr.in d.l. ex facto.§.penult.idem Dec. consil. 335. num.16. & 17.& 336.Hart.Pistor.lib.4.qu.9.Tiraq. in l. unquam, num.153.C.de revoc.donat* etiam si protulisset testator absque ulla conditione reciprocam inter ipsos filios institutos, *Socin.Jun. in l. Gallus, §.quidam recte, num.9 ff de lib. & posth. & ibi Torniel. num.7. Menoch.lib.4.præsumpt. 71.num.23.Peregr.dict art.13. num. 90. Cavalc. decis.5.num.64.part.2.Rot. decis. 491.par.4. divers.Odd.Menoch.Cravett.Mars. apud Fusar.* qui idem tuetur *dict. quæst. 472. num.30. & quæst.* 475.num.36. cum non possit fieri in substitutionibus extensio de persona ad personam ex conjecturata mente testatoris, imò ne per majoritatem quidem rationis, *Aretin. & communiter DD.in d.§. quidam recte, num.18. & in l. commodissime, ff.de liber.& posth.glos.in l.Titius, in princ.ff.eod.Alex.in l.1.num.11.ff. de vulg. & ibi Socin.sen.col.11.in 2.limit.Zauch.in d.§.cum ita, num.222.Jas.in l.cum re, col.3. ff.de legat. Alciat.& Imol.in dict. l. commodissime*, neque ex reciproca facta inter certas personas potest sumi conjectura ad alias personas, ex regula *l. si unus, § ante omnia.ff.de pact.& l.ante omnia, ff.de prob.ut post Torniel.*inquit *Peregr. dict. art. 12.num.90.*quia qualitas respiciens unam, certamque personam, vel gradum, illum non egreditur, *ut Labeo ait in l. qua conditio 39. ff.de condit.& dem.* ibi: *quæ conditio ad certas personas accommodata fuerit, eam referre debemus ad eum duntaxat gradum, quo hæ personæ institutæ fuerunt, Bart.in l.3.§.fil ns, ff. de lib. & posth.Peregr.d.art.13.num.90.in fine*: & fecit eam testator, ubi voluit; ergo ubi non fecit, noluit, *argum.l.unica, §.sin autem ad deficientis, C.de cad.toll.& ibi Paul.de Castr. & cap. ad audientiam de decim.* Quinimò favorabilis est mutua substitutio in filiis, *l. fideicommissum 11. & ibi DD communiter, C.de transact.* ut testatur *Cæsar.Barz.decis.5. num.35. & 6.num. 53. Menoch. consil.452. num.52. Fusar. quæst. 290. num.8.& quæst.472.num.44.*nam mutuum gravamen, mutua utilitas compensat; neque aliud patrem movit ad reciprocam constituendam, nisi amor, quò filii succederent, ditescerent; hic autem favor erumpens ex dilectionis magnitudine; nil mirum est, si non extenditur ad alios descendentes, in quibus dilectio minuitur; uti arguit *Gravet.consf.306.col.ult.Menoch.consf. 636.n.30.*

Multò minùs tandem prodest ad eam inducendam habita prohibitio alienationis • hæc enim oullius est roboris, nisi aliqua ratione, causa, vel persona vestiatur, *l.filius familias, §.divi, ff.de leg.1.l.peto, §.Julius Agrippa, de leg. 2. & DD.* communiter in dictis locis, & præsertim in *d. §.Divi*, prohibitio enim substitutionem sequitur, cumque ea habet commune fatum; perit, ea pereunte, cum sola non possit existere, & absque munimine substitutionis, vel causæ; cum igitur hic substitutio non sit mutua de linea ad lineam, neque alienatio mutua erit, hæc enim fideicommissum licèt fortiùs tueatur; non ampliat, & ab eo regulatur, *Alex.Gozad Dec. Ruin.Soc.sen.Cardin.Alg.Caph.Menoc.l.Hier.Gabr.apud Sfort.Odd.consf. 66. num. 44.* cum aliis innumeris, ques sequitur ipse in suo peculiari *tract.de fideicom.per alien.prohib.quæst.14.art.6. num.131.& 133.* prohibitioneque alienationis etiam quibuscumque verbis aptis concepta non ampliari unquam fideicommissi terminos, cum ea in fideicommisso recipiat interpretationem, teste *Dec.consil.636.* tenuit, & tenet jugiter *Rot. apud Card. Aldobr.dec.568.& Card. Seraph. decis.683.post Oldrad.Io.Andr.Aretin. utrumq; Socin.Dec.Cravett. Neviz.Ceph.*& aliosq;& scripsit *Caldet.controvers.26.lib.2.* sequitur *a. Consil. de Rosa consult.41.num.23.*

Hæc

Hæc atque alia ad creditorum propugnaculum afferebantur. Amplissimus tamen Sacri Consilii Ordo protulit sententiam die 18. Octob. 1675. suffragia mecum præstantibus D.Præside S.C. Paulo Staibano aulæ Præfecto, & causæ Commissario, Duce Cæliarum D. Aloysio Sixto,

70 his verbis: *Per hanc nostram diffinitivam sententiam dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus, medietatem hæreditatis quondam Alphonsi de Summa, perventam ad Franciscum de Summa seniorem eius filium primogenitum, & cohæredem universalem, stante morte quondam Francisci Mariæ de Summa junioris ejus nepotis, & quondam filii Caroli sine filiis legitimis, & naturalibus, spectavisse, & spectare, prout ipsam præsenti nostra diffinitiva sententia spectare volumus, & mandamus ad D.Annam Beatricem Carrafa, filiam, & hæredem dictæ quondam D.Sylviæ de Summa descendentem ex quondam Iannario de Summa secundogenito, & cohærede dicti quondam Alphonsi de Summa testatoris, & ad D. Hieronymum Mariam Platti filium legitimum, & naturalem quondam D. Dianæ Copyciæ Galeotæ filiæ legitimæ, & naturalis quondam D. Mariæ de Summa filiæ dicti quond. Iannarii de Summa, & ad quemlibet ipsorum pro medietate, juxta supradictam transactionem factam inter qu.D.Sylviam, & D. Mariam de Summa, unà cum fratribus à die mortis dicti quond. Francisci Mariæ de Summa junioris, servata forma prohibitionis, alienationis, & obligationis, ac successivè fideicommissi facti per dictum quond. Alphonsum de Summa in ejus testamento. Verùm à dicta medietate hæreditatis quondam Alphonsi de Summa testatoris perventa ad dictum qu. Franciscum ejus filium primogenitum, deducantur ad beneficium creditorum, tàm dicti qu. Francisci senioris, quàm quondam Caroli, & Francisci junioris fil.i, & nepotis dicti quondam Francisci de Summa senioris respectivè, tam legitima spectans ad dictum Franciscum seniorem in bonis, & hæreditate dicti quondam Alphonsi de Summa ejus Patris, quàm alii ducati viginti mille, de quibus poterat dictus Franciscus senior disponere pro causa urgenti, & magnæ necessitatis, juxta dispositionem dicti qu. Alphonsi de Summa ejus patris. Verùm dicti ducati viginti mille imputentur in legitimam prædictam, deductis tamen à dicta legitima, & ducatis viginti mille quantitatibus forsan solutis, & liberatis, tam dicto quondam Francisco seniori, Carolo ejus filio, & Francisco de Summa juniori ejus nepoti, quàm eorum creditoribus respectivè juxta liquidationem faciendam omnium prædictorum per idem nostrum S.C. tempore exequutionis præsentis nostræ diffinitivæ sententiæ, salva provisione facienda, an prælegatum ducatorum quindecim mille factum dicto Francisco de Summa seniori per dictum quondam Alphonsum de Summa patrem comprehendatur in fideicommisso prædicto, partibus pleniùs auditis.*

Conspicuam hujusce sententiæ justitiam ipsemet tabulatum contextus palàm loquitur, nitidèq; ostendit. Etenim adest utique reciproca substitutio, mutuaque inter filios, institutos casu; quo decederet nullis susceptis liberis alteruter

71 ex institutis; sin autem cum liberis, hi vocati sunt per fideicommissum successivè gradatim, tum in casu mortis, tum alienationis.

Cum expirasset igitur prima substitutio, quià diem omnes obierunt superstitibus liberis, & fuerit factus casus secundæ; vertitur in hoc cardo controversiæ: utrùmnè liberi dicantur vocati duplici descensivo fide commisso, quolibet intrà terminos unius tantùm lineæ permansuro: an nimirùm singuli liberi sint vocati ad propriorum parentum portionem, ita ut extincta una linea. extinctum & censeatur ejus fideicommissum; an potiùs reciproco, mutuo. que inter ambas lineas, ita ut extincta una linea, ad alteram fideicommissum gradum faciat.

Et licèt invaluerit apud DD. ea sententia, quòd si testator, ubi vocavit plures, deindeque eorum liberos ad fideicommissum accersat: liberi vocati discretim censeantur ad propriorum quippè parentum portiones, absque eo, quod inter eos ulla præsumatur mutua vocatio; idque certissimum, & hæsitationis immune asserat *Peregr. de fideicomm. art. 13. num. 72.* innumeri apud *Fusar. de fideicomm. substit. quæst. 475. num. 1. ad text. in cap. 1. de duob. fratr. à cap. investitis*; attamen, præter quàm quòd hæc opinio fuit à simplici II.CC. placito conficta, & nullo juris nostri præsidio roborata; ideòque ab ea pleriq; longè abierunt, quos recenset idem *Fusar. dict. qu. 475. num. 10.* adhuc vel si admittatur, norunt omnes, eam restringi à peritis, ut locum sibi non vendicet: quando jubet testator, quòd bona de liberis in liberos: deque hæredibus in hæredes semper, & in perpetuum progrediantur, ut docuit idem *Peregr. dict. art. 13 num. 77. ex Bald. Corneo, Decio, Parisio, Mantica, & aliis: & hæc est opinio*, inquit idem *Peregr. judicio meo verior, & magis consentanea voluntati testatoris, & maximè cum testator adjecisset verba perpetuitatem importantia*; datque rationem, *quia cum non posset resultare effectus perpetuæ trabitionis bonorum de uno in alium, nisi intercedente fideicommisso, ideò in necessariam consequentiam illud induci oportet*: quia alias non perpetuò servarentur in familia, docuit *Socin. in l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verb. obl.* cui adscribunt *Riminald. Decian.* & alii plures apud eundem *Peregr. loc. cit.* qui hanc sententiã absque ulla hæsitatione amplectendam voluit, ut inquit: *Et hæc opinio pro fideicommisso reciproco cum dictum esset, quòd bona semper, aut in perpetuum remaneant penès suos descendentes facilè est accipienda, & indubitanter accedente prohibitione de non alienando.* Hinc colligitur, veram opinionem esse pro reciproci fideicommissi existentia, id quod in testatoris descendentibus, tanquam absolutum, & apud omnes receptum testatur *Mantic. cit. lib. 7. tit. 5. nu. 16. vers. illud verò receptum*, & judicatum per *Cons. Quadrag.* idem *Peregr. consil. 49. tom. 1.* & per *Arbitros in cons. 54. eod. vol.* ubi *num. 13.* scribit, censeri inductam reciprocam inter descendentes ex pluribus institutis, quando fuit adjectum, quod

bona semper, in perpetuum de hæredibus in hæredes traducantur; & *in consil. 56. num. 11. & consil. 62. num. 16.* vbi pro hac sententia militanter affert *Socin. consil. 62. lib. 3. in secunda col. versic. quare, & col. 4. vers. quarto, Cornenus consil. 203. col. 19 versic. & licet, Decianum cons. 127 num. 44. tom. 3. Socin. cons. 57. lib. 3. Decianum consil. 38. Parisium cons. 45. tom. 2. Cardinal. Mantica de coniect. lib. 7. tit. 5. sub num. 16. Ruinum consil. 151. vers. si vult igitur, lib. 2. Cravetta* optimè *consil. 13. num. 2. & consil. 130. num. 6. Decianum cons. 1. num. 258. & consil. 50. num. 10. lib. 1. & consil. 103. num. 26. lib. 1. & consil. 116. num. 2. & 3. lib. 3. Riminaldum junior. consil. 113. num. 49.* & ità consuluerunt *Paulus Leon. Rimin. jun. Simon. de Prat. & Lud. Turs. apud Leonium consil. 23. 24. 25. & 26.*

Siquidem virtus, ac vis illius dictionis, *semper*, in omne tempus includit, & omnes casus indistinctè, *Accursius* in verbo *semper* per illum *tex. in l. 1. ff. solut. matrim.* sic ex *Boer. decis. 158. num. 12. Peregr. artic. 27. num. 25. Pansirol. cons. 91. num. 2. Menoch. cons. 324. num. 87. & cons. 585. num 16.* & ex aliis docet *Casan. cons. 50. num. 4. & num. 9* & ita *Peregrin.* optimè ad hanc rem *in consil. 47 tit. 4 num. 7.* in specie, qua testator, quinque nepotibus ex fratre institutis, iisdemq; invicem substitutis, adjecerat, ut substitutio isthæc protraheretur de gradu in gradum in infinitum ad hoc, ut bona perpetuò servarentur in institutorum familia, & agnatione: censuit, ea verba importare trahitionem per descensum, & per transversum propter rationem; ut bona perdurent perpetuò in hæredum institutorum familia: quam ob rem tum institutis, tum substitutis vetuerat testator alienationem; quando si reciproca non induceretur inter omnes gradus per transversum, deperiret effectus voluntatis, & intentus à testatore perpetuò servandi bona in familia, ità *ex Bald. Corn.* & aliis docet *Simon de Prat. de interpret. ult. volunt. lib. 3. interp. 3 dubitat. 1. solut. 10. num. 16. 17. 18. 19. & 20.* vbi quoque tradit, verba illa: *in perpetuum, in infinitum, de gradu in gradum, &c.* apposita in vocatione descendentium ex hæredibus instititis, operari fideicommissum etiam reciprocum de linea vnius cohæredis ad alterius lineam; optimè *Peregrin. de fideicomm. art. 13, n. 69. & 76. Mantica de conject. ultim. volunt. lib. 7. tit. 5. n. 16. versic. illud vero, Franciscus Barri. de success. lib. 7. tit. de reciproca tacita, num. 21. Gratian. discept. forens. cap. 828. num. 42. & 43. cum seqq. Cyriac. controv. cap. 353. num. 15. Altograd. in cons. 80. num. 63. tom. 2.* vbi innumeros allegando subdit, hanc esse communem, & receptam opinionem, à qua in consulendo, & judicando suadet, non recedendum *Joan. Bapt. Spada cons. 30 vol. 2.* quod est decisivum, & *cons. 62. num. 19. vol. 1. & consil. 54. num 4 & infrà, & num. 7. juncto num. 13. vers. ad tertium, & consil. 157. num. 10. & 11. lib. 1. Ruin. in consil. 151. nu. 7. vers. si vult igitur, tom. 2. Anton. Fab. C. lib. 6. tit. 22. de fideicomm. defin. 22. num. 3. in allegationibus, & in defin. 23. num. 1. Rot. Romana dec. 266 num. 10. in recentior. & in decis. 289. num. 8. & p. 1. diversor. eandem Rot. Rom. in d. c. 467. a. n. 3 4 & 5 in resiaua, part. 5. recentior. & decis. 306. ead par. 6 recentior.*

Quæ conclusio nititur *text.* expresso *in cap. 1. de duobus fratribus de novo beneficio investitis*, quem DD. adducunt ad probandum, vocationem descendentium ex duobus fratribus intelligi discretivè, ut linea unius deficiente, non fiat transitus ad alterius lineam. Nam & in eodem *text. in finalibus verbis* expressè deciditur, quòd vbi in dispositione fuissent apposita verba, quæ significarent perpetuam conservationem feudi in descendentibus ex dictis fratribus; tùnc deficiente linea unius fratris, fit locus lineæ alterius fratris in successione: quem *text.* ad id notant *Gloss. ibidem in verbo, duo fratres, Alex. consil. 30. num. 9. versic. quarto vol. 1. Jason. consil. 117. col. 7. vers. tertia principaliter, vol. 4. Socin. sen. consil. 65. num. 13. versic. tertia ratio, vol. 3. Ruin. consil. 169 num. 2. & 4. vol. 1. Ripa in l. re conjuncti. num. 163 ff. de leg. 3. Crass. de success. in §. jus accrescendi, quæst. 33. num. 6. vers. sed quaro, Peregr. cons. 30. n. 12. vol. 1. Io. Anton. Billon. de jure accrescendi, cap. 6. quæst. 37. num. 153.*

Eademque conclusio probatur ex *tex.* apertissimo *in l. cum pater 79 §. libertis, ff. de leg. 2.* vbi testator reliquerat prædium libertis: & petierat, ne id alienarent, vtque in familia libertorum retinerent; clarissimè I. C. docet, hoc fideicommissum intelligendum esse non discretivè, ac respectu lineæ, vel familiæ singulorum libertorum duntaxàt, sed reciprocum de linea unius liberti ad lineas aliorum, ita ut extinguatur in persona ejus, qui novissimus decesserit absque liberis. Quod & perbellè declarat *Jacob. Cujac. ibidem lib. 8 resp. Papiniani*, his verbis: *Ponendum igitur, partes cæterorum, quod & ipsi decessissent sine liberis, qui vita decessissent, nullis relictis liberis, pervenisse ad eum, qui novissimus diem suum obiit; alioquin liberi libertorum ad fideicommissum vocarentur, novissimo hæredem relinquente extraneum.*

Quocircà falsa est sententia illorum, qui existimant, verba, quæ denotant perpetuam bonorum conservationem penès hæredes institutos, & eorum familiam, vel descendentes, intelligenda esse discretivè, ut quilibet hæres videatur gravatus in sua portione ergà suos descendentes duntaxàt, ut *Menoch de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 62. num. 4. & in consil. 1216. Sfort. Odd. consil 56 & in consil. 68. num. 14. & 15. Redenasc. in consil. 30. à num. 174. & consil. 10. à n. 95.* & alii allegati *per Fusar. de substitut. quæst. 475. num. 16 & 21.* horum enim opinio damnatur à *Peregrino, Francisco Barri*, ac aliis, quos supra adduximus; eique refragantur ex diametro jura allegata. Quippè iàm in dicto *cap. 1. in fin. de duobus fratribus de novo beneficio investitis*, quàm in *dict. §. libertis*, verba erant relata ad descendentes, & familiam primò vocatorum; nihilominùs propter expressam voluntatem conservandi bona penès descendentes, vel familiam illorum, fideicommissum non accipitur discretivè, atque in sensu diviso: scilicèt pro descendentibus singulorum duntaxàt, sed in sensu composito: ut una linea deficiente, fiat

fiat locus alteri. Et sufficit in hoc casu, sententiam pro reciproca esse magis communem, atque apud Tribunalia receptissimam, ut patet ex *Fusar.consil.154.num.18.*his verbis: *Quartam addo conjecturam, quià testator instituit subbstituit filios masculos, & filiis filiorum substituit eorum filios, & hoc usque in infinitum: qua verba aquipollent clausula, quod bona ireut de filio in filium, vel de descendente in descendentem, vel de harede in haredem. Atqui quando testator, instituto aliquo, substituit eius filios, & addit clausulam: quòd bona transeant de filiis in filios, vel de descendentibus in descendentes, resultat successivum, & reciprocum fideicommissum inter eos, ut aliis relatis ità tenent Cuph.consil.234.num.31.consil.326.num.47.consil.478.num.45.& seqq.Petr. de fideicommiss.quast.11.nu.164.Menoch. lib. 4. prasumpt. 68.num.7.& seqq.& consil.941.nu.13. Prut. de interp.ult.volunt. fol.284. num. 19. & fol. 333. num.5.in fine, & fol.541.num.32.Intrigliol. de substitut.cent.3.quast.81. num.29. Peregr. art. 32.num.43.ad med.art.13. num.76. & seq. art. 27.num.14.ad med.consil.54.num. 17. & consil. 56.num.11. lib.1. Imò quando in substitutione dictum fuit, quod bona transeant de descendente in descendentem, vel de harede in haredem, resultat conjectura pro reciproca de linea ad lineam, Decian.consil.116.num.1.& seqq. lib. 3. Hieron.Gabr.consil.31. lib.2. Menoch. consil.895. num.20 versic.tertio, & num. 35. ubi dicit ità judicatum, & consil.62.num.16.lib.1. ubi pariter dicit ità judicatum, & de fideicomm. art. 13.num.76.& seqq.& art.20. num.14. ad med. Mantic.de conjectur.lib.7.tit.5. num.56. Prata fol.284.num.20. in fine, & fol. 341. num.32. Cavalcan.dec.17.num.47.50.& 73. usque ad finem, par.3.ubi dicit, Rotam Romanam ità judicasse, alios ego citavi dicta quast. 475. num. 28.& n.29.citavi dissentientes sed tamen pro reciproca extat magis communis opinio, &c.* & *Menoch.ipse in consil. 1071.à n. 17.* contra ea, quæ scripserat *in dicta prasumpt.62. num. 40.* respondit, resultare reciprocam, ubi testatoc voluit conservari bona in perpetuum penès hæredes, & eorum descendentes.

Imò qui ex adverso adducuntur DD. ferè omnes loquuntur: ubi prohibitio alienandi vel erat nuda & in his terminis versatur *Menoch. d.cons. 1216.num 28.& num.31.*vel ubi prohibitio effet cum causa, quæ non induceret simplex, & absolutum fideicommissum, sed solùm in casu contraventionis, & ita loquitur *Sfora. Odd.in consil.68. num.15.*, vel ubi ubi prohibitio alienationis fuisset restricta ad personas, & casus expressos in præcedenti substitutione facta in casu mortis, & ita loquuntur DD. adducti *per Fusar. dict.qu.473.num.16.& 21.* stituti advertit *Altograd.cons.81.num.56.& 57. tom.2.* at in hac specie, prohibitio, alienandi non est nuda, sed habet vestimentum causæ conservandi bona in perpetuum penès hæredes institutos; & eorum descendentes; neque est consecutiva ad præcedentem substitutionem reciprocè factam inter alios primi gradus decedentes absque liberis: tùm quia prohibitio facta fuit per caput separatum à præcedenti substitutione: quo casu non restringitur ad casus, & personas, quæ in præcedenti substitutione continentur, sed manet absoluta, quatenus postulant verba perpetuæ conservationis, juxta receptam opinionem de qua testatur *Petra de fideicommiss. quast.6. num.19.Barr.de successlib.8.tit.de fideicommiss. 5, quod inducitur ex prohibitione alienationis, num.16.* tùm quia substitutio præcedens respicit solùm hæredes invicem substitutos: prohibitio autem consulit, nedùm hæredibus, sed etiam eorum descendentibus; undè non potest arctari ad limites præcedentis substitutionis; *Menoch. in consil.800. num. 18. & 19. & consil 483.num.11.Diker.differt.lib.2.decis.1.num.25. & 26.* ubi egregiè tradit, in themate, quo prohibitio consulit aliis personis ultra eas, quæ in præcedenti substitutione continentur, fieri quandam accessione personarum ad substitutionem; atque ita in hoc casu, si personæ, quibus consulit prohibitio, scilicèt descendentes ex hæredibus institutis, accedant ad præcedentem substitutionem reciprocè factam inter hæredes, in casu, quo alter decederet absque liberis: utique ex accessione resultat expressa reciproca de descendentibus unius hæredis ad alterius descendentes, ut præcedens substitutio censeatur facta, nedùm in beneficium unius hæredis; decedente altero absque liberis, sed etiam in beneficium ejus descendentium: in casu; quo alter hæres, vel ejus descendentes deficerent. Sic enim substitutio censetur adaucta novis personis, quibus per prohibitionem alienandi testator consulere voluit, *Jo. Deker. dicta differ.1.num.26.lib.2.* Insuper eadem prohibitio nedùm providet in casu contraventionis, sed etiam expressissimè in casu mortis: nec per verba enunciativa rationis, sed principaliter, & dispositivè respicit perpetuam bonorum conservationem penès hæredes, & eorum descendentes: nec in ea apposita sunt verba relativa, & restrictiva ad præcedentem substitutionem; sed est absoluta, & generalis; ideo inducit fideicommissum simplex, absolutum, ac reciprocum de linea ad lineam, quicquid sit, quando omnia prædicta non concurrerent, ut advertit *Cyriac.controv. 583. num.65. & 67. & controv. 585.num 32. & 33.*

Hic quoque illud non est omittendum, quod ex prohibitione alienationis iunjuncta hæredibus, & eorum descendentibus, certissimum est, induci reciprocam de linea ad lineam: saltem in contraventionis,quicquid sit de reciproco in casu mortis, ut docet *Socin.iun. in l. filius familias, §.divi, num.50. ff.de legat.1.Fusar de substitut. quast. 689. num. 8.* atquè ità, dum hic agitur de fideicommisso contraventionali ad excludendum creditores, quibus fuerunt obligata bona prohibita alienari & obligari; ideò hæc sola conclusio sufficeret ad obtinendum pro descendentibus ex Januario contra creditores; undè idem *Peregrin.cit.cons.47. num. 9. in fin.*concludit: *adeò ut res sit expedita pro reciproco, & restitutorio perpetuo fideicommisso inter masculos, & faminas de agnatione, & familia*, Ita pariter in simili casu censuit *Menoch.*

*nocb.num.*348. monetquè *num.* 33. *DD.* qui in oppositum adducuntur, loqui, si quando concurreret aliqua persona habilis ex eadem linea; tunc enim jure optimo non liceret transitus in aliam lineam; at verò cum nulla penitùs supereſt ejuſdem lineæ persona, ut in hoc caſu, de quo eſt ſermo, antequam res deventura ſit ad extraneos, induci reciprocam omninò, per quam bona ſedeant apud teſtatoris deſcendentes juxtà ejus placitum, par, imò neceſſum eſt. Et pro hac ſententia quamplurimos refert *Fusar.dict.quæſt.*475. *num.* 28. quamvis *num.*29. non paucos ab oppoſito ſtantes recenſeat; & in ſimili caſu inducendam reciprocam fideicommiſſariam ſubſtitutionem, docet *Ant.Fab.Cod.de fideic.def.*30. vel quia teſtamenti verba ſic debent accipi, ut aliquid operentur, *l.ſi quando* 121. *ff.de leg.*1. vel quia non facilè debet induei diviſio voluntatis, *l.eum, qui* 18. *in fin. ff.de his, quib.ut indign.*

Huic opinioni eò magis eſt credendum, quia tantum abeſt, quòd illa hypotheſis adverſariorum: nimirùm vocatis deſcendentibus ex pluribus inſtitutis intelligi ſingulos vocatos in portionem parentum, fundetur in *tex.in dict. cap.* 1.*de duob.fratr.à cap. inveſt.* quin textus apertiſſimè contra ipſos dimicet; proponitur enim in eo, inveſtitos fuiſſe a quodam Capitaneo de novo beneficio duos fratres: eo videlicet tenore, ut quamdiù ipſi, vel eorum hæredes maſculi viverent, & maſculis deficientibus fœminæ, ſi ſupereſſent, feudum haberent. Ex fratribus his unus, una relicta filia altero adhuc vivente, deceſſit; inquit *textus*, in feudo ſucceſſuram filiam, excluſo fratre; *unuſquiſque enim ſibi ſuiſque hæredibus videtur proſpexiſſe*. Neque aliud in eo caſu potuit ſalvis iute ſimul, & æquitate decerni; abſurdum enim viſum fuit, ità mentem illius, qui feudum accepit, interpretari, periodè, ac præoptaſſet, velle fratrem ſuccedere, excluſa propria filia; neque ibi ullum Domino inveſtienti pariebatur præjudicium: cujus nihil intererat, ad filiamnè potiùs, an ad fratrem feudum devolueret, prætereà conjectura præſumenda fuit, non ab inveſtientis mente, quo cum fuerat initus contractus, ſed à decedentis feudatarii, qui ſemper ſibi, ſuiſque hæredibus videtur proſpexiſſe, ut ait *tex.* Quod longè diſtat ab hypotheſi, in qua teſtator, vocatis deſcendentibus à pluribus inſtitutis, vocaſſe credendus eſt, ſingulos ad portiones parentum; nullus enim adeſt hic contractus initus à teſtatore cum filiis; omnis conjectura colligenda eſt à præſumpta teſtatoris voluntate, qui conſuluiſſe ſuæ poſteritati, quàm maximè potuit, cenſendus eſt; itaque quando nulla adeſt perſona ex una linea, nulla quidem ratio ſubeſt, cur potiùs res non deberet properare ad alios deſcendentes; quandoquidem id ſuadet *tex.in mem.cap.*1.*de duob.fratr.à cap. inveſt.* ubi habetur, quòd ſi frater, qui filiam reliquit, ſinè hærede deceſſiſſet propter tenorem inveſtituræ inſertum, ejus pars fratri, non domino quæſita fuiſſet.

Quam ob rem ſi ità eſt ſtatutum in feudis, in quibus proceditur jure ſtricto; an non idem erit in fideicommiſſis, ubi latiſſima, & pleniſſima interpretatio admittitur? Si ità in feudis, ubi verba importaut tantum, quantum ſonant: cur non in fideicommiſſis, ubi etiam deficientibus verbis, locus eſt conjecturis? Si illuc, vel in Domini præjudicium ſancitum fuit, quoties nullus ad fuiſſet, qu poſſet admitti juxtà formam inveſtituræ: cur non & decernatur idem hic? ubi tranſitus bonorum ad aliam lineam tantùm abeſt, quod afferat teſtatori nonnihil præjudicii, ut in commodum potiùs, & favorem ejus cedat, quò bona in ſuos poſteros ſerventur. E. nil obſtat, quòd vocatis deſcendentibus, videri debeant vocati ad portionem illius, cujus reſpectu ſunt deſcendentes: nàm id nulla lege cavetur; cum ſatis ſit, ut deſcendant ab uno ex vocatis, nàm non poſſunt deſcendere ab utroque; proùt ità deſumitur ex *textu in l.pater filium* 38. *§. pater, al. §. mater.ff.de leg.*3. ubi cum mater inſtitutis filiis dixiſſet: *Prædia, quæ ad eos ex bonis meis perventura ſunt, nulla ex cauſa alienent, ſed conſervent ſucceſſioni ſuæ*; his verbis videntur vocati ſucceſſores amborum hæredum, ut ex verbis, quæ ſequuntur, *dequè ea re invicem caverent*, juxta *textum in d.l.peto, §.fratre, ff.de leg.*2. ubi in legato familiæ relicto, debet præſtari cautio reſpectu ſucceſſorum. Igitur verba ea *ſucceſſioni ſuæ*, comprehendunt ſucceſſores unius, etiam quoad portionem alterius.

Alia ſolet adduci ratio, cur fideicommiſſum, de quo agitur, debeat diſcretim accipi; ſcilicèt, ut unuſquiſque cenſeatur rogatus reſtituere ſolummodò filiis ſuis; faciliùs enim præſumendum eſt, teſtatorem voluiſſe prægravare filios, ut deſcendentibus redderent, quàm ut extraneis. Hanc diſcretè elicit ex plurium DD. mente *Peregr.de fideicomm.art.*3.*num.*72. Sed neque hæc præjactam concluſionem obturbat; ſiquidem ab initio ndùm teſtator reciprocam inter filios induxit, ut alter alteri reſtitueret: ſi eos obire ſinè liberis contingeret; ſed etiam ſi omnes ſinè liberis deceſſiſſent, vocavit remotiores ex linea: iiſque deficientibus, Xenodochium tandem Sanctiſſimæ Deiparæ Annunciatæ. Igitur ſi pater gemino fideicommiſſo filios gravavit: altero ſcilicèt ad favorem eorum, quos procreaſſent; altero autem ad beneficium tùm tranſverſalium, tùm exterorum; cur non, & ad favorem nepotum idem mandaſſe, cenſendus eſt: ut priùs ſcilicèt reddant filiis: ſi quos genuiſſent: deindè in eorum defectu nepotibus ex fratre: demùm exteris, & noſocomio.

Et ex hoc ſolum, quòd teſtator reciprocam inter primos inſtitutos juſſit, præſumendum, etiam juſſiſſe reciprocam inter ipſorum deſcendentes: ſi & ipſi ſub nomine collectivo, & unica oratione poſt mortem vocati proponantur, ſcripſerit *Peregr. Menoch.* & alij innumeri adducti per *Fajar.dict quæſt.*475.*num.*35.*verſ. & quando*. At quamvis nonnulli ſenſerint oppoſitum, freti

73 ea ratione quia non debet ſubſtitutio de perſona ad perſonam extendi, & ſi teſtator voluiſſet reciprocam inter nepotes, expreſſiſſet; non illepidè poſſet dici, quòd in hoc facti themate vix agitur de expreſſa ſubſtitutione extendenda, vel

vel de tacita potissimum inducenda inter descedentes: sed bene de interpretenda descendentium substitutione ad hoc, vt accipiatur indistinctà, & prout generaliter fuit concepta: non modò quo ad parentum, sed quo ad quorumcumque descendentium portiones, vnde non ex vi extentionis, sed ex vi comprehensionis vocatos, dicimus; ea enim verba: *Che detta mia heredità sempre, & in perpetuum s'abbi à conservare per detti miei heredi, e loro descendenti, & in quella debbano succedere li loro figli legitimi, e naturali, e loro descendenti in infinitum; ità che l'uno succeda all' altro de grado in grado in infinitum, de quali beni siano solo vsufruttuarij, e la proprietà sempre resti vincolata per li descendenti da detti miei figli*, vtique absq; vlla exceptione tam descendentes ex vno, quàm ex altero fratre comprehenduntur, atque si verba, prout sonant, absque vlla interpretatione accipere velimus: generaliter potius, vt optimè docet *Mart compend. decis. tom. 5. tit. de subst. fideic. cap. 9. &* 10. quam divisim intelligenda sunt; ità vt quotiès aliquis adsit, qui sit descendens ex ipsis filijs: toties is debeat admitti ad deficientis portionem, vt tradit *Menoch. consl. 895. num. 31.* dicens, ordinem successiuum posse considerari tàm inter descendentes, quam inter transversales; & *num. 34.* verba illa: *de gradu in gradum*, æque posse verificari de descendentibus, ac de transversalibus; in vtraque enim lineæ tàm descendenti, quàm laterali considerantur gradus de jure civili, ex DD. congestis *consil. 124. num. 55 & consl 203. num. 39. lib. 4. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 95. nu. 20.* ità tamen vt servetur gradus prærogativa: qua proximiores præferantur remotioribus; nec locus aperiatur descendenti ab alterius linea, quo usque aliquis ex deficientis linea superesset, qui cum eis concurreret, vt asserit, *Carem. variar. resol. 44. nu. 9. & seqq.*

Nec illud obest, quod non expressit testator inter descendentes substitutionem, sicuti expressit in filijs: ex quo argui posset, noluisse; explicavit enim totum id, quod necesse fuit. Filij testatoris non poterant comprehendi sub nomine descendentium ab ipsis filiis, vt advertit *Alciat. consil. 546. in princ.* quamobrem substituendi fuere nominatim, hæc autem expressio non oportebat quo ad descendentes; sat enim fuit, ipsos fuisse vocatos ad portiones deficientium; cum vbicunque, verificantur verba, verificari etiam & eandem dispositionem, necesse habeatur.

Suadetur ulteriùs hæc reciproca descendentes ex vtraque linea; quo circa si vocatis descendentibus ex ambobus institutis, generaliter additur: *ità che l'uno succeda all'altro di grado in grado in infinitum*, cur ubi testator non distinxit, nos distinguere debemus? cur, si testatoris uoluntas lex est: lex generaliter loquens non est generaliter intelligenda, contra *tex. in l. de pretio, ff. de public. in rem actione?* unica fuit uocatio, unica quoque censenda est dispositio. Vocauit testator omnes, tanquam descendentes ab unica linea, ibi: *dalla linea di detti miei figli*; designauit lineam contentiuam, in qua scilicet omnes filij continebantur; cur accipiendum erit, sensisse diuibus de lineis esse. Etuis? Imò & clariùs expressit testator, dum iussit, ut quilibet suorum hæredum posset reiuindicare res, si quæ ab ullo descendentium uenirent. Ergo si quouis ex descendentibus alienante, quilibet ex descendentibus admittitur ad uindicandum; pernecesse sequitur, inter eos reciprocum fuisse inductum onus fideicommis. si, etiam in linea collaterali; homines igitur ex una linea sub nomine autem hæredum testatoris uenientes, alterius lineæ bona uindicare posse, fas sit.

Accedit, quod testator cauit uerbis directis in rem, non in personas: dicens uelle, quod dominium bonorum seruari perpetuo deberet apud descẽdentes, ibi: *Ità, che la detta mia heredità eccetto le predette summe senza peso alcuno sempre & in perpetuum si abbia à conservare per detti miei heredi, e loro descendenti, & in quella debbiano succedere li loro figli legitimi, e naturali, e loro descendenti in infinitum; ità che l'uno succeda all'altro di grado in grado in infinitum, de quali beni ne siano solo vsufruttuarij, e la proprietà sempre resti vincolata per li descendenti da detti miei figli.* Hinc ne uidetur, ut bene aduertit *Peregr. cit. consil. 63. tom. 1. num. 12.* inductum non fideicommissum personale restrictum ad personas institutorum, sed reale, *Cuman. in l. peto, §. fratre, num. 5. ff. de legat. 2. Castrens. in l. voluntas, in fine, C. de fideicomm. Alex. in l. 1. nu. 87. in fine. ff. de officio eius, Paris. cons. 30. nu. 29. lib. 2.* late *Curt. iun. consl. 43.* Imo & quamuis prohibitio alienationis facta esset personis filiorum, & eorum descendentium: si tamen addita sit ratio per uerba directa ad rem, *quia vult, bona permanere in dictis descendentibus*, huiusmodi prohibitio migrat in naturam prohibitionis realis, & uere realis dicitur, *Jason. in l. filius famil. §. Divi, num. 146. & 152.* & ibi etiam *Ripa num. 108. Crot. num. 127. ff. de legat. 1. Peregr. de fideicomm. art. 11. nu. 54. vers. scis etiam, & cons. 45. num. 13. lib. 1. Rota Roman. apud Gieungnen. consil. 75. num. 83. lib. 1. Barri de succ. lib. 8. tit. de fideicommiss. quid inducitur ex prohibitione alienationis, num. 19. Altog. cons. 80. num. 10. & 11. tom. 2. Ciarlin. controv. cap. 219. num. 54. Capycius decis. 19. & 108.* qua sane operatur, quod quilibet hæreditatis possessor teneatur per fideicommissum alteri restituere, donec hæreditas perueniat ad ultimum ex hæredum descendentibus, extinctis aliis lineis; & sic necessario infert reciprocam de linea ad lineam *Peregrin. de fideicommiss. art. 13. num. 91. Fusar. de substitut. quæst. 689. num. 7. Sperell. decis. 152. num. 55. & 56. D. Merlin. dec. Rota 326. num. 1. 2. & 3. Cyriac. dictis controv. 584. num. 65. & 67. Gratian. discept. forens. c. 848. num. 45. Anton. Fab. C. lib. 6. tit. 22. de fideicommiss. definit. 23. in fine, & defin. 42. Francisc. Barri de success. lib. 7. tit. de substit. reciproca, num. 21. Simon de Pratis de ultim. volunt. lib. 3. interpret. 3. dubit. 4. fol. 3. n. 32.* ibidem: *Verbo directa in rem. exindè omnes reale ad quemcunque perueniant bona, adstringit,*

sit, & apprehendit ipsa bona; hac itaque fa- ciunt, vt nepotes dicantur substituti etiam pa- truis Eos igitur non tanquam ex duabus lineis, sed tanquam ex unica ipsius testatoris pullulā- tes respexit; & quoties testator noluit inter fi- lios distinguere portiones, sed eos respexit, ut à se uno descendentes, non est locus prætensæ diuisioni, ut per *Menoch.cons.*1012. *num.*9. *& seq.* post *Alciat.Ruyn.* & alios, quibus adhæret *Fusar.dict.quæst.*475.*num.*45.*in fin.* & in dubio descendentes tanquam ab ipsiusmet testatoris linea profilientes censendi sunt; quandoquidem in fideicommissis non tam gravato, quàm testa- tori succeditur, vt ex *l. coheredi*, *§. cum filia*, *ff. de vulg.l. vnum ex familia*, *§.1.ff.de legat.* 2. & tradunt DD. quos plena manu refcribit *Fu- sar.de fideicomm.subst.quæst.*224.

Neque ad fugandam hinc reciprocam, prodest al- latum dictum *Scævola in l.Lucius Titius* 78. *§. Caio,ff.ad Trebell.* vbi institutis pluribus hæredi- bus, substitutoque post eorum obitum Titio, cum decessisset vnus ex hæredibus absque sobo- le, eius portio non ad cæteros vnà vocatos, sed ab substitutum pertinet; quia pluralitas resolvi- tur in suas singularitates; neque vt locus fiat substitutō, speranda est mors omnium hæredum absque filijs. Imò etsi testator institutis hæredi- bus duobus filijs, substituisset Mævium ei hæ- redi, qui supremus decesserit absque filijs vita functo vno fratre alter succedit ab intestato, non ex reciproca substitutione, quæ nulla fa- cta est inter hæredes institutos, *l. pater filium* 54.*§.fin ff. ad l. Falcidiam*, *l. qui duos* 41.*ff. de vulgar.& pupill.l.penul. C. de impuber. & alijs substitutionibus*, *l. vel singulis*, *ff. de vulg. & pupill.* ità vt tunc censeantur plures hæredes in- stituti, invitem per reciprocam substituti, quan- do concurrant tria illa requisita, quæ habentur in *l. Titia Seio*, *§. Seia libertis*. *ff.de legat.*2. ni- mirùm vt sint vocati ij, inter quos dicitur facta reciproca: vt sit facta substitutio vltimo morien- ti, & vt in tota hæreditate; Quandoquidem li- cèt tria illa requisita, quæ habentur in *cit. §. Seia libertis*, valida sint ad inducendam recipro- cam: valet tamen istue argumentum affirmati- vè, non item negativè; cum vel illis tribus con- jecturis non concurrentibus, si adsint aliæ, in- duci possit reciprocum fideicommissum, nedùm inter hæredes, sed etiam inter alios, vt per *Fu- sar. de recipr.quæst.*255. ad *text. in l. cum pro- ponebatur*, 60. *ff. de leg.* 2. ibi: *voluntatem ma- nifestam videri mutua factæ substitutionis; etè- nim in causa, fideicommissi, vtcunque precaria voluntas quæreretur, coniectura potuit admitti*, latè probant *Peregr.cons.*64.*num.*13.*vers.ad ter- tium*, *vol.*1.*Alex.Sperell decis.*155.*nu.*82. *Man- tic.de coniect.vltim.volunt.lib.*7.*tit.*5.*n.*4.*&* 15. *vers. ex testatoris voluntate*, *Ruyn.in conf.*146. *col.*5.*vol.*5.*Anton.Gabriel.lib.*4.*commun.conclus. tit.de substitut.conclus.*1.*nu.*15. *Altogr.consil.*80. *num.*59.*&* 60. *vol.* 2. vbi testatur hanc esse re- ceptissimam DD. sententiam, *Cyriac. contr.*70. *num.*14.*& contr.*303.*num.* 15. *Fusar. de substi- tut.q.*472.*num.*7.*& cons.*24.*nu.*9.*& cons.* 154. *num.*2.*vers. respondetur*, *Rota Romana in dec.* 266. *in fine*, *vers.quæ tamen*, *in recentior.par* 1.*tom.*1. præsertim vbi agitur de inducenda re- ciproca inter eos, qui à testatore descendunt; quæ neque requirit conjecturas adeò vrgentes, sed leviores sufficiunt, *Decian. in cons.*2. *nu.*9. *in fine*, *& num.*10.*vol.*2.*& cons.*3. *num.*4. *eod. vol.Mantica de coniect.vltim.volunt.lib.*11.*tit.*2. *in fine*, *Peregrin. in cons.*54.*num.*8.*& cons.*55. *num.*17.*lib.*1.*Fusar.cons.*154. *num.* 20. *Sperell. dict.decis.*152.*num.*98 99.*&* 100. vbi etiam mo- net, in hac materia coniecturas non separatim, & particulariter discutiendas, sed omnes simul considerandas esse, in his enim terminis proce- dit regula: *singula quæ non prosunt, vnita iuvant* & ex pluribus Rotæ Romanæ decisionibus tra- dit, quòd etiamsi aliquæ conjecturæ de per se essent reprobatæ, tamen iunctæ cum alijs suf- fragarentur, *Beltramin.ad decis. Ludovis.*315. *num.*19.

Status igitur huius causæ, vt *Scæv.* dicto respon- deam, est: an fideicommissum constitutum fa- vore plurium vocatorum sub collectivo nomi- ne, *familiæ, descendentium, agnationis*, censea- tur reciprocum, nedùm inter primò vocatos, sed etiam inter descendentes: & sic quando in- stitutis pluribus hæredibus, fuerunt plures nomine collectivo substituti, an inter substitu- tos censeatur facta reciproca? Hæc sanè quæstio longè distat ab ea, scilicet, an, quando vnus est substitutus pluribus hæredibus institutis, cē- seatur inter institutos inducta reciproca, prout est casus *Scæv.* in obiecta *l.Lucius Titius* 78.*§. Caio*; patet tùm ex ipsis terminis tùm ex *Fusar.de subst.q.*472473.475.*Frāc.Bar.de success.lib.*7.*de recipr.sac.n.*21. qui has quæstiones distinguunt.

Ne illud quidem officit, quòd testator non voca- vit suos proprios descendentes; sed verba dire- xit ad descendentes filiorum hæredum institu- torum; quare dici posset, censeri descendentes vocatos ad portionem proprij parentis, non au- tem ad portionem alterius lineæ; atque ità, ver- ba testatoris accipienda esse diseretivè, vt in cuiuslibet hæredis linea fideicommissum desce- sivum solùm inducant, non autem reciprocum de vna linea deficiente ad alteram, quæ supere- rit. Ad quod probandum abutuntur nonnulli authoritate *Fusar.de substit.q.*475. *num.*45.*Reg. de Marin.resol.quotid.cap.*89.*nu.*3. *lib.*2. exem- plo eius, quod tradit *Bartol.in l.si mihi, & Ti- tio* 110. *num.*6.*ff. de verborum oblig.* scilicet: concessionem feudi factam duobus fratribus pro ipsis, & eorum filijs, accipiendam esse di- scretivè, vt proprij descendentes succedant vni- cuique ex duobus fratribus primò vocatis: sed altero fratre decedente absque prole, portionem illius non ad descendentes alterius fratris perti- nere, sed ad Dominum reverti: præsertim in hac specie, vbi nunquàm descendentes gravati vi- dentur; & si enim (inquiunt) appareant vo- cati, non tamen ex vocatione activa potest in- ferri ad passivam; quare cum ipsis descendenti- bus non sit facta substitutio de alijs descenden- tibus; ideò videtur, cessare inter eos fideicom- missaria substitutio, quæ ex duplici parte con- stat: altera passiva, in qua continentur personæ quibus fit substitutio, sivè quæ gravantur, vel roguntur hæreditatem restituere; altera activa

in

in qua continentur personæ, quæ substituuntur, sivè vocantur, ex h s, quæ tradit doctissimus *Dom.Cons.Joseph de R ja.consult.* 41.

Nàm nulli dubium est, quòd si testator institutis tribus filijs hæredibus mandasset fideicommissum perpetuum pro descendentibus ipsius testatoris, tunc fideicommissum istud intelligeretur etiam reciprocum de linea ad lineam. Sed quæstio propon tur in eo casu, quo testator instituendo fideicommissum, respexisset ad descendentes hæredum institutorum; tunc enim exoritur dubium, an testator videatur, considerasse lineas hæredum discretivè, & separatim; ità vt quilibet hæres censeatur solum gravatus restituere suis, non item aliorum hæredum descendentibus: atque ità in tali fideicommisso pro descendentibus plurium hæredum subintelligenda sit clausula, *singula singulis referendo*, vt sensus sit divisus, & non compositus: ac filij, & descendentes hæredum censeantur solùm vocati, & substituti respectivè; singuli scilicèt in portione proprij parentis duntaxàt, & consequenter huiusmodi fideicommissum minime iudicandum sit de linea vnius hæredis ad alterius lineam, vt patet ex omn bus, qui hanc quæstionem tractarunt, *Alciat. in resp* 39. *nu.* 9 *lib.*9. *& consil.*87. *lib* 9. *Peregrin.de fideicommiss. art.*13. *num* 72. *Fusar.dicta quæst.*475.*& signanter, num.*45. *Hieron.de Leon.decis.Valent.* 121.*num.*67.*lib.*2.

Igitur cunctæ rationes, quibus moventur DD. ad negandam reciprocàm de linea ad lineam, vbi testator institutis pluribus hæredibus, substituisset per fideicommissum eorum descendentes, certe non versantur in natura verborum, quibus excludi possit reciproca de vna linea ad aliam: sed reducuntur ad meram coniecturam voluntatis testatoris; qui voluisse creditur, filios succedere patribus suis, non autem admitti ad successionem eorum patrueles, aut extraneos; etenim cum clausula institutionis in filijs separata accipiatur, eodem modo, & ista sequens nepotum, ac descendentium ex eis, quæ in locum prioris succedit, *l.*1. *C.de impub.l.cohæred. §.*1.*ff.de vulgari*, quam rationem affert *Alciat. in resp.*39 *num*.9. *lib*.9. Altera ratio solet assignari ex *eodem Alciato in dicto consil.*39.*nu.*12. *&* 13. *& consil.*87.*lib.* 9. nempe quòd vbi filij institutorum sunt substituti per fideicommissum, præsumptio est; quod testator gravavit vnumquemque hæredum institutorum restituere filijs suis solùm portionem sibi relictam; nàm cum fideicommissum sit onus: singuli, qui gravati sunt, videntur separatim fuisse in consideratione, quia onus vnius ad alium non pertinet: ideò que substitutio interpretabitur facta, referendo singula singulis. Quas rationes diserte colligunt *Peregrin.de fideicomm.art.*13. *num.* 72. *& Hieron.de Leon. decis. Valent.* 121. *num.* 67. *&* 68.

Sed rationes istæ ad præsumendum, testatorem vocasse lineas hæredum discretive, merito improbantur ab alijs; quia interpretatio illa, qua singula singulis debeant referri, tunc admittitur, & procedit: quando aliter dispositio salvari non potest, salva rectitudine orationis, & sermonis: ac emergeret absurdum aliquod, vt tacite sentit *Glos. in l.fin. in verba, vniversitatis, C. de fideicommissis*, dum ibi facit hanc relationem, quia aliter tex. salvari non poterat sine absurdo, & expresse ibi declarat *Angel.num.*4. *versic.nota, quòd singula*, vbi etiam *Antonius Contius in addit. marginali ad illam Glos.* ità animadvertit, allegando *Angel.* ad hoc ibi, quod voluit idem *Angel. in l.*1. *§. dolum, num.*4.*ff.de dolo*, vbi subdit hæc verba: *Nota, quod indefinita relatio, cum fieri non potest ad omnia intelligenda est hoc modo, vt singula singulis referantur*; *Simon de Pretis ad interpret. vltim. voluntat.lib.*2.*interpr.*4.*dub.*2. *solut.*2. *nu* 266. *versic. Præterea advertendum est, fol.*173.*Galganett.de condit.& demonstrat.p.*2.*cap.*6. *quæst.* 7. *num.*34. Quare vocatis per fideicommissum descendentibus ex pluribus filijs hæredibus institutis, minime admittenda est talis interpretatio discretiua linearum; quia nulla necessitas euitandi absurdi nos cogit ad faciendam hanc interpretationem, ut rectè advertunt *Cyriac. controv.forens.*174.*num.*49. *iuncta num.* 3. *Staphan.Gratian.cap.*741.*num.*10.*&* 12. sed iuxtà naturam nominis collectivi, quo omnes descendentes ex filijs hæredibus institutis uocati sunt cuncti ordine successivo admitti debent: ac tandiù durat fideicommissum, donec supererit ultimus, qui descendat ex lineis dictorum hæredum, extinctis omnibus alijs, iuxtà *tex. in l. cum ità, §. in fideicommisso, & l. peto, §.fratre, ff. de legat.*2.*text.* egregium *in l. Pater filium* 38. *§.filiam, iuncta Glos.* in uerbo, *& legatariis, ff. de legat.*3. ubi relictum pluribus debetur uni tantùm, qui superest, eueniente conditione; & dicit ibi *Glossa*, uniuersitatem remanere in uno, quem *tex.* ad hoc allegat *Cyriac.contr.*303.*num.*61. & ex iuribus suprà allegatis eandem interpretationem discretiuam linearum improbant *Carolus Ruynus cons.*139.*n.* 21.*vol.*3. *Menoch consl.* 1071. *à num.*17. *et nu.* 30.*vers.tertio obijcitur, et num.*34.*Mantica de coniect. ultim.volunt.lib.* 7. *tit.*5. *in fine*, *Torniell.cons.*43.*num.*28. *inter consilia Portij, Gabriel de substitut.conclus.*1. *nu.*29. *Trentacinqs de substit.par.*5.*cap.*2.*num.*7. *Socin.cons.*77.*n.*5. *vers. nec dicat aliquis, quod dicti filij, vol.* 1 quod est repetitum *in consil.*80.*eodem vol.Vegg. cons.* 74. *num.* 178. *Rota Romana decis.*579.*n.* 4.*par.*1.*diversorum*, repetita *in decis.Seraphin.* 409. *num.*6. ubi format hoc obiectum, & postea resoluit contrarium, *Panciról. cons.* 150. *num.*10.*Peregrin.de fideicomm. art.*13. *nu.*73. *circà finem*. *Cyriacus dicta controv.* 303.*nu.*61. *&* 65. *Io.Philippi resp.*42. qui omnes ex sola natura nominis collectiui, quo descendentes ex hæredibus institutis uocati sunt, docent, resultare inter ipsos descendentes reciprocam de una ad aliam lineam.

Quinimò admissa contraria sententia, minime huius conclusionis iubar deturpabitur; quia tota ratio oppositæ sententiæ fundata in mera coniectura voluntatis testatoris, qui sicuti hæredibus institutis reliquit singulis suam portionem, ità credendus est, unumquemque hæredem grauasse solùm respectù ipsius hæredis filio-

liorum, & descendentium, non autem respectu aliorum, qui ei sunt collaterales, non potest sibi locum uendicare in hac specie; ubi testator nedùm prægrauauit hæredes decedentes absque liberis inuicem per mutuum, & reciprocum fideicommissum: sed etiam in casu, quo hæredes decederent absque liberis iniuoxit hæredibus grauamen restituendi collateralibus remotioribus, & in istorum defectu uocauit loca pia; atque ità in nostro casu cessat præsumptio: in qua contraria sententia uersatur. Quare fideicommissum constitutum pro descendentibus ex hæredibus institutis, non est interpretandum solummodo descendiuum, ut quilibet hæres censeatur gravatus restituere duntaxàt suis descendentibus, sed etiam collaterale, & reciprocum de una ad aliam lineam: ubi ex dispositione testatoris constat, hæredes primo institutos invicem fuisse gravatos per mutuam, & reciprocam substitutionem in casu, quo alter ex hæredibus decederet absque liberis: nè aliòquin hæredes primo vocati, & magis dilecti dicerentur plus gravati, quam remotiores, *Cravett.consf.130.num.6. vers.3. considera*, *Rota Romana*, *in decis.466.nu.2. par.4. diversorum Sperell.decis.152.num.45.& 91. Socin.iun. cons*, 110 *num.39 lib.3.Surd.consil 344.num.17.Rota. Romana decis.266.num. 20. circa medium*, *& decis 300 num. 9. & decis. 361. num.12. par.1. Dom.Merlin. decis. Rota*, 326. *num.* 9. Et hæc sententia, ubi expressa reciproca facta est inter hæredes institutos; quòd tunc fideicommissum pro descendentibus hæredum sit iudicandum etiàm de linea ad lineam, est magis probata, & recepta; vt patet ex *Fusar. in cons.154. à num. 6.usque ad* 9 cuius verba sunt hæc.

Opponitur tertiò, quòd si testator inter lineas voluisset reciprocè substituere, id expressisset, sicuti expressit in prima; & si non expressit, noluit, ut ego dixi quæst.472. num.30. usque ad num.42.

Respondetur, quòd hæc oppositio retorquetur; imò ex eo, quòd facta est reciproca inter eos nepotes, secundùm magis communem opinionem, ut patet ex allegatis à me dicta quæst. 472. num. 29. vbi pro reciproca citavi decem Doctores, & inter hos Rotam Bonon. & Mantuan. dixi etiam, per confermet ità Brixiæ fuisse judicatum in una de Ugonibus, & pro negativa allegavi solùm quinque Doctores, qui etiam sunt sibi contrarii, excepta Mara. undè demptis contrariis pro negativa unus extat, & pro affirmativa sunt sex; adde pro reciproca Rot.dec.491.num.2. par. 4.divers.& decis.344.num.16. par. 2. recentior. Quinimò hanc esse legitimam conjecturam, & si agatur de reciproca de linea ad lineam, scribunt Cravett. Odd. Menoc. Peregrin. Rot.Rom. Soc. iun. Decian. Surd. & Rimin.jun. quos ego congessi in tract. de fideicomm. quæst.475. num.35. Non obstant, quæ ego scripsi contra hanc conjecturam quæst.472.num.30. & quæst. 475. num. 36. vbi dixi, non esse bonam conjecturam pro reciproca, quando inter filios primi gradus est facta, ut dicatur facta & in posteriores descendentes. Respondetur enim primò, quod hæc conjectura est magis communiter recepta, ut patet ex DD. à me citatis in dictis locis et dixi supra statim num.7. Quæ tantò magis retinenda erit, cum pro reciproca extent decis. Rot.Rom. ut in decis. 266. num.20.ad medium, decis.391. num.9. et num.12.decis.300.num.9.par.1.recent. Rot. Bonon.apud Bara.dec.5 num.34.& seq. Et pro contraria opinione non video authoritates tanti ponderis; nec coram versatissimo Jureconsf. ac prudentissimo dico, in judicando, esse potius sequendas hujusmodi opiniones, quàm aliorum;

Quod potissimùm vrget, quando testator institutis hæredibus filiis, post mortem eorum absque liberis substituisset, vt in hoc casu, vel collaterales remotiores, vel extraneos; quia præsumptio illa, quà creditur, testatorem gravasse unumquemque hæredem in portione ei relicta respectu descendentium tantùm ex ipsius hæredis linea, eliditur ex voluntate ipsius testatoris, qui eosdem gravavit respectu extraneorum, qui neque ab hæredum, neque à testatoris linea descendunt, *Seraph. in decis.*409. egregiè *Dom.Merlin.dicta decis.*326. *num.*11.& 12. his verbis: *Tùm demum quia aliàs sequeretur, testatorem ad omnia bona, & ad universam hæreditatem voluisse vocare remotiores, & minùs dilectos, non autèm proximiores, & à dictis hæredibus descendentes, quod videtur inconveniens.* Et in terminis, quòd fideicommissum pro descendentibus ex pluribus filiis hæredibus institotis judicari debeat etiam reciprocum de una ad aliam lineam; vbi testator decedentibus filiis hæredibus institutis absque filiis, substituerit Monasterium: quia & si Monasterium fuerit vocatum sub conditione, si filii primi gradus hæredes instituti decederent sinè liberis; nihilominùs ex hac dispositione colligitur, eam fuisse voluntatem testatoris, nè bona unquam ex lineis hæredum institutorum transirent, nisi postquam omnes lineæ deficerent, egregiè tradit *Joannes Baptista Spada in consil.*232.*tom.*3. vbi etiam docet, huic dispositioni, saltem virtualiter inesse conjecturas, de quibus in *l. Titia Sejo, §. Seia libertis. ff.de leg.*2. ad inducendam inter descendentes reciprocam substitutionem.

Præter quàm quòd, licèt respexit testator descendentes ex hæredibus institutis; eos tamen respexit non discretim, & separatìm, sed veluti de unica linea, ibi *Io trasferisco, e lascio à detti descendenti da detti miei figli, e loro figli de grado in grado in infinitum della linea di detti miei figli, e loro figli, e descendenti in infinitum.* Undè dicendum est, testatorem intellexisse non de lineis cujusque hæredum discretivè, & effectivè; quia dum hæredes non vnam, sed plures constituebant lineas, oportuisset loqui numero multitudinis: scilicèt ex lineis dictorum hæredum; sed ex illa prolatione *linea* in singulari videtur intellexisse de unica linea omnibus communi, incipiendo à communi eorum stipite, & sic comprehensivè, sumendo lineam contentivè, in qua continebatur etiam ipse testator; quo casu evidentissimum est, inter omnes de eadem linea communi inductum esse reciprocum fideicommissum, ut ante quàm decedat ultimus, in cuius persona

ipsa

ipsa linea evacuabitur, interim censeatur illa, & alii supervíventes reciprocè substituti præmorienti, ità elegantèr *Cyriac.controv.585. nu, 55.tom.4 & controv.585.à num.3. usque ad ce. Reg.de Ponte in consil.47.num.6. & 7. tom. 1.* in hæc verba: *Et si lineam intellexisset de linea, quæ à filiis originem sumpsisset, non fuisset una linea, sed plures, quod erant filii; adeò quòd nec verbum dicta linea, nec singularitas lineæ conveniebat; propterea linea in eo casu, vel accipietur effectivè, idest linea effecta à patre, vel contentivè, idest lin[ea] paterna, in qua pater continetur, omnesque [ill]ius descendentes.* Præsertim quia nisi ita lineæ nomen acciperetur, sequeretur, quòd si prædecessisset unus hæres cum filiis, deindè obiisset alter hæres absque prole, liberi alterius hæredis præmortui non potuissent illius portionem expetere: sed delata fuisset ad collaterales, alios extraneos qui fuerunt substituti hæredibus in eo casu quo ipsi hæredes decederent absquè filiis; undè oriret absurdum, quòd minùs dilecti præferrentur magis dilectis, & à testatore descendentibus; atquè ità potuisset evenire casus, nè bona perpetuò essent in linea dictorum filiorum, & hæredum institutorum à testatore; quo casu ad evitandum hoc absurdum, fit interpretatio, ut linea capiatur comprehensivè, non autem effectivè, *Honded.consil.4.num.27.vol.1. Cyriac.d. contr.585.num.5.& 6.*

Nequè his repugnat decisio *Rot.Rom.* apud *Card. Seraph.dec.*1023. in qua fuit judicatum pro exclusione fideicommissi de linea ad lineam; ibi enim nulla aderat expressa substitutio inter institutos, nulla verba perpetuitatem indicantia; vndè videtur testator, ab initio lineas distinxisse.

Non adversatur decisio S. C. allata per *Reg. de Marin.tom.2.resol.cap.*89. siquidem ultrà quàm quòd non aderat reciproca inter institutos, hæsitatio ibi erat, an masculi transversales ex una linea deberent admitti ad successionem defuncti ex altera linea, exclusa propria defuncti filia, virtute vocationis factæ per testatorem; qua fuerunt vocati descendentes masculi ex filiis institutis, & in eorum defectu fuerunt vocatæ fœminæ. Nec videbatur, testatorem voluisse proprios onerare descendentes, ut si decessissent superstitibus fœminis, hæreditatem debuissent restituere aliis transversalibus, exclusis propriis liberis, licèt fœminei sexus, à paterna successione; undè illa potiùs sumenda erat interpretatio, ut prælatio illa masculorum intelligeretur quoad fœminas cuiuscunque lineæ; ut scilicèt in qualibet linea masculi præferrentur mulieribus, & servata forma *Const. Regni*, cui in dubio censetur testator, se conformem reddidisse, ut existentibus masculis fœminæ non succedant, cum de communium parentum successione agitur; non verò ut exindè exclusis fœminis à propriorum parentum successione, præferendi essent masculi transversales ex alia linea, & juxtà hunc intellectum rectissimè fuit judicatum; siquidem cum superest aliqua persona ex una linea, non debet fieri transitus ad aliam lineam; etiam si masculi præferendi essent fœminis,

Controversia autem ibi ferè videbatur soluta; nàm idem *Reg.* advertens illud, *num.10.vers.ultimo*, ibi: *jusserat expressè testator, ut fœmina illa, quæ esset successura, contenta esset, verùm, justumque bonorum stabilium valorem recipere: bona autem illis masculis de familia restituere, qui ipsis fœminis tunc proximiores fuissent*; nitidè innuit, fœminas fore successuras, quamvis superessent masculi ex altera linea, cum alioquin nulli extituri fuissent, quibus res à fœminis justo pretio vendi deberent; undè potius fuit ibi judicatum, concedendum esse transitum de linea ad lineam; cum fuerit decisum teste eodem *Reg.* n.ibi *in fin. ut deficientibus descendentibus masculis alterius ex institutis, superstitibus tamen fœminis, succedere deberent masculi descendentes ab altero, ex scriptis hæredibus; fœminis tamen, quæ superstiterunt ex illa linea, justo, veroque dictorum bonorum valore priùs soluto, & non aliter.*

In hac autem specie nemo adest ex linea extincta, qui velit concurrere; quàpropter non minùs menti, quàm verbis testatoris pugnare videretur, si excluderentur proprii testatoris hæredes à creditoribus extraneis, ut ait *Reg. Capyc. Latr. dec.1.num.19.& 111.*

Nequè posset dici, censeri quidem inductam reciprocam inter omnes descendentes ex una linea, non autem, & inter descendentes ex alia; cum hoc tantùm sit in hoc themate inspiciendum, sitnè fideicommissum reale, an personale; si personale: liberi censentur vocati in infinitum ordine successivo in portionibus parentum duntaxat, non etiam patruorum, aut patruelium, ita *Ant.Fab.lib.6.C.tit. de fideic. def.* 23. si verò reale: tunc dubitari non oporteret (inquit idem *Fab.*) quin fideicommissum non modò graduale, verùm etiam reciprocum fuisset constitutum, *quamdiù aliquis est ex iis, qui invitati sunt, ex quocunque tandèm gradu, & latere veniant.* Hinc in *defin.42.eod.tit. In reali*, inquit, *fideicommisso quamdiù superest unus ex liberis, aut ex masculis potest ille admitti ad fideicommissum*, & inferiùs: *itaque hoc casu is, qui solus superest ex liberis, aut si ad masculorum defectum testator respexerit, ex masculis: non hujus, aut illius cohæredis, aut substituti portionem petit, sed omnia omnino bona, quæ testatoris fuerunt, & ab eo primùm oneri fideicommissi supposita, non inspecto eo, an ex hujus, vel illius persona fideicommissi supposita, non inspecto eo, an ex hujus, vel illius persona fideicommissi conditio evenerit*: censetur enim hoc casu constitutum fideicommissum perpetuum, & reciprocum; *cui locus fieri debet, quoties alioqui eventurum sit, ut ad extraneum, licèt non nisi per viam successionis legitimæ bona devolvantur*, inquit idem *Fab.def.4.in fin.eod.tit.*

Hæc è quamplurimis motivis in dicta quæstione excitatis excerpta deliberare malui: cætera uberiori calamo, Deo dante, alibi relaturus.

Alia quædam excitata fuit disceptatio in eadem causa cum Banco Virginis ab Angelo salutatæ
74 huius Civitatis: an scilicèt per constitutionem census factam ab hærede gravato super bonis fideicommisso subiectis, dicatur facta electio in

casu.

causam Legitimæ, sicuti diceretur in alienatione cum translatione dominii, attentis terminis *l. Marcellus §.res quæ.ff.ad Trebellian.* ubi dicitur; *Res, quæ ab hærede alienatæ sunt, in quartam imputantur hæredi*; In qua quæstione licet pro negativa scripsissent *Cephal.cons. 189. num. 30. lib.2.Peregrin.de fideicomm.art.39.num.8. Barr. de success.tom.2.lib.15.cap quæ res imputatur, num.7.* & nuviter *Montan. controv. 41.* attamen in oppositum perpendebantur memorata verba Iur.Cons.*in cit.§.res quæ.*

Alienatio enim in lata significatione comprehendit
75 nedùm distractiones, quæ fiunt cum translatione dominii, sed etiam quæ fiunt hypothecando, & pignorando bona, ut expressè sancitur ab *Imper.in l.fin. Cod.de reb. alien. non alienandis,* ubi *Juris Cons.* ità ait; *Sancimus, sivè lex alienationem inhibuerit, sivè testator hoc fecerit, sivè pactio contrahentium hoc admiserit; non solùm dominii alienationem, vel mancipiorum manumissionem esse prohibendam: sed & ususfructus dationem, vel hypothecam, vel pignoris nexum penitus prohiberi*, & in concordiam adducitur *tex.in l.1.§.eam rem,ff. quæ res pign.oblig.poss.* ubi Martianus ait: *Eam rem, quam quis emere non potest, quia commercium eius non est, jure pignoris accipere non potest.* Et facit *tex. in l. alienationis verbum 28. de verb. signif.*

E quamvis ex diametro videantur pugnare dispositio alterius *tex.in l.alienatum 67.de verb.sign.* ubi dicitur; *alienatum non propriè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet: venditũ tamẽ rectè dicitur* & *l.in quorũ 24 ff.de pign.& hypoth.* ibi; *In quorum finibus emere quis prohibetur pignus accipere non prohibetur* attamen *Glos d.l. in quorum,* & post eã *Bart.* distinctione utuntur; aut verbum (alienare,) seù prohibitio alienationis ponitur à Judice, aut à lege, vel testatore, prohibendo alienationes; in primo casu, dicit *Glos.* si prohibitio fit à Iudice, vel essemus in statutis, vel pœnalibus prohibitionibus, in quibus stricta fit interpretatio, ut post *Bart.* adnotarunt *Negusant.* ac alii; & tunc non comprehendere hypothecam, planum est: aut à lege, vel homine: & tunc, quia lata fit interpretatio, etiam pignorationem, & hypothecam comprehendit, dicens: *nec pignori accipere potest*, ut in *fin.l.1.§.eam rem, ff.quæ res pignor.*

Hoc meliùs enucleavit *Bart.d.l.in quorum,num.1.* quem sequitur *Negusant.de pignor.2. memb. secundæ partis, num.31.& tertiæ partis, nu.73. Arius Pinellus in l.1.par.3.num.18. Cod. de bon. mater.Gratian. discept. forens. cap. 580. num.7. lib.3.* rationeque assignat *Bart.in d.l.in quorum,* quia per hypothecam devenitur ad alienationem allegat ibi *Bart.tex.l.2.& 3. de distract. pignor.* ideò prohibita alienatione, prohibetur omne medium, per quod devenitur ad illam, ad *regul.l.oratio ff.de sponsalib. Fusar.* post plures *de subst.qu 694.Peregrin.de fideic art.14. nu.31. Reg.de Ponte cons.86 num.23.lib.1.*

Atque ex his videtur concludendum, per simplicem hypothecam contractam ad favorem creditoris, videri factam electionem per gravatum pro sua Legitima: hoc est pro summa, pro qua bona sua hypothecavit: cum idem sit, bona nexui hypothecæ submittere, ac alienare.

Quod extra omnem juris aleam indubitatum redditur in constitutione census ad formam Bullæ; dicit enim *Bald in cap.ad audientiam,la 2.num. 11.de rescript.Qui non potest alienare, non potest hujusmodi pensionem constituere*, quem sequitur *Rota Rom.in decis.47.nu.5.* impressa post *tract.de censibus apud Cenc.* dicendo: *Census impositionem, non dubitatur, esse alienationem*, ex *Bald.* ubi suprà, ubi congerit alias *Rota decisiones apud Cardin.Pamph[...] decis.678. in 1. par.& par.2.dec.456.num.*

Idem tradit *Salgad.in decis. Rotæ post tract. de credit.in labyr, decis. 16. num.22.* & meliùs *Paul. Emil.Verallus decis.Rotæ 17.num.2.Thomasi dec. 245.num.26.* ibi: *Census impositio, dicitur alienatio, Tiraquell.in retract.lignag.§.1.glos.6. num.6.Ricc.p.1.collect.466.*

Id, quod in propria materia fuit per *Rotam Rom.* decisum, nempè quòd constituendo censum gravatus, dicitur eligere in causam Legitimæ; sicuti alienandu, dicitur eligere, ex *mem.§.res quæ,* ità post *Rotam decis.* sustinet *Cenc. in suo tract.de censib par.1.cap.1. qu.1. art.7. num.17.* hæc subnectens verba: *Si enim ipse potest ex bonis fideicommissa subjectis, & alienari prohibitis, Legitimam, & Trebellianicam detrahere imponendo censum, præsumitur sibi res illas pro sua Legitima, & Trebellianica elegisse, ut omnes admittunt: & placuit Rotæ in decisiona 64 68.& 69.impress.post tract suum de censibus;* de quo meminit *Merlin.de Legitima,lib.2.tit.2. quæst.3.num.4.* eruitur ex *decis.Rot. impressa post dictum tract.de legitima ipsius. Merlin.decis.16. n.6.* quod confirmatur in *dec.17.num.5.& 7.* sequitur *Duar.in dec.Rot.* impressis post *tract. de censib.dec.64.num.4.& 68. num.2.* quibus concinunt tradita à *Marescott.variar.lib.1. cap.72. nu.10.* quem laudat *Merlin.d.qu.3. num.56.* ac deducitur ex *decisione Rotæ apud Cavaler. decis. 359.num.3* ubi dicitur: *Quæ censuum impositiones habeantur pro alienationibus* ex *Verall.* ubi supra, ac aliis *Rotæ decisionib. propterea* (sequitur) *tales alienationes erant in Legitimam imputanda* per *d.§.res quæ*, & idem habetur *in decisione Rotæ* apud *Farinac.456.num.5.par.1.*

At ex his non potest argui, esse eam unam rem, super qua constitutus est census, electam pro
76 sua legitima, ex eo quia ex *Bulla Nicolai Quinti inserta in Pragmatica 1.de censibus*, dispositum extat, ut fiat submissio corporis pro constitutione census, quamvis aliqui voluissent etiam super omnibus bonis fieri posse: quæ opinio reprobata est, maximè in Regno, ubi indistinctè sic praxis inolevit, ut submittatur certum corpus, addita postmodum clausula (& super omnibus aliis bonis) de qua testantur *R.Tap.in Prag.2.de censib.num.111.Reg.Rov. Pragm.1.de censib.num.27.& in decis.9.num.2. Pras.Merlin.controv.55.num.19 lib.1. & lib. 2. cap.16.num.15.Reg.Capyc.Latr.decis.116. n.19. lib.1.Staiban.resol.38 num.2.& Hodiern. contr. 47.num.16.* & ante eos tradunt *Foller. de censib. verb.hujusmodi censualia, num.48. Roderic. de annuis redditibus, lib.2.quæst.7.num.13.Avend.* de

de cens.cap.57.Gratian.cap.141.num.50 Costanz. lib.1.num.4.C.de fiscal.iur.Borrell cons 93. nu 3. nàm submissio illa corporis non videtur apposita, oiss pro observantia Bullæ; ideò *Reg. Tap. in iur.Regni sup.d.Pragm.2.de censib. num.106. & seq.& 111.& seq.*efformata quæstione, an census possit constitui super omnibus bonis debitoris, cum *Navarro cons.21.lib.2. de empt.& vendit.*& aliis notatis per *Rovit.in Pragm.1. de censib.num.22.* affirmantibus posse fieri: inter quos ponit *Bellug.& Thesaur.decis.154.Roderic. de ann redit.lib 2.quæst.7.num.13.* posteà sequitur dicens: *In hoc tamen Regno, in quo prædicta Bulla etiam viget, Notariorum formula est, ut super certo corpore fiat venditio annui reditus & census constitutio, cum hypotheca tamen generali omnium aliorum bonorum*; & *Franciscus Milan.decis.Sic.1.num.91. lib.* 2. dicit, quod ad substaotiam contractus sufficit geoeralis obligatio absquè speciali submissione corporis, dum in Bulla dicitur (*super rebus, & proprietatibus suis*); sed *apponitur*, dicit ipse, *ad hoc, ut tertius possessor conveniri, tanquam detentor rei specialiter subjugatæ*, quod est conforme dictis per *Rovit. in Pragm. 1. de censib. num.* 20. ubi dixit; quòd non solum permittitur contra tertium possessorem rei specialitèr obligatæ pro censu executio realis, adhuc non discusso principali, verùm etiam personalis, donec res penès ipsum manserit, *Rovit.*ibi: Et hoc facit, ut non dicatur facta submissio ad finem excludendi alia bona, quæ per illam clausulam (& omnium aliorum bonorum) includuntur, de qua mentionem facit *Reg.Tap.Rovit.*& alii, quæ bona videntur expressè hypothecata; cum tantùm operetur obligatio generalis in constitutiooe census; quantum specialia, ut affirmat *Milan.cit.decis.1.num.64.* dicens: *Pro quo facit, quod tantùm facit, & operatur obligatio generalis quoad omnia: quantùm specialis, quoad suam speciem, l.alumnus*,& ibi *Bart.Cod. de pign. & l.quamvis,C.eod.*ubi dicitur: *quòd æquale ius habet generalis, & specialis obligatio, sivè hypotheca*; maximè dum in Regno de stylo Notariorum est, apponere clausulam, (ità ut generalitas specialitati non deroget), ex traditis per *Franch.dec.5.num.2.* Itaque si eodem modo dicuntur bona specialia; sicut & generalia obligata: oon potest dici, quod constituendo censum, videatur quis eligere corpus submissum pro sua Legitima; sed dici debet potiùs electa quantitas super omnibus bonis, pro qua fuit facta constitutio census.

Hoc deducitur, quia census constitutio, quæ fit cum submissione corporis, non operatur effe-
77 ctus, ut omnes fructus corporis submissi transeant ad creditores; sed tantùm pro illa parte, pro qua fuit facta venditio annui reditus, ut affirmat *Pater Molin. in tract. de instit. & jur. tom.2.de contractib.disput.383. num.6.* dicens: *Emi partem juris ad fructus ex maiori iure, quod in re illa Dominus illius habet*; quod observavit *Consil.Hodiern.in controv.47.num.13.*

Sicuti & non operatur effectus actionis realis simplicitèr ad rem, *dict.P.Molin.mox.cit.loc.* quia si ità esset, sequeretur, quòd extincta re submissa, extingueretur census; cum sequitur *Reg.Consil. Hodiern.controv.47.num.23* sed tantum operatur quandam coostitutionem obligativam corporis, ut expressè ootavit *Avend. in tract. de censibus quæst.17.num.9.*dicens: *Quòd ex eo manifestè constat, quia in census creatione non agitur inter contrahentes de venditione proprietatis rerum, super quibus consignatur: sed de nuda cognitione venditionis census, super eisdem bonis facienda, argum.l.fundus, de annuis legatis; ergo ex nuda cognitione emptio non formatur. Rursus in census creatione, aliud emitur, & venditur, quàm bona censualia, ut infrà latè dicendum erit, ergo bona ipsa non venduntur, sed hypothecæ tantùm subiecta sunt*, deinde sequitur: *Et tantùm iuxta sortis quantitatem onerat possessiones obligatione solvendi censum, creans super eisdem veram, & efficacem hypothecam*; & *Giurb. dec.113. num.* 4. dicit; *Tunc quia census constitutio hypotheca est, non servitus, nec supposita rei venditio*; hac profectò declaratiooe intelligenda sunt, quæ dici consueverunt, ut corpus, super quo fit venditio, sit fructiferum, quod reddat fructus æquivalenter reditui constituto *d. post Petr. de Gregor.in tract.de censib.q.5.num.15. & 17.Merlin. d.cap.36.num.15.*si ergo non dicitur facta venditio corporis submissi: nec etiam venditi fructus, nec constituta actio realis simplicitèr, sed tantummodò constituta hypotheca super illo corpore specialitèr, quæ specialitas non operatur plus, quàm generalis, ut dixi per clausulam illam, *ita ut specialitas,&c.* Nec potest dici, corpus specialiter subiugatum censeri duntaxàt electum; cum non sit æquivalens quoad proprietatem sortis census constituti, sed tantùm facta electio pro quantitate census constituti; si est pro quantitate sortis ceosus, non potest dici esse factam electionem illius corporis, sed tantùm facta electio tantæ quantitatis, quantùm est debitum, pro quo constitutus fuit census, non solùm super corpore submisso, sed super omnibus bonis: ex traditis per *Tap. Rov. & alios*; cum tantum valeat specialis quoad speciem, quam generalis, quoad omnia, teste *Milan.* ibi: maximè cum in creditoris arbitrio sit, in uno, vel alio corpore sibi satisfieri, stante clausula (ità ut specialitas generalitati non deroget.

Cæterùm minimè refragatur *Consil.Cephali 180.* quia ibi agebatur de exactione facta per filium pecuniæ hæreditariæ post hypothecam contractam in beneficium creditoris, ut videre est in principio Consilii, & in *num.23.* dicendo, nomeo debitoris, quamvis hypothecatum creditori, potest tamen debitor; non concurrente uno ex requisitis *l.3.C.de novat.* solvere debitori ad obtinendam liberationem; ità, & talitèr, ut à creditore ampliùs molestari non possit, uti iura consumpta, & extincta per solutionem; quia solutione ejus, quod debetur, omnis tollitur obligatio; secùs ubi sumus in stabilibus, super quibus constituitur hypotheca: quia illa impedit liberam dominii translationem in emptores fieri, cum semper remaneat affecta hypothecæ iam contractæ ad *tex.l.1.& l.pignoris*,

de pignor. cum concord. Minùs obstat doctrina Peregr. qui se fundat in verb. alienationem, de quo mentionē facit Jurisconſ. in d. §. res quæ, ſubſtinendo opinionem contrà communem, quòd non extendatur ad hypothecam: nam repugnat expressis juribus supra adductis; & utitur text. l. alienatum, de verb. ſignif. ubi dicitur, alienatum non propriè dicitur quòd in dominio venditoris manet, qui tex. non est contra; quia intelligitur de strictâ significatione vocabuli, non de lata, ut dixi cum Bart. Neguſant. & aliis.

Nec similitèr officiunt tradita à Barrio; quia nititur propositione, quòd creditori licet agere contra empturem, cui competit ius offerendi, ex traditis à Peregr. in 4. arg. quæ ratio est fallax; quia si creditor potest rem avocare, uti affectam suæ hypothecæ: ergo dicta res non dicitur benè alienata in emptorem; & sic eam avocabit hæres fideicommissarius, non Creditor, qui potest suam hypothecam exercere ad libitum super omnibus bonis debitoris, cujus arbitrium non sit refrænatum, l. creditoris arbitrio, ff. de diſtract. pign. nec prodest, quod dicit, quòd possessori competit ius offerendi creditum; quia non solùm debet integrum exhibere, sed etiam quis creditor semper debet recipere suum creditum, & antè oblationem potest agere super aliis bonis ad ejus arbitrium.

Nec demùm obstant tradita per Montanum, qui sequitur supracitatos DD. qui loquuntur non data extentione prohibitionis in hypotheca, quod est falsum, ut demonstratum est; vltrà quòd ipse in num. 6. verſ. fateor, dicit: Si gravatus vendidiſſet annuos cenſus ſuſtinerentur pro quantitate quartarum. Cur igitur, si sustinerentur venditiones census, non data venditione cum translatione dominii, quarè non sustinebitur date posteriori alienatione; maximè dùm ipse in fine dicti numeri affirmat, posse creditorem avocare rem ab emptore, quod esset contra mentem l. creditoris arbitrio; quia si creditor potest agere in re ad eius arbitrium, quomodo hoc casu poterit arctari ad prosequendam rem tantùm alienatam, non aliam per priùs sibi hypothecatam: cum non possit dici, unam tantùm rem sibi per fideicommissarium gravatum obligatam, sed uniformitèr omnia bona dicantur nexui obligationis submissa per constitutionem census, & generalem obligationem pro concurrenti tamen quantitate Legitimæ dicto gravato competenti.

Fuit quoquè in eademmet causa disceptatum, nùm in restitutione fideicommissi veniant prælegata?
78 hanc quæstionem examinant Bald. conſil. 328. num. 2. vol. 5. & conſil. 318. vol. 5. Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 17. ex num. 8. Ruyn. conſil. 133. num. 15. lib. 2. Eugen. conſil. 88. à num. 9. tom. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſ. 194. Honded. lib. 1. conſil. 31. Tuſch lit. P. concl. 513. Fuſar. quæſt. 650. Magna tamen est apud II. CC. hæsitatio; quid si alicui primò relicta sint legata, & postea is rogatus fuerit restituere hæreditatem, portionem hæreditariam, vel partem hæreditatis, an is quoque prælegata restituere teneatur? & hoc casu prælegata etiam esse restituenda, statuunt, ex l. Marcellus, § quidam liberis, l. fideicommiſſarium, §. fin. ff. eodem, Bart. in d. l. Marcellus, §. quidam, num. 6. ff. ad S.C. Trebell. Alex. conſil. 25. n. 11. vol. 1. & conſ. 255. n. 3. vol. 6. Roman. conſ. 18. n. 2. Pariſ. conſ. 26 n. 50. vol. 2. Rol. à Vall. conſ. 34. n. 7. vol. 1. Menoch. 4. præſūpt. 194. n. 2. & ſeq. Graſſ. §. fideicom. q. 47. n. 4. Peregr. de fideic art. 7. n. 34. Fuſar. de ſubſt quæſt. 650. num. 1. oppositum docent Socin. jun. conſil. 107. num. 36 ſeq. vol. 3. Dec. conſil. 80 num. 3. verſ. non obſtat ergo, Cephal. conſil. 859. Decian. conſil 47. num. 137. vol. 1. Mantic. de conject. lib. 7. tit. 7. num. 1. Phipp. Knipſchil. de fideicomm famil. nobil. cap. 12. de oner. num. 18.

Quidvè si prælegatum fuerit relictum titulo institutionis? Fuſar. qu. 650. nu. 88. vel sit factum
79 uni filio, & sequatur institutio de pluribus filiis cum reciproco inter eos fideicommisso, veniat ne? inquirit Peregr. conſ. 44. num. 11. verſ. ſeptimo, lib. 3.

Harum quidem exitus causarum ignoro: non enim suffragia præstiti, nisi in causa principali fideicommissi, quando ego præteram aulæ M.C. capitalia dijudicantis, atque ideò ex peculiari Excellent. ss. Domini Proregis diplomate. Cæterum ut eiusdem colendis nutibus audiam, sicuti debeo, hoc die vigesimo nono mensis Maji labentis annis 1699. quo folium isthuc est sub prælo, renunciatus jam præses Provinciæ Aprutii citerioris, cujus Regia Metropolis est Civitas Theatina, Urbe Neapoli discedo: ut demandatæ illius oræ gubernacula, Deo auspice capessam.

RITVS CCLXXIII.



Item quòd dictus locumtenens non debeat, neque possit aliquem pro quocumque delicto componere, vel aliquem ad compositionem admittere, sivè procedatur per ipsam curiam ad denunciationem, sive ad accusationem partis, sive etiam ex officio ipsius curiæ: nisi priùs, & ante omnia, pars læsa fuerit concordata; & tunc compositio ipsa fiat præsentibus judicibus, actorum magistro, & ærario ipsius curiæ. Verum in casu, quo propter absentiam prædictorum a civitate Neapolis non possit hoc facere: & si propter dictam absentiam hujusmodi cōpositionem facere contigerit: subitò teneantur, & debeant revelare eisdem officialibus: & poni facere in quinterno proventuum dictæ Curiæ, & quod locumtenens ipse in his recipiat, nisi prout consuetum est, in ipsa curia, & antiquitùs observatum.

SUMMARIUM.

1 *Dies ingressus Auctoris ad Civitatem Theate, & possessionis capta Præsidis Provinciæ Aprutii citra, describitur.*

2 *Quid servetur, quando Auditores suffragia paria præstant?*

3 *Civitatis Theatinæ origo, & antiquitas pacis recensetur.*

4 *Modus possessionis, ac Sancti Justini, ejusdem Civitatis olim Archiepiscopi, nunc præcipui Patroni, perenne miracula indicantur.*

5 *Cum prosper Caravita nonnulla de Baronibus in hoc ritu num. 6. attigerit: opera pretium censuit Auctor, idem prosequi captum, aliaque de eisdem Baronibus subnectere.*

6 *Feudatarius multis in locis miles appellatur.*

7 *Num lata sententia in actione personali contra feudatarium, exequi valeat in feudi fructibus: & an de æquitate sit illi relinquendum aliquid, ut vivat.*

8 *Feudatarius, Valvasor appellatur, Clientulus, & Fidelis.*

9 *Sæpissime, nuncupatur vasallus,*

10 *Aliquando Capitaneus, quis verò nostro vulgari idiomate vocatur Capitaneus?*

11 *Neapolis quarè dicatur caput Regni.*

12 *Locus ille, in quo caput sepultum est religiosus habetur.*

13 *Veteres caput, partem scilicet nobiliorem, pro toto usurparunt.*

14 *Baro dicitur ille, qui de aliquo feudo est investitus; estque vulgare nomen in Regno Siciliæ.*

15 *Discrimen an sit inter Baronem, & Militem.*

16 *Feudatarius est ille, qui feudo fruitur, ex quo servitium militare, seù adoha Regiæ Curiæ præstatur.*

17 *Baronia an inter feuda titulata connumeretur, & an in ejus alienatione Regis assensus, sicut in feudis titulatis requiratur?*

18 *Baro, & Comes in Germania non differunt, secùs in Gallia, ubi Baro non est inter Titulatos.*

19 *Baro, ut baroniam habeat, quomodo fieri contingat?*

20 *Si Barania ad Dominum devolvatur, & per ipsum alii concedatur, an iste infeudatus baroniæ titulo gaudeat, si Dominus non expressè in baroniam tradat?*

21 *Baro plura castra possidens, si unum cum Regis assensu sub infeudaverit, an hujusmodi subinfeudatum feudum sit quaternatum.*

22 *Baro, tametsi plura feuda possideat, non dicetur baronia titulo decoratus.*

23 *Ratio adducitur, cur, ut Baro baroniam constituat, sit necesse, ut unum ex ejus feudis alii subinfeudet cum Regis assensu tenendum ab eo, sub eo.*

24 *Unaquaque Civitas suos habet peculiares mores.*

25 *Subinfeudatio, & subinfeudatus, an sit barbara, vel latina vox?*

26 *Ista verba (tenendum ab eo, & sub eo) quæ apponuntur in subinfeudatione cum Regis assensu, declarantur.*

27 *An verba isthac (tenendum ab eo, & sub eo,) Isern. decerpserit à Clement. Pastoralis, de sent. & re judic.*

28 *Clemens V. cujus est sententia in Clem. Pastoralis an fuerit ante Iserniæ commentaria in const. Regni?*

29 *Num Isernia, quem dicunt sub Regina Ioanna à quodam Gallo interfectum, fuerit Isernia inclytus illa feudista?*

30 *Consiliarium Regis ex odio privato occidens, an in crimen læsæ maiestatis incidat?*

31 *Rex si meminerit de baronia, non intelligit de illo Barone sic vulgariter dicto; quamvis plura possideat feuda; sed de Barone, qui plura habens, unum concessit cum Regis assensu.*

32 *Regis verba, non juxta vulgi, sed juxtà prudentium interpretationem intelligi debent.*

33 *Miles, quarè sit ità nuncupatus?*

34 *Feuda, an de jure communi fuerit cognita, & an sit illa militia, de qua per jus commune?*

35 *Consuetudines feudales fuere priscis temporibus appellata jura militaria.*

36 *Servitium, quòd per feudatarium Regi præstatur, dicitur in Regno militare servitium.*

37 *Servitium, quod exibet feudatarius in aliis locis quale sit, si non exprimatur: vel si non dicatur feudum concedimus ad serviendum) quali servitium debeatur?*

38 *Feuda æquiparari per Isern. militia,*

39 *Militia, & feudum an in generali obligatione contineantur?*

40 *Barones, Titulati an dicantur, & Baronia inter regales dignitates, an sit describenda?*

41 *Tituli dicuntur regales dignitates, de quibus in feudorum codicibus.*

42 *Loffredi, ac Liparuli advertentia in Andream in cap. 1. de feud. March. ad notatur.*

43 *Beneficium pro feudo accipitur in toto feudali libro: & quod ibi appellatur feudum latinè dicitur beneneficium.*

44 *Iurisconsulti pluries synonymis usi fuere.*

45 *Synonyma sunt, quæ sub diversis nominibus prolata, unum & idem significant.*

46 *Baronia, atque Vicecomitatus est inter regales dignitates,*

47 *Rex in suo Regno regales confert dignitates.*

48 *Baroniam possidentis magnam esse dignitatem, & potestatem.*

49 *Baronia, nova est in regno dignitas, consuetudine introducta, Longobardis incognita.*

50 *Baronia dignitas in feudali libro posita non reperitur.*

51 *Baronia dignitas est Comitatus inferior, juxtà generalem Italiæ consuetudinem.*

52 *Principatus dignitas non fuit in libro feudali cognita.*

53 *Principes, de quibus hodiè, abusivè dicuntur Principes.*

54 *Princeps propriè dicitur Imperator.*

55 *Primogenitus Regis in Hispania dicitur Princeps, in Gallia Delphinus, & in nostro Re-*

gno

gue Dux Calabria.

56 *Baro quandoque Princeps nuncupatur, largo tamen sumpto vocabulo.*

58 *Principis sub nomine qui contineatur, remissivè.*

58 *In libro feudorum, licèt de Ducatu, Marchionatu, & Comitatu mentio fiat: tamen idem arbitrandum de Principatu, Delphinata, Vicecomitatu, atque Baronia.*

59 *In Germania inter Comitatum, & Baroniam, nullum adest discrimen.*

60 *Comites Baronibus praecedunt: & alia adnectuntur.*

61 *Baronia an sit divisibilis. Constitutio, de qua in cap. imperialem, §. praterea Ducatus, circa divisionem feudorum Regalium, an in Italia, aliisque partibus de consuetudine servetur?*

62 *Ad Baroniam constituendam non sufficit unũ, vel plura feuda habere, & qua requirantur.*

63 *Titulus dignitatem significat.*

64 *Etiam ad Pontificem, atque Imperatorem Regalium dignitatum collatio spectat.*

65 *Titulati exteri, an uti cateri Titulati Regni gaudere debeant.*

66 *Titulati etiam à Papa, & Imperatore creati an debeant in Regni Titulatos pracedere.*

67 *Consiliarios de Statu non Titulatos, pracedit Consiliarius Titulatus, etiam antiquiores.*

68 *Titulati similiter Consiliarij, seu Regia Camera prasidentes, quando adeunt Principem cum Collegio, sive corpore Tribunalis, an sedeant in sellis: alijs titulo non decoratis considentibus in scabellis?*

69 *Episcopus sedens, vt Canonicus an eminentiorem locum tenere debeat?*

70 *Consiliarii, Regentesque de Collegio Doctorum nulla habitu dignitatis ratione, sedent, vt Collegiati.*

71 *Quidnè si solus alloquitur Principem?*

72 *In Regia Juncta Consiliarius, sivè Regia Camera Prases, Titulati adiuncti cum DD. Regentibus, an cum illis sedere debeant in sellis? discutitur.*

73 *Gesta in Regia Juncta an considerentur, vt accidentia, atque actus indifferentes habito respectu ad officium Consiliarij, vel Prasidentis?*

74 *Consiliarius effectus Prasidens Regia Camera extrà ipsius Camera Tribunal reassumit maiorem dignitatem, pracedendo antiquiorem Prasidentem.*

75 *Discutitur articulus excitatus n. num. 66. num Titulatus externus, qui à Summo Pontifice, vel Imperatore electus fuerit, an pracedat Titulatos de Regno in hoc Regno.*

76 *In domo sua quilibet est extraneo quolibet maior,* ad Glos. in l. apud eum, de manumiss. *qua exornatur, & perpenditur* Luc. de Pen. *effectum.*

77 *Par in parem non habet imperium, & adducitur adagium de asino.*

78 *Pater in privato statu an pracedat filium in dignitate constitutum.*

79 *Electus ad dignitatem à Papa, vel Imperatore, ne pracedere valeat electos ab inferiori Principe, intelligitur in locis neutralibus.*

80 *Rex invictissimus Hispaniarum omnes alios Reges antecellit.*

81 *Tituli dicuntur illa verba, qua honorandi causa personam, cum qua, vel loquimur, vel scribimus proferuntur, & à quibus isthac vox derivetur.*

82 *Titulorum loquendo, vel scribendo sublatus in Regno abusus.*

83 *Doctores ab Imperatore Illustres nuncupantur, aliisque titulis fuerunt decorati.*

84 *Officiales Principem alloquuturi, cur dimisso pallio, toga tantum induti incedunt?*

85 *Advocati dicuntur togati, & alia ad hanc rem subnectuntur.*

86 *Doctores ad prasens indistinctè titulo Magnifici decorantur, qui quidem quàm praminens sit ostenditur.*

87 *Pontifex Gallia Regem, & Angelum Perusinum simul ad pacis osculum admisit.*

88 *Sigismundi Imperatoris increpatio contra Giorgium Fisellum praponentem militem Doctori.*

89 *Imperator solo verbo Principem facere potest Philosophum non ita.*

90 *Memorata* Progm. 1. de tit. abus. *an vendicet locum in Clericis?*

91 *An Ministri Supremi Grandes Hispania, & habentes aureum vellus, obstringantur ab huiusmodi sanctione?*

92 *Baronum multa sunt prarogativa, plura sunt commoda, qua ijs à subditis emanant, at primum in eo versatur, vt constituto feudo, illiusque tradita possessione, vtile in concessionarium transeat dominium, retento directo à concedente.*

93 *Vtile dominium in feudis an sit chimara, vel quasi nihil, iuxtà dictum* Isern. *in pluribus locis, & quid sit chimara?*

94 Innoc. & Host. *probatur non dixisse, quod vtile dominium in feudo sit chimara, & quasi nihil.*

95 *Dominium, quale, penès Baronem infeudantem remaneat?*

96 *Doctor, qui fuerit, qui negavit non dari hoc vtile dominium, & qui illam distinctionem* Bartoli de vtili, & directo dominio autumaverit *esse* Bartoli *commentum.*

97 Hostiensis *perperàm ab* Isern. *adducitur in* rubr. de feud s, vers. quibus modis feud. omitt.

97 Isern. *dum dicit dominium directum, quod est penes infeudantem, potius debere dici chimaram, & quasi nihil, non recipitur.*

99 *Dominium directum, an sit idem cum proprietate?*

100 *Domino proprietatis multa permittuntur fieri in feudo, in quo quis habet vsumfructum.*

101 *Vsusfructus an transeat in feudatarium?*

102 *Baro adinstar vsusfructuarij debet benè vti feudo, & vassallos, ceù filios ducere, atque habere.*

103 *Quando Vniversitas possit se congregare absque prasentia Gubernatoris?*

104 *Baro malè agens circa subditos, an feudo privetur, & possit cogi ad illud vendendum.*

105 *Quid-*

105 Quidnè in fendo empto, vel in remunerationem concesso.

106 In omni officio, sivè gratis dato, sivè empto ob malam administrationem, quis privatur etiam beneficio.

107 Scitum Regiæ Junctæ adducitur, & Cravettæ consilium 6. lib. 1. refirat.

108 Universitas Baronis immanitate inducta ad demanium petendum, an sit condemnanda an pretii cum interesse restitutionem, & Baro ad fructus medio tempore perceptos?

109 Decisio Regiæ Cameræ, qua fuit Universitas ad pretium, & interesse condemnata, & Baro ad fructus memoratur, & ad libellam revocatur.

110 Demanij petitio per Universitatem in duos bipartitur casus, & quo intra illa consistat.

111 Dictum illorum, substinentium, agentem ex retractu fingi dominum ab initio illius rei retractæ, an sit verùm?

112 Fructus percepti per emptorem ante retractū an ad ipsum, vel retrahentem spectent, & quid de nostra consuetudine?

113 Actione redhibitoria nedum pretium sed etiam usura, & quicquid ex causa emptionis erogatum fuerit, venit restituendum.

114 Ob temporum varietatem decisiones mutantur, & exemplis minimè indicandum, ac argumenti ab authoritate rei, iudicati deprompti lubricitas ostenditur.

115 Feudatarius non secus, ac usufructuarius licèt possit meliorare feudum, absque domini voluntate, nequit illud alienare, nec in emphyteusim concedere.

116 Licebit verò terras inutiles concedere sub certa portione fructuum.

117 Super feudo compromittere ipsi non licèt, nec testari, ne pro sua quidem anima, & alia huiusmodi annectuntur.

118 An liceat gravare filium super fructibus feudi hæreditarij?

119 Substitutio an prohibita sit in feudis.

120 Substitui an possit in feudis vigore assensus concessi in testamento. aut vigore assensus concessionis facultatis disponendi.

121 Quid virtute gratiæ impartita feudatario disponendi de feudis in beneficium proximioris masculi de familia, exclusa fœmina, utrum substitui possit vulgariter, vel pupillariter in feudis paternis.

122 An verò in feudis filii, latè discutitur.

123 Substitutio pupillaris sit ne prima institutio dicatur testamentum patris an filii, possit nè fieri filio exhæreditato.

124 Patria potestas in feudis an attendatur.

125 Decisiones Præsid. de Franch. in locis indicatis examinantur, & alia ad rem perpenduntur.

126 Quando, quibusvè in casibus filius familias à patria eximatur potestate, & alia huiusmodi: & de donationibus inter patrem, & filium enucleantur.

127 Memoratur celebris decisio in causa Status Ducatus Andriæ.

128 Legato feudo debeatur nè æstimatio dispungitur.

129 Instituto nulliter in feudo solvenda, ne sit illius æstimatio examinatur.

130 Feudatarius turrim, molemq; ædificare, & construere, an valeant in locis sibi infeudatis, aliaque ad materiam subvehuntur.

131 Baro suofeudatario repugnante, potest Castrum, quod subinfeudavit, custodire, quod & Regi permittitur.

132 Fiscus an teneatur pretium suppeditare.

133 Qui iurisdictione in loco non fungitur, etsi dominus illius sit, turrim extruere non valet invito Barone.

134 Conclusio antedicta de Barone post realem investituram acquirente dominium utile restringitur respectu totius Baroniæ, non verò particularium rerum in feudo consistentium.

135 Si Baro insubfeudat, quale retinet dominium remissive.

136 Princeps concedens castrum quid Baroni concedere videatur?

137 An iurisdictio concessa dicatur? distinctio adducitur, & multa ad rem perpenduntur.

138 Facta investitura cum prærogativis M. C. dicitur concessa facultas cognoscendi de delictis Officialium.

139 Molendina an censeantur concessa.

140 An liceat Baroni edicta proferre ne ad aliud molendinum vasalli accedant.

141 An veniant aquæ, aquarumque decursus.

142 Quid flumina existentia in territorio?

143 Piscatio an interdici possit i quidvè in mari? latè discutitur?

144 Molendina excepto Rege, vel Barone nemo potest in flumine extruere.

145 Venatio num prohiberi possit.

146 An concessi dicantur Salinarum redditus?

147 An ius patronatus? & in eo an succedat primogenitus exclusis cæteris fratribus?

148 Feudalia dicuntur illa, quæ probantur de iure fuisse Castri, quid si sunt intra illius territorium?

149 An concesso castro censeatur concessa iurisdictio discutitur.

150 An merum, & mixtum Imperium, nonnulla adnotantur, tùm attentis iure communi, tùm Regni, ac Regis Alphonsi decreto.

151 Baro ordinarius iudex vasallorum dicitur.

152 An obstringatur ostendere privilegium primarum causarum?

153 Hæc iurisdictio competit privativè, illamquè an exercere possit in altero Baronis loco, vel demanii, & an ipsi iudicare valeant, causas ad se advocare, illasque à iudice ordinario avocare inquiritur.

154 Possint ne Barones iurisdictionem officialibus restringere in literis patentalibus.

155 Edicta an possint edicere, imposita mulcta, ne subditi alterius iurisdictionem prorogent, & litem instituant coram alio iudice, etiam superiori per saltum, omisso medio, & pœna possit exigi?

156 Fructus huius iurisdictionis præsertim sunt pœnæ, ac mulctæ; proindè illæ erunt Baronis, qui subintrat in locum fisci.

157 Num verò Baro confiscationis faciendæ ius

habeat

habeat, illamque suismet adscribere usibus valeat? aliaque ad rem enarrantur.

158 Pœnas commutare, & compositiones facere queunt, quidvè post sententiam?

159 Suo in territorio delinquentes forindicare possunt.

160 Sit nè Baronis cognitio vasalli delinquentis extrà suum territorium, an verò eius ubi deliquit discutitur, & nonnulla exarantur.

161 Fur num à iudice, à quo est apprehensus cum re furtiva, debeat remitti ad iudicem loci, ubi furtum initio patratum est?

162 Relaxatus, & absolutus à iudice domicilii possit ne rursus accusari, & puniri ab altero delicti?

163 Barones prærogativam habent eligendi unum ex subditis, ut officium Ærariatus exerceat.

164 Possunt cogere vasallos, ut vel pedester, vel equester inserviant, & alio vadant, res deferant, salario mediante, quod quantum sit, quando, & quomodo debeatur, & alia tùm Baronibus, tùm vasallis proficua enarrantur.

164 Vendere volentibus vasallis rem suam, præferatur nè Baro pro eodem pretio? & an constringere valeat ad vendendum.

166. Exornatur Textus in l. nec emere, C. de jure deliberandi, & nonnulla cum decisionibus adducuntur.

167 Utrum præfata militent in locatione, ut valeat Baro constringere ad locandum, & locare illis volentibus prælationem habeat. Quidvè è contra volente Barone alienare, sivè locare, vasalli præferantur.

168 Barones habent prærogativam, ut cogere valeant vasallos ad exhibenda servitia personalia pro necessitate, & commoditate rei feudalis, & quæ sint? inquiritur.

169 Constringere valent suos vasallos conducere territoria feudalia. Quidvè dicendum si cum revolutione temporum, aut Colonorum inopia introitus terrarum decreverint, tàm in foro fori, quàm in foro poli.

170 Baro dicitur suimet Castri Civis, & primus, licetque illi in vasallorum territoria immittere propria animalia, & quomodò hac prærogativa uti debeat, quo moderamine, & an è contra liceat hoc Civibus in pascuis Baronum.

171 In pascuis uniuscujusque vasalli, hac non gaudet prærogativa; quid post segetes?

172 Illa an gaudeat, si in territorio non habitet, & transeat ius in conductorem.

173 Meritò Baro primus Civis nuncupatur, & potest ordinari ipse, & eius filius, etiam ab Episcopis diversarum eius terrarum.

174 Barones pernititem illam habent auctoritatem habendi subventionem, seù adiutorium à vasallis, quod quibus in casibus debeatur, quid si feudum sit novum, an Avo; & alia nectuntur.

175 Utri ex Baronibus debeatur, in civilibus, vel criminalibus, primævo domino, vel altero cum pacto de retrovendendo; & an emptor eiusmodi sit re vera emptor.

176 Duo ad libellam revocantur dubia. Alterum si fuerit venditum feudum ea cum pactione de retrovendendo, dicatur nè translatum dominium, non sequuta pretii solutione? Alterum si dominus cum pacto de retrovendendo plures habens filias, eas nuptui tradiderit, ac posteà reemerit, alter cuius filiæ effectæ intereà nubiles, in matrimonium collocentur, obstringantur nè vasalli suppeditare adiutoria?

177 Si uno, eódemque anno plura effecerit Baro, pro quorum quolibet deberetur adiutorium possit nè pluries illa consequi?

178 Extincto Barone, cui ementi feudum adiutorium datum fuit, filio alterum ementi feudum, debeatur nè alia subventio?

179 Baro possit nè consequi adiutorium absque ordine Regio propria authoritate. Illius petitio an præscribatur, possitque remitti?

180 Non exiguum Baronum privilegium; ut possint reddere immune ab hospitatione militum Oppidum, in quo habitant, eo facere vulgò Cameram reservatam.

181 Licet prò illa facienda aliquid recipere, etiam annuum ab Universitatibus.

182 Communitas post perfectum contractum non vales huic beneficio renunciare, & solutionem promissam haud facere; Quidvè hodiernis temporibus, an extinctæ sint Cameræ reservatæ, & huiusmodi solutio retardare queant in beneficium Baronum? latè inquiritur, & nonnulla ad rem adducuntur, & de donatione correspectiva

183 In quo consistat privilegium Cameræ reservatæ, & quid hodiè post novam situationem utilitatis sentiant Universitates, & nonnulla de militibus, & damnis, quæ ab his fiunt subnectuntur.

184 Ut observetur donatio sat est si duret una causarum, quæ fuerunt; vel motivæ, vel finales.

185 Novissima Regiæ Cameræ adducitur resolutio.

186 Non dominantium libido, non Regum sitis tributa imponere debent, sed Reipublicæ tuendæ necessitas, & impositio vectigalium, quæ modum excedunt, reprobatur, uti damna, & ærumnas gignens, arguitur Fridericus Imperator.

187 Admiranda nostri Regis clementia imponit, quæ ipsemet populus cognoscit per necessaria, quæyè absque iussu animo hilari, libentique subditi pro Reipublicæ tuitione persolvunt.

188 Piissimus noster Rex propriis sumptibus campestres milites per Regni Provincias sustentat. ipsisque quotidiè mandatur ut Universitates, civesque molestiis afficiant.

OCtavo Idus Junij à partu Virginis labente anni curriculo sexcentesimo septuagesimo nono vltrà millesimum Theatinæ Vrbis limine
1 attigi, ac septimo eiusdem mensis Idus Præsidis possessionem cœpi, vna cum omnimode, etiam quam ferunt ad modum belli potestate; pro-

pte.

pterea facultatē habui dirimendi æqualia Auditorum vota in caulis agendis vi rescriptorum ex bellico scrinio sub die 13. Maij præcedentis,
2 quamvis per hanc votorum æqualitatem tùm Prorex, quàm Regij à latere Consiliarij certiores fieri solent, ex *Pragm.5.de offic.Iustit.* & diximus in *Rit.98.num.4.lib.1.* Tum mihi secundum minus Cœlum reluxit, Julij etenim mense ea mihi febris imminuit, vt duos circiter menses meos artus, viresque immaniter oppresserit. Attamen supremo grates Numini, quod nihil in causis prætermiserim, vt lapsitati Provinciæ opem ferrem, quæ cum sit multis triciis implicata; vires omnes, omnemque mentis requirit sollicitudinem. Vrbs hæc Theatina vetustate
3 insignita, fortis Achillis ope condita à matre Theti nomen retinuit anno bis millesimo sexcentesimo septuagesimo tertio à primò Mundi vagitu, ante Christi incunabula millesimo bis centesimo octogesimo octavo, Romæ fundamēta quingentesimo, trigesimo tertio, & Troiæ excidium centesimo quarto, *Mazzell. & Bel. tran. in descrip.Reg. Neap. in Abruzzo citra di Civita di Chieti*. Princeps hæc Marrucinorum, qui floruere in armis vtriusque Aprutij, caput diù viguit, *Strab.lib.5.* aiens: *Hæ gentes ferè invictis vivunt: habent tamen etiam Vrbes supra mare, vt sunt Corfinium, Sulmo, Marruvium, Thegeate Marrucinorum caput*, quæ verba in Strabonis libris omninò depravata, & non *Thegeate*, sed *Theate* legenda esse putant. *Raphael Volaterr. & Guiliem. Xylander, in adnot. ad Strab.cit.loc.*qua de re *Lucius Camarr.de Thea. te antiquo lib.1.pag. 21.* Demùm post dividuam Provinciæ bipartitionem Aquila altera statuta est Matrix Populorum magis commoda Iustitiæ administrationi, ac Populatarum amplitudini Provinciarum. Possessionis tamen accipe
4 modum. Camerarius, virique de Magistratu simul,atque nobiles Vrbis equitantes extra Vrbem progrediuntur,ac recentem excipiunt Præsidem, quem mox Regiæ Audientiæ Ministri offendunt. Huic penetranti valuas, quà Neapolim ducunt, Vrbis claves offerunt, quas reddit illicò Camerario.In præcipuum deindè Templum adveniunt, vbi à Clero Præses exceptus Divo IUSTINO olim Vrbis Episcopo, sub cuius præsidio modò ipsa est, preces fundit Demùm in Illustrem Regii Tribunalis domum init possessionem. Divus Justinus quàm maximè huic Vrbi patrocinatur, & dum nodò procellarum turbines, ac tempestates à nubibus arua, segetesque minitentur in Sacram Turrim, vix delata Sypoana, in qua Sancti sacras præsertim Brachij reliquias veneramur, illicò illarum minax impetus sese conicit in fugam.Hæc obiter ad rem redeuntes.

Prægrave quidem semper visum est nobis, quod
5 in hoc Rituum curriculo nulla sese vltro obtulerit materia civilibus, criminalibus, seu feudalibus pertractationis per vtilis, si quas autem tetigimus illativè potiùs à nob's perquisitas,quā vi verborum depromptas, protulimus. Quod venit in hoc Ritu, in quo cum *Prosper Caravi. ta num.6.* aliqua de Baronibus scripserit operæ pretium certè ducimus, si aliqua hac de re, & nos adnectamus, quæ nosse tùm Baronum,tùm subditorum permagni interlit. Momi interim,si qui sunt oblatrare, & detrahere parcant, si fortasse ab instituto tantulùm degredi videamur, imitati sexcentū doctissimos viros tum nostrates, tum exteros, potissimum *Guliem. de Benedictis in cap. Raynutius, Nevizan. in silu. nupt.* omni laude dignissimos, dum talia, & tanta sie incideoter in suis docent compositionibus, eorumque digressiones non nauseant, sed admodum iuvant, nec acuant proinde linguam in eos, qui vt scriptis bono publico prosint, qua possunt desudant.

Feudatarius itaquè multis in locis miles appellatur, vt de *milite vassall. qui arm. bellica depo-*
6 *suit.In rubr. quo tempor. miles investit.pet. deb.* In alia, *si de feud.defunct.milit.controv. fuerit*, necnon *Iseru. in cap.1.Imper.loth.* explicat verbum *miles*, in eo adiectum textu, idest *feudatarium*, latèque *Præsul Liparul.in add.ibidem lit. G. & Paris de Puteo in compend. in Andr. tit.17.* plures subnectens *Iseru.* locos advertit, hoc notandum pro bannis, quæ emant, vt milites certum quid facere obstringantur, confirmat *Bammac.in cap.si de feudo,rub. si de feud. defunct.milit. num. 1.* quin *Camer. in l.Imperialem,fol.18. st.lit.V.* illam degustans quæstionem,
7 nùm lata sententiam in actione personali contra feudatarium exequi valeat in feudi fructibus, & *car.21.lit.D.*an de æquitate sit illi aliquid relinquendum, vt vivat, tradit *lit.F.* feudatarium verum militem esse, quia Regna tuetur, & illi, sicuti Clerico esse alimenta præstanda, attenta dispositione *text.in c. Odoardus, de solut.*cum de vno ad alium valeat argum.*Glos. in l. Stipendij, C. de except.rei judic.* & *DD. in l. miles, de re iudic.* multaque concervant pro enronide quæsiti à *Camer. Paul.de Castra in l.pro harede, §. 1. vers. item adverte in eo, ff. de acquir.possess. de Franch decis.4.*& nos tangimus in *Ritu 260.sub num.21. vers.& sub sequestra lib. 2. Freccia* insuper *de subfeud.lib.2. quis dicat. feudatar.in Regno, num.6.pag.68.* notat, feu-
8 darium pluribus nominibus nuncupari *vers.3.* Valvasorem, qui in valuis assistere solet, *cap.1. de his, qui feud.dar. poss.* in quo loco *Iseru.* de hoc nomine nonnulla adiecit, declaratque assistere valuæ, idest *portæ Domini in festis, in quibus domino cortiaare consueverat, eisque reverentiam exhibere propter beneficium eis collatum*, & notant *Restan.Castald.de Imp.§.83.n.34 Fran.Sonsbe.ad vsus feud.par.6. num.13. Clientulum, §. 1. §. etsi clientulus, de alien. feud.* advertitque *Frecc.loc.cit.* clientem à clientulo differre. Ille enim liber homo dicebatur, qui se ad potentioris alicuius ductum applicabat,vt eius defenderetur patrocinio, de quibus in *l.3. de vsu, & habitat.l.5.§.1. de his, qui ut daiat. l.3.§.sed & quod, de pos.leg.l 89.de furt. l.3. de captiv.& postlim.rev.l.3.C.de novat.Glos.in const. partes in judicio*, verbo, *Judicem num.30. & ibi Iseru.& Affl.num.8.Bar.in l. properandum, §. illud, num.2.de iud.Isid.lib. Ethimol.10. lit. C.* advertit clientes potiùs colentes dictos fuisse à colendis patronis, & *Carnel. Frontonus inter Authores latina lingua, pag. 1329.* ponit Co-

 G g mitem,

mitem, cum quo iter facimus, Assectam, qui sequitur potentiorem, Sodalem adolescentiæ nomen, Clientem, qui implorat opem, & fidem subsequens his verbis: *Comes, Tutus, Assecla, Officiosus, Sodalis, Amicus, Cliens submissus*; & eruditissimus *Bud.* late *in Pandec. in l. Heren. de evict. p. 192. lit. A.* quiq; *pag. 193. lit. F.* scribit, eos, quos, vassallos vocarit, clientes latinè appellari, necnon observantiam, & obsequium, quod in feudali materia, homagium, ipse clientelam vocat; arbitrans sub *lit. E.* neminem esse, qui feudorum consuetudinem noscit ab illa Clientium in Patronos observantia, & ab illa patronorum fide in clientes ortum habuisse, quodque in usibus feudorum appareat, clientelam, & beneficium hoc olim vocabulo vocatum fuisse, & sic ipse *Budæus* dissentire videtur à *Frecc.* qui differre dixit clientulum, de quo in mem. *cap. 1. de alien. feud.* ab ipso cliente de quo in *Pandectis*, & fusè *Io. Gara. Hispan. de expens. & meliorat. cap. 12. ex num. 2.*

Aliquando feudatarius appellatur fidelis, *cap. 1. §. item si fidelis, quib. mod. feud. amitt.* cum feudum à fide dicatur, *cap. 1. § nulla, per quos fiat invest.* illiusque vas, & substantia fidelitas est, *Andr. in cap. 1. §. sed nec alia justior, & §. porrò, quæ sit prima cauſ. benef. amitt.* ut propterea vasallus per specifica capitula fidelitatis iuramentum præstare sancitur, ut in *tit. de form. fidelit. de nov. form. fidelit.* advertitque *Reg. de Ponte in lect. 2. feud. num. 6.* aliud esse juramentum, quod vasallus ratione feudi præstat, aliud quod subditus ratione jurisdictionis, ex *tex. in cap. vasalli de pac. const.* illud fidelitatis, & à Baroni præstatur *cap. 1. quid præced. deb. invest. an fidel.* hoc assecurationis, quod à vasallis datur ipsi Baroni, *And. in const. Regn. post mortem* dicitur. Illud fortius ligat, istud, quandocunque enim civis juramento, quo se obstrinxerat, haud stat; licèt periurus, sed civis adhuc est. *Frecc. lib. 1. num. 18. fol. 14. & lib. 2. 4. auth. fol. 194.* Verùm aliud esse fidelitatis juramentum, aliud ipsammet fidelitatem, advertit *Bald. in conſ. 391. an num. 3. vol. 2.* quem laudat *Reg. Lanar. in repet. §. hujus autem generis, ex quib. cauſ. feud. amitt. num. 108.* explicans quomodò effatum *Isernia* procedat; ut fidelitas pacto remitti possit, cum fidelitas sit de feudi substantia, idest fidelitatis juramentum, quod est de forma, non autem de substantia, ut notat *Frec. in cit. loc.* licet ipse *Lanar. ibidem in verſ. advertendum. usque ad num. 114.* dicat, etiam ipsam fidelitatem, quæ in omittendo consistit, non autem quæ in faciendo, remitti posse, quæ notatu digna sunt, dùm in ore omnium est, quod fidelitas, cum sit de substantia remitti nequeat, quæque *Lanar.* distinctio concinit *Camer.* theoricæ *in cap. Imperialem, car. 35. lit. D.* notantis, fidelitatis formam, de qua in *cit. tit. de nov. form. fidel.* complecti præcepta affirmativa, & negativa, & proindè, concesso feudo franco, vasallum obstringi ad illa servitia domino, quæ sub præceptis negativis continentur, non autem sub præceptis affirmativis, & sub *lit. F. verſ. non obstat*, explicantia suæ distinctione obicem non afferre commune illud dicterium, servitium in fidelitate contentum remitti non posse, & tale pactum nullitati subjacere uti contra rei substantiam, *arg. l. si quis ante. ff. de acquir. possess.* quæ distinctio *Camer.* in materia feudi franci non arridet *Reg. de Curte in diverſ. feud. cap. 13. incip. cum igitur in feudo à num. 6.*

Sæpissimè vocatur vasallus, hocque nomen latinè esse clientem *Budæus* scripsit *loc. mem. lit. F*

9 quo nomine jura feudalia utuntur sexcentis in locis in *cap. 1. §. vasallus, si de feud. fuer. controverſ. §. vasallus, de pac. const.* quem hodiè attento communi usu loquendi, nuncupamus vasallum qui alicui Baroni subest, quamvis stricta significatione dicatur, qui feudum ab aliquo tenet. Hinc *Affl. in cit. cap. 1. qual. vasall. in princ.* tres personas distinguit. Una est, quæ solum habet feudum sibi ab aliquo investitum, & hic dicitur illius vasallus, & non subditus, exemplisque id ipsum; altero de Rege Roberto, qui licet Imperatoris Henrici ratione feudi Comitatus Folquarqueri, quam ab eo tenebat, esset vasallus, non tamen erat ei subditus, seù subjectus, ex *text. in clem. Pastoralis, §. denique & §. rursus, de re judic.* & altero ex *Specul. in tit. de feud. §. 2. verſ. 24.* de Rege Aragonum, quem vasallum Episcopi Maticolicensis, à quo Montis Pelulani feudum tenebat, non autem ei subditum dicit. Infeudans enim quandam superioritatem cum infeudato habet ratione rei, *cap. certè, extr. de re judic.* non autem jurisdictionem in ipsius personam notat, *Cardin. Floren. in cit. clem. pastoralis. §. denique.* Alia est persona; quæ solum domicilium, aliaque bona in illo loco existentia habet, & dicitur subditus, & non vasallus. Alia demùm est persona, quæ feudum habet, & domicilium, & dicitur nedùm *vasallus*, sed subditus; At huiusmodi nomen, *vasallus*, non reperiri in toto *Volum. Cod. Pandect. Instit. ac novellarum Constitut.* monet *Isern. in proem. feud. qu. 4.* necnon *Jacob. Alvar. Odofr.* relati à *Jo. Garz. cit tract. de expen. & mel. cap. 12. num. 8.* ibique adducens ad damnatæ memoriæ J.C. Gallum, cum confutat, dum evomuit, Carolum Magnum Hispaniam subjecisse, cum totum oppositum fuisse asserit, & accidisse in Ronces Valles, & nititur testimonio *Donati Acciaioli*, qui vitam Caroli Magni conscripsit, id ita testantis cum morte Rolandi, quem nos Orlandum vocamus, & quem nepotem ex Caroli sorore dicit, ibique etiam sub *num. 11.* refellendo ejusdem Galli J.C. dictum quoad Francorum consuetudines à quibus has feudales fluxisse consuetudines divinatur, recenset historiam de origine nostrorum ab Austria Invictissimorum Regum ab illo Carolo Magno, authoritate *Hadriani Barlandi in historia Ducum Barbantiæ.*

Aliquando infeudatus appellatur Capitaneus, ut

10 in *cap. 1. quis dicat Dux, in cap. 1. §. 1. de his, qui feud. dar. poss. & in cap. 1. de nat. feud.* & ille dicitur, qui à Principe feudum habet; sicuti Comes, & Marchio, & nuncupantur Capitanei, quasi respectu aliarum personarum capita alta habentia, cum sint in dignitate constituti, ex *Isern. in dicto cap. 1. 2. col. verſ. item*

dant

dant, num.6.qui feud.dar.poss.dicit Iacobin. de
Franchis in eodem met tit.num.1. & 2. ubi istos
esse ait, quos nos vulgò Barones appellamus,
& esse homines potentes, & capita in Regno,
declarat Frecc.de orig. Baron. num.6. & tangit
Bal in addit.cap.1.de his,qui feud.dar.poss.super
verbo, Marchio,col.2.ver.Capitanei, & in Lom-
bardia appellantur Magni Castellani, Bal. in
cap.una delegatorum, col.fin. vers. item de offic.
delig.laudatus à Jacob. cit.loc.num 2.Nostro au-
tem vulgari sermone Capitanei dicuntur, qui
à Rege in demanialibus locis, & à Baronibus
in eorum feudis, ubi vasallos cum jurisdictio-
ne habent pro administranda justitia ad anni
curriculum destinantur, ut in pragm.1. §.2.de
offic.Judic.& diximus in rit.2.lib.1.num.52.cu-
jus loci memor est d.Altimare ad Rovit.cons.81.
ex num.2.lib.1. qui etiam à capite denomina-
tionem trahunt: nam sicut caput corporis do-
minatum tenet, ita Capitanei cæteris de loco
31 dominantur. Hinc in Regno Neapolis Regia
Civitas, in qua Prorex residet, Caput Regni
dicitur, l. 1.ff.de offic. Praef. Aug. ex quo text.
desumunt ibi DD. haud fas esse Regnum in-
gredi Successorem pro illius regimine, nisi lo-
cum, ubi Prædecessor gubernium exercebat,
ingressus fuerit, textumque in l.observare, de
offic.Proconsul.non vendicare locum in officiis
annexam habentibus administrationem, detra-
hitur ex adductis à Franch.decis.393. ad cujus
decis.concinnitatem videnda exarata à me in
rit.3.lib.1.multaque de capite subnectit Paris
de Puteo de reinteg. feud. cap. 215. ex num. 17.
pag.216.necnon Affl.in const.si aliquis Baro nu.
5. inferens Civitati in Provincia tenenti prin-
cipatum competere prærogativam, de qua in
l.si quis, C.de natur.lib.& l.C. in l. cum in di-
versis, de relig.& sump. funer. locum religio-
sum ex corporis humatione præconizat, ubi
32 caput sepultum est ob faciem, quæ hominis
principalior pars est, quo text.nititur F. Angel.
Elli in suo speculo spirituali vulgari edito ser-
mone in dialogo 10.num.7. dum sustinet mor-
tuorum resurrectionem faciendam in loco,ubi
reperitur caput; reiecta sententia,opinantium,
vbi cor invenitur, ex Arist.dicente, esse cor
nativitate primum, & morte novissimum, &
Avicenn. Cor esse venarum, & nervorum
principium, atque ex illo omnes influi in cor-
pus vitales spiritus, itemque diffundi. Hinc
33 passim antiqui, caput partem scilicet nobilio-
rem, pro toto usurparunt; undè Propertius in
elogiis.

Nec te, dulce Caput mater Scribonia lasi.

Ex hoc itemquè text.glos.in Const.Regni, si quis
baro lit.C. eruit Baroniæ, seù Comitatus caput
privilegio, ac prærogativa illius Const. potiri,
ut nempè Baro, vel Comes de illo dotarium
constituere non valeat. Et ex eodem tex.infert.
Frecc.lib.2.in tit.quis dicatur Baro,num.93.fol.
79.à t. quod ubi existit alicuius Sancti Caput,
ibi dicitur adesse totum illius Corpus, & cen-
sentur concessæ indulgentiæ, quam illationem
non posse in caponibus fieri, observat Gal-

lus Cassan.in loco à Frecc.adducto; ibique mul-
ta de privilegiis, & prærogativis capitis num.
43.& 44. pluresque refert casus, aliosque ad-
ducunt Affl.in cit.const. si quis baro ex num. 5.
Paris.cap.215. necnon Felyn. in cap. cum non
liceat in 1.& 3.col.vers.demum ad prædicta de
præscript.Sylv nupt.verbo. est nubendum num.
29 pag.276.& Roman.cons.444.
Tandem feudatarius nuncupatur Baro, & est
vulgare nomen in Regno Siciliæ, teste Io.
34 Blan.in somm.tit de vasall.& eor. differ. col. 1.
& apud Neapolitanos Cassan. in catalog. Glor.
mund.8.p.col.4.fol.4. cuius verba refert Frecc.
in tit.de orig.Baron.num.8.subnectens huiusce
nominis dignitatem, atque originem, quem
laudat Avus meus ad Gramm dec.34. sub num.
2. illum clarissimum appellans ex de Ponte con-
sil.14.num.45. & notant Fontanel. de pact. nu-
ptial.claus.4.glos.10.p.1.num.10.Mastrill.de ma-
gistr.lib.4.cap.2. num.53. & 54. Domin. Anto-
nes Portugal.de donat.reg.p.2 lib.1.par.2. cap.6.
§.5.num.63.& 64.insinuans, Baronem dici à
Barya; quod est nomen græcum, latinè idem
significans, quod gravis, & fortis. Vel à no-
mine hæbraico, quo latinè denotatur filius ex
Cabedo decis.104.num.2.p.1.& Fontanel.cit. nu.
5.qui num.68.tradit hujusmodi dignitatem pro-
ximam esse post Comitem, ex Cassan.p.5. con-
sid.56.& cit.p.8.consid.15.Surd.consil.453.num.
34.Consil.Paschal.de patr.potest.p.4. cap.2. num.
42.Schrader. de feud. p.10. sect. 1. num.210. &
cons.17.num.170.& Reg.de Ponte de potest. Pro-
reg.tit.7.num.11.& in lectur.feud.6. nu.48. Ca-
pibl.de baron.in rub.num.26.lib.1.Consil.Rocc.de
offic.Rubr.13 §.9.num.20.& præferri aliis nobi-
libus, qui non sunt Comites ex Boer. de orig.
graduum utriusque fori 2.p.num.8.Cabed. alleg.
dec.104.num 4.ut propterea doctè more suo re-
sponderit D.Blasius Altimare ad Rovit. cons. 8.
ex nu.33. lib. 3. baronem feudum quaternatum
nobile cum vasallis possidentem, præferri in
sedendo; aliisque functionibus simplici nobili,
etiam de Sedili huius Civitatis, in re tamen ad
illud sedile non spectante, quod confirmant
Boer.de orig.graduum utriusque fori 2.p.num.8.
Gabed.dec.104.num.4.Giurb.de succed.feud.§.1.
glos.4.num.1.Portugal. cit. loc. sub num.68. de
Baronibus scribunt Christophorus Besoldus di-
scurs.polit.& Thesaur.pract.voce Freuherren nu.
52.& voce Szerr. Schaffren. num.46. Kænigithe
polit.par.1. cap 38. num.21. Nolden. de nobilit.
cap.8.num.192.Menochius cons. 109. Calefat.de
dignitat.equestr.num.12.Caspar.Zerch.de tract.
fol.26.Pontan.orig.Francia, fol.598. Freber. ad
Petr.de Andlo 2.cap.12. Fauchet.de orig.2.cap.5.
de illorum origine Renatus Coppinus comm. de
doman.Franc.lib.3. tit. 26. num.8. Pithœus ad-
versar.lib.1.cap.8.Petr.Neig.miscell.quæst par.1
quæst.2. num.54. Peregr. Iuninus de citat. real.
lib.1.cap.1.num.791.& 939.De illorum autho-
ritate ex nostratibus Paris de Puteo, Marinus
Frecc.Capiblanc.Regens Rovit.Novar.de gravam.
vasallorum.De Ducibus Joachim Gluten syllog.
rer.quotid.num.26.tit.6.Lancellott. templ.omn.
Judic.Besold.thesaur.pract.voce Szer. Rog. nu.45.
Redolphinus de origin.et dign.Duc.Italia, Pan-

meister 2.de jurisd.cap 9. num. 3.Herg. 1. qu.2.
N.jap.4.digestor.tit.Dux Schaaborn 6. polit. 11.
De Ducatu Normandiæ *Gulielmus Benedictus.*
De Ducum Italiæ, quibus regalia jurati imperii competunt, origine, dignitate, & potestate. *Ludovicus Rodolphin. de Sabloneta.*
Sed animum nostrum ancipitem tenent *Andr. et*
15 *Affl.in conft. si aliquis baro*, discrimen constituentes inter baronem, & militem, quem omnes intelligunt, idest feudatarium, ex eo quia baro dicatur, qui habet castrum, vel castra, vel feuda quaternata; necnon habet sub se aliud feudum, seù alia feuda quaternata, quæ per alium, seù alios ab ipso tenent, vel tenent in baronia, seù ipsius baronis castro, secùs si non haberet alios ab ipso feudum quaternatum tenentes, baro haud diceretur, sed simplex miles, seù feudatarius, & probari autumant ex *Constit.post mortem* subdentes, feudatarium illum esse, qui feudum habet, ex quo servi-
16 tium militare, seù adoha Regiæ præstatur Curiæ, de qua baronia nonnulla *Isern.* exaravit *in cap.1.de cap.qui Cur. vend. num. 8. et in vers.similiter in a.add. num.*20. Ex quibus locis *Isern.Reg.de Ponte* excitat dubium, *in tract. de potest.Proreg.tit.7 num.*2. an inter feuda titulo decorata connumeretur, ac de ea sicuti
17 de aliis titulatis judicari, & in ejus alienatione regis impetrari debeat assensus juxtà *prag. novem capitum*; de qua agit quoque *Rosental. in cap.2.concl.1.num.9.*adducens sub *litt.E Afflict.in cap.1.num.6.quis dic.Dux*, et *Auctores damnata memoria*, notantes baroniam non esse feudum titulatum, illorumque dictum locum vendicare in Gallia, non in Germania;
18 Et *Frecc.cit.tit.de orig.baron.num.26.fol.9.* declarans dictum *Isern.et Affl.cit.*in locis monet, baronem alterū de duobus modis creari posse; primò si Rex ex certa scientia castrum villam, vel aliud feudum in baroniam concedat, &
19 eum esse baronem velit, tunc talis erit, haud refragante, quod non habeat alia feuda, quæ teneantur sub eo, & ab eo, prout requiritur, ut sit baro, cum enim Rex sit feudorum dominus, de illis ad libitum disponere valeat, & super eis novas erigere dignitates, & infert *Frecc.* ad multa à *num.39.*quæ Principi, potissimum Regi nostro licet facere, & ex ejusdem *Frecc.* effato *num.43. Reg.de Ponte indic. loco num.* 6
20 explosa *Affl.*opinione, observat, quod si baronia à Titio possessa devoluta ad Regem aliquo jure fuisset, si deinde illa Sejo concedatur, Sejus, baro non erit, nec baroniam habebit, nisi expressè diceretur, quod eam in titulum baroniæ concederet, sicuti quando comitatum concedit, oportet in comitatus titulum illum
21 concedere, quia illa dignitas est extincta per incorporationem ad Regem, de quo latiùs *Frecc.* à quo desumpsit sub *cit.num.45.* Secundo modo baronem creari autumat *Freccia* si baro plura habens feuda, unum Sejo cum Regis assensu concedat, ut ab eo, & sub eo Sejus teneat, quia tunc illud feudum Sejo concessum, licèt per priùs non fuisset quaternatum, quaternabitur ex Regis assensu ex *l. obveaire, de verb.signif.§.interim, Auth. de defens. Civit.*
adductis ad hoc ab *Isern.* eritque baro; quia sub se aliud tenentem feudum quaternatum ab eo, & sub eo habet, quod non esset, etiam si ipse baro plura haberet feuda, quæ ab aliis tenerentur non quaternata, sed simpliciter, vel
22 Attenasias etiam sub nomine feudi, sed esset Capitaneus, seù major Valvasor, juxta nomina feudalia, *cap.1.de his, qui feud. dar. poss.* & idem *Frecc sub num.* 40. quodammodò objurgat *Aad.Afflict.Parid.* aliosque neotericos, qui rationem minimè tradidere, cur ad finem, baroniam erigendi, sit necesse, ut *Baro* unum
23 feudum Sejo concedat Regis prævio assensu tenendum ab eo, & sub eo, ipseque illam tribuit *sub num.*40. aiens fuisse hoc in Regno morem introductum concedendi feudi, quaternata ex Regis assensu, illudquè ut à Barone alteri concederetur, ut ab eo, & sub eo teneretur, quique mos est ad instar legis, cum omnes feudales constitutiones à consuetudine cœpissent, & illhæc consuetudo varia, & localis
24 fuisset, unaquaque Civitate suos habente mores, dilucidatquè ex *num.* 41. hujusmodi concessionem à barone factam vocari subinfeudationem, & subinfeudatum, sed barbaro, & rudi vocabulo, latino subbeneficium, subbeneficiatus, ibiquè etiam explanat sub eodem *num.*41. quid præseferant illa verba, tenendum ab eo, & sub eo, ut scilicet subinfeudatus à ba-
25 rone, & hanc declarationem depromit ex litera *text.in Constit.honorem nostram diadematis* ubi interd etiam est ex illa *Const.* Comitibus, baronibus, & feudatariis Castra, vel feuda quaternata tenentibus in capite à Regia Curia, vel ab aliis, ne audeant uxores ducere, nec filias in matrimonium collocare, &c. sine Regia permissione. Et sic ex mem. *text.* habetur, quod quando quis ab alio feudum tenet, etiam dicitur in capite ab eo teneri. Secundò dicit ex *Andr.in cap.1.§.similiter, de cap qui Cur.vendit. nu.14. vers feudum ergo*, ubi teneri in capite declarat, idest immediatè, prout ipsemet *And.* declarat in aliis *ibi* recollitis *locis* per *Frecc.* Tertiò exprimit ex *eod.And.in cap.1.Gl.si quis demanso, de controvers.invest.num.20. vers. Rex dando in feudum*, arcute, quod est forma privilegiorum, ut in concessionibus, quæ à Rege de feudis, fiunt, dicatur, ut à se tantùm teneat, & nullum alium superiorem dominum cognoscat, prout ipse *And.* dixerat in *cit.§.similiter*, quos teneri in capite intelligitur, idest immediatè, ut dicit forma privilegiorum; si ergo hæc est forma privilegiorum; ut in capite teneatur à Rege, idest immediatè, quando Rex concedit feudum, quando proindè baro subinfeudat, tenendum ab eo; & sub eo intelligitur in capite, & immediatè ab ipso barone, & ipse *Frecc.* testatur vidisse privilegia Illustrium de Regno, qui habent vasallos tenentes castra ab eis in feudum, in capite, & immediatè; quorum verborum explicatio tradita à *Frecc.*non omnibus arridet. Sunt enim dicta verba posita ab *Isern.in mem.constit.si quis baro*, ubi *Isern.* illa verba non aliter explicat, sed tantùm hoc dicit (*& potest quis habere plura feuda, ut hic dicitur, & tunc si sunt quaternata, vel non, det unum*

alii

alii cum consensu Regis, ut ab eo, & sub eo teneatur, & erit baro, hæc *Isern.*) Unde alii inter quos *Affl. in cap. 1. num. 5 a. de controv. feud. apud par. Reg. de Ponte lect. 1. num. 65. Conf. de Georgio cap. 8. sub num. 7. in sua feudali repetit. Reg. Lanar. in add. ad suum patruum pag. 154. ex num. 121.* explicant v3. ot teneatur ab eo, scilicet barone immediatè, & in capite; & sub eo, scilicèt Rege consentiente mediatè tamen, idest mediante persona baronis illud feudum concedentis: Verùm si *Frecc.* explicationem quis insequi voluerit, ut suprà verba illa, ab eo, & sub eo intelliguntur tenere in capite, & immediatè à barone, perpendenda sunt *Isern.* verba, qui non obstringit in Regis assensu illa verba, ut ab eo, & sub eo teneatur apponi debere,
26 ut existimavit *Reg. Rovit in rub. de feud. num. 74.* in illa quæstione, nùm Regis assensus in subfeudatione à Barone impetratus statim efficiat feudum quaternatum secundum quid, seù mixtum, ut dicunt, quia non quoad omnia, & quoad omnes effectus est quaternatum, sed secundum quid, & quoad quædam, ut declarat *Frecc. lib. 2. prima differ. num. 13.* hos effectus huiusmodi explanans. Sed *Isernia* dixit, quod si baro habens plura feuda, det unum alii cum consensu Regis, ut ab eo, & sub eo teneatur, erit baro, & sic concedens feudum in concessione dat illud feudum ea lege, ut ab eo, & sub eo teneatur cum Regis consensu, igitur illa verba ad ipsum baronem legem apponentem, referuntur, hisque conciait *tex. in clement. pastoralis de sent. & rejudic.* quam *Reg.*
27 *Rovit. ibi* adduxit, & à qua *text.* puto illa verba habuisse *Isern.* cum per nonnullos annos post
28 latam sententiam à Clem. V. quæ incidit intra octo annos, quos vixit à die Pontificatus sui, quem ademptum fuisse anno 1305. inquit *Genebr Cron. lib. 4. pag.* (mihi) 691. *Isernia Commentaria ad Constitut. nostri Regni* fecisse anno nempè 1316. teste *Lipar. in vita ipsius Isern.* quamvis *Prof. Io. Aloys. Marmil. in sua disput. ad Princip. in Regn Const. & cap. num.* 16. fateatur
29 *Isernia* hujus vitæ exordium sub Fr derico II, exitum verò sub Rege Roberto sortitum fuisse, & illum *Isernium*, quem *Paris de Puteo*, aliique narrant tempore Reginæ Joannæ decessisse à Gallo interemptum non *Isernium* feudorum interpretem fuisse, sed ejus nepotem ejusdem nominis, & sic ex Archivii nostri elatis monumentis comperisse, id quod confirmatur ex quo *Gabriel Sarayna in Epistola*, quam *in initio Constit.* conscripsit nostri Collegii, memorans Auctores, qui in his *Const.* laborarunt, de duobus testatur Iserniensibus, nempè de Andrea, & Leonardo, quos vocat *Isernates.* Sed *Lipar.* opinioni attidet quoque *Capyc. decisio* 130. *num.* 43. illamque *Capycio* citato lectantur *Valentin. Forsterius in histor. iur. civil. Rom. inter tract. to. 1. pag. 56. M. Mantua de viris Illustr. pag. 161. & in tom. 11. p. 1. fol. 37. qu. 14. num. 7. Hier. Gigant. de crim. laes. Majest. ex Affl. in §. & bona committentium, col. 1. &* 2. notans, ob eius obitum Reginam Joannam Constitutionem edidisse, quod occidens Regium Consiliarium ex particulari quoque odio, in pœ-
30 nam incurrat in læsæ Majestatis crimen, & idem *Affl. referens tit. de his, qui fidejuss. a num.* 38. vidisse Reginæ præfatæ rescriptum, quo scelerat in ni illi, qui virum totontem, & Reipublicæ apprimè utilem Andream interficere, hujusmodi criminis pœna mulctatos fuisset, quanque *Constit.* addit non constituere ius universale, eum aliter iure attento communi sit dicendum in occidente illum ex privato odio, de quo nos plenius alibi.

Sed quicquid sit, an *Andreas*, post præfatam Clementinam, sua ediderit in Constitutiones Commentaria, vel a Clementina illa sibi fuerit mutuata, vel nè verba, eum sit dare easum, ut idem in ambobus spiritus, eademque per ambos prolata sint verba, satis erit, quod ex illa *Clementina* ex qua suum tuetur effatum *Reg. Rovit.* probetur non esse intellectus supra traditus, ibi namque Clemens V. inter alias rationes præconizans Imperatoris Henrici sententiam adversus Regem Robertum nullam, illam adducit, quia Regnum, & alia in Regno, quibus Imperator Robertum privavit, non sub eo, & ab eo Imperatore teuebat, sed sub nobis, & à nobis Pontificibus. Undè *Isern.* iisdem veens verbis in Barone, qui feudum ea conced t lege, ut ab eo, & sub eo teneatur, intelligi debet, prout Pontifex intellexit in *mem. clement.* ut supra; teneatur sub barone, & a Barone, & videndus *Lanar. in cit. add. ad suum patruum pag.* 154. *à num.* 121. non adhærens *Frecc.* benè loquenti, ut sui moris est, explicationi à quo quamplurima utilia habes dicente potissimùm in *tit. quis dicat Baro lib. 2. fol. 70. sub num.* 5. esse per quam utile præ[lecta] scire, nam quoties
31 à Rege fit de Baronia mentio, minimè intelligitur de illo baroie vulgariter dicto significante feudatarium illum habentem cum jurisdictione feudum, sed baronem, qui subfeudatarium habet tenentem ab eo, & sub eo feudum, vel cui Rex in baroniam feudum concessit, Regis enim verba secundùm interpretationem prudentium,
32 non autem vulgi sunt intelligenda auctoritatibus *ibi* adductis.

Ad id verò, quod *Isern. & Affl.* dixerant, esse di-
33 scrimen inter Militem, & Baronem in *locis suprà adductis*, dicimus, non ex hoc non posse Baronem in litem appellari, quin jure aliquo pro prinri, militis appellatione dignior est baro, qui subfeudatarios habet, quam vasallus vnicum feudum, vel plura sine subfeudis, quia ad Regis servitium habilior redditur eum majori numero equitum, & armorum, ex *And. in §. firmiter*, notat *Frecc. cit. tit. quis sit Baro num.* 4. Ratioque cur feudatarius miles dicatur, vt suprà, quia sicuti miles de mille eligitur vnus *l. 1. in fin. de milit. testam.* sic feudum concedens eligit, & eligere solet illum, qui ipsi dominum servire, illumque tueri possit, teste *And. in cap. 1. in princ Imp. Loth.* magis baroni, quam simplici feudatario convenit. Vndè non infimæ notæ II. CC. dixere, feuda originem traxisse ex
34 Justiniani tempore, jure communi cognita, & esse militiam, de quibus mentio fit in *l. omnimodo, §. imputari, C. de inoff. testam. in l. in pluri, §. alum-*

alumno, de leg. 2.& in aliis juribus penès *Frecc. de*
orig. feud. num. 39. subnectentem ex *Conrado Ge-*
ner. in sua bibliotheca pag. 225. haberi, veteres
25 consuevisse feudales consuetudines jura ap-
pellare militaria, & servitium, quod in Regno
à feudatario domino præstatur, militare nun-
36 cupari servitium, ex *Andr.* in locis ab eodem
Frecc. memoratis ex *num.* 45.& ideò puto *Frecc.*
dixisse huiusmodi servitium appellari militare,
37 quia in aliis locis quomodo illud debeatur, si
non exprimatur, vel si non dicatur ad servien-
dum, quale intelligatur servitium, DD. non
conveniunt, de quo *Andr. in cap.* 1. *§. hujus au-*
tem generis in quib. cauf. num. 9. *verf. sed si infeu-*
detur, multa enarrat, & ibi *Praef. Liparul.* latè
tres distinguit casus. *Reg. de Curt. in cap.* 13. *in-*
cip. cum igitur in feudo à num. 10. *& Camer in*
cap. Imperialem, pag. 37. *lit. P.* feuda militiæ
38 æquiparat ex *Isern. in cap.* 1. *§. valvasores, de his,*
qui feud. dar. poss. quem laudat quoque *Bammac.*
in cap. in generali num. 651. *de feud. def. contr.*
pag. 209. arguens à militia, quæ in generali obli-
39 gatione comprehenditur, *l. fin. & Auth. ibidem,*
C. de pignor. ad feudum, cui illa æquiparatur, ut
similiter sub generali contineatur cuius dicti
oppositum deindè substinet ex *mem. tex.* plures
quæstiones ibi differens.

An autem barones titulati dicantur, ac baronia
40 inter regales dignitates sit adscribenda? Tituli
enim dicuntur illæ regales dignitates, de quibus
41 in multis locis in feudorum libro, & in specie
in *rubr. de feud. March.* vbi regali dignitate insi-
gniti dicuntur, qui Imperatoris munificentia
de hujusmodi titulis fuerint investiti; sed in
praef. tex. postquam *Liparul. in Andr.* animadver-
42 terat in illis verbis; *Quod si Imperator investi-*
vit per beneficium, & feudum aliquem, vt illud
verbum, *feudum*, deleri tanquam superfluum de-
beat cum in toto feudali libro beneficium pro
feudo accipiatur, & esse *Loffredi* monitum ibi
in princ. in sua paraphrasi ac Frecc. de subfeud.
lib. 1. *de orig. feud. num.* 55. nectit latino sermone
appellari beneficium, quod in libro feudorum
nuncupatur feudum, & *Bud. in pand. fol.* 193.
43 *lit. F.* notat res beneficiarias vocatas, quæ in
feudum possidentur, postquam inquam *Liparul.*
hoc in *Andr.* deprehenderat, licet immeritò;
44 nam pluriès synonimis vsi II.CC. fuere, ut teste
Albert. de Pergam. de praeposit. num. 128. *inter tr.*
tom. 18. *pagina mihi* 277. Synonima, nectens
esse, quæ sub diversis nominibus prolata, vnum,
45 & idem significant, quibus sæpenumero Ora-
tores, Poetæquè vtuntur, subsequitur *Liparul.*
in verbo *regali* firmans ibi inter regales digni-
46 tates connumerari baronias, atque vicecomi-
tatus auctoritate ductus *Rain. in cap. imperia-*
lem, §. praeterea, de prohib. alien. per Feder. quem-
47 que insequitur *Jacob.* in verbo *Dux*, atque Re-
gem in suo Regno has conferre dignitates, ad
tradita ab *Alvar. in cit. cap.* 1. *col.* 2. *in princ. de*
his, qui feud. dar. poss. & asserendo postea *in fia de*
Baronia, tu vide *Frecc. in* 1 *lib. quis dicatur Bara*
num. 4. innuere videtur, vt etiam *Frecc.* ibidem
inter Regales dignitates Baroniam constituerit,
tamen *Freccia, ibi* hoc apertè non insinuat, sed
benè magnam asserit, tunc existimatam fuisse
48 dignitatem, & potestatem talia tenentis feuda,
licèt hodiè rerum libidine, ac hominum inse-
quente fortuna, omnium fuisse mutatam condi-
tionem, & hanc esse novam in Regno dignita-
49 tem, ex consuetudine introductam, atque Lon-
gobardis incognitam, & proindè in feudalium
libro non fuisse positam, ac dignitatem esse co-
50 mitatu inferiorem, attenta generali Italiæ con-
suetudine, prout etiam fuisse incognitam
51 Principatus dignitatem, inquit in *tit. quis di-*
catur Princeps; vbi quod isti abusivè Principes
dicuntur, cum propriè Princeps dicatur Im-
52 perator *juribus ibi adductis*, ibique subjungit
in Hispania Regia Primogenitum Principem, in
Gallia Delphinum, & in nostro Regno Ducem
53 Calabriæ nuncupari; Vndè meritò irridebatur
quidam Principis titulo à Rege decoratus, dum
in orationibus ab Ecclesia pro Principibus Chri-
54 stianis decantatis, dicebat, pro ipso tunc illas
effudisse preces. Et huiusmodi Principatus di-
gnitatem longè differre à dignitatibus, de qui-
55 bus in titulis feudalibus, atque legibus Regni,
ac consuetudine præscripta eorum esse limitatam
potestatem, atque in dies limitari, dixit *Reg.*
Lanar. in repetit. cit. cap. 1. *de his, qui feud. dar.*
poss. num. 36. *&* 37. & Baronem quandoque Prin-
56 cipem nuncupari, largè attamen sumpto voca-
bulo. ex *Glos. in Clem.* 1. *de Bapt. in verb Regum,*
ibi *Glos.* enumerat, qui sub isto, *Princeps*, nomine
57 continentur. Et *Hear. Ros. in* 1. *tom. cap.* 2. *concl.*
1. *num* 4. quod etsi in libro feudorum de Duca-
tus, Marchionatus, atque Comitatus dignitate
58 solummodò mentio fiat, atque eas inter regales
dignitates à vulgo interpretum denumerari, at-
tamen ex identitate rationis idem arbitratur de
Principatu, Delphinato, Vicecomitatu, atque
Baronia, & in *lit. F.* probat ex Auctoribus, quo-
que ibi adductis, & ex definitione feudi regalis,
dum dicunt, ut *Ducatus, Marchianatus, Comita-*
tus, aut alterius regalis dignitatis, &c. quæ ver-
ba, dicit alias concedere dignitates, quàm enu-
meratas, & roborari ex *mem. text. in cap.* 1. *de*
feud. March. sub illis verbis *de Marchione, Duca-*
tu, vel Comitatu, vel aliqua alia Regali dignitate,
59 & in Germania inter Comitem, & Baroniam
nullum esse, nisi nominis, discrimen, & quod
Comites Barones præcedant, & in *cap.* 9. *concl.*
60 55. *num.* 2. dicit in baronia nonnullos dissenti-
re, & sub *lit. C.* allegat authores, & ex nostrati-
bus *Isern. in cap. Imperialem §. praetereà Ducatus*
Afl. in cap. 1. *num.* 6 *quis dicatur Dux*, vbi dixit
Baronatus non esse feuda titulata, & *Frecc. lib.*
2. *de differ. inter feud. regal. diff.* 1. *num.* 2. quanqu
quæstionem an Baronia sit inter regales digni-
tates, atque inter feuda titulata connumeranda
sit dispungunt *Bert. consil.* 191. *vol.* 1. *& cons.* 4.
num. 204. *vol.* 2. *Zazius de feud.* 5. *p. tom.* 4. *Cassan.*
in Catal. glor. mund. 5. *p. consid. vlt. Pacian. de pro-*
bat. lib. 2 *cap.* 37. *num.* 6. *Portugal. de donat. Reg.*
par. 2. *lib.* 1. *cap.* 6 *§.* 5. *num.* 67. necnon *Reg. de*
Ponte tit. 7. vbi à *num.* 11. respondet, atque de-
clarat obiectum de *text. in d. Glos. praeterea Du-*
catus, in quo de baronia non fit mentio, &
proindè dicunt illam esse divisibilem: quam di-
61 visionem expreisè prohiberi in feudo Mar-
chiæ Ducatus, atque Comitatus; licèt adver-

sus

ſus huiuſmodi *Federic. conſtet*, hodiè communiter in Italia, & certis partibus Alemaniæ, imò in tota Alemania obſervari, vt dignitates præter Regias, ut Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, & his ſimilia, dividantur, ſicuti cætera illodia, teſtatur *Hieron. Scurf. conſ. 127. num. 5. inter conſtit. feud.* rationes, & iura addocens, quomodò iſthæc defenditur conſuetudo, ac II. CC. recenſet illam tutentes, ac potuiſſe induci contra ſancita in memorato *§. præterea Ducatus* ac præſertim laudat *Bald. in eod §. prætereà Ducatus 2. col.* notabiliter dicentem, quod ubi vigeret iſthæc conſuetudo, talia dividendi feuda, poſſent dividi: quia nullum eſt dare ius poſitivum, quod conſuetudine mutari non poſſit, *l. de quibus, §. fin. ff. de legib.* Ibique firmat in Baroniæ alienatione, non Proregis ſufficere, ſed Regis requiri aſſenſum, vt in *pragm. novem cap.* ac iura noſtri Regni adducit, atque DD. ex quibus affirmativè concludendo, eam eſſe inter regales dignitates connumerandam, atque Baronem Comiti æquiparari, vt ſub *num. 8. & 11.* negat proindè Viceregis ſufficere aſſenſum: nec eſt putandum hoc intelligi debere de omni feudatario, quem nos communiter Baronem appellamus, nàm ad conſtituendam Baroniam, non
62 ſufficit vnum, vel plura feuda habere, ſed requiruntur ea, de quibus noſtrates in *præfatis locis, & Foller. in memor. conſt. Regni. Item ſtatuimus, num. 3.* examinat quæſtionem de Baronia, ſeù Comitatu Eccleſiæ ſimpliciter conceſſa, non adiecto ſi in feudum, vel aliter, nunquid ſit intelligendum in feudum eam conceſſam fuiſſe; Et qui plura ſcire exoptat de hujuſmodi dignitatibus, quas communiter Titulos nuncupa-
63 mus, & non immeritò, quia Titulus dignitatem ſignificat, vt in *Clem. fin. §. 1. in princ. de sent. excommunic.* adeat *Maſtrill. lib. 4. cap. 13. & 14. de Magiſtr. Portugal. cit. cap 6. Roxas de incompatib. Reg. p. 4. cap. 4. Theod. Horping. de iur. inſig. cap. 6. Ann. conſ. 56 num. 18. Cancer. var lib. 3 cap. 3. num. 9. Roſental. de feud. cap. 6. concl 2. & 3. & Reg. de Ponte de poteſt. Prereg. tit. 8. num. 38.* quem laudavi *in rit. 101. num. 40. lib. 1.* notandum eſſe nectit Epiſcopos, Titulatos præcedere debere, inſeritque literam Regis Ferdinandi, ſic reſpondentis; Epiſcopatus enim eſt omnium dignitatum culmen, ad *text. in cap. Venerabilis, de prabend. cap quanquam 2. q. 7. & Gloſ. in cap. 2. in verbo dignitatem de prabend. in 6.*

Hinc cum fuiſſet etiam in noſtro Regno dubitatum, an Tituleti exteri, ut putà à Summo Pontifice, vel Imperatore electi. Ad hos enim om-
64 nes, in eorum locis regalium dignitatum, collatio ſpectet, quidquid dixerit *Bald.* de Pontifice in *d. cap. 1. de feud. March. num. 3.* cum Papæ poteſtas inexplicabilis, atque incoarctabilis exiſtat, de qua *Gloſ in cap. 1. de exceſſ. prælat. & in cap. quoad translationem, de offic. deleg. & in cap. 2. de relig. dom.* ac *Bald. in l. ſi teſtamento, C. de teſtam. & de pac. conſt. à verbo libellaria*, & de poteſtate abſoluta, quidquid vult, & quamdiù vivit mutare poteſt quadrata rotundis, ex *Abb. in cap. cum veniſſent, de jud.* & in ſpecie indicat *Maſtrill. cit. tract. cap. 2. lib. 1. num. 6.* Et proindè nedùm regales dignitates, ſed Regna confert,
65 ut ſub *num. 11.* An inquam, titulo pollentes exteri gaudere, vt cæteri Regni Titulati, debeant, & affirmativè fuiſſe determinatum Catholicæ Maieſtatis literis anno 1568. in controverſia cum Aſcanio de Cornee, qui cum à Summo Pontifice Marchio electus fuiſſet, & indè per S. M. in Conſiliarium ſtatus in Regno adſcitus, & tanquam Regali munificentia in titulis conſtitutum, præcedere omnes alios Conſiliarios titulo non laureatos: licèt antiquiores prætendebent; cujus literæ tenorem inſervit *Reg. Camill. de Curt. in diverſ feud. p. 1. fol. 13. in cap. incip. reſtat modo in fin.* haud obſtante conſilio *Reg. Lanar. 72.* contra quod conſuluit Collegium Peruſinum inter *conſ. Tob. Non. 72. tom. 1.* atque in hoc infert *Maſtrill. mem. cap. 14. num 50.* nectens fuiſſe in Supremo Italico Areopago deciſum, vt Titulati electi à Summo Pontifice, ſeù Impera-
66 tore, debeant in Regno etiam Regni Titulatos præcedere; ſed eius effatum aliis mediis probere poteſt; non autem ex *cit. deciſ.* in præfata controverſia præcedentiæ cum memorato Aſcanio, qui non alios Regni tituli fulgore nitentes, præcedere dicebat: ſed alios Conſiliarios nullis titulis redimitos; etſi antiquiores, tanquam duplici dignitate refulgens, prout eſt inveteratus ſtylus in Regno, teſte *Camill. de Curt. ibidem num. 7. & Lanar. num. 1. Surg. de Neapol. illuſtr. cap. 27. num. 19. Reg. de Ponte in conſ. 14. num. 38. & in deciſ. 8.* necnon ante eos *Frecc. lib. 2. de ſubfeud. tit. de different. pag.* (mihi) *245. Maſtrill. mem. cap. 13. num. 59.*

Opportunè conſulto hoc loco quæritur, quoties Titulati æquè, ac Conſiliarii, vel R. C. Præſidentes adeunt Principem aulica manu ſtipa-
67 ti cum Collegio, ſivè cum Tribunalis corpore, ut in more poſitum habet Regia Camera die Veneri ſacrato quolibet anni hebdomoda, vel quoties Excellentiſſimus Prorex S. C. Senatum advocet ad ratiocinandum, ſivè ad aliquam accidens cauſam pertractandam, ſedere nè habeant in ſella uti titulis exornati, vel in ſcabello, ut cæteri de Collegio, ſeù Tribunali? quo in themate? diverſimodè obſervatum legimus; nàm in Siciliæ Regno, teſte *Maſtrill. de Magiſtrat. cap. 13. num. 65. 66. & 67.* Titulati Miniſtri coram Principe, quamvis incedant more Collegii, cumque Collegis ſedent in ſellis, aliis non titulo decoratis conſidentibus in ſcabellis, idque teſtatur in inceſſu D. Mariani Magliaccio Marchionis Montis Majoris, ac D. Marii Gambacurtæ Marchionis Mottæ, & in hoc Regno de Ordine Excell. Domini Albentium Ducis tunc Proregis, obſervatum extitiſſe prò Conſiliario Decano D. Felice de Ianuario Marchione S. Maſſimi, qui ſedentibus Collegis in ſcamnis, conſedit ſellæ; teſtatur *Taſſon. de antephat. verſ. 3. num. 87.* tametſi ipſe affirmet multoties evenire, quod intervenientibus hujuſmodi Miniſtris titulo excellentibus, unà cum ſuorum militum conſeſſu cum cæteris conſideant nulla excepta dignitate, & hoc idem refert conſuetum cum Comite Molæ Regiæ Cameræ Præſidente, & Jacobo de Franciis Marchione Octeviani. Huius praxis, quæ hodiernis viget temporibus, argumenta leges in

Theo-

gno Dux Calabria.
56 Baro quandoque Princeps nuncupatur, largo tamen sumpto vocabulo.
58 Principis sub nomine qui contineatur, remissivè.
58 In libro feudorum, licèt de Ducatu, Marchionatu, & Comitatu mentiò fiat: tamen idem arbitrandum de Principatu, Delphinatu, Vicecomitatu, atque Baronia.
59 In Germania inter Comitatum, & Baroniam, nullum adesse discrimen.
60 Comites Baronibus præcedunt: & alia adnotantur.
61 Baronia an sit divisibilis. Constitutio, de qua in cap. imperialem, §. præterea Ducatus, circa divisionem feudorum Regalium, an in Italia, aliisque partibus de consuetudine servetur?
62 Ad Baroniam constituendam non sufficit unũ, vel plura feuda habere, & quæ requirantur.
63 Titulus dignitatem significat.
64 Etiam ad Pontificem, atque Imperatorem Regalium dignitatum collatio spectat.
65 Titulati exteri, an uti cæteri Titulati Regni gaudere debeant.
66 Titulati etiam à Papa, & Imperatore creati an debeant in Regno Titulatos præcedere.
67 Consiliarios de Statu non Titulatos, præcedit Consiliarius Titulatus, etiam antiquiores.
68 Titulati similiter Consiliarij, seù Regiæ Cameræ præsidentes, quando adeunt Principem cum Collegio, sivè corpore Tribunalis, an sedeant in sellis: aliis titulo non decoratis consedentibus in scabellis?
69 Episcopus sedens, vt Canonicus an eminentiorem locum tenere debeat?
70 Consiliarii, Regentesque de Collegio Doctorum nulla habita dignitatis ratione, sedent, vt Collegiati.
71 Quidnè si solus alloquitur Principem?
72 In Regia Juncta Consiliarius, sivè Regia Cameræ Præses, Titulati adiuncti cum DD. Regentibus, an cum illis sedere debeant in sellis dicatur.
73 Gesta in Regia Juncta an considerentur, vt accidentia, atque actus indifferentes habito respectu ad officium Consiliarij, vel Præsidentis?
74 Consiliarius effectus Præsidens Regiæ Cameræ extrà ipsius Cameræ Tribunal reassumit maiorem dignitatem, præcedendo antiquiorem Præsidentem.
75 Discutitur articulus excitatus num. 66. nàm Titulatus externus, qui à Summo Pontifice, vel Imperatore electus fuerit, an præcedat Titulatos de Regno in hoc Regno.
76 In domo sua quilibet est extraneo quolibet maior, ad Glos. in l. apud eum, de manumiss. quæ exornatur, & perpenditur Luc. de Pen. effatum.
77 Par in parem non habet imperium, & adducitur adagium de asino.
78 Pater in privato statu an præcedat filium in dignitate constitutum.
79 Electus ad dignitatem à Papa, vel Imperatore, ut præcedere valeat electos ab inferiori Principe, intelligitur in locis neutralibus.
80 Rex invictissimus Hispaniarum omnes alios Reges antecellit.
81 Tituli dicuntur illa verba, quæ honorandi causa personam, cum qua, vel loquimur, vel scribimus proferuntur, & à quibus ipshac vox derivetur.
82 Titulorum loquendo, vel scribendo sublatus in Regno abusus.
83 Doctores ab Imperatore Illustres nuncupantur, aliisque titulis fuerunt decorati.
84 Officiales Principem alloquenturi, cur dimisso pallio, toga tantum induti incedunt?
85 Advocati dicuntur togati, & alia ad haec rem subnectuntur.
86 Doctores ad præsens indistinctè titulo Magnifici decorantur, qui quidem quàm præmineant sit ostenditur.
87 Pontifex Gallia Regem, & Angelum Perusinum simul ad pacis osculum admisit.
88 Sigismundi Imperatoris increpatio contra Giordanum Fisellum præponentem militem Doctori.
89 Imperator solo verbo Principem facere potest Philosophum non ita.
90 Memorata Pragm. 1. de tit. abus. an vendicet locum in Clericis?
91 An Ministri Supremi Grandes Hispaniæ, & habentes aureum vellus, obstringantur ab huiusmodi sanctione?
92 Baronum multa sunt prærogativa, plura sunt commoda, quæ ijs à subditis emanant, ac primum in eo versatur, vt constituto feudo, illiusque tradita possessione, vtile in concessionarium transeat dominium, retento directo à concedente.
93 Vtile dominium in feudis an sit chimæra, vel quasi nihil, iuxtà dictum Ifern. in pluribus locis, & quid sit chimæra?
94 Innoc. & Host. probatur non divisso, quod vtile dominium in feudo sit chimæra, & quasi nihil.
95 Dominium, quale, penès Baronem infeudantem remaneat?
96 Doctor, qui fuerit, qui negavit non dari hoc vtile dominium, & qui illam distinctionem, Bartoli de vtili, & directo dominio sutum, noverit esse Bartoli commentum.
97 Hostiensis perperàm ab Ifern. adducitur in rub. de feud s, vers. qu bus modis feud. amitt.
97 Ifern. dum dicit dominium directum, quod est penes infeudantem, potius debere dici chimæram, & quasi nihil, non recipitur.
99 Dominium directum, an sit idem cum proprietate?
100 Domino proprietatis multa permittuntur fieri in fundo, in quo quis habet vsumfructum.
101 Vsusfructus an transeat in feudatarium?
102 Baro adinstar vsufructuarij debet boni viri fundo, & vassallos, ceù filios ducere, atque habere.
103 Quando Vniversitas possit se congregare absque præsentia Gubernatoris?
104 Baro malè agens circa subditos, an feudo privetur, & possit cogi ad illud vendendum.

105 Quid.

105 *Quidnè in feudo empto, vel in remuneratione concesso.*

106 *In omni officio, sivè gratis dato, sivè empto ob malum administrationem, quis privatur etiam beneficio.*

107 *Scitum Regiæ Junctæ adducitur, & Cravettæ* consilium 6. lib. *5. referat.*

108 *Vniversitas Baronis immunitate inducta ad demanium petendum, an sit condemnanda an pretii cum interesse restitutionem, & Baro ad fructus medio tempore perceptos?*

109 *Decisio Regiæ Cameræ, qua fuit Vniversitas ad pretium, & interesse condemnata, & Baro ad fructus memoratur, & ad libellam revocatur.*

110 *Demanij petitio per Vniversitatem in duos bipartitur casus, & quo iura illa consistat.*

111 *Dictum illorum, substinentium, agentem ex retractu fieri dominum ab initio illius rei retractæ, an sit verùm?*

112 *Fructus percepti per emptorem ante retractū an ad ipsum, vel retrahentem spectent, & quid de nostra consuetudine?*

113 *Actione redhibitoria nedum pretium, sed etiam usura, & quicquid ex causa emptionis erogatum fuerit, venit restituendum.*

114 *Ob temporum varietatem decisiones mutantur, & exemplis minimè iudicandum, ac argumenti ab authoritate rei, iudicati deprompti lubricitas ostenditur.*

115 *Feudatarius non secus, ac usufructuarius licèt possit meliorare feudum, absque domini voluntate, nequit illud alienare, nec in emphyteusim concedere,*

116 *Licebit verò terras inutiles concedere sub certa portione fructuum.*

117 *Super feudo compromittere ipsi non licèt, nec testari, ne pro sua quidem anima, & alia huiusmodi annectuntur.*

118 *An liceat gravare filium super fructibus feudi hæreditarij?*

119 *Substitutio an prohibita sit in feudis.*

120 *Substitui an possit in feudis vigore assensus concessi in testamento. aut vigore assensus concessionis facultatis disponendi.*

121 *Quid virente gratia impartita feudatario disponendi de feudis in beneficium proximioris masculi de familia, exclusa fœmina, utrum substitui possit vulgariter, vel pupillariter in feudis paternis.*

122 *An verò in feudis filii, latè discutitur.*

123 *Substitutio pupillaris sit ne prima institutio dicatur testamentum patris an filii, possit nè fieri filio exhæredato.*

124 *Patria potestas in feudis an attendatur.*

125 *Decisiones* Præsid. de Franch. *in locis indicatis examinantur, & alia ad rem perpenduntur.*

126 *Quando, quibusvè in casibus filius familias à patria eximatur potestate, & alia huiusmodi; & de donationibus inter patrem, & filium enucleantur.*

127 *Memoratur celebris decisio in causa Status Ducatus Andriæ.*

128 *Legato feudo debeatur nè æstimatio dispungitur.*

129 *Instituto aliter in feudo solvenda, ne sit illius æstimatio examinatur.*

130 *Feudatarius turrim, molemq; ædificare, & construere, an valeant in locis sibi infeudatis, aliaque ad materiam subnectuntur.*

131 *Baro subfeudatario repugnante, potest Castrum, quod subinfeudavit, custodire, quod & Regi permittitur.*

132 *Fiscus an teneatur pretium suppeditare.*

133 *Qui iurisdictione in loco non fungitur, etsi dominus illius sit, turrim extruere non valet invito Barone.*

134 *Conclusio antedicta de Barone post realem investituram acquirente dominium utile restringitur respectu totius Baroniæ, non verò particularium rerum in feudo consistentium.*

135 *Si Baro insubfeudat, quale retinet dominium remissive,*

136 *Princeps concedens castrum quid Baroni concedere videtur?*

137 *An iurisdictio concessa dicatur? distinctio adducitur, & multa ad rem perpenduntur.*

138 *Facta investitura cum prærogativis M. C. dicitur concessa facultas cognoscendi de delictis Officialium.*

139 *Molendina an censeatur concessa.*

140 *An liceat Baroni edicta proferre ne ad aliud molendinum vasalli accedant.*

141 *An veniant aquæ, aquarumque decursus.*

142 *Quid flumina existentia in territorio?*

143 *Piscatio an interdici possit? quidvè in mari? latè discutitur?*

144 *Molendinum excepto Rege, vel Barone nemo potest in flumine extruere.*

145 *Venatio num prohiberi possit.*

146 *An concessi dicuntur Salinarum redditus?*

147 *An ius patronatus? & in eo an succedat primogenitus exclusis cæteris fratribus?*

148 *Feudalia dicuntur illa, quæ probantur de jure fuisse Castri, quid si sunt intra illius territorium?*

149 *An concesso castro censeatur concessa jurisdictio discutitur.*

150 *An merum, & mixtum Imperium, nonnulla adnotantur, tùm attentis jure communi, tùm Regni, ac Regis Alphonsi decreto.*

151 *Baro ordinarius judex vasallorum dicitur.*

152 *An obstringatur ostendere privilegium primarum causarum?*

153 *Hac jurisdictio competit privativè, illamquè an exercere possit in altero Baronis loco, vel demanii, & an ipsi judicare valeant, causas ad se advocare, illasque à judice ordinario avocare inquiritur.*

154 *Possint ne Barones jurisdictionem officialibus restringere in literis patentalibus.*

155 *Edictu an possint edicere, imposita mulcta, ne subditi alterius jurisdictionem prorogent, & litem instituant coram alio judice, etiam superiori per saltum, omisso medio, & pœna possit exigi?*

156 *Fructus hujus iurisdictionis præsertim sunt pœna, ac mulcta; proindè illa erunt Baronis, qui subintrat in locum fisci.*

157 *Num verò Baro confiscationis faciendæ ius habeat*

habeat, illamque suismet adscribere usibus valeat? aliaque ad rem enarrantur.

158 *Poenas commutare, & compositiones facere queunt, quidvè post sententiam?*

159 *Suo in territorio delinquentes forindicare possunt.*

160 *Sit nè Baronis cognitio vasalli delinquentis extrà suum territorium, an verò eius ubi deliquit discutitur, & nonnulla exarantur.*

161 *Fur cum à iudice, à quo est apprehensus cum re furtiva, debeat remitti ad iudicem loci, ubi furtum initio patratum est?*

162 *Relaxatus, & absolutus à iudice domicilii possit ne rursus accusari, & puniri ab altero delicti?*

163 *Barones praerogativam habent eligendi unum ex subditis, ut officium Erariatus exerceat.*

164 *Possunt cogere vasallos, ut vel pedester, vel equester inserviant, & alia vadant, res deferant, salario mediante, quod quantum sit, quando, & quomodo debeatur, & alia tùm Baronibus, tùm vasallis proficua enarrantur.*

164 *Vendere volentibus vasallis rem suam, praeferatur nè Baro pro eodem pretio? & an constringere valeat ad vendendum.*

166 *Exornatur* Textus in l. nec emere, C. de jure deliberandi, *& nonnulla cum decisionibus adducuntur.*

167 *Utrum praefata militent in locatione, ut valeat Baro constringere ad locandum, & locare illis volentibus praelationem habeat. Quidvè è contra volente Barone alienare, sivè locare, vasalli praeferantur.*

168 *Barones habent praerogativam, ut cogere valeant vasallos ad exhibenda servitia personalia pro necessitate, & commoditate rei feudalis, & quae sint? inquiritur.*

169 *Constringere valent suos vasallos conducere territoria feudalia. Quidvè dicendum si cum revolutione temporum, aut Colonorum inopia introitus terrarum decreverint, tàm in foro fori, quàm in foro poli.*

170 *Baro dicitur suimet Castri Civis, & primus, licetque illi in vasallorum territoria immittere propria animalia, & quomodò hac praerogativa uti debeat, quo moderamine, & an è contra liceat hoc Civibus in pascuis Baronum.*

171 *In pascuis uniuscujusque vasalli, hac non gaudet praerogativa; quid post segetes?*

172 *Illa an gaudeat, si in territorio non habitet, & transeat ius in conductorem.*

173 *Meritò Baro primus Civis nuncupatur, & potest ordinari ipse, & eius filius, etiam ab Episcopis diversarum eius terrarum.*

174 *Barones per utilem illam habent auctoritatem habendi subventionem, seù adiutorium à vasallis, quod quibus in casibus debeatur, quid si feudum sit novum, an Avo, & alia notantur.*

175 *Utri ex Baronibus debeatur, in civilibus, vel criminalibus, primaevo domino, vel altero cum pacto de retrovendendo; & an emptor eiusmodi sit re vera emptor.*

176 *Duo ad libellam revocantur dubia. Alterum si fuerit venditum feudum ea cum pactione de retrovendendo, dicatur nè translatum dominium, non sequuta pretii solutione? Alterum si dominus cum pacto de retrovendendo plures habens filias, eas nuptui tradiderit, ac posteà reemerit, alter cuius filia effecta intereà nubilis, in matrimonium collocentur, obstringantur ne vasalli suppeditare adiutoria?*

177 *Si uno, eodemque anno plura effecerit Baro; prò quorum quolibet deberetur adiutorium, posset nè pluries illa consequi?*

178 *Extincto Barone, cui ementi feudum adiutorium datum fuit, filio alterum ementi feudum, debeatur nè alia subventio?*

179 *Baro possit nè consequi adiutorium absque ordine Regio propria authoritate. Illius petitio an praescribatur, possitque remitti?*

180 *Non exiguum Baronum privilegium; ut possint reddere immune ab hospitatione militum Oppidum, in quo habitant, eo facere vulgò Cameram reservatam.*

181 *Licet prò illa facienda aliquid recipere, etiam annuum ab Universitatibus.*

182 *Communitas post perfectum contractum non valet huic beneficio renunciare, & solutionem promissam haud facere; Quidvè hodiernis temporibus, ut extincta sint Camerae reservatae, & huiusmodi solutio retardare queant in beneficium Baronum? latè inquiritur, & nonnulla ad rem adducuntur, & de donatione correspectiva*

183 *In quo consistat privilegium Camerae reservatae, & quid hodiè post novam situationem utilitatis sentiant Universitates, & nonnulla de militibus, & damnis, quae ab his fiunt subnectuntur.*

184 *Ut observetur donatio sat est si duret una causarum, quae fuerunt; vel motivae, vel finales.*

185 *Novissima Regiae Camerae adducitur resolutio.*

186 *Non dominantium libido, non Regum sitis tributa imponere debent, sed Reipublicae tuendae necessitas, & impositio vectigalium, quae modum excedunt, reprobatur, uti damna, & aerumnas gignens, arguitur Fridericus Imperator.*

187 *Admiranda nostri Regis clementia imponit, quae ipsomet populus cognoscit per necessaria, quaeque absque iussu animo hilari, libentique subditi pro Reipublicae tuitione persolvunt.*

188 *Pientissimus noster Rex propriis sumptibus campestres milites per Regni Provincias sustentat, ipsisque quotidiè mandatur nè Universitates, civesque molestiis afficiant.*

OCtavo Idus Junij à partu Virginis labente anni curriculo sexcentesimo septuagesimo nono vltra millesimum Theatinae Vrbis limina
1 attigi, ac septimo eiusdem mensis Idus Praesidis possessionem cepi, vna cum omnimoda, etiam quam ferunt ad modum belli potestate; pro-

pte.

ptereà facultatē habui dirimendi æqualia Audi-
torum vota in causis agendia vi tescriptorum
ex bellico scrinio sub die *13.* Maij præcedentis,
2 quamvis per hanc votorum æqualitatem tàm
Prorex, quàm Regij à latere Consiliarij certio-
res fieri solent, ex *Pragm.5.de offic.Justit.* & di-
ximus in *Rit.98.num.4.lib.1.* Tum mihi secun-
dum minus Cœlum reluxit, Julij etenim mense
ea mihi febris imminuit, vt duos circiter men-
ses meos artus, viresque immaniter oppresserit.
Attamen supremo grates Numini, quod nihil
in causis prætermiserim, vt lapsitati Provinciæ
opem ferrem, quæ cum sit multis tricis impli-
cate; vires omnes, omnemque mentis requirit
sollicitudinem. Vrbs hæc Theatina vetustate
3 insignita, fortis Achillis ope condita à matre
Theti nomen retinuit anno bis millesimo sex-
centesimo septuagesimo tertio à primò Mundi
vagitu, ante Christi incunabula millesimo bis
centesimo octogesimo octavo, Romæ fundamē-
ta quingentesimo, trigesimo tertio, & Troiæ
excidium centesimo quarto, *Mazzell. & Bel-
tran. in descrip.Reg. Neap. in Abruzzo citra di
Civita di Chieti.* Princeps hæc Marrucinorum,
qui floruere in armis vtriusque Aprutij, caput
diù viguit. *Strab.lib.5.* aiens: *Hæ gentes ferè
invictis vivunt: habent tamen etiam Vrbes supra
mare, vt sunt Corfinium, Sulmo, Marruvium,
Thegeate Marrutinorum caput*, quæ verba in
Strabonis libris omninò depravata, & non *The-
geate*, sed *Theate* legenda esse putant. *Raphael
Volaterr. & Guillem. Xylander, in adnot. ad
Strab.cit.loc.* qua de re *Lucius Camarr.de Thea-
te antiquo lib.1.pag. 21.* Demùm post dividuam
Provinciæ bipartitionem Aquila altera statuta
est Matrix Populorum magis commoda Justi-
tiæ administrationi, ac Populatarum amplitu-
dini Provinciarum. Possessionis tamen accipe
4 modum. Gamerarius, vtrique de Magistratu
simul, atque nobiles Vrbis equitantes extra Vr-
bem progrediuntur, ac recentem excipiunt Præ-
sidem, quem mox Regiæ Audientiæ Ministri
offendunt. Huic penetranti valuas, quæ Nea-
polim ducunt, Vrbis claves offerunt, quas red-
dit illicò Camerario. In præcipuum deindè Tem-
plum adveniunt, vbi à Clero Præses exceptus
Divo IUSTINO olim Vrbis Episcopo, sub
cuius præsidio modò ipsa est, preces fundit
Demùm in Illustrem Regii Tribunalis domum
init possessionem. Divus Justinus quàm maxi-
mè huic Vrbi patrocinatur, & dum modò pro-
cellarum turbines, ac tempestates à nubibus
arua, segetesque minitentur in Sacram Turrim,
vix delata Sypoana, in qua Sancti sacras præ-
sertim Brachij reliquias veneramur, illicò illa-
rum minax impetus sese conicit in fugam. Hæc
obiter ad rem redeuntes.
Prægrave quidem semper visum est nobis, quod
5 in hoc Rituum curriculo nulla sese vltro obtu-
lerit materia civilibus, criminalibus, seù feuda-
libus pertractationis per vtilis, si quas autem
tetigimus illativè potiùs à nob superquisitas, quā
vi verborum depromptas, protulimus. Quod
venit in hoc Ritu, in quo cum *Prosper Caravi-
ta num.6.* aliqua de Baronibus scripserit operæ
pretium certè ducimus, si aliqua hac de re, &
nos adnectamus, quæ nosse tùm Baronum, tùm
subditorum permagni intersit. Momi interim, si
qui sunt oblatrare, & detrahere parcant, si for-
tassè ab instituto tantulùm degredi videamur,
imitati sexcentū doctissimos viros tum nostra-
strates, tum exteros, potissimum *Guliem. de
Benedictis in cap. Raynutius, Nevizan. in silu.
nupt.* omni laude dignissimos, dum talia, &
tanta sic incidenter in suis docent compositio-
nibus, eorumque digressiones non nauseant,
sed admodum iuvant, nec acuant proinde lin-
guam in eos, qui vt scripta bono publico pro-
sint, quæ possunt desudant.
Feudatarius itaquè multis in locis miles appella-
tur, vt de *milite vassall. qui arm. bellica depo-
6 suit. in rubr. quo tempor. miles investit.pet. deb.*
In alia, *si de feud.defunct.milit.controv. fuerit*,
necnon *Iseru. in cap.1.Imper.loth.* explicat ver-
bum *miles*, in eo adiectum textu, idest *feuda-
tarium*, latèque *Præsul Liparul.in add.ibidem
lit. G. & Paris de Puteo in compend. in Andr.
tit.17.* plures subnectens *Iseru.* locos advertit,
hoc notandum pro bannis, quæ emant, vt mi-
lites certum quid facere obstringantur, confir-
mat *Bammac.in cap.si de feudo, rub. si de feud.
defunct.milit. nu. 1.* quin *Camer. in l.Imperia-
lem, fol.18. de.lit.V.* illam degustans quæstionem,
7 nùm lata sententiam in actione personali con-
tra feudatarium exequi valeat in feudi fructi-
bus: & *car. 21.lit.D.* an de æquitate sit illi ali-
quid relinquendum, vt vivat, tradit *lit.F.* feu-
datarium verum militem esse, quia Regna tue-
tur, & illi, sicuti Clerico esse alimenta præ-
standa, attenta dispositione *tex. in c. Odoardus.
de solut.* cum de vno ad alium valeat argu., *Glos.
in l. Stipendij, C. de except.rei judic.* & *DD. in
l. miles, de re iudic.* multaque coacervant pro
coronide quæsiti à *Camer. Paul.de Castro in l.pro
hærede, §. 1. vers. item adverte in eo, ff. de ac-
quir.possess de Franch decis.4.* & nos tangimus in
*Ritu 260.sub num.21. vers.& sub sequestro lib.
2. Freccia* insuper *de subfeud.lib.2. quis dicat.
feudatar. in Regno, num.6.pag.68.* notat, feu-
8 darium pluribus nominibus nuncupari *vers. 3.*
Valvasorem, qui in valuis assistere solet, *cap.1.
de his, qui feud.dar. poss.* in quo loco *Iseru.* de
hoc nomine nonnulla adiecit, declaratque assi-
stere valuas, idest *portæ Domini in festis, in
quibus dominos cortinare consuevere, eisque re-
uerentiam exhibere propter beneficium eis colla-
tum*, & notant *Restau.Castald.de Imp.§.83.n.24
Fran.Sonsbe.ad vsus feud.par.6. num.13. Clien-
tulum, §. 1. §. etsi clientulus, de alien. feud.*
advertitquè *Frecc.loc.cit.* clientem à clientulo
differre. Ille enim liber homo dicebatur, qui
se ad potentioris alicuius ductum applicabat, vt
eius defenderetur patrocinio, de quibus in *l.3.
de vsu, & habitat. l.5.§.1. de his, qui vi deiec.
l.3.§.sed & quod, de pan.leg.l.89.de furt. l.3. de
captiv.& postlim.rev.l.3.C.de novat.Glos.in const.
partes in judicio*, verbo, *Judicem num.30. &
ibi Iseru.& Affl.num.8.Bar.in l. properandum,
§. illud, num.2.de iud.Isid.lib.Ethimol.10.lit.
C.* advertit clientes potiùs colentes dictos fuisse
à colendis patronis, & *Caruel. Frontonus inter
Authores latinæ linguæ, pag. 1329.* ponit Co-

mitem, cum quo iter facimus, Assectam, qui sequitur potentiorem, Sodalem adolescentiæ nomen, Clientem, qui implorat opem, & fidem subsequens his verbis: *Comes, Tutus, Assecla, Officiosus, Sodalis, Amicus, Cliens submissus*; & eruditissimus *Bud.* late *in Pandec. in l. Heren. de evict. p.192. lit. A.* quiq; *pag.193. lit. F.* scribit, eos, quos vassallos vocarit, clientes latinè appellari, necnon observantiam, & obsequium, quod in feudali materia, homagium, ipse clientelam vocat; arbitrans sub *lit. E.* neminem esse, qui feudorum consuetudinem noscit ab illa Clientium in Patronos observantia, & ab illa patronorum fide in clientes ortum habuisse, quodque in usibus feudorum appareat, clientelam, & beneficium hoc olim vocabulo vocatum fuisse, & sic ipse *Budæus* dissentire videtur à *Frecc.* qui differre dixit clientulum, de quo in mem. *cap. 1. de alien. feud.* ab ipso cliente de quo in *Pandectis*, & fusè *Io. Garz. Hispan. de expens. & meliorat. cap. 12. ex num. 2.*

Aliquando feudatarius appellatur fidelis, *cap. 1. §. item si fidelis, quib. mod. feud. amitt.* cum feudum à fide dicatur, *cap. 1. § nulla, per quos fiat invest.* illiusque vas, & substantia fidelitas est, *Andr. in cap. 1. §. sed nec alia justior, & §. porrò, quæ sit prima caus. benef. amitt.* ut propterea vasallus per specifica capitula fidelitatis iuramentum præstare sancitur, ut in *tit. de form. fidelit. de nov. form. fidelit.* advertitque *Reg. de Ponte in lect. 2. feud. num. 6.* aliud esse juramentum, quod vasallus ratione feudi præstat, aliud quod subditus ratione jurisdictionis, ex *tex. in cap. vasalli de pac. const.* illud fidelitatis, & à Barone præstatur *cap. 1. quid praeced. deb. invest. an fidel.* hoc assecurationis, quod à vasallis datur ipsi Baroni, *And. in const. Regn. post mortem* dicitur. Illud fortius ligat, istud, quandocunque enim civis juramento, quo se obstrinxerat, haud stat; licèt periurus, sed civis adhuc est, *Frecc. lib. 1. num. 18. fol. 14. & lib. 2. 4. auth. fol. 194.* Verùm aliud esse fidelitatis juramentum, aliud ipsammet fidelitatem, advertit *Bald. in cons. 391. ex num. 3. vol. 2.* quem laudat *Reg. Lanar. in repet. §. hujus autem generis, ex quib. caus. feud. amitt. num. 108.* explicans quomodò effatum *Isernia* procedat; ut fidelitas pacto remitti possit, cum fidelitas sit de feudi substantia, idest fidelitatis juramentum, quod est de forma, non autem de substantia, ut notat *Frec. in cit. loc.* licet ipse *Lanar. ibidem in vers. advertendum, usque ad num. 114.* dicat, etiam ipsam fidelitatem, quæ in omittendo consistit, non autem quæ in faciendo, remitti posse, quæ notatu digna sunt, dùm in ore omnium est, quod fidelitas, cum sit de substantia remitti nequeat, quæque *Lanar.* distinctio concinit *Camer.* theoricæ *in cap. Imperialem, car. 35. lit. D.* notantis, fidelitatis formam, de qua in *cit. tit. de nov. form. fidel.* complecti præcepta affirmativa, & negativa, & proindè, concesso feudo franco, vasallum obstringi ad illa servitia domino, quæ sub præceptis negativis continentur, non autem sub præceptis affirmativis, & sub *lit. F. vers. non obstat,* explicantis suæ distinctione obicem non afferre commune illud dicterium, servitium in fidelitate contentum remitti non posse, & tale pactum nullitati subjacere uti contra rei substantiam, *arg. l. si quis ante, ff. de acquir. possess.* quæ distinctio *Camer.* in materia feudi frangi non arridet *Reg. de Curte in divers. feud. cap. 13. incip. cum igitur in feudo à num. 6.*

Sepissimæ vocatur vasallus, hocque nomen latinè esse clientem *Budæi* scripsit *loc. mem. lit. F*
9 quo nomine jura feudalia utuntur sexcentis in locis in *cap. 1. §. vasallus, si de feud. fuer. controvers. § vasallus, de pac. const.* quem hodiè attento communi usu loquendi, nuncupamus vasallum qui alicui Baroni subest, quamvis stricta significatione dicatur, qui feudum ab aliquo tenet. Hinc *Affl. in cit. cap. 1. qual. vasall. in princ.* tres personas distinguit. Una est, quæ solum habet feudum sibi ab aliquo investitum, & hic dicitur illius vasallus, & non subditus, exemplisque id ipsum; altero de Rege Roberto, qui licet Imperatoris Henrici ratione feudi Comitatus Folquaerqueri, quam ab eo tenebat, esset vasallus, non tamen erat ei subditus, seù subjectus, ex *text. in clem. Pastoralis, §. denique & §. rursus, de re judic.* & altero ex *Specul. in tit. de feud. §. 2. vers. 24.* de Rege Aragonum, quem vasallum Episcopi Malicolicensis, à quo Montis Pelulani feudum tenebat, non autem ei subditum dicit. Infeudans enim quandam superioritatem cum infeudato habet ratione rei, *cap. certè, extr. de re judic.* non autem jurisdictionem in ipsius personam notat, *Cardin. Floren. in cit. clem. pastoralis, §. denique.* Alia est persona; quæ solum domicilium, aliaque bona in illo loco existentia habet, & dicitur subditus, & non vasallus. Alia demùm est persona, quæ feudum habet, & domicilium, & dicitur nedùm *vasallus*, sed subditus; At huiusmodi nomen, *vasallus*, non reperiri in toto *Volum. Cod. Pandect. Instit. nec novellarum Constitut.* monet *Isern. in proem. feud. qu. 4.* necnon *Jacob. Alvar. Odofr.* relati à *Jo. Garz. cit tract. de expen. & mel. cap. 12. num. 8.* ibique adducens ad damnatæ memoriæ J.C. Gallum, eum confutat, dum evomuit, Carolum Magnum Hispaniam subjecisse, cum totum oppositum fuisse asserit, & accidisse in Ronces Valles, & nititur testimonio *Donati Acciaiola*, qui vitam Caroli Magni conscripsit, id ita testantis cum morte Rotolandi, quem nos Orlandum vocamus, & quem nepotem ex Caroli sorore dicit, ibiquè etiam sub *num. 51.* refellendo ejusdem Galli J.C. dictum quoad Francorum consuetudines à quibus has feudales fluxisse consuetudines divinatur, recenset historiam de origine nostrorum ab Austria Invictissimorum Regum ab illo Carolo Magno, authoritate *Hadriani Barlandi in historia Ducum Barbantiæ.*

Aliquando infeudatus appellatur Capitaneus, ut
10 in *cap. 1. quis dicat Dux, in cap. 1. §. 1. de his, qui feud. dar poss. & in cap. 1. de nat. feud.* & ille dicitur, qui à Principe feudum habet; sicuti Comes, & Marchio, & nuncupantur Capitanei, quasi respectu aliarum personarum capita alta habentia, cum sint in dignitate constituti, ex *Isern. in dicto cap. 1. 2. col. vers. item*

dant

dant, num.6. qui feud. dar. poss. dicit Iacobin. de Franchan eodemmet tit. num. 1. & 2. ubi istos esse ait, quos nos vulgò Barones appellamus, & esse homines potentes, & capita in Regno; declarat Frecc. de orig. Baron. num.6. & tangit Bal. in addit. cap. 1. de his, qui feud. dar. poss. super verbo, Marchio, col. 2. ver. Capitanei, & in Lombardia appellantur Magni Castellani, Bal. in cap. uno delegatorum, col. fin. vers. item de offic. deleg. laudatus à Iacob. cit. loc. num. 2. Nostro autem vulgari sermone Capitanei dicuntur, qui à Rege in demanialibus locis, & à Baronibus in eorum feudis, ubi vasallos cum jurisdictione habent pro administranda justitia ad anni curriculum destinantur, ut in pragm. 1. §. 2. de offic. Judic. & diximus in rit. 2. lib. 1. num. 52. cujus loci memor est d. Altimare ad Rovit. consf. 81. in num. 2. lib. 1. qui etiam à capite denominationem trahunt: nam sicut caput corporis dominatum tenet, ita Capitanei cæteris de loco

31 dominantur. Hinc in Regno Neapolis Regia Civitas, in qua Prorex residet, Caput Regni dicitur, l. 1. ff. de offic. Praef. Aug. ex quo text. desumunt ibi DD. haud licet esse Regnum ingredi Successorem pro illius regimine, nisi locum, ubi Prædecessor gubernium exercebat, ingressus fuerit, textumque in l. observare, de offic. Proconsul. non vendicare locum in officiis annexam habentibus administrationem, detrahitur ex adductis à Franch. decis. 393. ad cujus decis. concinnitatem videnda exarata à me in rit. 2. lib. 1. multaque de capite lubnectit Paris de Puteo de reinteg. feud. cap. 215. ex num. 17. pag. 216. necnon Affl. in consf. si aliquis Baro nu. 5. inferens Civitati in Provincia tenenti principatum competere prærogativam, de qua in l. si quis, C. de natur. lib. & l. C. in l. cum in diversis, de relig. & sump. funer. locum religiosum ex corporis humatione præconizat, ubi

32 caput sepultum est ob faciem, quæ hominis principalior pars est, ut text. nititur F. Angel. Elii in suo speculo spirituali vulgari edito sermone in dialogo 10. num. 7. dum sustinet mortuorum resurrectionem faciendam in loco, ubi reperitur caput; rejecta sententia opinantium, ubi cor invenitur, ex Arist. dicente, esse cor nativitate primum, & morte novissimum, & Avicenn. Cor esse venarum, & nervorum principium, atque ex illo omnes influi in corpus vitales spiritus, itemque diffundi. Hinc

33 passim antiqui, caput partem scilicet nobiliorem, pro toto usurparunt; undè Propertius in elogiis,

Nec te, dulce Caput mater Scribonia lass.

Ex hoc itemquè text. glos. in Consf. Regni, si quis bara lit. C. eruit Baroniæ, seù Comitatus caput privilegio, ac prærogativa illius Consf. potiri, ut nempè Baro, vel Comes de illo dotarium constituere non valeat. Et ex eodem tex. infert. Frecc. lib. 2. in tit. quis dicatur Baro, num. 93. fol. 79. à t. quod ubi existit alicuius Sancti Caput, ibi dicitur adesse totum illius Corpus, & censentur concessæ indulgentiæ, quam illationem non posse in capitibus fieri, observat Gal-

lus Cassan. in loco à Frecc. adducto; ibique multa de privilegiis, & prærogativis capitis num. 43. & 44. pluresque refert casus, aliosque adducunt Affl. in cit. consf. si quis baro ex num. 5. Paris. cap. 215. necnon Felyn. in cap. cum non liceat in 1. & 3. col. vers. demum ad prædicta de præscript. Sylv. nupt. verbo, est nubendum num. 29 pag. 276. & Roman. consf. 444.

Tandem feudatarius nuncupatur Baro, & est vulgare nomeo in Regno Siciliæ, teste Io.

34 Blan. in somm. tit de vasall. & ter. differ. col. 1. & apud Neapolitanos Cassan. in catalog. Glor. mund. 8. p. col. 4. fol. 4. cuius verba refert Frecc. in tit. de orig. Baron. num. 8. subnectens huiusce nominis dignitatem, atque originem, quem laudat Avus meus ad Gramm dec. 34. sub num. 2. illum clarissimum appellans ex de Ponte con. fil. 14. num. 45. & notant Fontanel. de pact. nuptial. clauf. 4. glos. 10. p. 1. num. 10. Mastrill. de magistr. lib. 4. cap. 2. num. 53. & 54. Domin. Antunes Portugal. de donat. reg. p. 2 lib. 1. par. 2. cap. 6. §. 5. num. 63. & 64. insinuans, Baronem dici à Barya; quod est nomen græcum, latinè idem significans, quod gravis, & fortis. Vel à nomine hæbraico, qui latinè denotatur filius ex Cabedo decis. 104. num. 2. p. 1. & Fontanel. cit. nu. 5. qui num. 68. tradit hujusmodi dignitatem proximam esse post Comitem, ex Cassan. p. 5. consid. 56. & cit. p. 8. consid. 15. Surd. consil. 453. num. 34. Consil. Paschal. de patr. potest. p. 4. cap. 2. num. 42. Schrader. de feud. p. 10. sect. 1. num. 210. & consf. 17. num. 170. & Reg. de Ponte de potest. Prorog. tit. 7. num. 11. & in lectur. feud. 6. nu. 48. Capibl. de baron. in rub. num. 26. lib. 1. Consil. Rocc. de offic. Rubr. 13 §. 9. num. 20. & præferri aliis nobilibus, qui non sunt Comites ex Boer. de orig. graduum utriusque fori 2. p. num. 8. Cabed. alleg. dec. 104. num 4. ut propterea doctè more suo respondierit D. Blasius Altimare ad Rovit. consf. 8. ex nu. 33. lib. 3. baronem feudum quaternatum nobile cum vasallis possidentem, præferri in sedendo; aliisque functionibus simplici nobili, etiam de Sedili huius Civitatis, in re tamen ad illud sedile non spectante, quod confirmant Boer. de orig. graduum utriusque fori 2. p. num. 8. Gabed. dec. 104. num. 4. Giurb. de succed. feud. §. 1. glos. 4. num. 1. Portugal. cit. loc. sub num. 68. de Baronibus scribunt Christophorus Besoldus discurs. polit. & Thesaur. pract. voce Freuherren nu. 52. & voce Szerr. Schaffren. num. 46. Kœnigithe polit. par. 1. cap. 38. num. 21. Nolden. de nobilit. cap. 8. num. 192. Menochius consf. 109. Calefat. de dignitat. aquester. num. 12. Caspar. Zerch. de tract. fol. 26. Pontan. orig. Francia, fol. 598. Freher. ad Petr. de Andlò 2. cap. 12. Fauchet. de orig. 2. cap. 5. de illorum origine Renatus Coppinus comm. de doman. Franc. lib. 3. tit. 26. num. 8. Pithæus adversar. lib. 1. cap. 8. Petr. Neig. miscell. quasi par. 1 quæst. 2. num. 54. Peregr. Iunius de citat. real. lib. 1. cap. 1. num. 791. & 939. De illorum authoritate ex nostratibus Paris de Puteo, Marinus Frecc. Capiblanc. Regens Rovit. Novar. de gravam. vasallorum. De Ducibus Joachim Gluten syllog. rer. quotid. num. 26. tit. 6. Lancellott. templ. omn. Judic. Besold. thesaur. pract. voce Szerr. Rog. nu. 45. Rodolphinus de origin. et dign. Duc. Italia, Pauremi;

meister 2.de jurisd.cap 9. num. 3.Hug. 1. qu.2.
Nimp.4.digestor.tit.Dux Schanborn 6. polit. 11.
De Ducatu Normandiæ *Gulielmus Benedictus.*
De Ducum Italiæ, quibus regalia jurati imperii competunt, origine, dignitate, & potestate. *Ludovicus Rodolphus. de Sublonota.*
Sed animum nostrum aucipitem tenent *Andr. et*
15 *Affl.in const. si aliquis baro*, discrimen constituentes inter baronem, & militem, quem omnes intelligunt, idest feudatarium, ex eo quia
baro dicitur, qui habet castrum, vel castra; vel
feuda quaternata; necnon habet sub se aliud
feudum, seù alia feuda quaternata, quæ per
alium, seù alios ab ipso tenent, vel tenent in
baronia, seù ipsius baronis castro, secùs si
non haberet alios ab ipso feudum quaternatum
tenentes, baro haud diceretur, sed simplex
miles, seù feudatarius, & probari autumant
ex *Constit.post mortem* subdentes, feudatarium
illum esse, qui feudum habet, ex quo servi-
16 tium militare, seù adoha Regiæ præstatur
Curiæ, de qua baronia nonnulla *Isern.* exaravit *in cap.1.de cap.qui Cur. vend. num. 8. et in*
vers similiter in 2.add. num.20. Ex quibus locis *Isern.Reg.de Ponte* excitat dubium, *in tract.*
de potest.Proreg.tit.7 num.2. an inter feuda titulo decorata connumeretur, ac de ea sicuti
17 de aliis titulatis judicari, & in ejus alienatione regis impetrari debeat assensus juxtà *prag.*
novem capitum, de quo agit quoque *Rosental.*
*in cap.2.concl.1.num.9.*adducens sub *litt.E Afflict.in cap.1.num.6.quis dic.Dux, et Auctores*
damnata memoria, notantes baroniam non
esse feudum titulatum, illorumque dictum locum vendicare in Gallia, non in Germania;
18 Et *Frecc.cit.tit.de orig.baron.num.26.fol.9.* declarans dictum *Isern.et Affl.cit.*in locis monet,
baronem altero de duobus modis creari posse;
primò si Rex ex certa scientia castrum villam,
vel aliud feudum in baroniam concedat, &
19 eum esse baronem velit, tunc talis erit, haud
refragante, quod non habeat alia feuda, quæ
teneantur sub eo, & ab eo, prout requiritur,
ut sit baro, cum enim Rex sit feudorum dominus, de illis ad libitum disponere valeat, & super eis novas erigere dignitates, & infert *Frecc.*
ad multa à *num.39.*quæ Principi, potissimum
Regi nostro licet facere, & ex ejusdem *Frecc.*
effato *num.43. Reg.de Ponte indic. loco num. 6*
20 explosa *Affl.*opinione, observat, quod si baronia à Titio possessa devoluta ad Regem aliquo jure fuisset, si deindè illa Sejo concedatur,
Sejus, baro non erit, nec baroniam habebit,
nisi expressè diceretur, quod eam in titulum
baroniæ concederet, sicuti quando comitatum
concedit, oportet in comitatus titulum illum
21 concedere, quia illa dignitas est extincta per
incorporationem ad Regem, de quo latiùs
Frecc. à quo desumpsit sub *cit.num.45.* Secundo modo baronem creari autumat *Freccia* si
baro plura habens feuda, unum Sejo cum Regis assensu concedat, ut ab eo, & sub eo Sejus
teneat, quia tunc illud feudum Sejo concessum, licèt per priùs non fuisset quaternatum,
quaternabitur ex Regis assensu ex *l. obvenire,*
de verb.signif.§.interim, Auth. de defens. Civit.
adductis ad hoc ab *Isern.* eritque baro; quia
sub se aliud tenentem feudum quaternatum
ab eo, & sub eo habet, quod non esset, etiam
si ipse baro plura haberet feuda, quæ ab aliis
tenerentur non quaternata, sed simplicitèr, vel
22 Attenasias etiam sub nomine feudi, sed esset
Capitaneus, seù major Valvasor, juxta nomina feudalia, *cap.1.de his, qui feud. dar. poss.* &
idem *Frecc sub num. 40.* quodammodò objurgat *And.Afflict.Parid.* aliosque neotericos, qui
rationem minimè tradidere, cur ad finem, baroniam erigendi, sit necesse, ut Baro unum
23 feudum Sejo concedat Regis prævio assensu
tenendum ab eo, & sub eo, ipseque illam tribuit *sub num.40.*aiens fuisse hoc in Regno morem introductum concedendi feudi, quaternata ex Regis assensu, illudquè ut à Barone alteri concederetur, ut ab eo, & sub eo teneretur, quique mos est ad instar legis, cum omnes
feudales constitutiones à consuetudine cœpissent, & isthæc consuetudo varia, & localis
24 fuisset, unaquaque Civitate suos habente mores, dilucidatque ex *num. 41.* hujusmodi concessionem a barone factam vocari subinfeudationem, & subinfeudatum, sed barbaro, &
rudi vocabulo, latino subbeneficium, subbeneficiatus, ibiquè etiam explanat sub eodem
num.41. quid præseferant illa verba, tenendum
ab eo, & sub eo, ut scilicet subinfeudatus à ba-
25 rone, & hanc declarationem depromit ex litera *text.in constit.honorem nostrum diadematis*
ubi interdictum est ex illa *Const.*Comitibus, baronibus, & feudatariis Castra, vel feuda quaternata tenentibus in capite à Regia Curia, vel
ab alio, ne audeant uxores ducere, nec filias in
matrimonium collocare, &c. sine Regia permissione. Et sic ex mem.*text.*habetur, quod quando quis ab alio feudum tenet, etiam dicitur in
capite ab eo tenere. Secundò dicit ex *Andr.in*
cap.1.§.similiter, de cap qui Cur.vendit. nu.14.
vers feudum ergo, ubi teneri in capite declarat,
idest immediatè, prout ipsemet *And.* declarat
in aliis *ibi recensitis locis* per *Frecc.* Tertiò expermit ex *ead.And.in cap.1.Gl.si quis demanso,*
de controvers.invest.num.20. vers. Rex dando in
feudum, aiente, quod est forma privilegiorum,
ut in concessionibus, quæ a Rege de feudis
fiunt, dicatur, ut a se tantùm teneat, & nullum alium superiorem dominum cognoscat,
prout ipse *And.*dixerat in *cit.§.similiter*, quos
teneri in capite intelligitur, idest immediatè,
ut dicit forma privilegiorum; si ergo hæc est
forma privilegiorum; ut in capite teneatur à
Rege, idest immediatè, quando Rex concedit feudum, quando proindè baro subinfeudat,
tenendum ab eo; & sub eo intelligitur in capite, & immediatè ab ipso barone, & ipse *Frecc.*
testatur vidisse privilegia Illustrium de Regno,
qui habent vasallos tenentes castra ab eis in
feudum, in capite, & immediatè; quorum
verborum explicatio tradita à *Frecc.*non omnibus arridet. Sunt enim dicta verba posita ab
Isern.in mem.constit.si quis baro, ubi *Isern.* alia
verba non aliter explicat, sed tantùm hoc dicit
(*& potest quis habere plura feuda, ut hic dicitur,*
& tunc si sunt quaternata, vel non, det unum

alii

alii cum consensu Regis, ut ab eo, & sub eo teneatur, & erit baro, hæc *Isern.*) Undè alii inter quos *Affl. in cap. 1. num. 52. de controv. feud. apud par. Reg. de Ponte lect. 1. num. 65. Cons. de Georgio cap. 8. sub num. 7. in sua feudali repetit. Reg. Lanar. in add. ad suum patruum pag. 154. in num. 121.* explicant v3. ut teneatur ab eo, scilicet barone immediatè, & in capite; & sub eo, scilicèt Rege consentiente mediatè tamen, idest mediante persona baronis illud feudum concedentis: Verùm si *Frecc.* explicationem quis insequi voluerit, ut suprà verba illa, ab eo, & sub eo intelliguntur tenere in capite, & immediatè à barone, perpendenda sunt *Isern.* verba, qui non obstringit in Regis assensu illa verba, ut ab eo, & sub eo teneatur apponi debere,
26 ut existimavit *Reg. Rov. in rub. de feud. num. 74.* in illa quæstione, num Regis assensus in subfeudatione à Barone impetratus statim efficiat feudum quaternatum secundum quid, seù mixtum, ut dicunt, quia non quoad omnia, & quoad omnes effectus est quaternatum, sed secundum quid, & quoad quædam, ut declarat *Frecc. lib. 2. prima differ. num. 13.* hos effectus hujusmodi explanans. Sed *Isernia* dixit, quod si baro habens plura feuda, det unum alii cum consensu Regis, ut ab eo, & sub eo teneatur, erit baro, & sic concedens feudum in concessione dat illud feudum ea lege, ut ab eo, & sub eo teneatur cum Regis consensu, igitur illa verba ad ipsum baronem legem apponentem, referuntur, hisque concinit *tex. in clemen. pastoralis de sent. & rejudic.* quem *Reg.*
27 *Rovit. ibi* adduxit, & à qua *text.* puto illa verba habuisse *Isern.* cum per nonnullos annos post
28 latam sententiam à Clem. V. quæ incidit intra octo annos, quos vixit à die Pontificatus sui, quem ademptum fuisse anno 1305. inquit *Genebr. Cron. lib. 4. pag.* (mihi) 691. *Isernia Commentaria ad Constitut. nostri Regni* fecisse anno nempè 1316. teste *Lipar. in vita ipsius Isern.* quamvis *Praes. Io. Aloys. Mormil. in sua disput. ad Princip. in Regn Const. & cap. num. 16.* fateatur
29 *Isernia* hujus vitæ exordium sub Frederico II. exitum verò sub Rege Roberto sortitum fuisse, & illum *Iserniam*, quem *Paris de Puteo*, aliique narrant tempore Reginæ Joannæ decessisse à Gallo interemptum non *Iserniam* feudorum interpretem fuisse, sed ejus nepotem ejusdem nominis, & sic ex Archivii nostri claris monumentis comperisse, id [illegible] confirmatur ex quo *Gabriel Sarayna in Epistola*, quam *in initio Constit.* conscripsit nostro Collegio, memorans Auctores, qui in his *Const.* laborarunt, de duobus testatur Iserniensibus, nempè de Andrea, & Leonardo, quos vocat *Isernates*. Sed Lipar. opinioni accedit quoque *Capyc. decisio 130. num. 43.* illamque *Capycio* citato sectantur *Valentin. Forsterius in histor. iur. civil. Rom. inter tract. to. 1. pag. 56. M. Mantua de viris Illustr. pag. 161. & in tom. 11. p. 1. fol. 37. qu. 14. num. 7. Hier. Gigant. de crim. læs. Majest. ex Affl. in §. & bona committentium, col. 1. & 2.* notans, ob eius obitum Reginam Joannam Constitutionem edidisse, quod occidens Regium Consiliarium ex particulari quoque odio, in pæ-
30 nam incurrat in læsæ Majestatis crimen, & idem *Affl. relata tit. de his, qui fidejuss. num. 38.* vidisse Reginæ præfatæ rescriptum, quo sceleratissimi illi, qui virum insontem, & Reipublicæ apprimè utilem Andream interficere, hujusmodi criminis pœna mulctatos fuisset, quanque *Constit.* addit non constituere ius universale, cum aliter iure attento communi sit dicendum in occidente illum ex privato odio, de quo nos plenius alibi.

Sed quicquid sit, an *Andreas*, post præfatam Clementinam, sua edixerit in Constitutiones Commentaria, vel à Clementina illa sibi fuerit mutuata, vel nè verba, cum sit dare casum, ut idem in ambobus spiritus, eademque per ambos prolata sint verba, satis erit, quod ex illa *Clementina* ex qua suum tuetur effatum *Reg. Rovit.* probetur manifestè intellectus supra traditus, ibi namque Clemens V. inter alias rationes præconizans Imperatoris Henrici sententiam adversus Regem Robertum nullam, illam adducit, quia Regnum, & alia in Regno, quibus Imperator Robertum privavit, non sub eo, & ab eo Imperatore tenebat, sed sub nobis, & à nobis Pontificibus. Undè *Isern.* iisdem utens verbis in Barone, qui feudum ea concedit lege, ut ab eo, & sub eo teneatur, intelligi debet, prout Pontifex intellexit in *mem. clement.* ut supra; teneatur sub barone, & à Barone, & videndus *Lanar. in cit. add. ad suum patruum pag. 154. à num. 121.* non adhærens *Frecc.* benè loquenti, ut sui moris est, explicationi à qua quamplurima utilia habes dicente potissimum in *tit. quis dicat Baro lib. 2. fol. 70. sub num. 5.* esse per quam utile præfata scire, nam quoties
31 à Rege fit de Baronia mentio, minimè intelligitur de illo barone vulgariter dicto significante feudatarium illum habentem cum jurisdictione feudum, sed baronem, qui subfeudatarium habet tenentem ab eo, & sub eo feudum, vel cui Rex in baroniam feudum concessit, Regis enim verba secundum interpretationem prudentium,
32 non autem vulgi sunt intelligenda auctoritatibus *ibi* adductis.

Ad id verò, quod *Isern. & Affl.* dixerant, esse di-
33 scrimen inter Militem, & Baronem in *locis suprà adductis*, dicimus, non ex hoc non posse Baronem militem appellari, quin jure aliquo pro priori, militis appellatione dignior est baro, qui subfeudatarios habet, quam vasallus unicum feudum, vel plura sine subfeudis, quia ad Regis servitium habilior redditur cum majori numero equitum, & armorum, ex *Aud. in §. firmiter*, notat *Frecc. cit. tit. quis sit Baro num. 4.* Rationeque cur feudatarius miles dicatur, ut suprà, quia sicuti miles de mille eligitur *vous l. 1. in fin. de milit. testam.* sic feudum concedens eligit, & eligere solet illum, qui ipsi domino servire, illumque tueri possit, teste *Aud. in cap. 1. in princ. Imp. Loth.* magis baroni, quam simplici feudatario convenit. Undè non infimæ notæ II. CC. dixere, feuda originem traxisse ex
34 Justiniani tempore, jure communi cognita, & esse militiam, de quibus mentio fit in *l. eum unimodo, §. imputari, C. de inoff. testam. in l. in pluri, §. alum.*

alumno, de leg.2.& in aliis juribus penès Frecc.de
orig.feud.num.39. subnectentem ex Conrado Ge.
ner.in sua bibliotheca pag. 225. haberi, veteres
35 consuevisse feudales consuetudines jura ap-
pellare militaria, & servitium, quod in Regno
à feudatario domino præstatur, militare nun.
36 cupari servitium, ex Andr. in locis ab eodem
Frecc.memoratis ex num.45.& ideò puto Frecc.
dixisse huiusmodi servitium appellari militare,
37 quia in aliis locis quomodo illud debeatur, si
non exprimatur, vel si non dicatur ad servien.
dum, quale intelligatur servitium, DD. non
conveniunt, de quo Andr.in cap.1.§. hujus au-
tem generis in quib caus.num.9.vers.sed si infeu-
detur, multa enarrat, & ibi Præf.Liparul. latè
tres distinguit casus. Reg.de Curt.in cap. 13. in-
cip.cum igitur in feudo à num.10. & Camer in
cap. Imperialem, pag. 37. lit. P. feuda militiæ
38 æquiparat ex Iseru.in cap.1.§.valvasores,de his,
qui feud.dar.poss.quem laudat quoque Bammac.
in cap. in generali num.651. de feud. def. contr.
pag.209.arguens à militia,quæ in generali obli.
39 gatione comprehenditur,l.fin.& Auth.ibidem,
C.de pignor.ad feudum, cui illa æquiparatur, ut
similiter sub generali contineatur cuius dicti
oppositum deindè substinet ex mem.tex. plures
quæstiones ibi differens.
An autem barones titulati dicantur, ac baronia
40 inter regales dignitates sit adscribenda? Tituli
enim dicuntur illæ regales dignitates,de quibus
41 in multis locis in feudorum libro, & in specie
in rubr.de feud.March. vbi regali dignitate insi-
gniti dicuntur, qui Imperatoris munificentia
de hujusmodi titulis fuerint investiti; sed in
præf.tom.postquam Liparul.in Andr.animadver-
42 terat in illis verbis; Quod si Imperator investi-
vit per beneficium, & feudum aliquem, vt illud
verbum,feudum,deleri tanquam superfluum de-
beat cum in toto feudali libro beneficium pro
feudo accipiatur, & esse Loffredi monitum ibi
in princ.in sua paraphrasi ac Frecc. de subfeud.
lib.1.de orig.feud.num.55.nectit latino sermone
appellari beneficium, quod in libro feudorum
nuncupatur feudum, & Bud. in pand. fol. 193.
43 lit.F. notat res beneficiarias vocatas, quæ in
feudum possidentur,postquam inquam Liparul.
hoc in Andr. deprehenderat, licet immeritò;
44 nam pluriès synonimis vsi II.CC.fuere,ut teste
Albert.de Pergam.de præposit.num.128.inter tr.
tom. 18. pagina mihi 277. Synonima, nectens
esse,quæ sub diversis nominibus prolata,vnum,
45 & idem significant, quibus sæpenumero Ora-
tores, Poetæquè vtuntur, subsequitur Liparul.
in verbo regali firmans ibi inter regales digni-
46 tates connumerari baronias, atque vicecomi-
tatus auctoritate ductus Rain. in cap. imperia-
lem,§.præterea, de prohib.alien.per Feder. quem.
47 que insequitur Jacob.in verbo Dux, atque Re-
gem in suo Regno has conferre dignitates, ad
tradita ab Alvar.in cit. cap.1. col.2. in princ. de
his,qui feud.dar.poss.& asserendo postea in fin.de
Baronia,tu vide Frecc.in 1.lib.quis dicatur Baro
num.4.innuere videtur, vt etiam Frecc. ibidem
inter Regales dignitates Baroniam constituerit,
tamen Freccia,ibi hoc apertè non insinuat, sed
benè magnam asserit, tunc existimatam fuisse
48 dignitatem,& potestatem talis tenentis feuda,
licèt hodiè rerum libidine, ac hominum inse-
quente fortuna, omnium fuisse mutatam condi.
tionem,& hanc esse novam in Regno dignita.
49 tem, ex consuetudine introductam,atque Lon-
gobardis incognitam, & proindè in feudalium
libro non fuisse positam, ac dignitatem esse co-
50 mitatu inferiorem,attenta generali Italiæ con,
suetudine, prout etiam fuisse incognitam
51 Principatus dignitatem, inquit in tit. quis di-
catur Princeps, vbi quod isti abusivè Principes
dicuntur, cum propriè Princeps dicatur Im-
52 perator juribus ibi adductis, ibique subjungit
in Hispania Regis Primogenitum Principem,in
Gallia Delphinum, & in nostro Regno Ducem
53 Calabriæ nuncupari; Vndè meritò irridebatur
quidam Principis titulo à Rege decoratus,dum
in orationibus ab Ecclesia pro Principibus Chri-
54 stianis decantatis, dicebat, pro ipso tunc illas
effudisse preces. Et huiusmodi Principatus di-
gnitatem longè differre à dignitatibus, de qui-
55 bus in titulis feudalibus,atque legibus Regni,
ac consuetudine præscripta eorum esse limitatam
potestatem, atque in dies limitari, dixit Reg.
Lanar.in repetit.cit.cap.1.de his, qui feud. dar,
poss.num.36.& 37.& Baronem quandoque Prin-
56 cipem nuncupari,largè attamen sumpto voca-
bulo.ex Glos.in Clem.1.de Bapt.in verb Regnum,
ibi Glos.enumerat,qui sub isto,Princeps, nomine
57 continentur.Et Henr.Ros.in 1.tom. cap.2. concl.
1.num.4.quod etsi in libro feudorum de Duca-
tus,Marchionatus, atque Comitatus dignitate
58 solummodò mentio fiat,atque eas inter regales
dignitates à vulgo interpretum denumerari, at-
tamen ex identitate rationis idem arbitratur de
Principatu,Delphinato, Vicecomitatu, atque
Baronia,& in lit.F.probat ex Auctoribus, quo-
que ibi adductis, & ex definitione feudi regalis,
dum dicunt,ut Ducatus,Marchionatus, Comita-
tus,aut alterius regalis dignitatis,&c. quæ ver-
ba, dicit alias concedere dignitates, quàm enu-
meratas, & roborari ex mem. text. in cap. 1. de
feud.March.sub illis verbis de Marchione, Duca-
tu,vel Comitatu,vel aliqua alia Regali dignitate,
59 & in Germania inter Comitem, & Baroniam
nullum esse, nisi nominis, discrimen, & quod
Comites Barones præcedant, & in cap. 9. concl.
60 55.num.2.dicit in baronia nonnullos dissenti-
re,& sub lit.C.allegat authores, & ex nostrati-
bus Iseru.in cap.Imperialem §.præterea Ducatus
Affl.in cap.1.num.6 quis dicatur Dux, vbi dixit
Baronatus non esse feuda titulata, & Frecc. lib.
2.de differ.inter feud.regal.diff.1. num.2. quanq;
quæstionem an Baronia sit inter regales digni-
tates, atque inter feuda titulata connumeranda
sit dispunguot Bert.consil.191. vol.1. & cons. 4.
num.204. vol.2.Zazius de feud.5.p.num.4.Cassan.
in Catal.glor.mund.5.p.consid.vlt. Pacian.de pro-
bat.lib.2 cap.37.num.6. Portugal. de donat. Reg.
par.2.lib.1. cap.6 §.5. num. 67. necnon Reg. de
Ponte tit.7.vbi à num.11.respondet, atque de-
clarat obiectum de text.in d.Glos.præterea Du-
catus, in quo de baronia non fit mentio, &
proindè dicunt illam esse divisibilem: quam di-
61 visionem expressè prohiberi in feudo Mar-
chiæ Ducatus, atque Comitatus; licèt adver-
sus

ſus huiuſmodi *Federic. canſtet*, hodiè communi-
ter in Italia, & certis partibus Alemanæ, imò
in tota Alemania obſervari, vt dignitates præ-
ter Regias, ut Ducatus, Marchionatus, & Co-
mitatus, & his ſimilia, dividantur, ſicuti cætera
illodia, teſtatur *Hieron. Scurf. conſ. 127. num. 5.
inter conſilit. feud.* ratiooes, & iura addocens,
quomodò iſthæc defenditur conſuetudo, ac Il.
CC. receoſet illam tutrotes, ac potuiſſe induci
cootra faocita in memorato *§. preterea Ducatus*
ac præſertim laudat *Bald. in ead §. præterea Du-
catus 2. col.* ootabiliter diceotem, quod ubi vi-
geret iſthæc coofuetudo, talia dividendi feuda,
poſſent dividi; quia nullum eſt date ius poſiti-
vum, quod cooſuetudioe mutari non poſſit,
l. de quibus, §. fin. ff. de legib. Ibique firmat in Ba-
roniæ alieoatione, non Proregis ſufficere, ſed
Regis requiri aſſenſum, vt io *pragm. novem cap.*
ac iura ooſtri Regni adducit, atque DD. ex
quibus affirmativè concludendo, eam eſſe inter
regales dignitates connumerandam, atque Ba-
ronem Comiti æquiparari, vt ſub *num. 8. & 11.*
negat proindè Viceregis ſufficere aſſenſum: oec
eſt putaodum hoc iotelligi debere de omni feu-
datario, quem nos communiter Baronem appel-
lamus, nàm ad conſtituendam Baroniam, non
62 ſufficit voum, vel plura feuda habere, ſed te-
quiruntur ea, de quibus ooſtrates in *præfatis
locis, & Foller. in monor. conſt. Regni. Item ſu-
pnimus, num. 3.* examinat quæſtionem de Baro-
nia, ſeù Comitatu Eccleſiæ ſimpliciter concеſſa,
non adiecto ſi in feudum, vel aliter, nunquid ſit
intelligendum in feudum eam conceſſam fuiſſe;
Et qui plura ſcire exoptat de hujuſmodi digni-
tatibus, quas communiter Titulos ouncupa-
63 mus, & oon immeritò, quia Titulus dignita-
tem ſignificat, vt io *Clem. fin. §. 1. in princ. de
ſent. excommunic.* adeat *Maſtrill. lib. 4. cap. 13. &
14. de Magiſtr. Portugal. cit. cap 6. Roxas de in-
compatib. Reg. p. 4. cap. 4. Theod. Hoping. de iur.
inſig. cap. 6. Ann. conſ. 56 num. 18. Cancer. var lib.
3 cap. 3. num. 9. Roſental. de feud. cap. 6. concl 2. &
3. & Reg. de Ponte de poteſt. Prareg. tit. 8. num. 38.*
quem laudavi *in rit. 101. num. 40. lib. 1.* notan-
dum eſſe oectit Epiſcopos, Titulatos præcedere
debere, inſeritque literam Regis Ferdinandi, ſic
reſpondentis; Epiſcopatus eo m eſt omnium
dignitatum culmeo, ad *text. in cap. Venerabilis,
de prabend. cap quanquam 2. q. 7. & Gloſ. in cap.
2. in verbo dignitatem de prabend. in 6.*
Hinc cum fuiſſet etiam in noſtro Regno dubita-
tum, an Titulati exteri, ut putà a Summo Pon-
tifice, vel Imperatore electi. Ad hos enim om-
64 nes, in eorum locis regalium dignitatum, col-
latio ſpectat, quidquid dixerit *Bald.* de Ponti-
fice in *d. cap. 1. de feud. March. num. 3.* cum Papæ
poteſtas inexplicabilis, atque ioenarrabilis exi-
ſtat, de qua *Gloſ in cap. 1. de exceſſ. prælat. & in
cap. quoad translationem, de offic. deleg. & in cap.
2. de relig. dom. ac Bald. in l. ſi teſtamento, C. de te-
ſtam. & de pac. conſt. à verbo libellaria*, & de po-
teſtate abſoluta, quidquid vult, & quamdiù
vivit mutare poteſt quadrata rotuodis, ex *Abb.
in cap. cum veniſſent, de jud.* & io ſpecie indicat
Maſtrill. cit. tract. cap. 2. lib. 1. num. 6. Et proiodè
nedùm regales dignitates, ſed Regna confert,
65 ut ſub *num. 11.* An inquam, titulo pollentes
exteri gaudere, vt cæteri Regni Titulati, de-
beant, & affirmativè fuiſſe determinatum Ca-
tholicæ Maieſtatis literis anno 1568. in contro-
verſia cum Aſcanio de Cornea, qui cum à Sum-
mo Pontifice Marchio electus fuiſſet, & indè per
S. M. in Cooſiliarium ſtatus io Regno adſcitus,
& tanquam Regali munificentia in titulis con-
ſtitutum, præcedere omnes alios Conſiliarios
titulo oon laureatos: licèt antiquiores præten-
debaot; cujus literæ tenorem inſeruit *Reg. Ca-
mill. de Curt. in diverſ. feud. p. 1. fol. 13. in cap. in-
cip. reſtat modo in fin.* haud obſtante conſilio *Reg.
Lanar. 72.* contra quod conſuluit Collegium
Peruſinum inter *conſ. Fob. Num. 72. tom. 1.* atque io
hoc infert *Maſtrill. mem. cap. 14. num 50.* nectens
fuiſſe in Supremo Italico Areopago decilum, vt
Titulati electi à Summo Pontifice, ſeù Impera-
66 tore, debeant in Regno etiam Regni Titula-
tos præcedere; ſed eius effatum alus mediis pro-
bare poteſt; non autem ex *cit. deciſ.* in præſata
cootroverſia præcedentiæ cum memorato Aſca-
nio, qui non alios Regni tituli fulgore niteotes,
præcedere dicebat: ſed alios Cooſiliarios nullis
titulis redimitos; etſi antiquiores, tanquam du-
plici dignitate refulgens, prout eſt inveteratus
ſtylus io Regno, teſte *Camill. de Curt. ibidem nu.
7. & Lanar. num. 1. Surg. de Neapol. illuſtr. cap. 27.
num. 19. Reg. de Ponte in conſ. 14. num. 38. & in
deciſ. 8.* necnon ante eos *Frecc. lib. 2. de ſubfeud.
tit. de different. pag.* (mihi) 245. *Maſtrill. mem. cap.
13. num. 59.*
Opportunè coofulto hoc loco quæritur, quoties
Titulati æquè, ac Conſiliarii, vel R. C. Præſi-
deotes adeunt Principem aulica manu ſtipa-
67 ti cum Collegio, ſivè cum Tribunalis corpo-
re, ut in more poſitum habet Regia Camera
die Veneri ſacrato qualibet anni hebdomoda,
vel quoties Excellentiſſimus Prorex S. C. Sena-
tum advocat ad ratiocinandum, ſivè ad ali-
quam accideos cauſam pertractandam, ſedere nè
habeant in ſella uti titulis exornati, vel in ſca-
bello, ut cæteri de Collegio, ſeù Tribunali?
quo in themate? diverſimodè obſervatum legi-
mus; nàm io Siciliæ Regoo, teſte *Maſtrill. de
Magiſtrat. cap. 13. num. 65. 66. & 67.* Titulati
Miniſtri coram Principe, quamvis incedant
more Collegii, eunque Collegis ſedent
in ſellis, aliis non titulo decoratis cooſideotibus
in ſcabellis, idque teſtatur in inceſſu D. Maria-
ni Magliaccio Marchionis Montis Majoris, ac
D. Marii Gambacurtæ Marchionis Mottæ, &
in hoc Regno de Ordioe Excell. Domini Al-
bentium Ducis tunc Proregis, obſervatum ex-
titiſſe prò Conſiliario Decano D. Felice de Ia-
nuario Marchiooe S. Maſſimi, qui ſedentibus
Collegis in ſcamnis, conſedit ſellæ; teſtatur
Taſſon. de antephat. verſ. 3. num. 87. tametſi ipſe
affirmet multoties evenire, quod intervenien-
tibus hujuſmodi Miniſtris titulo excellentibus,
unà cum ſuorum militum conſeſſu cum cæteris
conſideant nulla excepta dignitate, & hoc
idem refert conſuetum cum Comite Molæ Re-
giæ Cameræ Præſidente, & Jacobo de Francis
Marchione Octaviaoi. Huius praxis, quæ ho-
diernis viget temporibus, argumeota leges in
Theo-

Theorica Canonistarum desumpta in *cap. à collatione de appellat. in cap. postulastis de concess. preben. & in cap. ult. de majorit. & obedient.* in quibus reperitur Episcopo in Capitulo adstantis uti Canonico non licere Episcopalem sellam ; &
68 à gestis ab ipso tanquam Canonico appellari ad eundem uti Episcopum, coosiderata tunc in illa legali personarum pluralitate, & quod dignitas, quæ Capituli rebus non confert, non sit io Capitulo attendenda, *Roman. in l. si vero, §. de viro, col. 3. ff. solut. matrim.* advertit.

Hinc Consiliarii, Regentesque de Collegio Do-
69 ctorum, nulla habita dignitatis ratione sedent, ut collegiaci, *Marin. Frecc. de subfeud. lib. 1. fol. 23 num. 27. Lanar. consil. 88. num. 58. vers. non obstante*, & de Episcopo Consiliario, quod sedeat tanquam simplex Consiliarius; docet *Franch. decis. 138. num. 4.* non secùs, ac Titulatus in Baronum elocutione, & judicio, sedet tanquam simplex Baro. *Reg. de Ponte consil. 14. num. 53. vol. 1.*

Verùm si soli officiales titulo refulgentes Principem interloquuntur, sellam cum pallio habent.
70 Hinc orta fuit disceptatio, si in Regia Juncta, quæ fit coram Excellentissimo Prorege, qua
71 occurrunt Regentes, Consiliarii, vel Præsidentes R. C. adjuncti conjudices titulis laureati, sede ne, an in scabello sedere debeant? Illamque excitavit Dom. D. Martinus Diez de Piementa Comes Legardæ, vir doctrina, ingenio ac oobilitate sublimis, cujus emerita virtus ex his nostris subselliis (est enim, quamvis ætate juvenis, meæ Aulæ decanus) ad altiorem quàm citiùs gradum condescendet. Hic ob tutamen dignitatis arripuit, in Juncta coram Principe sedem sibi deberi: minimè refragantibus memorata à nobis praxi, aliisque recensiti, quia in Juncta sedet, ut Titulatus. Quoniam vera licèt, & intergiversabilis sit memorata Theorica Caoonistarum, suum non egreditur finem, nempè quando qui major, minorivè dignitate illustratur, sedet in suo Collegio exhibens positivè minorem, & res Collegii pertractando, quod huic casui æquum est ut maioris digoitatis decore non refulgeat.

Dixi, *Positivè*: nam nisi hoc reluceat, ac in re versamur ambigua, regulare est, ut actus à Præsule, fiat in capitulo, ut Præsul, noo ut Canonicus; sic aonuit adamussim *Jo. Andr. in cit. cap. à collatione num. 2.*, qui hoc putans; verùm etiam in capitulo; qui casus videtur fortior, sæviorque.

Quinimò *Abb. in mem. cap. postulastis, num. 8. Felyn. in rubr. de major. & obedient. col. 2. in fin. nu. 9. Author de authorit. Magni Consil post Boer. nu. 65.* laudati à *Reg. de Pont. cit. consil. 14. num. 50.* asserunt, quod etiam in casu, in quo Episcopus sedet, ut privatus debeat eminentiori loco post Præsidem considere, maioris suæ dignitatis ratione, quæ tàm funditus radicem emisit, ut se inseparabilem habeat à viro, qui simul minorem se debet referre; & hanc esse rationem decisionis dixit *Dom. de Ponte num. 51.* qui arbitratur, quod minoris dignitatis acquisitio nil iniuriæ afferat maiori hisce verbis. Dum in dignitate constitutus adeptus fuit alteram dignitatem, non ex hoc derelinquit priorem; & hic conferri videntur, quæ tradit *Præs. de Franch. d. decis. 138.* qui asserit *num. 4.* Episcopum Bisiniani iussum Regium Consiliarium, quamvis infimum inseparabilis dignitatis ratione, cæteris præstitisse, præter Præsidentem; & dixi post alios in *Rit. 101. num. 40. lib. 1.* idcircò censentur aspexisse Ducem Albæ, ac Siciliæ Regni Proreges, in thematibus recensitis.

Quòd Canonistarum theorica nil commune habeat cum excitata controversia, in aperto esse dicebatur; nam (quidquid sit de eius veritate, ac de declarationibus enarratis) non potest inficiari, quin D. Comes de Legards in Regia Juncta sedeat, absque Consiliariorum Collegio, atque res agat omoinò à S. C. seiunctas, illique supremo Senatui minimè osturales. Non sedet ergò tanquam Canonicus, neque positivè, neque expressà, neque præsumptivè: & proindè licet Condelegati illius Junctæ officium expleat, oon privatur, neque desistit à dignitate Comitatus; imò illam præbet, ut rem inseparabilem, indivisibilemque io hoc casu, ab illo.

Idquè patet sensui, quia Regia Juncta non est Sacrum Consilium, nec tunc causas ad illud spectantes D. Comes refert; cui mirum in modum condinit, quia tunc temporis possunt (si Principi ita videbitur) privati viri intervenire veluti iudices de quo est peregrinus *text. in l. fin. §. mandatu, ff de offic. ejus*; quo textu fræti præclarissimæ hoc considerationi DD. & præcipuè *Jason in rubr. de offic. ejus num. 6.* qui mos etiam erat apud antiquos Magistratus qui vel privatis iurisdictionem etiam indicebant, teste *Dionys. Gotfred. in l. fin. ff. eod.* ex *Liv. lib. 24.*

Jussa propterea iurisdictio, in dubio, proprio nomine præsumitur tributa, non officii gratia, *Bart. Angel & Imol. num. 2. vers. undè addedisc in l. maritum 13. ff. sol. matrim.* ex *tex. in l. cujus bonis ff. de Curat. furios & in L. autspeu. ff. de tutel.* nisi expressè delegatio esset concessa officii contemplatione, *cap. quoniam. Abbas, de offic. deleg.* quo casu transit ad successorem, juxtà *Bart. & cæteros in l. fin. qui liberis, § hac verba, ff. de vulg. & pupil substitut. Bal. in l. fin. qu. 16. C. de hæredib. instit.* sibi tamen contrarius in *l. 5. §. sed, & si quis col. 2. C. commun. de leg.*

Illaquè huiusce conclusionis sese offert ratio, quia delegatio jurisdictionem non tribuit naturalem, sed accidentalem, quam extraordinariam prudentes appellarunt, *Paurmeist. de jurisdict. cap. 16 lib. 1.* quæ quandoque mandatur utilitatis Reipublicæ causa *Alciat. de Magistrat. Donell. in communi jur. civil. lib. 17. cap. 10.* Ex quibus principiis deducitur, mandatam jurisdictionem non extendi de casu ad casum, sed circumscribi terminis delegationis, *Petr. Greg. Tholos. syntagm. p. 3. lib. 47. cap. 21. num. 2.* nec esse credendum Delegato, nisi diplomata jurisdictionis mandatæ producat *Guid. Pap. decis. 786. num. 1.*

Hinc actus ioterveniendi io Regia Juncta delega-
72 ta à Principe ob aliquid præcipuè, cum dicatur actus accidentalis nec naturalis officii Consiliaristus, imò actus extraordinarius potest du-

plicites

pliciter considerari (semper pro D. Comite) vel vt actus gerendus à Comite, vt Comite reduplicative; & casus hic est indubius; vel ut actus indifferens, cum sit non explicandus ab ipso simpliciter, vt Titulus, nec vti Consiliarius, & in hac consideratione, tàm jurisprudentiæ certissimi aphorismi, quàm II.CC. conveniunt, majorem dignitatem non separari à viro, de quo testes sunt præcipuè *Reg. Lanar. consf. 88. num. ult.* ac *Reg. de Pant. mem. cons. 14. num. 52.* Primus enim considerando actus à Regente (scripsit etenim contra tituli laureola insignitos, qui sibi arrogare tentabant præire Dominis Regentibus in actibus indifferentibus) vel tanquam Regente, vel indifferenter gerendos asserit, in illis, quos Regens, sicut privatus exercet vlla potiri prærogativa in aliis ab ipso tanquam Regente explicatis, omnem retineri Regentis dignitatem, & in cæteris indifferentibus dignitatem maiorem non sejungi à viro; quod edocet *tex. in l. 1. de Consulib.* & hoc est, quod in specie decisum refert *Frecc.* è Collaterali Consilio inter Principem Salerni, & Comitem Castri Magnum Cancellarium, qui vti obtinens unū ex septem Regni officiis, arrogabat sibi in ratiocinationibus præire Principi, qui ex adverso dicebat, quod & si septem officia præcedant titulos; tamen nil commune habebat in parlamentis, in quibus non convocantur septem officia, sed feudatarii ratione feudorum, & qui illa non habet, intervenire votis minimè potest.

Quod autem Regiæ Iunctæ, & gesta in illis con-
73 siderationε voluentur, vt accidentia, ac actus indifferentes, habita ratione ad officium Consiliarii, ac ad ipsum S.C. vlla petitur difficultas: nàm in illa deputantur sæpissimè Ministri ex diversis Tribunalibus, Advocati sedent in sellis, ut dicemus infrà sub *num. 85.*, & Inter Ministros Condelegatos nulla consideratio habetur de minori dignitate, quam in eorum Tribunalibus habent; si fortaſse majorem etiam teneant, sed vnusquisque exhibet suam majorem dignitatem, ex his, quæ dicit *Reg. Constant. in cit. l. 1. C. de Consulib. lib. 12. num. 34. & 35* qui normam instituit, dignitatem minoris officii solum retineri, quoties Minister cum Collegio Sacri Consilii, vel Regiæ Cameræ quis præceditur, secùs verò quoties est Tribunal, & absque Collegio, quia tunc maiorem præeminentiæ amplitudinem offert.

Et ita quàmvis Regius Consiliarius jussus Præsi-
74 dens Regiæ Cameræ non præcedat Præsidentem primo loco electum, nihilominus extrà Tribunal Regiæ Cameræ non præcedat Præsidentem primo loco electum, nihilominus extra Tribunal Regiæ Cameræ reassumit dignitatem majorem præcedendo vetustiorem Præsidentem, & præcipuè in Regiis Junctis, vt dixi in *rit. 265. num. 118, hoc lib. 3.* Hæcque liquidò demonstrant extra Tribunal, Regios Consiliarios Præsidentes reassumere majorem dignitatem, cæterosquè præcedere Præsidentes. His rationibus fretus apparere dicebat D. Comes Regium Consiliarium, Regiæque Cameræ Præsidentem non præferre necessariò in Junctis Col-

legii locum, ac personam, si obsit majori ejus fulgori, sed & majori illo lumine illustrari, vt in actu indifferenti à viro inseparabili, & per consequens Comes de Lerda non tanquam Consiliarius, sed vt titulus, vt se illìc gerat fatale est. Adhùc lis est sub judice, qua de re quidquid sentio non proferam, fortasse, secundo Numine dicam alibi.

Sed nùm Titulatus exterus alios de Regno hic præcedere debeat, potissimùm, si a Summo Pontifice, seù Imperatore fuerit decoratus *Reg. La-*
75 *nar. ibi* pro absoluto supponit sub *num. 1.* vt Titulati exteri certum atque determinatum lo. cum non habeant, ea forsan ratione; qua quilibet in domo sua est quolibet extraneo maior,
76 vt dixi in *Rit. 265 num. 117. hoc 3. libra*, addimus *Gaspar. Mans et ut. decis. Palatin. decad. 8. q. 54. num. 10. Ranchber. par. 1. qu. 13. num. 6.* notantes minimum Magistratum majorem esse quolibet alio non eius loci, necnon *Caler. de proc. exsecut. par. 3. cap 7 ex num. 32 pag. 501. n. 34.* subnectentem quod sicut quilibet est Rex in sua domo, ita quilibet etiam minimus jurisdictione præmunitus, in suo loco actus jurisdictionis exercere potest; & non alius, ex *Glos.* celebri in *l. apud eum verbo potest, de manumiss.* quam *Glos. memorat. Frecc. lib. 1. fol. 19 num. 16.* ad probandum, quod licèt Civis Supremæ Civitatis cuilibet alio inferioris loci primario Civi præferatur, ex *Bart. & Dec. ibi citatis*, & tetigi in *Rit. 101. num. 55. lib. 1.* tamen ille primarius Civis in sua propria patria, & territorio semper præcedere debet, nectens circa præfatæ *Glos.* effatum, plura adduxisse *Cagnol. in l. 2. in verbo, ubicunque consules col. fin. de origine juris*, ibiq; *Frecc.* ex nonnullis Theoricis exornando dictum præfatæ *Glos.* refert *Luc. de Penn. in l. nihil, C. de palatin. lib. 1 1.* indicantem, quod dum major est in domo minoris debetur sibi honor, & reverentia, sed est advertendum *Luc.* dicere appositum ejus, ad quod allegatur præfatæ *Glos.* dictum, & sunt hæc ejus verba; *Nota, deberi reverentiam à majore minori;* cum in domo majoris est minor, *& è contra* eum in domo minoris, est major; ex juribus sub *num. 3.* adductis, quæ ad hoc probandum notabile, vt inducere possis, insudabis, sed apertè hoc tantùm probant, quod in majori dignitate constituti, si in locis alterius ditionis, licèt minoris sint præsentes, cedere minori debeant, quod adamussim indicat *tex. in l. 3. C. de metat. lib. 1 2.* vbi pro concordia *Glos. allegat. tex. in §. nulla, auth. de defens. Civitatis*, ubi defensor ob præsentiam Præsidis haud jurisdictionem amittit; ibiquè paulò superius dixerat ex illo *tex.* notari contra legatos Sedis Apostolicæ, qui domibus Episcoporum, & aliorum Prælatorum hospitantur, & *Bald. in l. 3. in ejus additione in fine de recept. arbit.* observat, quod in loco meæ jurisdictionis, quilibet est minor me, ut notari dicit in *cit. l. apud eum*, quod negaverat priùs in judicibus æqualis jurisdictionis in eodem loco, quis par in parem non ha-
77 bet imperium. Asinus enim si se a compare apprehendi sciret auribus intumesceret, ut notare aduertit in *l. 3. §. vetera, secundum Old. de acqu. poss.* vbi *Glos.* ante eum in *vers per unum*, & alia *Glos.*

Glos. in l. hares per servum, *in verbo partem de acquir. hared. Isern.* hoc idem *Adagium* memorat *in consf. ut universis 1. col. in med.* ad ostendeodum: constitutionem illam, quæ in causis contra barooes iudicium parium exquirit, esse odiosam, & *Isernia* hocmet *Adagium* adducit in *authent. habita*, quam reperit in *libro feudorum, sub rubrica de statut. & consuetudinib. contra lib. Eccl. num. 14. Bammac.* laudat *car. 44. in cap. si quis decesserit, si de feud. def. content. qu. 1. num. 10.* nectcos illud fuisse desumptum ab experientia; nàm si Asinus ad caudam equi ligatur, ambulat libenter; si verò in cauda alterius Asini, non sic libeoter, cum videat se per comparem duci: quæ verba ipse *Bammac.* transcribit à *Liparul. in addit. ad Isern. ibidem*, ipso non aliter citato, quod sæpè sæpiùs ei contigit.

Nec autem, quæ affati sumus de majoritate in domo sua, ac de præcedentiis in ejus territorio, & jurisdictione, ioteliigas quotiescunquè tra-
78 ctari contingerit de actibus ad suam juritdictionem, vel officium spectantibus, nàm io aliis est dicendum, quod dixerat *Luc. de Penn. in cit. l. nihil. num. 3.* vt io domo propria, honor, & reverentia Extero debeatur; cui distinctioni cooenit sententia lata in caosa præcedentiæ inter patrem privatam gerentem vitam, ac filium in Magistratu existentem, de qua *Aul. Gell. in loc. à Frecc. cit. loc. adducto*, vt extrà rem publicam in domestica re, atquè vita pater filium, licet Magistratum, præcedere debeat; prout ex *Valer. Maxim. de instit. antiquis* teceosetur de Quinto Fabio Maximo Consule, qui Patrem sibi obvenientem de equo descendere jussit, cum io Consulis præsentia oemo equo sedens astare debuisset. Cæterum, ut redeam ad *Mastrill.* qui sub *num. 51.* dicebat io *cit. cap. 14.* quod ille, qui
79 ab habente majorem authoritatem est aliqua dignitate insignitus, illum præcedere debeat, qui à minorem habeote authoritatem, eundem consequutus fuit dignitatem; est dicendum obtinere posse, quando in loco neutrali de præcedentia tractatur, prout illa *Mastrill.* & alia argumenta adduxit *Vasq. controvers. illust. lib. 1. in præfat. à num. 18.* ad probandum Doctores Hispanos ad Concilium Tridentinum missos præcedere in orando debuisse, eum quotquot sint hodiè Mundi Principes, dignitate, honore, gloria, sublimitate, & imperii vastitate Hispa-
80 niarum Rex noster Potentissimus excellentior intelligatur, & *Jo. Red. in tract. de Maiest. Princip. num. 2. fol. 146.* de Rege Hispano loquens, dicit, eum omnium Christianissimum, omnium Poteotissimum, Summum Monarcham, & à quo uno totam nostram Religionem, ac fidei augmentum pendere dignoscitur.

Tituli præterea dicuntur illa verba, quæ hooorandi causa personam, cum qua alloquimur, vel ad quam epistolam scribimus præ aliis verbis pro-
81 feruntur, & *Julius Cæsar Capacius in suo à secretis libro cap. 31.* putat hujusmodi vocem, *Titulus*, originem trahere à latina *Tutulus*, qui dicitur illud capitis ornamentum, quo illi tegebantur, qui sacra faciebant ad instar illius ornamenti, quo matresfamilias, vt capillos convolutos ad verticem capitis tenerent, vtebantur illudque tutulum appellabant, vel ab eo, quod capillos tuebantur, vel ex eo, quod altissimum est io Urbe, quod est Arx ea res tutissima, Tutulus res tutissima ouncupatur, teste *Varr. de ling. lat. lib. 6 pag.* (mihi) 52. *num. 31. inter authores linguæ latinæ*, & idem notat *Fulgent. de Prisco Sermone col. 3. fol.* (mihi) *ibidem* 805. *num. 14.* & ad idem quoque tendit explicatio *Sex. Pompei. Fest. de verb. significat. lit. T. pag.* (mihi) 217 quasi dicere velit *Capacc.* vt sicuti illi Tutuli, quo matresfamilias, & indè Flamines, aliique Sacerdotes vtebaotur, magnum præferebaot decus, ita Tituli, quos personis, cum quibus verba facimus, aut illis scribimus, tradidimus; Hinc ex ista antiquissima Tutuli formula, qua fœminæ vtebantur: excusandæ suot mulieres nostri temporis, quæ, ut capillos comptos haberent, variis, atque diversis formis, & modis, eos ligatos habent. Vel Tituli appellaotur, quia translatè accipiuntur pro laude, vel dignitate, vt ibidem *Capacc.* illud adducens carmen.

Per Titulos ingredimurque tuos.

Vel quia Maiorum aotiquitatem significant, ut
82 advertit ibidem *Capac.* multa subnectens, quod ad huiusmodi Tituli depominationem, ac prisco tempore non fuisse hunc Titulorum usum, qui modò floret. Cum epithetis, enim viros laude dignos, laudibus extollebant; ut Pius Aeneas Messapus æquorum domitor, ibique recenset, quinque Titulorum qualitates à tempore Augusti, usque ad moderoiores Imperatores, Titulosque etiam refert, quibus Imperatores aotiquitus, atque diversorum Regnorum Reges utebantur, ac postmodum diversis subscriptionis formis, quibus io Epistolis communiter utimur; & nonnulla advertit *Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. cas. 67. 68. 69. & 70. Roman singul. 34. Joseph. Carnevale* typis tradidit, *libellum. Ragionamento de tituli*, noviter rescriptum, penès *Scaglion super prag. pag.* (mihi) 272. Quorum Titulorum adeo in hoc Regno crevit abusus; quem ab Hispaois origioem duxisse censet *Caravit. in rit. 265. sub num. 16.* ut fas fuerit anoo 1599. pragmat. promulgari sanctionem mulctantem, ac damnantem personas voce: seù in scriptis Titulos præstantes, ut in *pragm. sub tit. de titulorum abusu*, in scribendo sublato, ita illam rubricavit *Reg. Rovit. in commentar. ad Regni pragm.* sed puto addeodum in scribendo, & loqueodo sublato cum *prag.* in orgrò utrumque vetet, ac mulctet ibique idem *Reg. Rov.* derelicta materia ipsius *pragmat.* ansam arripit iosereodi plures illustres controversias, circa septem officia, & Titulatos, quas, nè tedeat lectorem legere, nàm etsi extra materiam pragmaticæ, non tamen extrà summam legentium, & eruditorem utilitatem, & censeo consultò id fuisse effectum, ab illo peritissimo Viro, qui cum perspexisset *pragmat.* illam, elaboratam fuisse à *D. Bernardo Grato*, qui eam sub *tit. de litterarum forma, & locutionis* redegit, quodque strictiùs illius *pragmat.* rem attigisse, ad altiorem legentium ocu-

lis

lis volvendos putavit. Concinit nostræ pragmaticæ consimilis in Hispania sanctio (& sic malè alloquutus fuit *Carav. cit. loc.*) teste *Reg. Constantia Marchione Corleti in tit. de vestib. Holober. lib. 1 t. num. 17.* ex *Padill. in l. sacri effatus C. de diverf. rescript.* qui hunc Regi soli conveni, se annuit laudatque *l. 1 tit. 12 lib. 7. in nov. re, copil.* quin & Regi, & filiis Regum, etiam licere observasse nectit *Carol. de Graff. lib. 1 cap. 18. de Regal. Franc.* circa quam *pragm.* advertatur velim, dum ibi dicit illos velle abusus resormare, *reducendolo al buono, & antica termine,* quasi quod antiquitus illi Tituli non dabantur nàm ipse in *proæm. ff. veteris* observavi Imperatorem Iustinianum scribendo Doctoribus Tribo-
83 niano, & aliis ibi enunciatis dixisse *Illustribus viris*, sic hujusmodi sublimi titulo Doctores decorando, & proinde ibi notabiliter tradit *Odofred. sub num. 9.* contra scholares suo Doctori scribentes, qui in salutatione non dicunt Illustri viro, & quo dùm Imperator ibi Illustres Il. CC. vocat, sic obstringuntur cæteri illum salutare. De titulis voco, quibus Doctores decorantur, sermonem habent *Francisc. de Petr. conf. 1. Camill. Tambr. in responsa pro Advocatis Neapolitanis*, & ante eos *Marques de Suf. de Iudait inter tract. to. 14. cap. 7. num. 2. fol. 48.* quin DD. ac juribus ductus nuncupat eos nobilissimos, Amicos, & parentes fuisse ab Imperatoribus nuncupatos, & ab aliis quantumvis maxima supremitate fulgentes, deberi Doctores dominos appellari *Christoph. Lanfrauchin. in tract. utrum sit præferendus Miles, an Doctor. num. 18. tom. 18 fol. 22.* nectit eos appellare viros cellos, & honoratos, atque Illustres; maximè si doctrina prædotati sint teste *Bald. in rubr. ff. de. ter. in verf. quarta nota, Signorol. de Homodeis* qui tractatum quoque edidit, *utrum præferendus sit Doctor, an miles*, dicit esse clarissimos, & notabile notat *Ludovic. Bologn. in addit. ibidem num. 67.* quod Doctor, & nullus alius uti vehiculo possit in Civitate, in qua residet Princeps, & ibi laudat *Bart.* dicentem Doctorem doctoratus insignibus semper uti cogendum, ubi est persona Principis, & ideò porò inole-
84 visse in Palatio nostri Proregis officiales dimittere pallium, ac sola Toga induti, cum Prorege, alloquuturi accederent, consertque singulare *Capiblanc. 129.*

Quam togam antiquitus Advocati, & Doctores
85 gestabant, & ipsorum erat propria vestis in signum dignitatis *Solorzan. lib. 4. cap. 4. de Indiar. cubern. nu. 22. Cassan. in Catal. glor. Mund. par. 7. consid. 24. Petr. Fab. lib. 1. semest. cap. 2. pag. 10. Franc. Zipaus de Magistrat. lib. 1. cap. 41. num. 6. Mastril. eod. tract. lib. 5. cap. 2. ex num. 12. le San. glaut lib. 1. semestr. cap. 5. Larrea alleg. 102. num. 1.* Vndè Advocati dicuntur togati, ut in *tit. de Advoc. divers. judicior. & Reuss. Cabald. de Imper. qu. 76. num. 6.* tradens qua veste sit induendus Imperator, ex *Gloss. Magistr. in l. unic. C. nulli lic. in fin. Glos. 3.* dicens Chlamydem esse militum, purpuram Regum stolam Sacerdorum, habitum rusticorum, cucullam Monacorum, & togam Advocatorum, & memini in *Rit. 101. num. 56. lib. 1. & Gugl. Rebuff. de inst. & tur. cap. 5. de Ad.*

vocata num. 1. & 2. nectit Advocatum coram judice toga indutum accedere debere, & ipsam togam, vestem honoris dici, *arg. text. in cap. non licet. 23. qu. 8.* & deducitur ex *Pragm. 13. de offic.* sub illis verbis: *essendo il portar delle Toghe di tanto decoro, e convenienza*, licet ipsa *pragmat.* posteà solis officialibus illa uti, fuerit sancitum, de qua memini in *memor. rit. 101. num. 14.* Sedere tamen cum ipsis officialibus est permissum ex *text. in Cod. de offic. Civ.* vbi dicitur, quod Principis Concistorium ingredi, ibique cum Consiliariis sedere possunt, quem *tex.* ad hoc meminit *Barit de Put. de synd.* in verb. *Notarium num. 13.* quia magnus ei debetur honor: Hodiè tamèn, quando Advocati causam agunt in Supremo Collaterali Consilio, vel in aliis Regiis Tribunalibus, Collegiatis non sedent, sed stant, & capite detecto alloquuntur, præterquam, quod si extra loca solita ius dicendi, alibi causas decidi contingerit, tunc enim Doctores cum ipsis officialibus sedere debent, & ità vsu fuit receptum,

Nec dicant hujus eximiæ dignitatis doctoralis, Detractores, prout sæpiùs ventri, & gulæ inservientes audivi dicentes, quod tot encomia Doctoribus data, esse adinventa, adeoquè evanidarum laudum esse personam, superbientis habitus deliramenta, fucatamque obscuræ gloriæ notam. Quæ laudes efferantur potiùs, quàm effesunt: & meritò obscuritatis charactere notantur, quia fumosæ, & authoritates ipsorummet Doctorum, quæ neque judices in causa propria *tot. tit. C. ne quis in sua caus.* neque testes esse possunt; *l. omnibus, C. de testibus*, nam extrà Doctorum iudicium, ac testimonium mille allegare possem Authores, qui de Doctorum in legali præcipuè scientia laudibus verba faciunt, sed contentus ero iis, quæ adducuntur à *D. Constantin. de Notar. Congreg. Cassinensis in suo tract. del duello dell' ignoranza, e scienza in cap. 15.* vbi post multa de justitia, & de legibus, & de earum necessitate, vtilitate, & encomiis finem imponens capitulo, eximiis elogiis; atque laudibus officium Advocati extollit, aliaque subnectit sub *lib. 4. cap. 7.* præterea Comes *Annibal Romeus in suis raticciniis* (vulgò, *discorsi*,) *nell' ultimo Discorso della precedenza dell' armi, e delle lettere*, quò principalitèr ejus verba tendunt; quod præcedentiam Doctoris, vel Militis finit discursum, & librum cum voto, & decisione venerandos Doctores nuncupans. Imò Imperatores, qui se milites esse dicunt, vt per *Glos. in const. si damnum, verbo, investigatiam, vers. territorium enim, num. 30.* & apud quos dignitatum fons, & Thesauri existunt *l. 3. de natal. restit. & Luc. de Penn. in l. contra, C. de re milit. lib. 12.* mille encomiis eos extulerunt, quarè ergò alii honorare, & venerari non debent? vt nectit *Glos. in l. 1. C. de Domest. & Protect. lib. 12.* ex regula, quem Princeps honoribus afficit, omnes, honore prosequi obstringuntur, & consimilis est *Glos. in cap. ennte, de atat. & qualit. in verb litterarum,* vbi sacrilegii instar obtinere dicit dubitare an is sit dignus, quem Princeps in dignitate constituit *cap. qui autem 17. q. 3. & C. de crim. sacrileg.*
86 *l. 2.* ac hodiernis temporibus illo sublimi deco-

rantur Doctores Magnifici Titulo à nostris invictissimis Regibus, quo ipsos Reges fuisse quoque insignitos legimus, & in nostra Civitate Neapolitana in Ecclesia Monasterii Sanctarum Monialium D. Reginæ Epitaphium constructum cernitur his verbis superscriptum: *Hic requiescit Sancta memoria Excellentissima Domina Maria Dei Gratia Hierusalem, Siciliæ, Hungariæque Regina, Magnifici Principis quon. Stephani Dei Gratia Regis Hungariæ filia, ac relicta claræ memoriæ inclyti Principis Caroli Secundi, & Mater Domini Principis D. Roberti eadem Gratia Dei dictorum Regnorum Hierusalem Siciliæ Regum Illustrium, quæ obiit anno Domini 1323. indit. 6. die 25. Mensis Martii, cujus anima requiescat in pace. Amen.*

Quin huiusmodi Titulum, Magnifici, Regi convenire, ac ipsi sic esse scribendum dicit *Abb. in cap. novit. num. 3. vers. item nota ex superscriptione. de off. leg.* ex illo *text.* in quo Summus Pontifex Regi Franciæ scribendo, illo vtitur titulo, & sequentes huius Regni Reges, vt aliquo sublimi titulo Regni Magnates, ac eis cariores dehonestarent, hunc titulum in superscriptionibus proponebant; & licèt *Tiraq. de nobil. cap. 9. nu. 15,* dicens Imperatores exercituum fuisse titulo Illustris, & Magnifici decoratos nectat inter titulum Illustris, & Magnifici haud esse differentiam, ex *Claud Seisel. in l. 1. nu. 14. ff. de offic. eius, cui mand. & iurisd.* attamen ipsemet *Seisel ibidem* dicendo, Præfectum Vrbis magistrum militum, & Præfect. Prætor. appellari Illustres, & Magnificos, dicit plus importare Magnificum, quàm illustrem, arguendo ex ordine literæ in *proæm, C. in princip. & in l. 1. C. de Justin. C. compon. in 2. col. & in l. 2. §. quæ omnia, C. de veter. iur. enucl. in l fin. §. viros autem, C. vbi Senat. vel clarissim. & in l. 1. C. de appellat. & in §. primum quidem Auth. de collat.* Et apertè dignoscitur *ex proæm. Instit. Civil.* vbi Tribonianum Magnificum appellat, Theophilum verò, & Dorotheum Viros illustres, sub illis verbis: *cumque Deo propitio per actum est Triboniano viro Magnifica Magistra. & exquæstori sacri palatij nostri, necnon Theophilo, & Dorotheo uiris illustribus*: & certum est Tribonianum tùoe ex maioritate officiorum, & dignitatum satisfuisse dictis Theophilo, & Dorotheo præeminentiorem; multisq; esse proindè privilegijs Doctores munitos, docent *Pet. Lenaud. in tract.* quem composuit *de Privilegijs Doctorum*, & alij à nobis adducti in *cit. rit. 101. ex num. 1.* quem locum pluriès laudat *D. Altimare ad Reg. Rovit. cons. 8. lib. 3.* & plura nobilitate, & vter præferatur virtute, an stirpe nobilis scripsimus in *rit. 260. ex num. 19 lib. 1.* nosque ibidem pluriès refert idem *D. Altimare ad cons. 23. Reg. Rovit. cit. lib. 3.* addimus *Domin. Antunez Portugal. de donat. Reg. par. 2. lib. 1. cap. 17. ex num. 1. & 15. Berard. Grec.* qui & ipse quamplurima illius dignitatis præeminentia tradit in *mem. pragm. de liter. form.* & iterùm relegamus lectorem ad *Franc. de Petris in sua festivarum lectionum libello*, in quo si non superavit Alexandrum dierùm genialium, illum tamen æmulantem iudicare debemus in festivissimo *cap. 7.* qui post multa, memorat potissimum exemplum memoria dignum Vrbani Pontificis, qui

87 licèt, ad pedis osculum omnes recipiat teste *Gl. in l. 1. C. de prox. & Dom. lib. 12.* tamen ipse Galliæ Regem, & *Angelum Perusinum* Iuris Consultum, ad pacis osculum pariter, & Magnates ad pedis osculum, vt etiam ex ipsomet *Angel. in l. 1. C. de sentent. pass. num. 2.* testatur *Io. Berard. Grec. in cit pragm. nu. 39.* Alterumque de Sigismundo Imperatore, qui de summa rerum, cum consuleret, Doctoribus,

88 atque militibus convocatis, *Georgius Fistellus* Iuris Consultus, atque equestri cingulo militiæ insignis, dùm ad Militum ordinis subsellia convolasset, fuit ab ipso Imperatore, his verbis perculsus. *Stulte agis Georgi, qui literis militiam praefers, ipse enim milites mille vnâ hora fecerim, Doctorem verò vnum mille annis non fecerim*, prout etiam de Philosopho dixit magnus ille in Philosophia, & medicina præexcellens vir *Augustinus Suessanus* cum strenuissimo Imperatore Carolo V. ipsum obiurgante, quod tot Principes cum videret stantes assurgere despexerat, intrepidè respondit ipsum Cæsarem solo

89 verbo *Principes facere, Philosophū verò nequiquā.* Ao autem *memor. pragm. 1. de tit. abus.* locum vendicet in Glericis: notabiliter *Marta in tract. de*

90 *Tribun. Vrb. cap. 6. num. 27.* investigans, si tituli clerico revocari possint Principum temporalium rescripto negativè sustinet; ea quippe ratione indicata *num. 28.* quia legi laicorum haud Clerici obstringuntur: tituli enim suot permissi divino, ac humano iure, inquit ipse, met *num. 2.* sed titulorum abusus est reprehensibilis, dum ipsis, viros etiam nullorum meritorum prodigo ore decoramus.

Insuper ex sanctis in *prag. 3. eod. tit. de titul. abus.* excipiuntur M oistri supremi, & immediatè à

91 Sua Majestate, inter quos præsertim sunt Grandes Hispaniæ, de quibus *Covar. var. resol. lib. 3. cap. 5.*, & æquites habentes aureum vellus vulgò il *Tesane*, qui immediatè Regi subsunt, nec à Proregibus eis aliquid inhiberi potest, adeò quod, ex promulgatione pragmaticarum circa vest. um aurearum gestionem omnibus interdictam, quia nonnisi habentibus dignitatem aurum gestare concessum est, *Roman. singul. 293.* huiusmodi Viri non obstringuntur & legi, post publicationem pragm. Comitis Olivares huiusmodi ornamenta, etiam vehiculorum aureato. rum vetantis, Principem tùnc Sulmonis militem aurei velleris incedisse cum vehiculo ornato aureis supellectilibus, absque vlla hæsitatione.

Baronum vt indè sumamus initium) multæ sunt prærogativæ, plura sunt commoda, quæ ijs à

92 subditis emanant. Ac primùm baronalis authoritas sua præeminentia ea in re versatur, vt constituto feudo, illiusquè tradita possessione, vtile in concessionarium transeat dominium, retento directo à concedente, juxtà *cap. 1. §. rei,* juncto *§. fin. in fin. de invest. de re alien. faciend.* vbi *And. & in cap. 1. §. in primis, vers. definitum, & in cap. 1. §. illa, vers. si verò, de controvers. feud. apud par. termin.* necnon *Affl. in prælud. feud. nu. 109.* licet autem *Host. in summ.* de

de feud. verf. quod ius in fin. opinetur vtile do-
93 minium esse sicut chimæra, prout dicebat dominus suus, qui fuit *Innocent.* cuius ipse discipulus, extitit, vt narrat *Isern. de invest. de re aliena fact. sub num. 3.* & *Isern.* illud idem *Host.* & *Innoc.* dictum refert *in c. 1. §. præterea in 9. de Cap. Corr.* alijsque in *Liparul.* coaccervatis in mox *cap. 1.* & alios recitat *de Georgio ibidem n. 21.* & *Frecc. in tit. de Principe in fin.* laudat eundem *Isern.* dicentem hoc vtile dominium esse quasi nihil, *Liparul.* verò ipsum *Frecc.* emendat cum hoc *Isern.* non dixerit in locis ab ipso indicatis, sed *in cap. 1. qua fit prim. cauf. benef. amitt. num. 30. circa finem*, & ibi *Bal.* & *cap. 3. quo temp. mil. num. 11.* Ideò si hoc utile dominium est chimæra, et quasi nihil, infeudatus, nec dominus, neque dominium habere dici potest. Nos autem insequentes *Andream* dictum *Host.* duntaxat referentem dicimus florem, at fructum esse directum, et utile dominium; ut istud sapiat fructus, scilicet utilitatem; illud verò flores, nempè nomen, ac honorem *in cit. cap. 1. §. porrò, qua fit pr. cauf. benef. amitt. in cap. 1. in fin. de feud. sine culp. non amitt. in cap. 1. §. præterea, verf. est attendendum de cap. Corrad.* & *in cap. fin. § si autem, cit. tit. qua temp. mil.* Addit *Andr.* quod parum ipse curaret de tali nomine, et honore tanquam de flore, qui nitet, sed de fructu, qui sapit: adducitque illud hemistychium, *hic nitet, ille sapit*, quod esse observat *Lipar. ibidem* de carmine posito in principio fabularum Aesopi.

Hortulus iste parit fructum cum flore favorem.
Flos, & fructus erunt, hic nitet, ille sapit.

In redarguendo propterea latinitatem illam non benè *Lipar.* se gessit, dum *Isern.* flori nomen, et dignitatem comparando, et fructui vasalli utilitatem: adducit verba, ut in illo jacebant carmine, non ut referantur ad proxima ab ipso *Isern.* prolata verba, quæ juxtà proferentis mentem sunt intelligenda, *l. plenum, §. equitii, ff. de us. & habit.* cujus *Isern.* mentem lectatur *Liparul. Jun. in summ. O. lofr. tit. de feud. propè finem* scripsit, ipsum talem velle chimæram eo tempore, quo Regis aulam prosequebatur amplissimo cum sumptu.

Quin non credendum originem dicti de Chimæra
94 fuisse *Innoc.* & *Host.* ut multi persuadent DD. dictam: nam esset omninò falsum, minimè tantis viris dignum, cum de *Innoc.* dicat *Cotta in mem. verba, Iurisperitus, pag. 385. Hic maximam authoritatem in jure Divino assequutus fuit, & fuit pater, & organum veritatis per Archid. & Felyn.* et quamplurima alia indicat *Ja. Ficard. in vit. recent Jurisconsult. tract. 1. fol. 156.* ac eadem ferè, et alia de ipso encomia recenset *Valent. Forster. in eod. tom. 1. pag. 54.* Et tantæ esse authoritatis, ut ejus opinionem in iudicando sequi, non modo non sit erroneam, sed in conscientia tutam asserit *Reg. Revert. decis. 413. in fin.* quidquid in ipsum invehat *Anich. de praveat. instrum. cap. 2. num. 137.* Et de Hostiensi, cujus nomen fuit Henricus; sed Cardinalis Hostiensis, dicit fuisse præceptorem Gulielmi Durandi, Speculatoris nuncupati, & magnæ authoritatis, ac præstantissimum in utroque iure, notat *Io. Ficcard.* & *Valent. Forster. loc. cit. ex Matthesil. de success. ab intest.*

Ut itaque veritas innotescat, relegendus locus *Host.* ubi de hoc nomine chimæra habetur. Ille enim *in præfata loca* resolutionem quæsiti tra-
95 ctat, quod ius nempe acquirat vasallus ex investitura de feudo sibi facta, & nùm utile dominium in eum transeat, & arguendo primò, quod poterit tanquam dominus illam rem sibi aliquo possidente vendicare, quamvis ab aliquo super eadem re convenire contingerit, tueri, opponere, atque exceptionem proponere, ut *in §. rei autem de invest. de re alien. fact.* rationes subnectit, quibus videtur infeudatum utile acquisivisse dominium. Deindè verò à *verf. è contrà* adducit rationes pro negativa sententia, quia proprietas penes dominum infeudantem remansit, solo usufructu in infeudatum translato, *ut in princ. quib. mod. feud. amitt.* neque ex hoc, quod utilem habeat actionem, sive quasi vendicationem, habere dicitur utile dominium; cum detur utilis rei vendicatio ei, qui nec directè, nec utiliter est dominus, sicuti est ille cui impartitur publiciana. *§. ecce plerunque enst. de act.* & colligi posse monet ex *eod. text. in cit. §. rei*, ubi hoc tantum dicitur quod sicuti dominus posset vendicare; ita et investitus poterit quasi vendicare. Unde deducta hinc indè et excitatis dubiis, duas recenset sententias. Unam nempè suam, dicens, utile hoc transivisse dominium: sub illis verbis: *Quicquid tamen superius sit allegatum, satis videtur dicè posse, quod habeat utile dominium ad exemplum prædictorum*, et eruitur in specie ex *add. tex. in cap. 1. de controv. inter. dom. & vasal.* atque ex aliis *de Georg. in præfata cap. 37. & Frecc. cit. tit. de Princ. verf. sed ut veriùs*, declarante quale dominium penès Baronem subinfeudantem remaneat in casibus, in quibus subinfeudare poterit: cum aliàs controversum fuisset an liceret Baroni subinfeudare, de quo *Reg. de Curte in diverf. feud. à fol. 16.* & *additio Fulvij Lanarii ad Reg. Lanar. in cap. 1. de his, qui feud. dar. poss. num. 45. pag. 122.* explicans ibidem quodnam dominium in subfeudatarium transferat, cum ipse nonnisi dominium habeat utile. Alteram verò *Host.* refert *Innoc.* negativam opinionem, illis verbis: *Sed Dominus meus dicit, quod utile dominium est chimæra*, scilicet illorum dicentium, feudatarium utile habere dominium. Dictio enim, *Sed*, est præcedentis adversativa *Bar. in l. patris, & filii num. 1. verf sed si poneretur dictio sed ff. de vulg. & pupill.* itaùt sicuti ipse *Host.* dicebat dari ex infeudatione vtile dominium, ita *Innoc.* negabat, quamque opinionem
96 sustinuisse Doctorem de Aurelianis, *Bar.* testatur *in l. si quis vi, §. differentia num 5. de acquir. poss. Fab. de error. prag. decad. 27. err. 5. num. 9. & 10.* notans huiusmodi distinctionem dominii in vtile, & directum esse *Bar.* commentum, à quo distinctione, ab eodem *Bar.* fluxisse discrimen de hærede directo, & vtili, & vtrumque esse merum

com-

commentum. Hinc vulgariter, ad demonstrandum dictum fallum, & imaginarium, dicitur, est chimæra, quo nomine chimæra vtitur *Camer. in l. Imperialem fol. 82. lit. 8.* in quæstione an valeat feudalis prohibitio, nè feuda in dotem dentur; de quo *in cap. 1. §. donare quul. al. feud. alien. poter.* ad denotandum, quòd effata *Iacob: de S. Georg. Felyn. & Curt.* in hoc sint figmenta intellectus. Chimæram namque fabulantur Poetæ fuisse monstrum flammas evomens, caput, & pectus leonis habens, ventrem capræ, & caudam draconis à Bellerephonte indè occisum, ex *Plin. cap. 100. lib. 2.* enarrat *Servius in Virg. 6. Aeneid.* super illo carmine.

Flammisque armata chimæra;

Ac *Isid. de orig. lib. 11. c. 3. num. 1. p. 1109.* quem logici dicunt esse ens rationis, & intellectus figmentum, non reale; quod vtique nullo modo dici potest de illo jure translato in feudatarium ex infeudatione: de quo vtili dominio *Iser. in cit. tit. de invest. de re alien. fact.* irridendo, sed immeritò, *Innoc. & Host.* dixit, dicendum nomen, & honorem, qui est penès dominum, esse potius chimæram, non autem illud jus, atque vtilitas, quæ in feudatarium transit, cum hoc sit fructus, illud autem flos. Sed me latet quibus *Isern.* & alii adducti fuerint ad tribuendum *Innoc. & Host.* memoratum dictum, & illud sectandum. Verè enim ea, quæ ex feudi concessione percipiuntur sunt entia realia, & sexcenta possent numerari commoda, vtilitates, honores, & dignitates, quas ex investitura consequitur investitus, & quod plus contineat vtile dominium in se commodi, quàm incommodi: notavit *Paris. conf. 11. num. 3. vol. 1.* & directo præfertur scripsit *Frecc. auth. 9. sub. num. 1.* Corruit propterea ratio illa à gravissimis II. CC. tradita ideò vtile dominium vocari chimæram, vt denotaret facilem dominii vtilis consolidationem cum proprietate, vt advertit *Isern. in cit. loc. de feud. sin. culp. non amitt. num. 5.* quem ita intelligit *Liparul. in add. tit. de invest. de re alien. fact. num. 3.* & ante eum *Capyc. in § Callid. vers. 4. col. 22. Luc. de Penn. in l. fin. num. 51. C. de loc. præd. Civ. lib. 11.* nàm transitus, qui fit de vtili ad directum dominium efficere minimè nequit, vt illud nuncupetur chimæra, & quasi nihil; ille siquidem fit ex lege investituræ ob lineam finitam, & ob alia, ex quibus vi legis contractus, ad dominum res redit, prout est consolidatio ob vsusfructuarii obitum vsufructu cum proprietate, adquam semper redire adhelat, *Iason. in l. si duobus, §. si Titio, num. 5. de leg. 1.* qui quidem vsusfructus non chimæra, seu quasi nihil, sed dominii pars meritò dicitur, *l. cum filius, §. dominus, l. Titia cum testamento, § fin. de leg. 2. lib. 4. de usufruct.* quæ jura ad hoc adducit *Bar. in auth. hoc locum num. 7. C. si secundo nupsi mul.*

Nec est novum, *Hostiensem* fuisse malè adductum ab *Isern* & aliis; nam *Reg. Lanar. in repet. cit. si vasall. feud. privet. cui deser. sub num. 15.* scribit *Isern.* & alios perperàm allegasse *Host.* sustinere,

97 ex fellonia in dominum patrata, non domino, sed agnatis feudum aperiri, cùm totum velit oppositum, in *Rub. de feud. vers. quib. mod. feud. amitt. col. 3.* & ita eum intelligit *Imol. in cap. 2. num. 21. de feud.*

Suo marte etiam diluitur *Isern.* effatum in *cit. tit.*

98 *de invest. de re alien. fact. nu. 3.* potius directum dominium esse chimæram; & de eo non curandum tanquam de flore, qui solus nitet; nàm permaximæ sunt quoque vtilitates, quas retinet infeudans, de quibus *Gallup. in meth. feud. in præl. ud. 4. par. à num. 7. Ioan. And. de Georg. in c. cit. 37. in num. 1.* ex Civilistis *Iaf. in l. traditionibus num. 10. C. de pact. in l. naturaliter, §. nihil commune num. 13. de acquir. possess.* & passim ce-

99 teri. Habens enim nudam proprietatem, nil habere dicitur, *§. prohibemus, auth. de trient. & sem. l. fin. §. vbi autem, de bon. qua liber,* non verò si cum illa consequatur commoda, vt *Luc. de Penn.* explicat in *l. possessores col. 1. vers. hoc autem nota, C. de fund. patrim. lib. 11.* dicebat præterea *Bart. in l. 1. §. quod ait prator el 2. num. 6. ff. uti*

100 *possid.* domino proprietatis multa permitti in fundo, in quo quis habet vsumfructum, *l. si vndi in fin. & l. si ita, §. dominus de usu, & habit.* in qua disponitur, dominum proprietatis, invito vsufructuario, vel usuario fundum, vel ædem per Saltuarium, vel Insulatium custodire poterit, ex quo eruitur, quod vasalli prohiberi, possint nè absque domini præsentia, messem colligant *de Franch. decis. 117.* quem laudat insequiturque *Cancer. var. cap. 15. num. 392. de iur. castror Capyc. in investit. feud. verbo fraudantes gabellas, pag. 115. And. in c. Imperialem, §. præterea, vers. nec dominus 2. col. de prohib. alien. per Feder. Capyc. dec. 47. num. 38. Cabal. resol. crim. cas. 169. Capibl. de Baron. pragm. 11. num. 58.* extenduntque ad Curatum pro interesse decimæ *Covar. variar. resol. lib. 3. cap. 17. num. 8. Valasc. de iur emphyt. qu. 3. num. 15. Thesaur. lib. 1. qu. forens. 9. Menoc. de decim. qu. 6. num. 15. Barbos. de jur. Eccles. univ. tit. de decim. §. 1. num. 42. Campanil. in diversor. rub. 12. cap. 13. num. 100.* atque conferunt quæ commemoramus infrà *num. 126.*

An verò in feudatarium transeat ususfructus, inquirunt *And. in præl. ud in 69 Affl. in eisdem præl. ud sub num. 116. & in c. 1. ex quib. caus. feud.*

101 *amitt. num. 311.* & quod plenus sit in vsufructuario, plenior in vasallo, plenissimus in dominio scribit *Prapos. in §. hoc quoque, num. 5. in fin. de success. feud.* quem sequitur *Balzar. in præl. ud. feud. q. 3. sub n. 3.* ob quod nimirùm conspicimus, in multis convenire vsumfructuarii, & feudatarii, de quibus edisserit *Camill. de Curt. in 1. par. diversor. n. 26.* & adinstar vsufructuarii debent Barones feudo benè vti, ac vasallos vti

104 filios tractare, *Bald. conf. 439. Cravett. conf. 238. Afflict. decis. 265.* & patres illorum dicuntur, *Regens de Marin. tom. 1. quotid. resolut. cap. 341. num. 7. Capyc. decis. 95. num. 2. & decis. 159. num. 44.* dicitur enim Pater patriæ *Guid. Papa decis. 631. num. 9.* adeò quòd si cum illis malè egerint, possent feudo, ac jurisdictione privari, *Gram. dec. 104* & ibi *Auns. mont. & Mari*, post alios *& conf. 162. Menoch conf. 1. num. 196. vol. 1. Roland. conf. 8. vol. 3. & consil. 40. lib. 4. Borr. decis.*

304

301. Prece. de subfeud. auth. 8. Reg. Valenz. consil. 43. num. 180. Ann. singul. 155. Petr. de Gregor. de feud. q. 16. Rubr. de iur. bon. testament. Mastrill. de Magist. lib. 3. cap. 10. num. 457. Consil. Franc. Mar. Prat. discept. forens. cap. 11. lib. 1. & cent. 2. cap. 1. num. 8. Ursill. ad Affl. dec. 265. num. 15. Donad. de renunciat. lib. 2. cap. 59. num. 70. Tasson. de antef. vers. 3. observ. 4. num. 114. Reg. Capyc. Latro dec. 168. num. 5. lib. 2. Cæsar. in specul. qu. 9. Pereg. qu. 33. num. 56. Laganar. ad Rovit. in Rub. pragmat. sub tit. de Baron. lit. A. C. quidquid velint *Paris de Sindic. verbo Sindicantur, num. 5. & Paschal. de patr. potest. lib. 3. cap. 4. nu. 34.* licere vasallum leviter verberare; quibus occurrit *Tasson. de antefat. cit. obser. 4. num. 22.* & cum illis haud habere litigium, & eo vertente posset Univer-

103 sitas congregari sine interventu, aut licentia Officialis prævio ordine superiorum, quod in negotiis concernentibus litem cum Baronibus, & gravamina possint se congregari absque præsentia Gubernatoris; petita tamen venia, & non obtenta, & habito recursu ad M. Curiam pro evitanda pœna ab Universitatibus pro congressu facto absque licentia, pluries uti Judex illius provisionibus decrevi non esse molestandam, ex *de Franch. decis. 146. Tasson. mem. observ. 4. num. 542. Capibl. de Baron. pragm. 10. num. 57. Novar. de gravam. vasall. lib. 1. cap. 301. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 13. num. 116. & 170.* cui alias non liceret sub pœnæ incursu, ex jurium communium, & Regni dispositionibus *Guid. Pap. dec. 87. 106. & 631. Campag. in c. collatores num. 4. Ann. sing. 367. Avus meus ad Capyc. decis. 27. sub num. 11. & Capyc. Latro decis. 185. num. 12.* aliasque determinavi non puniri universitatem, quæ absque licentia se congregavit ad tractandum ea, quæ tangunt servitium Dei, ex *Cassane. in consuet. Burg. in tit. de forestis 5. num. 6. vers. additia, Parid. de sind. verbo judicis ad sindicat. cap. 3. Avo meo cit. loc vers. unum nota.*

Etiam si ipsi non conquerentur subditi, ex *Jo. Fab.*
104 *in §. fin. inst. de his, qui sunt sui, vel alien. jur. Guid. Pap. dec. 62. Gramm. cons. civil. 162. nu. 18. Cravett. cons. 6. num. 109.* Judices enim cum Regis vices fungantur modis omnibus à jure permissis pugnare obstringuntur pro subditorum libertate advertit *Affl. in cap. 1. §. angaria in fin. quæ sint regal. Thor. tom. 1. comp. decis. verbo Baro male tractans*, laudans *Capibl. in pragm. 3. de Baron. num. 56.* dicentem vidisse provisum, quod Baro venderet feudum & nonnullos feudo privatos testatur *Thor. cit. loco. ex Balzar. in cap. 1. qual. dom. propr. feud. privet.* etiam monitione commiņativa non præcedente subnectunt *Foll. in const. præsens const. decernimus, Gram. cit. dec. 104. Gaill. lib. 1. observ. 17. num. 4. Reg. de Ponte dec. 16. num. 34. Thor. cit. loco*; quamvis alii necessariam monitionem dicant DD. apud *V. v. dec. 447. Reg. de Ponte de potest. tit. de elect. official. ex num. 1. & decis. 16. Capibl.* laudat *add. loco num. 60.* & pro cautela tradit *Jacob. de Sanct. Georg. fol. 7. vers. quæritur.* necnon *Capyc. in invest. pag. 67. Cravett. cit. num. 108.* optimamque indicat Theoricam memoratus *Gramm. nu. 11. & num. 22.* distinctione munitam de delictis, & factis negativis ab affirmativis. Et nos meminimus in *Ritu 46. num. 17. & 18. lib. 1.* parvipenso impii Nicolai Macchiavelli aphorismo, ad publicam libertatem conservandam plurimùm interesse, nè cives opibus admodum augeantur, quod dixerat *Arist. 5. politic. cap. 3. post princ. cap. 6. in princip. & cap. 7. Cominæus comment. de reb. gest. Luvou. lib. 4.* & politici suadent omni conatu impediendum, ne una familia nimia potens evadat apud *Besold. 2. polit. cap. 5. num. 15.* quibus lepidè occurrit *Philipp. Knipschildt de fideicom. famil. nobil. cap. 8. de success. num. 167. 168. 235. & 236.* concinit *Aristot.* effatum *ethic. 1. cap. 8.* quod domini ad servum est amicitia, non quia servus, sed quia homo; indè fortè, ut memoriæ proditum est, servorum dies festus idibus Augusti, communis erat latinis, seù liberis, teste *Alex. ab Alex. lib. 3. dier. genial. cap. 18.* ut ostenderetur lege naturali hujusmodi genus hominum à cæteris nihil differre, ut in *princ. inst. de jur. personar. & in §. 1. de libertin.* multoquè iniquum non modo liberos, & vasallos malè habere, & in ipsos nimis sævire, ex quo iisdem seminibus orti sunt, eodem fruuntur cælo, æquè vivunt, & æquè moriuntur: propterea majores crediderе Jovem Romano Populo succensuisse, quod Antonius servum suum crudeliter verberatum, & patibulo constrictum percircumegerit, meritò Adrianus Imperator Umbriciam Matronam quinquennio relegaverit, quod ex levissimis causis ancillas suas atrocissimè tractasset, *l. si dominus, §. fin. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. jur. Marc. Mant. de jur. Prothom. nu. 11.* quos refert *Reg. Valenz. cit. cons. 43. num. 178. lib. 1.* Quin etiam si vasalli angarii perangariique probarentur, Baronis immanitas sufficeret, ut incolatum aliundè transferre valerent, absque quod ipsi ius illud subditos revocandi ampliùs competere dicatur; nec eo ullo unquam tempore uti possit *Paris de Puteo de sindic. tit. de excess. baron. cap. 1. num. 39. à nu. 27. ex tex. in l. Caio, Seio, § ult. ff. de alimentis, & cibariis legat. Novar. de gravam. vasallorum* post alios *gravam. 74. num. 14. Campagna in cap. gravamina à num. 32. Joannes Lupus in repet. cap. per vestras §. 20, num. 5. in fin. Gayl. practicar. observat. lib. 1. observat. 17. num. 4.* decisionemque refert *Capibl. pragm. 10. num. 60.* severitas enim operatur, ut servitiorum defraudatio non sit præ oculis habenda, ipse namque sibi damnum parat, cum enormia exercet, & dominandi abutitur privilegio ex notatis per *Baldum in mem. cap. 1. qualiter domin. propriet. feudi privatur*, relatus à *Gramm. cit. cons. civil. 162. nu. 17. & decis. 104. num. 21.* Quam praxim cogendi ad feudum vendendum ritè procedere in feudo

105 empto, declarat *Crav. cit. cons. 6. à num. 109. lib. 1.* multis ductus rationibus, ac authoritatibus potissimùm *cit. § fin. inst. de his, qui sunt sui*, & feudo gratis concesso credit illum esse privandum; istud namque feudum pecunia comparatum cum impropriè esse dicatur, complecti haud potest sub pœna privationis iuribus indictæ, ex regula in pœnalibus non esse faciendam extensionem de casu proprio ad improprium *l. 3. §. hac verba, ff. de negot. gest. DD. in l. si verò, §. de viro, & l. si constante, ff. solut. matrim.*

cujus

cujus *Cravett.* effato contradicit *Camill. de Curte in divers. feud. cap. incip. Reliquum est pag. 79. à terg. num. 4.* notans vtrumque dici propriè feudum ex DD. ibi adductis, & sub *n. 10.* vtrinq; opinionem concordari conatur; & quid in feudo in remunerationem concesso, tractat *Capibl. cit. loc. num. 65 Reg Constant.* nonnulla cumulat in *tit. de fil. official. lib. 12. à num. 38.* necnon *Cupyc. decis. 2. num. 5. & Fab. de Ann. sing. 201.* Verùm non vndiq; tuta est *Aym. Cravett.* distinctio
106 potissimùm in officii materia, cum verior sit illorum opinantium in omni officio, sivè gratis dato, sivè empto ob malam administrationem; quem illo privari etiam beneficio, seù proprietate; vt reprobato memorato *Cravett. cons. 6.* notat *Reg. Rovit. cons. 104. num. 14. lib.* illumque lapsum scribit *D. Reg. Galeot. resp. fiscal. 15. à num. 130. Præs. Merlin. lib. 2. contr. forens. cap. 20. Franc. de Amic. de his, qui feud. dar. poss. pag. 6. num. 1. Muta in pragm. Reg. Sicil. tit. 13. num. 12.* Et discusso pleniùs articulo, Regiæ Junctæ deputatæ per S. E. decreto die 13. Augusti 1667. fuit condemnatus Jacobus Spiritus inquisitus de pluribus excessibus commissis; etiam cum fraudibus, & extorsionibus intuitu officii ad privationem officii actuariatus arrendamenti vini, & dictum officium applicatum in beneficium Regiæ Curiæ; suffragia præstantibus D. Reg. D. Francisco Ortiz Cortes, & DD. Consiliariis Francisco Roccofqui & Com-
107 missariis Joanne Baptista Hodierna, & D. Præsidente Regiæ Cameræ D. Emanuel Alvarez Scalera, me Excell. Domini ordine iura fisci tutante, penès Leonardum de Vivo Actuarium assumptum, quin *Constan. Cæsar. in specul. pereg. qq. q. 2. sub num. 17. & num. 23.* tueatur *Cravet.* benè loquutum nempè in casu; quo feudatarius non deliquit in re essentiali feudi, hoc est in fide; sed quando vasallos onerat cogitur feudum vendere iure accepto pretio: & proindè perperàm fuisse inductum ad excusandum officialem, qui in essentia essentiali cujuscunque officii deliquerit, quinq; basim, donec benè, & fideliter se gesserit, everterit, vel concusserit.

Hinc Baronis sævitis ansam præbuit, vt in Re-
108 gia Camera ille ad libellam revocaretur articulus, an Universitas exclamans ob vtilis domini immanitatem coacta ad demanium petendum foret condemnanda ad pretium cum interesse restituendum, & Baronem ad fructus medio tempore perceptos in causa (vt percepi ex processu de anno 1626. penès tùnc Actuarium Franciscum de Tullio) Terræ Balneoli cum Barone Cæsare Palatuccio, contendente Universitate, minimè teneri ipsam ad interesse, nisi duntaxat ad pretium, quia non voluntatis, sed necessitatis vi demanium petebat; sicuti Barone ad vendendum coacto ad nihilum Universitas obstringatur, ex regula, quod damnum, quod quis sua sentit culpa, sibi imputari debeat, *l. quod quis, ff. de regul. jur. cap. datum, eodem tit. in 6.* nec ex maleficio præmium consequendum, *l. relegatorum in fin. ff. de interdict.*
109 Regia Camera in isto facti Themate contra Vniversitatem pronunciavit, condemnavitq; ad solvendum pretium cum interesse ad rationem septem pro centenario, & Baronem ad fructus restituendum medio tempore perceptos juxta liquidationem faciendam insectantes DD. cujus meminit *Viv. opin. 637. p. 2. Præsid. de Franch decis. 17. num. 2. vers. veruntamen est. R. Rovit. in pragm. 64. num. 14. de offic. Proc. Cæsar.* ac exempla S. C. & R. C. in aliis causis eodem processu adducta *à fol. 359 ad 413.* Necnon idem docuit *Reg. de Curt. in divers. feud cap. 3. num. 61 pag. 6.* occurrens textui, qui obstare videtur in *l. si prædium, C. de præd. minor.* Vbi regulam desumi nectit, tunc esse restituendum cum interesse pretium, quando contractus nullitate laborat, quia cum dominium à minore (de cujus prædii alienatione casum ponit Imperator,) nunquam recesserit, fructus ex re vendita ad ipsum spectabant, & quia in causa ad ipsum minorem obligari; ideò ipsum ad interesse quoq; sicuti emptorem ad fructus condemnandum judicarunt Imperatores, cui juri concinit *text. in l. altere C. eod.* quem laudat *de Franch. decis. 523. num. 20.* vt probet, quod quando sententia ad relaxandam rem vna cum fructibus, contra emptorem profertur, tunc nullitatem contractus inspexit; at in illo themate demanii adversus Baronem emptorem, cùm non ex nullitate contractus dependeat, sed ex iis, quæ adducit, præter alios, *Camill. de Cur. in dict. cap. 3.* vbi multa de ista petitione demanii per Vniversitates, quam petitionem dividit in duos casus: Primùm nempè, quando Rex, qui Castrum in demanio tenuit, illud alienat, an tunc ad istud demanium, spondens solvere illud, quo fuit ven-
110 ditum? admittatur, vt à *num. 39* Alterum, quando jam castrum distractum reperitur, & illud de novo à barone possessore distrahitur, an Vniversitas contra istum novum emptorem ad demanium admittatur? agit supra ex *n. 40. vers. circa verò secundum articulum*, quo jure, & quibus causis ista in hoc secundo casu de demanii petitione tueri prætensio possit; & sustinendo non jure prælationis, quia istud non ex jure dominii ad ipsum spectat, non ratione vicinitatis, vel congrui, vel consanguinitatis, ex quibus juribus hanc prælationem concedendam sanxerunt leges; subnectens, neq; hoc quidem jure libertatis efflagitare posse, rationibus ibidem adductis, prout neq; ex jure Regis; cui, quando vasallus illud vtile dominium alteri vendit, prælatio competit, concludit sub *num. 54.* ex Tribunalium consuetudine positum fuisse in morem, vt Vniversitatibus sit petendi demanii, & retractus facultas; quibus de rebus utpotè novissimis temporibus cognitis ibi recenset palàm loquentes DD. & *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 10 §. 1.* vbi à *num. 8.* sequi videtur effatum *Camilli*, quod ex consuetudine sit hæc demanii petitio introducta, & non dissentit *R. de Marin. ad Revertet. decis. 488.* quamvis repugnent *Laratha in theatr. feud p. 1. dilucid. 28.* conferuntq; tradita à *Mastrill. cons. unic. post dec. Sesse dec. Arag. 36. & Fulv. Lenar. in add. ad patronum in repet. c. 1. de success. feud. num. 1.* nec non convenire videtur *Reg. Rovit. in cit. pragm. 64. ex num. 23.* vbi multa ad hæc de demanio adducit,

ducit, et de pluribus casibus, in quibus etiam demanii petitio fuerit rejecta, ac aliis ad rem, agunt *Consil. de Georg. alleg. 7. & Thor. in comp. decis. verbo, demanium, & verbo, universitas, p. 1. & in add. ad Reg. de Pont. in citat. titul. 10. §. 1. Ann. alleg. 27 Montan. controv. 44. Reg. de Marin. lib. 1. resol. 117. R. Capyc. latro dec. 168. num. 40. R. Galeot. lib. 1. in dec. ad controv. 3. & resp. 26. fiscal. 23. Consul. de Xarto dec. Sard. qu. 9. num. 6. Constant. Casar. in specul. peregr. qq. c. 33. & 34. D. Praes. Jo. Bapt. Confalonur*, qui eruditum calamum arripuit pro Statu Amalphiæ, cuius responsum exscribit *Giss. ad Capyc. latro dec. 174. in fin. lib. 2.* cum, inquam, non ex nullitate contractus hæc demanii petitio pateat, consequitur, quod si valida fuit venditio, atque in ipsum, emptorem dominium translatum, vt in *cit. loc.* affirmat de *Curt. num. 47.* vbi nedùm dominium, sed irrevocabile traoslatum fuisse, autumat; ergo fructus ad ipsum spectare debent ad quem omne aliud etiam commodum & incommodum pertinet, *l. 1. C. de peric. & commod. rei vend.* & proinde satis esse, persolvere pretium, quo emptum illud Castrum fuit. Addit de *Curt.* judidicandi mori ad hujusmodi faciendam condemnationem vires auxiliares præstare *Authorem damnatæ memoriæ in §. 13. Gl. 5.* ajentem, quod rem alteri alienatam ex retractu quis conse-
111 quens, fingitur ab initio illius rei retractæ dominus; & sic fructus ex re vendita ad ipsum pertinere, sicuti, & omnia alia commoda, & incommoda; sed gavisus essem, si ipse *Reg. Camill.* qui Authorem istum superiorum forsasse permissu perlegerat, rationes illius retulisset, cur fingatur retrahens ab initio dominus, & non tempore retractus, cum ex adverso *Tiraq. §. 12. Gl. 2. in princ. de retract. consang.* dixerit, emptorem ante retractum dominum extitisse, cum su pendenti, stare non potuisset, juxta notata per *Gl. in l. si ega, ff. de solution. ex text. in l. si ex duobus, §. sed & Marcellus, ff. de in diem adiect.* & magis ad rem ibidem ipse *Tiraq. in §. 14. Gl. 3. num. 3.* advertit, quod per hujusmodi retractũ venditio non retrotrahatur, ut ex tunc, scilicet ex tempore venditionis, sed ex nunc, idest ex tempore ipsius contractus, ea ratione ductus, quia cum facultas retractus à mera ipsius retrahentis voluntate pendeat, non retrotrahitur, *l. Titius 4. ff. quæ res pign. oblig. non poss.* vbi licèt hodie ego omnia bona mea obligem Titio, à quo mutuam pecuniam accipere decrevi sequẽti mense, si nonnulla ex bonis, antequam mihi pecunia exolveretur, distraxero: facta deinde per Titium mihi solutione, Titius ea bona medio tempore distracta obligata non habet; & reddit rationem *tex.* quia cum in mea potestate esset pecuniam non accipere, est ex illo tempore obligationem contractam intelligendum, cui concinit *tex.* quem *ibi num. 3. Tiraq.* nectit, & ante eum adduxerat *Gl. fin. in l. 1. ff. qui potior, in pign. hab.* in secundo casu; nam in primo casu, in quo licet pro promissa dote restituenda obligasset bona, & postea residuum dotis sibi fuisset solutum, oritur tamen ab initio, non tempore numerationis obligatio: quia in viri potestate non erat residuum promissæ dotis non percipere; prout in secundo casu erat de pignore contracto per mutuam pecuniam inde sibi solvendam, de quo etiam dicit *tex. in l. qui potior, in princ. eod. tit.* quem quoque pro concordia retulit *Glos. fin. in cit. l. ult. & l. prior est*, & propterea
112 addit illa patriæ consuetudine caveri, fructus ante retractum perceptos ad ipsum emptorem, non ad retrahentem spectare, cui consuetudini videtur optime collimare altera nostra Neapolitana *incip. si quis emit. sub tit. de jure congr.* qua sancitur, quod emptor rem emptam restituere obstringatur absque præstatione interesse, & proinde ex prædictis illa *Authoris damnati* opinio, qua niti autumat *Reg. de Curt.* illum iudicandi morem in condemnando vniversitatem ad interesse, non satis tuta esse videtur; & licet ipse putassem sustineri præcipuè hujusmodi morem ex *text. in l. debitor, 27. de adil. edict.* vbi in
113 actione redhibitoria pretium emptori numeratur, nedum cum vsuris, sed etiam si quid aliud ex causa emptionis erogatum per emptorem fuerit, quo textu nixus *Boer. decis. 76. num. 7.* advertit acutè, quod si secundus consanguineus retrahere vellet, emptor nedum pretium solutum in emptione recipiet, sed etiam illam pecuniam, quæ ab ipso emptore fuit illi primo consanguineo data, vt à retractu abstineret; tamen perpensa illius *tex.* decisione, nec parum, nec satis ad nostrum dubium mihi conferre videtur, nam cum illa redhibitoria ex morbo, vel vitio, quod venditor emptori celavit, fuerit causara; non mirum, si ad pretium cum interesse restituendum cogatur venditor; *indemnis enim emptor discedere debet*, concludit *tex.* & propterea si quid fortè de illa emptione vectigalis nomine ab emptore fuisset solutum, illud quoque esse à venditore restituendum, *ibi* sancitur.

Obici verò, Vniversitatem non sponte, sed ex necessitate ad petendum demanium adactam propter nimiam baronis, sævitiam, occurri potest; quod cum Vniversitati duo competant remedia ad eiusmodi evitandam sævitiam; alterum de confugiendo ad demanium cum restitutione pretij, & interesse, alterum verò de cogando baronem ad vendendum, ex ll. CC. supra adductis, quibus addo *Afin. de execution. §. 3. cap. 84.* & plenius *cap. 189. Prat. discept. tom. 2. cap. 37. num. 22. & cons. 50. num. 41. R. Sanfel. in prax. sect. 9. Knipschildt. de fideic. c. 16. ex n. 138.* sibi, inquam, imputari debet, si viam demanij eligere maluit, juxtà vulgatum (pateat tibi via, quam elegisti) de quo in *l. fin. C. de jur. delib.*

Sed quia huiusmodi judicandi ad interesse mos constat attestatione DD. *Regent. Camill. de Curt.*
114 *Vincentij de Franch. & Scipion. Rovit.* quibus addo *Dom. R. D. Annibal. Moles* in suis aureis *decis.* propriè 117. (quam cum alijs non dum impressia rescripsit, *D. Reg. Tapia lib. 6. iur. Regñ. tit. de deman. ab univers. sup. pragm. 63. de offic. procur. Cæs.* & memorant *Thor. ad alleg. divers. 35.* post *decis. D. Reg. Salernit. & par. 3. compend. decis. sect. 3.* verbis *universitas admissa*) & *tit. de deman. univers. §. 24. quæst. 5.* in impressis nuper studio, operaque Domini mei Don Francisci Moles eius pronepotis, Equitis sacræ mili-

tiæ Calatravæ, Ducis Paretæ, Regiæque Ca-
meræ Præsideotis; qui Judex primò M. C. V.
in capitalibus causis, tum generalis campaneæ
Commissarius, Præses deiodè, ac armorum Gu-
bernator in Tranensi Provincia, æquus hodie
Ceosor, ac Visitator vnus ex Regia Juncta, ge-
sta Magistratuum totius Mediolanensis Dom-
natus visitante; Minister saoè claritate generis
noo minus, quàm ductrina, ac morum iote-
gritate conspicuus, ne digito quidem vno de-
gener à suis gloriosæ memuriæ proavis, ita vt
hinc mihi liceat colligere, fatidicoque fateri
pectore, oon multùm abesse illud temporis,
quo ipse ad supremum Regentis fastigium con-
scendat; id suis exigentibus eximijs meritis, pu-
blicoque omnium ore ei præoptante. Propterea
difficile esset, contra indicatum judicare morem
ac in oppositum os aperire; cum immutari non
debeaot, quæ certam, & uniformem in iudican-
do habuerunt interpretationem, vt sæpe dixi,
& advertit *D. R. Moles in dec. tit. de iur. adob. §. 4.
qu. 3. num. 34. Consil. Prat. discept. lib. 4. cap. 15. n.
24. ex l. filius emancipatus, 14. ff. de fals. ac Bel-
luc. in special princ. rub. 38. num. 11.* vbi morem
vetustissimæ vetustatis esse relioquendum, dicit
ex *l. testamenta omnia, C. de testam.* Vnde Chi-
dij cum Isthmum ad insulam efficiendam perfo-
dere cootenderent, responsum acceperunt ab
oraculo Delphico: *Isthmum ne molibus erigite,
ne fodite Iuppiter enim insulam fecisset, si vti-
que voluisset, Herod. lib. 1. & Plautus in trinum-
miro.*

*Moribus antiquis res stat Romana, virif-
que.*
Nam hi mores maiorum laudant,
*Eosdem lutilant quos laudant: hisce ego te ar-
tibus gratiam*
*Facio, neu colas, neu imbuas ingenium, meo
modo, & moribus.*
*Vivito antiquis: quæ ego tibi præcipio, ea
facito; nihil ego istos*
*Moror facetos mores, & turbidos, quibus bo-
ni dedecorant se.*

Verum ex hoc mioime tædet, hæc io medium
adduxisse; nam tempora faciunt, opiniones, &
decisiones immutari, *l. a. §. sed quia, C. de vet.
jur. enucleanda*, & in dies videmus, scita quæ-
dam olim recepta, inolevisse; & illis posthabi-
tis oppositum sæpè decerni, de quo *Viv. decis.
401. num. 24.* & alij, quos adduxi luculenter
in *Rit. M. C. 1. num. 18. lib. 1.* Addo *Corat. de elect.
opin. ex num. 54.* loqueotem de scitis, à quibus
sæpe recedit ipsamet Rota Romana, cuius ma-
gna est autoritas, sic conclamantibus *Gomez de
grat. expectat. num. 101. Quint. Mand. de menit.
q. 27. num. 6. Andr. Knich. de vest pact. p. 1. cap. 1.
num. 119.* notabiliter aiente ex adductis per ip-
sum liquidò liquescere lubricitatem; atque pe-
riculum argumeoti ab judicati auctoritate de-
prompti.

Feudatarius non secus, ac vsufructuarius, licèt
possit meliorare feudum absque domini voluo-
115 tate, *Tapp. decis. 12. num. 9.* post *Capyc. decis.
156. & Afflict. decis. 232.* nequit illud alienare,
teste *Suarez. alleg. 19 prope fin.* absque Regis ta-
meo assensu, non transigere *Schrader. de feud.
8. p. ampl. 14. & p. 10. sect. 1. ex num. 173.* oec in
emphyteusim concedere, *Reg. Tap. decis. 9. num.
2.* Verùm licebit, terras inutiles, nemorosas,
ac steriles sui feudi locare absque assensu, & con-
116 cedere, vt plantentur, & certa portio fru-
ctuum reddatur, dummodo hæc non sit modi-
ca, vt fraudem arguat, *And. in Const. Constitu-
tionem divæ memoriæ*, verbo *minuendis*, & ibi
*Afflict. in 14. notab num. 0 Franch. decis. 561.
Sanfelic. dec. 76. num. 6. tom. 1.*

Nec super eo compromittere ex dictis à nobis in
rit. 50. ex num. 8. lib. 1. latèque à *Altimar. ad Ro-
vit. cons. 58 lib. 3.* dicens sub *num 29.* suam opi-
nionem *cit. loc.* post scripta viso, couvallari ra-
tionibus, quibus vsus non fuit Author *Rovit.*
ibi *num. 1* necnon *Dom. Moles in decis. suprem.
son. tit. de jur. devolut. § 23. q. 2.* inquirens, an
sit sufficiens, si præstetur assensus super laudo,
& dixi in *rit. 50. num. 11.*

Testari de eo minime licet, *vulgat. cap 1. de suc-
cess feudal. Loffred consil. 11. nu. 43. Aff. in const.
hac edictali, num. 8. & in const. constitutionem
divæ memoriæ, ex num. 3. Visconti in conclus.
iur.* verbo, *feudatarius an possit*: Ne prò sua
quidem anima, *Alex. cons. 19. num. 11. vol. 6.
Ruin. cons. 2. num 2. vol. 1. Gozadin. in cap 1. an
agnat. vel filii*, vb nec vnam candelam de feu-
do relioquere posse, indicat; sequiturque *P.
Fragos. de regim. reipub. p. 3. lib 8 disp. 17. §. 5. de
natur. feud. ex num. 35.* adeout à nonnullis le-
gum Coriphæis huiusmod. testamentaria dispo-
sitio fuerit penitus improbata, etiam cum as-
sensu, quia cadere non poteras tempore habili,
& suum effectum sortiri, etiam ad beoeficium
proximi successuri, tum quia hominis disposi-
tio, vt observat *Andr. in cit. const. hac edictali*,
facit illam legis cessare, tum quia in necessita-
tibus oemo est liberalis, vt idem *Andr.* arguit
*in cap. 1. §. donare, qualiter olim feudum; Bald.
cons 397. 4 vol. Soccin. cons 72. vol. 1. Camerar. in
cap. imperialem, car 32. lit. F. Reg. Galeot. lib.
2. contr. 1. Amicangel. quæst. feud* 10. Et quam-
vis opioio invaluerit, quod possit aliquando
valere testamentum in feudis, hoc ea quippe
ratione, quia provisio hominis facit cessare
provisionem leg s, ut ex *l. 1. C. de rei vxor act. l.
hac consultissima: §. imperfecto, C. de testa-
ment.* tradunt *Feudistæ*. Propterea tunc illud
verum est, quando, vel cum Regis assensu,
vel in proxim. successoris beneficium conditum
sit testamentum, *Glos in cit const. hac edictali*,
vbi *Afflict. num. 7.* & idem in *cap. 1. de success.
feud ex num 67. & in decis. 119* etiam si feudi
fuerit facta concessio pro se, & hæredibus qui-
buscumque, vel tibi, & quibus dederis, vel
quod liceat alienare, cui volueris, nam tempore
domini egitur consensus, *Specul. in tit. de lo-
cat. §. nunc aliqua, vers. 94.* & ibi *Andr. Alex.
consil. 106. num. 4. vol. 4. & 128. vol. 5.* quin illa
verba amplectuntur dumtaxat habiles ad suc-
cedendum nempe descendentes iuxta feudi na-
turam, cum dictio vniversalis nunquam opera-
ri valeat habilitatem inhabilium, *l. 2. §. quod au-
tem prætor*, vbi *Bart. ff. qui satisd. cogant.* proin-
de

de excluditur spurius à tali feudi successione, *Bald.in conf.207.vol.2.* verbaque illa restringuntur ad personas idoneas, feudique capaces, *Afflict.in cap.1.§ naturales, in fin.si de feud.fuer. contr.inter dom.& agn.Fragos.cit.loc. vers. quinimo esta*; quod verò feudatario liceat in testa- 118 mento gravare filium super fructibus feudi hæreditarij, puta, quod de feudo det duas salmas vini pro amore Dei, scripsit *Bal.in cap.1.quib.mod.feud.amitt.* quoniam fructus separati sunt à feudo, sequitur *Affl.ibidem, nu.70. in fin.* qui, notabile id esse, nectit, & menti tenendum, cum quotidie eveniat de facto; quin in feudo hæreditario poterit gravari vsque ad concurrentem feudi valorem, dempta filij legitima, *de Franch.decis.1.num.39. Montan. controv.23.num.1.Reg.de Marin.lib.1.resol.cap.250. Reg. Marcian.disp.86.num.3. Larath. in theatr. feudal.p.12.diluc.88. num.8.* quidue in collaterali, an gravamen integrum sustineatur, inquirunt *R. de Curt.in diuers.feud.p.1. c. multoties concedens, pag.54.& 160.Bilotta conclus. feud. 27.Theodor. alleg.79 num.6. Reg.de Marin.lib.2. resol.73.& ad Revert. obser. 532.* & in masculo de familia instituto vigore gratiæ, de qua infra, scribit *Consil.Staib.resol.99.*

Substitutionem insuper fieri in feudis non licere absque ipsius Regis assensu, disponit *prag. 4,* 119 *§.6.de feud. Reg. de Ponte de potest.Proreg.tit. de refut.feud.§ 5.sub nu.31.Bilotta conclus.feud. 30.R.de Marin.lib.2.resol.c.90.* quod antea statuit *tex.in cap.1.de success.feud.* etiam si substitueretur persona immediatè post hæredem succedens, *Reg.Rovit.in cit.pragm.4.num.8.de feud.* adversus *Ann.cons.34.nu.50.Bilott.memor. conclus.30.num.6.* assensum propterea impetratum super facultate disponendi non validare substitutionem, censent *Reg. Merlin. controv. forens,* 120 *centur.2.cap.9.num.25.Consil. Staiban. lib.1. resol.61.num.22. & 46.ex de Franch.decis 153. num.28. Minad. cons.8. Reg.de Pont.cit.loc. nu. 23. Loffred.cons.7.Marta vot.221.ex nu.30.* quibus adversatur *Cons. Prat. practic. observ. 78.* sermonem quippe habentibus de substitutione vulgari, & fideicommissaria; per quas non hæredi succeditur, sed testatori, qui tum substitutionem, sivè vulgarem, sivè fideicommissariam sibi, & de sua agit hæreditate, *l. cohæredi, §.cum filia, ff. de vulg.& pupill. in princ.* in cuius testatoris personam plures actus ex vna sibi competente facientis, & cui non licet duarum personarum vice fungi, multiplicaretur dispositio, sicuti adamussim in terminis vulgaris S.C. decrevit in celebri controversia Dom. Marci Antonij Philomarino cum Ill. Comitissa Conversani, de qua *Reg.Capyc. Latr.consul.76. & 77. Reg. de Marin. lib.1. quotid.resol. tom.1. cap.126.num.76. & lib.2.cap.189. nu.89. Montan. de regal. tit. ult. vers. sed num possit feudatarius, Cons Rocc.de offic. rub. 13. §. 9. num. 60.*

Hanc verò controversiam sustulit gratia huius Regni, feudatarijs elargita in *prag.34. de feud. lib.3.* qua illis facultas data fuit, vt valeant eo- 121 rum in feudis condere maioratus, & onus adijcere fideicommissi, seù restitutionis, infra *Tom.3.* tamen limites præfixos feudorum successioni; quam eademmet gratia protraxit ad omnes personas, quæ quarto gradu continentur, ab eo descendentes, qui ipsum feudum primò acquisivit. Ex qua memorata gratia proculdubio cessant antimoniæ olim agitatæ in terminis prioris gratiæ concessæ ratione conservandi feuda in familia, de qua in *pragm.33. de feud,* disponenti, vt feudatarius habens in immediatum successorem fœminam, illam à feudi successione excludere possit, marem remotiorem in gradu tamen successibili instituendo, ut observat *d.Altimare ad Rovit.cons.83.ex num.5.& 6. lib.2.* quibus *pragm. 33.* terminis perspectis, ingens orta fuit in S.C. controuersia, an pater valeat ordinem invertere linealem, & lineæ sectæ suæ filiæ præjudicare, ac de feudo disponere in beneficium fratris, vel alterius agnati, in causa D. Joannæ Laudato, filiæ Don Andreæ Ducis Marzani cum D. Josepho Laudato patruo instituto hærede in feudalibus, ac burgensaticis; in qua acriter ad libellam revocati fuere articuli, an vi gratiæ prædictæ in *cit. prag. 33.* liceat feudatario proprias excludere filias, & descendentes? ad regulam *tex. in l. generaliter, §. cum autem, C. de instit. & substit. l. cum avus, ff. de condit. & demon. l. cum acutissimi, C. de fideicom. & l. ex facto, in princ. ff. de vul.* ex quibus illud eruitur, non esse verisimile, velle patrem, propriam excludere filiam; imo Principis concessiones non procedere, ait *Paul. de Castr. in cit.l. ex facto, num.7.* in exclusionem fœminarum, nisi expressà excludantur, *arg. tex. in §. illud, & §. generaliter, auth. quib. mod. natur.effic.sui,* atque est in proprijs terminis *tex.in c.1.de duob. fratr.à capit.invest.* vbi fœmina orta ex vno è duobus fratribus, qui acquisivarant feudum pro seipsis, ac hæredibus masculis, & ipsis deficientibus, admitterentur fœminæ, fuit admissa ad portionem patris sui, excluso patruo, ea ratione, quia concessio exclusionis fœminarum, & vocationis masculorum non comprehendit propriarum filiarum, necnon descendentium exclusionem, ex *Iser. Bald. & Aluarot.in dict.cap.*

Quod etiam colligi videtur ab altera ex rationibus expressis in gratiæ petitione, quia scilicet nullum inferretur præjudicium fœminis, valere feudatarium illas gravare super feudo vsque ad feudi valorem; quæ quidem ratio minimè adaptari poterit respectu filiarum: quæ, etiam si feudum esset hæreditarium, nequirent gravari in toto pretio feudi, sed in eo, quod superest deducta legitima super corpore ipsius feudi, vt diximus supra *n.118.*

Altera fuit in illa hypothesi excitata quæstio, an ad excludendas fœminas requiratur necessariò: ut illis provideatur de dote: attentis, quod Barones cum petierunt huiusmodi gratiam à Rege, ita se obstrinxerunt, & per gratiam ipsam sic in beneficium mulieris disponitur, vt scilicet valeat feudatarius super feudis id, quod ipsi videbitur, statuere pro dote, si non fuerit nupta; & si nupta, aliquid benevolentiæ causa relinquere, & esse necessarium requisitum gratiæ, aiunt *Montan. in §. fin.post num.7.de regalibus,*

libus, *Laratha dilucid.*81.*Consil.Roccus resp.*44. saltem in eo sensu, quod valeat hoc feudatarius facere, quando; uti gratia exoptat: Utriusq; partis Advocatorum responsa in memorata causa refer bit *Carol.Anton.de Luca de linea leg.art.*4.*ex num.*24.*cum seq.* cuius opinionem in gratiam filiæ ad de *Franch.ad decis.*1.*num.*5. *& in append.& post cent.*2. patronus filiæ tuetur, occurrens motivis in oppositum adductis ab *Altimare ad Rovit.cons.*1.*num.*23.qui quidem *Luca* suam convallat aleam in eodem *art.*4.*n.*51. necnon *in art.*6.*num* 105.

An autem substitutio pupillaris in feudalibus, titulo quoque decoratis, validetur assensu generali vi gratiæ in *mem.pragm.*35. famigerata, & celebris orta fuit disceptatio in causa successio-
122 nis Status Andriæ ob ultimum elogium Ill. Ducis D. Fabritij Carrafa; qui instituit eius filium infantem D. Carolum Comitem Ruborum in omnibus bonis burgensatieis; & feudalibus, titulo etiam insignitis; cavitque deinde his verbis: *Morendo, quod absit, il Conte mio figlio in pupillari ætate, ò quandocunque senza figli; in detti miei beni cosi burgensatici, come feudali, succeda, & debbia succedere il Signor D. Hettorre Carrafa mio Zio tanto maggiormente, che la Signora D. Emilia Carrafa Duchessa di Madaloni mia sorella hà promesso di renunciare*, in qua quidem hypothesi fuerunt ad trutinam deducti plures iuris articuli, ac præ cæteris.

An assensus ex gratia impartitus substitutionem pupillarem amplectetur, & num veritate nitatur distinctio illa deducta ex *l. si is, qui ex bonis*, 6. *ff. de vulg. & pupill. substit.* quod fieri illa possit in feudis proprijs pupilli, non autem in feudis paternis?

Militantes pro substitutione, minime hæsitari posse, dicebant, quòd sicuti D. Carolus, qui decessit in pupillari ætate, si decessisset pubes, & sui iuris post mortem patris, potuisset de feudis suis disponere in dictum D. Hectorem patruum magnum proximiorem successurum, exclusa amita, & eius filiabus sororibus suis amitinis: ità quoque hoc idem fieri potuisset per substitutionem pupillarem ab Illust. Duce Andriæ D. Fabritio patre dicti D. Caroli iure patriæ potestatis substituendo ipsum D. Hectorem in feudis. Siquidem favore pupilli introductum reperitur in iure, licere patri pro filio, cui testamenti factio vetita est à lege, ne decederet necessario intestatus, ipsi filio impuberi hæredem statuere substitutionem pupillarem, ut in *princ.Instit.de pupill. subst. et l. si pupillus* 42. *ff. de acquir.hared.* honor enim pupillo est cum testamento decedere, & cum hæredem habere, quem pater pro ipso pupillo fecit; ita quod si quis pupillarem substitutionem subvertere conaretur, & honorem subvertisse dicendus esset, & utilitatem ipsius pupilli, ut observant *Ferrer. in constitut.Catalon.las impuberes, glos.* 1. *num.* 100. *et Petr. Gregor. Syntagm. iur. univ. p.*3.*lib.*42.*cap.*23 *num.*4.

Quapropter iure patriæ potestatis licet patri vi pupillaris substitutionis uti eadem facultate, quæ filio suo competeret, si pubes, & sui iuris
123 esset, quamvis pater huiusmodi facultatem non haberet ex propria sua persona, *per tex. in l. Papinianus, §. sed nec impuberis, ver.nec patris frater, ff. de inoffic.testam.* de quo meminit quoque *Montan.contr.*68. *sub num.*8. adeo quod potest pater per pupillarem substitutionem excludere non solùm hæredes legitimos filij sui pupilli, verùm etiam vocatos ex providentia maiorum in casu, quod ipse pupillus decederet absque filijs; & absque testamento, *Cardin.Paris.cons* 15.*num.*5.*& per totum vol.*3. *Fusar.de subst.quæst.*444. *num.*2. *Barry. de success. lib* 17.*titul.an conditio possit impleri pro parte, num.* 7. prout hoc etiam fieri potuit à patre ad Domini exclusionem; si statuto, vel consuetudine aliquâ Dominus deberet succedere vassallo suo decedenti absque liberis, & absque testamento; nam pater substituendo alium pupillariter pro filio suo impubere, excludit Dominum, prout excluderetur ab ipso filio, si pubes factus & sui iuris conderet testamentum, ut *Jacob. de S.Georg.* advertit *de homag.p.*2.*num.* 27. Imò si filius habeat aliquod officium regale cum facultate nominandi sibi unum successorem, sicuti ipse si decederet testabilis, posset nominare ad officium suum successorem vigore facultatis, ita talem nominationem facere poterit pater testis pupillariter pro filio suo impubere, *Montan. de regal.offic.num.* 5.*fol. mihi* 213. *Caldas de nominat.emphyt.lib.*2.*ordin lib.*4.*tit.*62.*quæst.*4.*n.*3. *&* 4. *Molin.de iust. & iur.tom.*2 *disp.*480.*nu.*8.*&* 10. *& disp.*182.*ac* 184.ex *Segur,in l.unum ex familia, §.sed si fundum.ff.de legat.*2.

Et propterea si patri fuisset interdicta aliqua dispositio, bonorum alienatio, quæ fuit filio suo permissa; posset pater per substitutionem pupillarem de re, cui ipsi vetita est alienatio, valide disponere: nam dispositio diceretur filii, & non patris: et sic ipsa filii persona inspicitur non verò patris, ut *Bald.cons.*462. *lib.*5.et ideo si matri reperitur prohibita successio filii aliquo statuto, nisi ipsa instituatur, potest mater vocata à patre impuberis per substitutionem pupillarem succedere, ex *Bald.cons* 516. *& cons.* 42.*vol.*3. ac ratio est: nam substitutio pupillaris censetur testamentum filii; & reputatur, ac si ab eo fuisset conditum, quoties id magis ex-
123 pedit; et ad illius firmitatem, atque robur, ut in *d.§ sed nec impuberis, vers.nec patris frater, Petr.Barb.in l.*2.*num.*149.*&* 150.*ff.de vulg. & pupill.Anton. Merend.controv.jur.lib* 4.*cap.*6.*num.*12.*&* 13. *cum seq.* et substitutus impuberis hæreditatem adipiscitur mediante persona patris, qui ex interpretatione juris censetur una, et eadem persona, *citat. l. Papinianus, §. sed nec impuberis, & l.* 2. *§. prius, ff. de vulg. Cald.de nomin.emphyt.lib.*2. *ord.lib.*4. *tit* 62.*qu.*4.*num.*3. *Anton.Merend.mem.cap.*6.*num.*12. *&* 13. & proinde omnia contenta in tabulis pupillaribus habentur, ac si ab illo pupillo fuissent facta, *Argel.de acquir. possess. qu.* 7. *art.*3.*num.*94. imò dicuntur duo testamenta, unum scilicet patris, et alterum filii, *l si ita scriptum. §. fin.ff.de bonor.poss. secundum tabul. l. patris, & filii, ff.de vulg.* juxta Proculeianorum effatum, ex quorum sententia duplicium tabularum appella-

pellatio fluxit, *l. in duplicibus*, *ff. ad l. falcid.* rationibus ducti, quod ubi unicum est testamentum, uno contextu id perficiendum est, *l. heres*, 21. *§ ultim ff qui testam facer. poss.* At patri uno hora licet hæredem sibi facere, et altera filio, *l. si quis eum*, 16. *§. 1 ff de vulgar. & pupill.* unius testamenti duæ dari hæreditates non possunt, *l. iurisperitos*, 33 *§. 1. ff. de excus. l. quod contra*, 14. *§. 1. ff. de regal. iur.* hoc autem casu duæ dantur hæreditates, una patris, altera filii. *l. sed si plures*, 10. *§. 3. ff. de vulg. Merend. eod. cap. 1. num. 12. ex text. in §. igitur*, *Instit. de pupill. subst.* quod confirmant *Bal. cons. 42. num. 3. vol. 3. Barbos. in l. patris*, *& filii*, 20. *num. 2. & 9. ff. de vulgar. Berrovii ad not. ad Vuessembec. in lib. 28. ff. tit. 6. de vulg. & pupill. lit. A. pag. 490. Ja. Anton. Bellen. de jur. accresc. cap. 5. quæst. 43. ex num. 39. tom. 1. Donell. comm. jur. civil. lib. 5. cap. 25. lit. F. & G. Altegr. cons. 91. ex num. 29. tom. 1. Trentacinq. resp. p. 2. cap. 3. num. 3. Vacan. lib. 4. declarat. 63. num. 6.* adeo quod huiusmodi substitutio pupillaris impropriè substitutio, propriè verò suapte natura potius institutio, quàm substitutio, appelletur: licèt ex usu populi, cujus moribus pupillaris substitutio introducta fuit, nomen substitutionis retinuisset, dem *Merend.* advertit *cit. loc. ex num. 12. ex Ulpian. in fragm. tit. 22. ad fin. versic. heredes autem instituti*, & propterea substitutus pupillaris succedit pupilli hæreditati uti primus institutus, juxta placitum *Paulide Castro in l. 1. nu. 1. in fin. ff de vulg. Fabr. lib. 6. tit. 14. de edict. D. Andr. tollen. defin. 6. & de error. pragm. decad. 33. error. 6. num. 13.* ac aliorum.

Hinc tabulæ pupillares non incipiunt habere vires à die dispositionis patris disponentis pro filio impubere, sed à tempore mortis patris; quia filius pupillus nequit, antea quam moriatur pater, videri testatus, dum est in patria potestate constitutus; & ideo non attenditur tempus conditi testamenti, sed mortis patris, ut *Petr. Barbos. in l. meribus*, *num. 81. ff. de vulg. & pupill.* et ibi *Alciat. num. 27. Vulteius in princip. Instit. de pupill num. 1. Vigl. in rubr. de pupill. num. 5.* cum latis sit, pupillum reperiri capacem tempore mortis sui ipsius, licèt fuerit incapax tempore mortis patris, dum agitur de hæreditate pupilli, non patris, *Alex. in l. si quis heres*, *ff. de vulg. & pupill.* & proinde indulta facultate disponendi de feudis, concessa censetur facultas pupillariter substituendi, utpotè quia substitutio sit pars subjectiva testamenti, dum filius ipse pupillus videtur uti concessione gratiæ vi substitutionis pupillaris à patre actæ nomine ipsius pupilli, concludebant, ex *Camia in cap. si aliquem vers. antiquis*, *nu. 93. Camer. in cap. imperialem*, *pag. 60. lit. N. vers. quoad quartum*, *Prat. cit. observ. 78. & lib. 3. discept. cap. 44. num. 54. Capyc. Latr. cit. consult. 76. num. 35. & consult. 58. tom. 2.* & aliis.

Cæteri verò objiciebant, tum quia ipsa gratia intelligenda est de actu vero, minimè autem de actu ficto, pupillaris enim substitutio fictè, & impropriè dicitur testamentum filii, ex *Bart. in cit. l. Papinianus*, *§. sed nec impuberis*, *Surd. cons. 31. num. 43. & cons. 140. Pusar. de subst. qu. 8.* probat *Giurb. decis. 11. ex §. qua ratione*, *vers. cogitur ff. de vulg.* quem *Barbat.* carpit in *tract. de divid fruct par. 1. cap. 3. ex num. 24.* non deferentem *Bart. cons. 8. pal. 1.* et *Polid. R. pa obs. 51.* à cujus morsu ipsemet *Giurba* se tuetur in *obser. 72. à num. 8. ex Bart.* & aliis necnon *Paschal. de patr. potest. par. 1. cap 9. num. 13.* actus autem ficti in feudis minimè quidem locum vendicant, & proindè substitutio pupillaris nequaquam complecti potest, ex exaratis plenè à *Magon. dec. Floren. 14. num. 17. & 19.* Re enim vera unum, & simplex dicitur testamentum, juxta sententiam Sabinianorum, quoniam unica solemnitate contentum est, veluti unis septem testium signaculis, simul eademque hora, & contextu fiunt, & quamvis alia sit patris, alia filii hæreditas, hæreditates tamen istæ sic conjunguntur, ut unica ex his falcidia detrahatur, confusis, contribuisque legatis, quæ in utriusque tabulis relicta sunt, *l. in ratione*, *§. quod vulgo*, *ff. ad l. falcid.* & sic sequunt *Cuiac Franc. Hotman. Theophilus Græcus*, *Vulteius*, *Port Arnold. Vinnius*, *Bellon. Broeus. Viglius. Minsyng. in cit. §. igitur*, *Instit. de pupill subst. Castill. lib. 2. cap. 14. Harprecht. p. 1. assir. 19. dis. 3. lit B. Gratian. discept. 161. num. 6. Gomes. tom. 2. cap. 4 num 7.* quod quidem confirmabant eo, quod potest pater substituere filio pupillo hæredem suum necessarium, qui aliàs respectu filii non esset hæres necessarius, ut in *l. 3. ff. de vulg. l. sed si plures*, *§. quod possum*, *ff. eod. tit.* unde valet pater substituere pupillo filio suo posthumum fratrem nasciturum, & hæredem patris, qui quidem posthumus respectu fratris non esset hæres necessarius ut in *l. heres ff. de requir. heredit. & dict. §. quod possum*, quod aliàs si substitutio pupillaris esset testamentum filii, pater hoc facere non valeret, ut *Hugo Donell. 6. commeat. cap. 37.* advertit prout potest pater matrem pupilli excludere à legitima per substitutionem pupillarem, ex *l. Papinianus*, *§. sed nec impuberis ff. de inoff. testam.* quod quidem fieri non posset à filio, si substitutio pupillaris esset testamentum filii, & factum nomine filii; nam qui non potest per se, nec potest per alium, vulgatis *juribus*, ubi notandum erit, quod pupillaris substitutio potest etiam fieri filio pupillo exhæredato, ut ex *l. ab exheredati*, 129. *ff. de legat. 1. l. quod primo ff. ad l. falcid. & l in ratione § fin. ff. eod. titul.* Quod robur recipit ex *mem. pragm. 4. de feud.* prout benè Proregibus eorum assensum impartiri feudalibus dispositionibus, in quibus substitutio absit; quælibet proindè gratia subsequens, qua facultas disponendi conceditur, licèt sit apta comprehendere alios modos disponendi, ad actum tamen substitutionis haud protrahitur, illamque non complectitur, nisi expressè dicatur, etiam cum abolitione, & derogatione memoratæ *pragm. Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. de refut feud § 5. n 31. & 32. Reg. de Marin. lib. 1. cit. cap. 126. num. 76. Cons. Racc. mem. rub. 13. num. 4. Lsratha par. 9. dilucid. 81.* tum quia assensus gratiæ est dispensatio contra formam juris feudalis; quo attento, prohibitum est fieri substitutionem in feudis; in assensu autem nunquam fit interpretatio, quamvis

vis vigeat eadem, vel major ratio, & licèt sit gratia Principis; eo maxime si casus, ad quem erit facienda extensio, fuisset de jure communi prohibitus, vt in præsenti hypothesi; & proindè concessa facultate testandi de feudis, concessio nequit extendi ad substitutionem, quamvis eadem, vel maior ratio vigeret in substitutione, quam in testamento; nam cum vtrumque æquè prohibitum sit feudatario, testari scilicet, & substituere, concessa à Principe licentia testandi, nequit concessio extendi ad similem modum substituendi, cum dispensatio semper strictissime sit intelligenda, vt *Andr. in cap. 1. §. donare, tit. quando olim pot. feud. alien. Innocen. cap. dilectus, de temp. ordin. Camer. in cap. Imperialem, cart. 44. lit. M. & lit. C.* & proindè assensus dictæ gratiæ minimè comprehendere pupillarem substitutionem potest.

Quamobrem fit, quod concussa facultate vendendi feudum uni, non extenditur ad venditionem, quæ fieret alteri, ut post *Andr. mem. cap. imperialem, Montan. cart. 47. lit. M.* si quidem assensus extendi nequit, nec de re ad rem, nec de persona ad personam, nec de contractu ad contractum, ut dixi alibi, etiam si ille fuerit concessus contractui, qui juxta propriam significationem vocabuli potuisset comprehendere alium contractum, nisi expresse dicatur, *Camer. loc.* pluries *cit.* & proinde est, quod concessa facultate donandi, assensus non extenditur ad donationem causa mortis, quamvis certum sit, quod donare, comprehendat utramque donationem, *Camer. ibidem, cart. 48. lit. B.* & licèt per gratiam *mem. pragm. 33.* concessum sit feudatariis, disponere de feudis in masculum remotiorem, exclusa fœmina proximiore, & verbum disponere posset comprehendere testamentum, & substitutionem; quia tamen utrumque vetitum est feudatario, testari scilicet, & substituere, concessa licentia disponendi, non videtur concessa ad substituendum, quod est prohibitum æquè ac testamentum; ex *Camer. cit. cart. 48. lit. B. & M.*

Quod adeò veritate nititur, ut assensus ad validandum testamentum præstitor: si non valet uti testamentum in scriptis, non extenditur ad testamentum, quod forsan valeret ex clausula codicillari uti nuncupativum, vel uti codicillus, *Maurus alleg. 16.* sicut si præstetur assensus ad alienandum feudum, non extenditur ad illus obligandum, vt *Montan. in l. Imperialem, n. 33. vers. sed contra prædicta, per tex. in l. si pupillorum, §. si prætor, ff. de reb. eor.* vbi concessa tutori libertate alienandi bona pupilli, si tamen tutor illa obligaverit, obligatio non valet, ex ea ratione, quia in quolibet actu faciendo de bonis pupilli requiritur assensus, sivè decretum judicis, ex *text. in l. 1. cum duabus sequent. ff. de reb. eor.* quando aliquis actus permittitur à judice, cæteri actus remanent sub prohibitione juris communis, vt *Montan.* notat *indic. loc. num. 34.* & proindè dum per assensum dictæ gratiæ *pragm. 33.* concessa est facultas disponendi de feudis in masculum remotiorem, talis facultas minimè comprehendit substitutionem.

Quæ omnia maius robur accipiunt ex *tex. in l. si is, qui ex bonis, 6 ff. de vulg. & pupill.* quo disponitur, ut filius naturalis tantùm, qui prohibitus est succedere patri, licèt non prohibeatur succedere fratri, etiam vigore dispositionis comprehensæ in pupillari substitutione in bonis tamen paternis pupillo fratri suo filio legitimo, & naturali obventis non habebit, nisi tantum duas vncias; & propterea quamvis præfatus D. Hector bona Ducis D. Caroli pupilli propria capere potuisset vti proximior, si D. Carolus ad ejus beneficium disposuisset, sivè per se, sivè per Ducem D. Fabritium patrem jure patrio per pupillarem substitutionem, non tamen capax erat succedendi ad feuda paterna dicti Ducis D. Caroli, dum in eis nequiverat D. Hector hæres institui à Duce D. Fabritio, qui præcedebatur à præfato Duce D. Carolo.

Hujusmodi tamen *textus* distinctionem fallacem autumabant, adversam sustinentes aleam; si quidem illius dispositio non simpliciter nititur, quòd filius naturalis sit incapax succedendi patri propter existentiam filii legitimi, & naturalis impuberis, sed quia concurrebat aliquod vitium, vel ex parte patris, vel ipsiusmet substituti, vt *Paul. de Castr.* advertit *in cit. l. si is, qui ex bonis, num. 4 in fine*, vel commune tam patri, quam filio; & proindè dum dispositio *text.* procedit respectu eius, qui est incapax bonorum paternorum in pœnam ratione alicuius vitii proprii patris, vel sit commune patri, & filio, nullo pacto adaptari posse ad huiusmodi successionem, quoniam D. Hector prorsus nequiverat succedere Duci D. Fabritio patri Ducis D. Caroli pupilli in feudis, non in pœnam propter aliquod vitium eiusdem Ducis D. Fabritii, vel commune ambobus, sed propter defectum assensus hominis, vel legis, quia non erat proximè successurus D. Fabritio patri pupilli; siquidem disponere, sive testari de feudis etiam in extraneum, sivè in alium, quam in immediatè successurum, non est prohibitum simpliciter, sed propter quoddam extrinsecum, nempe assensum Domini, prout prohibitum est disponere, & testari de re aliena, ex *Camerar. in cit. cap. Imperialem pag. 63. col. 2. lit. K. & fol. 46. lit. M.*

Præterea *text. in cit. l. si is, qui ex bonis*, non rectè collimare videbatur controversæ hypothesi, ex eo præcipuè, quòd D. Hector nequiverat feuda immediatè habere à patre dicti Ducis D. Caroli; nam hoc solummodo respiciebat favorem ipsius D. Caroli pupilli, etenim si ipse non extitisset, vtiq; potuisset præfatus Dux D. Fabritius vigore dictæ gratiæ disponere de feudis suis in beneficium ipsius D. Hectoris, & proindè favor pupilli non solum non impedit, sed operatur, vt ille, qui nequit ob existentiam, & favorem pupilli bona à patre pupilli accipere, valeat per substitutionem pupillarem, quæ est introducta favore ipsius pupilli, eadem bona paterna capere, vt *Alex. in cit. l. si is, qui ex bonis, num. 4. in fin. vers. quem confirma, & num. 5.* subnectens, posse filium naturalem substitutum pupillariter à patre suo alteri filio legitimo, & naturali, etiam bona paterna habere; nam licèt existente filio legitimo, & naturali, natu-

lis

ralis duntaxat nequeat, nisi vnciam consequi in bonis paternis, hoc tamen est favore ipsius filii legitimi, & naturalis, qui si minime extaret, vtique potuisset naturalis tantùm in omnibus paternis bonis succedere, & ideo si juxta tradita ab *Alex. loc. cit.* filius naturalis, qui nequit succedere patri, non solùm ob existentiam filii legitimi, & naturalis, sed etiam ob vitium paternum, adhuc per pupillarem substitutionem potest vniversa bona paterna capere, multò magis poterat D. Hector, qui non erat incapax ratione alicuius vitii, sed ob existentiam Ducis D. Caroli pupilli, eadem feudalia Ducis D. Fabritii vigore pupillaris substitutionis acquirere.

Siquidem cum prohibitio alienandi, vel disponendi non oritur ratione alicuius vitii disponentis, vel ejus, ad cujus beneficium fit ipsa dispositio, sed ratione rei, cuius alienatio prohibita est à lege, vel ab homine; quando tamen huiusmodi prohibitio, quæ nocet patri disponenti, non obest filio, valet pater per substitutionem pupillarem de ea re disponere; nam dispositio videtur facta à filio, cui non est vetitum, vt *Bald.* indicat *cons. 461. lib. 5.* Imò cum quis est incapax capere bona patris testatoris ratione alicuius vitii, si tamen reperiatur substitutus pupillariter à patre filio impuberi legitimo, & naturali; legitimam, aliaque bona, quæ pater tenetur filio legitimò, & naturali relinquere, vel ex providentia legis, vel ex restitutione necessaria, capere quidem proculdubio poterit, vt ex *text. in l. ita fidei, §. fin. ff. de jure fisci*, sustinent *Costa in c. si pater, 2. par. verbo, bona omnia, à num. 8. de testamen. in 6. Thes. quæst. forens. lib. 3. qu. 119 num. 2. Petrus Barbos. in mem. l. si is, qui ex bonis, à num. 56.* ita limitantes textum prædictum. Hinc dum in Regno corpus feudi de necessitate relinquendum sit agnato proximè successuro vocato in investitura, licèt possit gravari in eius pretio, vt diximus, meritò D. Hector, quamvis feuda Ducis D. Fabritii patris Ducis D. Caroli impuberis in quacumque causa capere nequivisset, quia tamen non erat incapax illa capere à Duce D. Carolo impuberi, cui erant feuda necessariò relinquenda, merito poterat vigore pupillaris substitutionis, illa vtpote pupilli bona acquirere, juxta *text. in d. l. ita fidei, §. fin. & DD.* quos mox supra adduximus.

Gratiam verò huiusmodi *pragm. 33.* contendebant D. Hectoris Patroni, vel in feudis emptis prodesse, & locum habere, attenta ratione petitionis eiusdem gratiæ, ne scilicet feuda tanto tempore, multisque parta laboribus, & servitiis statim amittantur, sub qua ratione continentur etiam feuda empta; nam verba illa, nempè *multis laboribus, & servitiis*, non opponuntur feudis emptis, sed solummodo adversantur feudis gratis concessis, & tamen tam feuda empta, quam gratis impertita, veram feudorum habent naturam: nam pretium, sive servitia non dicuntur esse in causa concessionis sed solummodo beneficium, & futura fidelitas, teste *Camer. in cap. Imperialem, §. præterea ducatus, fol. 97. lit. Q. & seq. ex l. Titius, ff. de obseq.* *præstand.* ac proinde dum petitio, & gratiæ concessio fuit generalis, nempè vt de quibuscumque feudis hæreditariis disponere valeret feudatarius, meritò licèt in petitione sit dictum, quod feuda acquisita laboribus, & servitiis statim amitterentur, talia tamen verba haud fuerunt apposita taxativè, nec restringunt petitionis, sive concessionis conclusionem, quæ est generalis, *de Pont. cons. 72. num. 13. versic. & si fundatum est, tom. 1.* post *Camer. in dict. cap. Imperialem, carta 51. lit. R. S. & T. & lit. P.* vt observaut *Montan. de regal. § fin. num. 21. vers. hinc infertur, Rovit decis. 94. num. 2. 3. 14. & 30. Consiliar. Roccus in rubr. 13. glos. quartus casus, §. 4. num. 73.*

Siquidem ut feudum sit nobile, paradogium, sive nobilitatem tribuat, sufficit, quod in eo adsint vasalli, exerceatur jurisdictio, & immediate Regi teneatur; cum in hoc consistat feudi nobilis, & quaternati essentia; adeo quod si aliquis rusticus illud emerit, procul dubio nobilis efficitur, ut *Afflict. in cap. 1. §. ex eadem l. num. 4. tit. de leg. Corrad. & in cap. 1. rub. 10. quis dicat. dux num. 7. & 12.* quod quidem absque hæsitatione procedit in Regno, ubi ex usu regionis omnia feuda, & tituli pretio comparantur, & possessores nobiles efficiuntur, ex *Rosental. de feud. cap. 1. concl. 2. num. 9.* Et parvi refert: quod sit illud pretio comparantur, & enim esset, quod accedant dignitates Regales Ducatus, sivè Comitatus, quibus feuda decorantur in remunerationem fidelitatis & eorum, quæ gesta fuerunt pro Rege ut in feudis Ducatus Andriæ, ex *text. in cap. 1. tit. quis dicatur Dux, Comes, & Marchio Bart. in l. 1. num. 69. C. de dignit. Rosental. de feud. cit. cap. 1. conclus. 2. num. 4. & in allegat. lit. E. F.* ac proinde gratiam prædictam locum habere in feudis etiam emptis, eoque magis, quia illa sermocinatur tam de feudis quaternatis, quam non quaternatis; & proinde complectitur etiam, quæ non tenentur à Rege, & nobilia minime sunt, nec in petitione, et concessione gratiæ habita fuit solummodo ratio nobilitatis, et decoris, ut feuda antiqua à prædecessoribus acquisita conserventur in successoribus posteris, sed et agnationis, ac familiæ: quæ latius intelligitur, nam conservatur per divitias, ut *Curtius senior* notat *cons. 9. num. 28. vers. ad ultimum*, et propterea etiam in feudis novis ita concludunt *Montan. de regal. §. fin. num. 1. vers. hinc infertur. Cons. Rocc. cit. rub. 13. Glos. quartus casus, §. 4. num. 73.* Oppositum adversarii dicebant ex *l. cum neque, ubi Luc. de Penn. C. de incolis lib. 10. l. 2. C. de prædiis, & omnib. reb. navicular. Bald. in cap. 1. § ex eadem lege, de leg. Corradi, Tiraquel. de nobil. c. 7. n. 14. Iacobut. de Franch. in præludiis feudorum, tit. species feudorum, quot sint, n. 30.* itaut feudum emptum neque propriè feudum dicatur, ut in *cap. 1. de feud. dat. in vim legis commiss. Consil. Andr. Provens. in consuet. si quis, vel si qua, de success. ab intest. Giza ad Capyc. Latro decis. 35. num. 26. lib. 1.* qua de re ipsemet in *rit. 46. num. 15. & rit. 50. num. 18. lib. 1.* et quamvis juxta effatum *Bald. in proæm. feud.*

feud.& in cit.cap.1 §.cateri, tit. quit dicatur Dux, quem laudat *Iacobut.de Franch.mem loc. ex num.33.* quodlibet feudum antiquum nobilitat, non novum; qui a oobilitas minimè recente nascitur ut dicebam in *tit.160.sub num. 10.lib.1.* et hoc non quia feudum, sed quia ipsemet antiquæ divitiæ nobilitatem tribuunt, cum nobilitas nihil aliud sit, quam divitiæ inveteratæ, *Alber.de Rosata in rub. ff. de vulg. & pupill substit.char.17.verf 3.idem probatur, Petr.à Bellapertic.in l.humilem, in fin.C.de incest. nupt.* vera tamen nobilitas est, quæ non solum majorum divitias ostentat, sed junctim illorum virtutes, ex *Bart. in l. 1. C. de dignitat.lib.12.* notante, quod nobilitas est æris, et divitiarum antiqua possessio cum pulchris regiminibus, et moribus, *Felin. in cap.super, lectura 2.col.4 de testib.Purpur.in l.1.char.12. verf. tertium ponens exemplum ff. de jurisdict. omn. judic. Guid. Papa singul. 785. Tiraq. de nobilit. cap.3.num.11.*& diximus in *cit. 160. sub num. 16.* quem laudat *Altimar. ad Rovit consil. 83. lib.3.*

Ad hanc propterea veram nobilitatem tuendam in posteris familiæ, in quibus deberent non solum divitiæ, sed etiam insignia, arma ac feuda, progenitorum virtutes, & clara gesta majorum indicantia perpetuo conservari, gratiam respexisse, quam oonnisi de feudis multo labore partis, & non de emptis, ac novis loqui, concludebant.

Insuper D.Hectoris jura tuentes ajebant, validè licuisse D. Fabritio fideicommossi onus imponere in feudis in beneficium ipsius, attenta gratia anni 1655. in *cit.pragm.34.* qua concessum fuit omnibus feudatariis, ut valerent in eorum feudis ad finem conservandi illa in agnatione statuere majoratus, & fideicommissa infra tamen terminos successionis, feudorum, quæ per eandem gratiam fuit prorogata inter omnes personas usque ad quartum gradum descendentes à primo acquirente feudum; unde cum ipse Don Hector patruus magnus ducis D. Caroli ultimo loco defuncti conjunctus erat illi quarto gradu, nec aderat alius masculus agnatus, ad finem videndi, an ipse D.Hector erat ætate major bene per substitutionem fideicommissariam comprehensam sub compendiosa potuisset illum vocare Dux D.Fabritius, moriente Duce D. Carolo absque liberis, cum vigore gratiæ valeat feudatarius majoratus in feudis iubere, & fideicommissum successivum apponere inter conjunctos usque ad quartum gradum; & proinde excludere fœminas proximiores per substitutiones fideicommissarias habentes tractum successivum, ut ex *Altim.ad Ravit. cons. 83.* dixi supra *num.121.verf.hanc vero*, verba enim illa (sofra terminos tamen successionis permissæ,) quæ dictæ gratiæ est extensa usque ad quartum gradum, includunt omnia, & singula, quæ continentur inter extrema, et excludunt solummodo ea, quæ sunt extra, ut in *cap.1.& cap.ex tua, de auth & usu pallii, Barbos.de diction. diction. 161. num. 5. & 6.* et per dictionem *inter*, conceditur facultas eligendi unum de comprehensis in quarto gradu, ut pote in unum corpus redactis, ex *Castill. quotidian.contrrov.lib.2.cap.26.num.58.per tex.in l. cum pater, §.cum inter, ff.de leg.2.& Mieres de majorasu par.1.quast.72.num.2.*

Qua de re potest feudatarius majoratus, et fidei. commissum ita statuere, & illum vocare, sivè eliggere, qui sit in quarto gradu, & excludere alium tertii gradus, quia inter eos nullus ordo fuit à gratia præfixus, per *text.in l. unum ex familia, § si de falcidia*, ibi: *in eodem vel dispari gradu*, ubique *Bart.num.4. Bald. num. 2.Paul de Castr.num.2.& Peralta num. 12. ff.de leg.2.* & in terminis *Lodovic.Molin.de hispanar. primogen.lib.2.cap.11.à num.11. verf.in contrarium*, quod procedere etiam voluit in facultate condendi majoratus inter consanguineos, ut possit vocari remotior, excluso proximiore, *Mieret cit. quast. 72. num. 2. Guttier.pract. quast.67.num.3.lib.2.Robles de representatione, lib.3.cap.5.num.5.* quod quidem pro indubitato etiam, ad exclusionem fœminarum proximiorum, tenet *Castill memor.lib.4. cap.36.num.50. versic.de alio tamen dubitari non valet, Molin. citat.lib.2.cap.12.à num.51.ad 53.*

Et licet regulare sit in primogeniis fœminam proximiorem non posse excludi, nisi à masculo ejusdem gradus, & lineæ, quando attamen viget, & existit expressa ratio conservationis familiæ, et agnationis, tunc quilibet masculus cujusvis gradus, sivè lineæ potior erit fœmina, et illam excludit *Avendan.in l.40.Tauri, glos. 9.num.49.Cafanat.cons.47.num 60. & 66.Fontanell.decis.36.num.9.verf.ubi hoc amplius, Caravus resol.128.num.3 a.& Gratian. discept. cap. 621.num.7.* qui ait, hoc procedere etiam si ratio agnationis minimè fuisset expressa, sed colligeretur ex conjecturis; quod prius admodum placuit *Cafanat.cit.cons.47. ex num.13.* et propterea dum causa obtinendi gratiam præd.ctam a Rege, fuit ratio conservationis agnationis, et familiæ: meritò potuit præfatus D Hector patruus magnus, quia erat in quarto gradu, vocari a Duce D. Fabritio per fideicommissariam substitutionem, exclusis fœminis proximioribus Ducis D.Caroli, in omni enim casu, ubi locum vendicat causa conservationis familiæ, et agnationis, locum etiam habet gratia memorata, ex *Camer. in cap. imperialem, fol.53. lit.K.* maxime quia fuit concessa in forma ampla, quæ favorabilior est, ut *Molin de hispaniar.primogen.lib.2 cap.11.num.16.* scribit.

Quod magis procedere dicebant, attenta consuetudine Regni nostri, totiusque Italiæ, quibus appellatione illorum, per quos conservatur familia, solùm masculi intelliguntur, ita ut instituto majoratu in Italia pro conservatione familiæ, masculus linea, et gradu remotior excludat fœminam proximiorem, post *Molin.de primogen.lib.3. cap.4 num.10. & 11.* qui etsi annuat, quod in Hispania, quando statuitur majoratus favore Domus, sivè familiæ, fœmina proximior nõ excludatur, nisi à masculo ejusdem gradus et lineæ; quia nomina, domus, familia, posteri, et descendentes confundi solent ex consuetudine; id tamen haud procedit in hoc Regno, in quo consuetudines, et stylus

diversi vigent, etenim consuetudo, sivè lex unius Regni minimè habent locum in alio, *R. de Ponte cons.131. num 89.tom.2. Andr.ad Specul.tit.de citat.§ sequitur, Loffred cons.3. num. 42.* atque ad id eadem ratione ducuntur *Anell. de Amat.cons.*100.*Galeot. controv. 51.lib.2. Rovit.cons.1.tom.1.Prat.tom.1.cap.4.* quod quidem intelligitur, ex stentibus masculis de familia usque ad quartum gradum; nam, eis non vigentibus, fœminæ quidem admitterentur ad majoratum, sivè fideicommissum. ex *Castill, quotid. lib.5.par.2.cap.143. §.unico num 4.*

Declinabant adversarii harum rationum spicula aliarum legum clypeis, minimè vigore huiusce gratiæ potuisse vocari D.Hectorem in preiudicium Ducissæ, ejusque filiarum; nam quamvis per gratiam prædictam indultum sit, posse fieri à Baronibus maioratus, & fideicommissa in feudis, fuit tamen concessio facta intra terminos successionis à iure permissæ, & in forma ordinaria; qua quidem attenta, fæmina excluditur solum à masculo eiusdem lineæ, & gradus, non verò à masculo gradu remotiore, & alterius lineæ, ex *Molin.lib.4.cap.11.num.16.* quoties enim conceditur facultas constituendi maioratus, tunc non potest constitui, nisi irregularis, servata prærogativa gradus, sexus, & ætatis; nisi tamen facultas fuerit concessa cum clausula, quod illius institutor possit eligere, quem placuerit, illumque facere, qua forma voluerit; nam tunc posset, fæmina proximiore exclusa, masculum remotiorem intra terminos successionis eligere; unde cum gratia dictæ *pragm.34.* minimè contineat præfatam clausulam, sed dumtaxat, illam, infra terminos successionis permissæ, non videbatur iuridica exclusio fæminarum per masculum remotiorem, *Castill. lib.4. cap.36. num. 50. & lib. 2. cap.26. Mieres par.1.qu.15.& par.2. qu 6.* aliàs namque alteraretur successionis feudi natura; Id quod, præ cæteris, mirè disceptationi ansam dedit in celeberrima causa Excellentiss. Dom. D. Petri Antonii de Aragonia; cui omninò primas dandas in successiona Excell. Dom. Don Joachim Ramon Folch Aragon Fernandez de Cordua ad extremum vitæ diem, sine liberis perducti super Ducatu Cardonæ, ac Segorbiæ, & Comitatu Ampuriarum, celeberrimi viri magistratus munere in hoc Regno fungentes, & doctissimi causarum Patroni, tum Nostrates, tum Hispani desudarunt, erudita æquè, atque omnimodæ eruditionis plena sanè responsa edentes, atque ex istis inter eorum lucubrationes typis traditas, quæ conscripserant, inseruerunt, nempe *Consiliar.Francisc. Maria Prat. lib.4.discept.forens.cap.1.Reg.Joan.Hieronym. de Philipp.dissert. fiscal.37. & 38. Consil.Joseph de Rosa consult. 69.* (quamvis hi duo postremi commutatis partium nominibus) et nonnulla collegit *Carol. Ant. de Luca de lin.legal. artic. 12.ex num.8.* Ego insuper licet omnium facile minimus, ut Excellentissimo Dom. Protegi id iubenti parerem, at responsum edidi; quod, Deo auspice, prodibit fortasse in auras.

Urgebant iterum mordicùs, quod sicuti vi gratiæ in *prag. 33.* pupillarem substitutionem non licet fieri, ita pariter, nec vigore gratiæ *pragm. 34.* permissa videtur fideicommissaria substitutio, ex *Cons Rocc.in indic. rubr.13 §. 9.* quandoquidem cum sit dispensatio, non extendenda, sed restringenda profectò est, post *Mieres mem.p.1.q.3.ex nu.62.* & proinde nusquam intelligi queat de exclusione fœminæ proximioris per masculum remotiorem, sive consideretur majoratus tanquam à patre per fideicommissariam, sive tanquam à filio per pupillarem institutus, quod fieri non posse in feudis, contendebant, occurrentes editis pro D. Hectore juris responsis, quæ refert *Luc. cit. tract. de lin.leg.art.6.ex num. 28. ad. 106. & art. 28. à num.1.*

Alium juris articulum militantes contra substitutionem excitarunt, de quo ipse de *Luca* haud meminit, pupillarem nempè substitutionem, quæ non fit, nisi à patre, & jure patrio, mini-
124 mè fieri quidem potuisse in feudis, eo quia patriæ potestatis in illis non habetur ratio, ex *Rosental. de feud.cap.7.concl.10.de succes.testam. num.7.Hartman.Pistor lib.2. quæst. jur. qu.13. ex num 21.Curt.de feud.3 par.princ.2.memb. in princ.num.4 in fin.pagin.262 de Giorg.in repet. feud.cap.40.num.47.Bilod.conclus feud.2.in fin.* Illa enim jure civili introducta fuit in his duntaxat, qui sunt cives Romani, & Romano subsunt Imperio, romanis legibus alligati, *§.jus autem,instit.de patr.potest.* inde in feudis, in quibus haud jure Romano vivitur, locum minime vendicat, sicuti in Gallis, & in viventibus jure Francorum, dixit *Glos.in mem § jus autem, verbo,romanorum* & ibi *Jas.Bald.in c.1.§.si duo fratres,num.7.de duob fratr.de non. benefic. invest. Alex.in l.nemo 11. C. qui testam. facer. poss. Dec.in l.qui se patris,num.4.C.unde liber. Tiraq. de retract.lignag.§.1.Gl.9.num 61. Ascan. Clem. Amerin.de patr.potest.tom.8.tract p.2. cap.2.* qui *num.3.* infert, filiis Gallorum licere testari, illisque parentes non valere pupillariter substituere. Hinc pater in feudo filii etiam non acquisito largitione imperiali, sed successione, quamvis ratione communis habitationis filius communicet fructus, non habet usumfructum, quia in eo non operatur patria potestas, *Isern.in c. 1. §. valvasores,num.13.de his,qui feud.dar.poss.* licèt enim successione desinat esse castrense, non tamen desinit esse feudum. *Alvar.in cap.1.de frat. de novo Benef.invest.num.8. Mozius de nat.feud. num.49.Rosent.* post alios, *concl.14.de success. ab intest.lit.N.Sontbecius de feud.par.7.num 8. Caraccial dec.1.ex num. 6.*

Decisionem vero quartam apud *de Franch.* quod
125 filium familias feudi culmen non eximat à patria potestate, itaut etsi sit feudatarius, testari non possit, valde alienam esse ab ejusmodi quæstione, audacter occurrebant; & aliud esse, num filiusfamilias, si feudo decoretur, eximatur quoad suam personam à patriæ potestatis vinculo, & testamentum condere valeat; & in hoc rectè laudatur *ind.dec.4.* aliud verò si isthæc patriæ potestas operatur super feudo: itaut pater super eo possit experiri patriæ potestatis vires, & hoc quippe haud decisum in ea fuit. Imo in eadem causa Comitis Policastri, de qua in

 mox

mox *indic. dec.4.* decretum fuit, filiumfamilias per feudum minime à patris potestate eximi, & ideo testari non posse, fuit quoque decisum in *dec.3.* patriam potestatem super feudo minime posse operari, & patrem in feudo filio succedere jure hæreditario, ac vti hæredem; quando si illa locum vendicaret, neutro modo iam successisset, neque jure hæreditario, neque jure reversionis, quasi extincta donatione per mortem donatarii, sed iure peculii, *l.1.2.& pen. C.de castr.pecul.* Quin scitum in thesi de *Franch.* neque esse applicabile ad hanc hypothesim, nectebant; quia licet simplicem feudatarium per militiam, & feudum non eximi à patria potestate, *ibi* decisum fuerit, id tamen minime procedit in feudis habentibus iura regalia, & dignitatum, vel titulo decoratis, quia in illis filius patriæ potestati non subest, *arg.l.Fori, C.de denunc.lib.10.Ricc.collect.dec.3898.in fin. Thor. in suppl.compend.dec.verbo, filius familias, Novar.decis.244.Reg.de Marin.lib.2. cap.233.& ad decis.Revert.354.num.4.* In qua *decis.* vt in eius *princ.* patet, licèt esset Comes, non refutaverat feudum titulo insignitum: sed aliud non titulatum matrimonii intuitu. Et dignitates, quibus
126 illa solvitur enarrant *Fragos.de regim. reipub. p.3.lib.2.disp.3.§.3.à num. 103.Donell.lib.2.jur. civil.c.26.quib.mod.ius patr.potest.sol.Guid.Pap. qu 54.& qu 410.Fab.in jurisprud.tit.8.de patr. potest princ.3.illat.4.Giurb.observ.86.* Addebant donationem factam à patre filio in potestate constituto, non subsistere, *l.cum de bonis, 11. C.de donat.l.2.C.de inoffic.donat.* & si illa vendicaret sibi locum in feudis, non posset quidem illud à patre donari, vel refutari filio in potestate; & nihilominus juribus feudalibus oppositum reperitur cautum in *cap.1.§.sed etiam res, per quos fiat investitura, & cap.1.§.& si libellum, de alienat.feud.patern.* quæ intelliguntur de refutatione, & donatione facta etiam à patre filio; post *And.in loc.cit.Camer.in cap.1. de statu success.feud.lect.24. Ann. de vasal. decrep. atat.à num.356.de Pont.de refus.feud. in princ. Rovit.in pragm.1.de tit.abus.subl.num.62.*

Ac pluries illthac proposità causa in M.C. Vic.
127 junctis illius aulis, cum acerrimè disceptaretur de immissione ex *l.fin.C.de edic. D. Hadr. toll.* die 2. Decembris 1672. manavit *decretum præambuli in beneficium D.Hectoris, etiam in feudalibus vigore pupillaris substitutionis*, & injunctum, *quod non alienet bona tam burgensatica, quam feudalia*, penes Aversanam; & propositis nullitatibus, junctis S. C. duabus classibus, prodiit scitum die 13. Novembris 1673. *nullitates non obstare, & respectu prætensorum partes infra quatuor dies deducant incumbentia.*

Cum autem esset disceptatio tanti momenti ob Magnatum litigantium dignitatem, & amplitudinem, Status, bonorumque feudalium qualitatem, quantitatem, ac valorem: articuli perquàm præclari, & celebres defensi hinc inde fuere à celeberrimis, supremæque classis patronis, qui supra quàm credibile est, egregiè scripserunt, vousquisque summam ingenii aciem ostentas; ego, qui Judex M.C. suffragium præstiti, nonnullas quæstiones; quas (Deo fautore) latiori calamo alibi forsan describam, hic brevi indicare volui.

An vero legato feudo debeatur æstimatio, non
128 inutile erit in hac re quærere. Id verò expe-
129 diam in *tit.286.lib.4.* ibique ad trutinam, & examen revocabitur quæstio, quid dicendum facta institutione in feudis?

Ratione verò vtilis dominij, quæ exequi, & exercere valeat feudatarius, non desunt, qui vtili-
130 ter investigent, ac potissimùm an turrim ædificare, altamque construere molem in locis sibi infeudatis, iuxtà perpulcrum *Bald. cons. 431. super eo, quod quæritur, an nobilis miles*; Et quamuis Baroni non liceat castra, & ædificia pro fortellitio erigere absque Principis permissu, *Borrell. de Reg.Cathol. præstant.cap. 37. à num.22.* imò nec dirutum castrum reficere absq; Regis licentia, ex *constit.Regn.Castra*, & notavit *Afflict.decis.265. num.70.* & post eum *Reg. de Ponte tract.de potest.Proreg.tit.de divers. provis.in prin.* dummodò sit omninò, ac funditùs destructum; alitèr verò si esset vetustate corrosum, verùm non omninò collapsum, licèt *Reg. de Marinis tom 2. resol.cap.214.num.6.* intendat hoc procedere in locis demanij, secus verò in terris Baronalibus, in quibus Barones absq; Regis licentià probè possunt non solùm castra eversa reficere, sed de novo illa construere, ut post *And.in eadem constit.* notat *Afflict.num.3. versic. & propterea*, & satis benè *Reg.Tapia ibidem, vers.hanc tamen conclusionem*: assignat etiam rationem; quin est omninò verum, nedùm in illis, sed insuper in anteà extructis Arcibus, atquè à directo domino concessis, posse eundem dominum directum custodes ponere, ex *textu* insigni *in l. si ita, §.1.de vsu, & habitat.* ejus enim interest fines prædij tutari, asseritur in eo *textu*, quin dominus proprietatis securus esse debet, ex *tex in l. si cuius, ff. de vsufruct And.in cap.1. §.nec dominus, de prohib. feud.alien.per Freder.* atque his suffultus iuribus, in feudatario, benè scripsit *Bver. indic. tract. de custod. & potest. clavium*, & *Capyc.* verba faciens in duobus dominis concludit, eius esse custodire totam Civitatem, & ostendere se, vindicem illius libertatis, qui in sua portione merum retinet imperium in *decis. 87. num.1.* & potest vassallos cogere ad faciendum excubias, seù vigilias in terris maritimis, *Ann. sing 63.* refert decisum *Tassonus de antefato, vers.3.obs.4.num.67. 84. & 147.* vbi ait, quod non possit compellere vassallos ad custodiendū carceratos; nisi magna adesset necessitas, aut periculum: quia tunc, soluto salario, vasalli tenerentur, adducens *de Franchis dec.526* tandemquè *Frecc.de subfeud. lib.2. auth. 4. num.9.* plura coacervans, affirmat, tempore belli, alteriusque necessitatis posse Baronem, subfeudatario adhuc repugnante, custodire castrum,
131 quod subfeudavit, ac affertur doctrina *Bald.* ex illo *tex.in cap.1.§.quod ergo, de invest.de re alien.fact.* & aliorum plurium, quibus adnectimus *Ann.alleg.94.* adiungentem ita decisum in Collaterali Consilio, & pluries determinatum fuit in Regis Camera, quod barone haben

Tur.

Turrim in suo feudo, possit Invictissimus Rex
noster capere illam custodiendam, in eaque mi-
lites designare, & conferunt exarata supra *nu.*
98; addimus *Capyc.in c. Imperialem, col.83. et*
84. *Alex.in l. divortio, §. fin. ff. solut. matrim.*
quem laudat *Frecc.in 12.auth.num.7.pag.207.*
loquens de custodia in feudo, vel subfeudo tem-
pore necessitatis, quo in campanili quoque Ec-
clesiæ gentes armis tenere licet, *Iacob.de S.Georg.*
in tract.de feud.in cap. de castro, num.20. pag.
27.& videndi rem idem *Frecc.auth.35.pag.227.*
*Fontan.de pact.nupt.claus.4.glos.11.num.9.*late-
que *Cons.Rocc.de offic.rub.5.ex n.13.*

Hinc exorta quandoque est alia dubitatio, si te-
neretur fiscus suppeditare eidem baroni pretium
132 eiusdem fortelitij: ac decisum fuit negativè,
ob rationem illam, quod quamvis fiscus habeat
semper prælationem, & tunc ad iustum valo-
rem persolvendum obnoxius dicatur, juxtà ter-
minos *Text.in l.1. C.de seru qui per pram.liber.*
accip. & illibi notat *Bald.* nosquè scripsimus su-
per *Ritu* 249. *num. 15.lib.2.* tamen *Camill. de*
Curt. tunc fisci patronus militare dicebat, quan-
do suismet vsibus ascribere voluisset rem illam,
aut de ea disponere, secùs si ad illam custodien-
dam duntaxat, cui tamen replicationi fortassè
resistit conclusio altera: illa nempè, quam eo-
dem *ritu* 240.*num.17.* scripsimus, eam dedu-
centes ex *Jacobina, & Io. And.* teneri quemli-
bet vendere soli fisco tantum, quod necessarium
sit ad erigendum furcas. Quo quidem in casu,
non ad suummet commodum fiscus, sed ad pu-
blicam vtilitatem refert in vindictas malorum:
& tamen venditionis titulo dare tenetur, atque
ideò soluto illius valore; qua fortasse, aut alijs
rationibus indecisam remansisse eiusmodi cau-
sam in instantia reclamationis (cuius idem Ca-
millus testis est) opinamur; Videndi *Mastrill.*
de Magistrat.lib.4.c.16.ex num.176.Stefan. Du-
rant.qq iur.q.28.& 29.

Alius verò quivis, qui iurisdictione in loco non
fungatur, tametsi dominus illius sit, turrim
133 extruere haud quaquam poterit, invito ba-
rone, quod multorum sententiæ innixus, reso-
luit *Afflict. in cap.1. quæ sint regal.* verbo, *&*
*Palatia, num.*8. subnectens decisum in causa
Civitatis Policastri quin, & Turrim extructam
demoliendam esse, petente barone, defendit *Boer.*
*decis.*320. inibi adiungens complura requisita,
antequam illam evertendam fore sanciatur, cum
non in omni, & quavis turri militet antedicta
Boerij decisio, sed quibusdam tantùm concur-
rentibus ab eodem enarratis, & fusè *Consil.Rocc.*
cit.loc.

Nunc eò revertentes, vndè digressi sumus, me-
moriæ legentium reducimus conclusionem an-
134 tedictam de barone post realem investituram
acquirente dominium vtile: restringendam esse
respectu totius baroniæ, & feudi; secùs respe-
ctù particularium rerum in baronia consisten-
tium, in quibus vtile, & directum adipiscatur,
ex congestis per *Camill. de Curt. in suo divers.*
feud.par.1.

Quod si baro subinfeudaverit aliquam baroniæ
portionem, remuè aliam: contentio est non
135 exilis, quale sibi retinuerit dominium, & qua-
se transtulerit vasallo, eamque videre quisque
poterit apud *Frecc.cit.tract.de subfeud.lib.2.ru-*
br.quis dicatur Princeps vers.sed vt veriùs di-
gnosci possit, à n.2

Verùm respectu Principis concedentis Castrum,
quid baroni, & concessionario concessum dica-
136 tur, vtile erit perquirere, quam *Oldrad. Io.*
Andr.Dyn.Bar.Bald. & alij quos *Roman.*allegat
cons.444 sub num. 5. excitarunt quæstionem, &
omne ius, quod habebat in eo concedens, per-
transire in concessionarium, post *Andr.* scripsere
de Franch.decis.116.nu.11.Menoch de præsump.
lib.3.cap 97. Vrsill ad Afflict.dec.124. Reg.Tap.
in l fin.pag 121.ff.de const.Princ.Ann.sin. obser.
137 20. Speciatim verò respectu iurisdictionis
vtendum est distinctione; siquidem si simplici
concessione intercedente datum fuerit, & tan-
quam de re particulari: nulla videtur imparti-
ta iurisdictio, teste *Socin.cons.47.vol.1.& Paris*
cons.20. lib. 1. maximè *num.* 55. eodemque *Ro-*
man.sub num 3. neq; id absonum cuiquam vi-
debitur, postquam eiusdem *Paris* perlegerit
verba *num.50* & *Vrsill.ad Afflict.decis.124.nu.*
11. quin *num.56.* dicit ipsemet *Paris* verbis po-
tissimùm contrahentium convinci posse con-
cessionem Castri factam esse tanquam de re par-
ticulari, nosq; addimus non secus, ac re aliena-
ta in feudum, in qua consueverit exigi vecti-
gal, non censetur ius illud exigendi translatum
ex authoritatibus multis, cùm in civilibus tùm
in feudalibus iuribus loquentibus, teste *Bald.*
in l. à procuratore, C. mandat.Alex.in l.3.nu.3.
num. 24. de acquir. possess. Bart. Jas. & Dec. in
l.1.ff.de iurisdict.omn.iudic. Afflict. post *Alvar.*
& alios *in cap.1.num.32. de capit.qui cur.vend.*
in cap.1.vers.vectigalia, num. 77. quæ sint re-
*gal.& cap.1.§.ad hæc, de pact. iuram.firm.*ac *Ja-*
cobin.in sua investit. versic.de castro Rubei, In-
noc.& cæteri *in cap.ex literis, de iur.patron.*ita
concesso castro sic simpliciter, & veluti si res es-
set particularis, dicendum erit, ex *Paris.eodem*
consil.20.num.53. quod si investitura sit de ca-
stro, non tanquam de re particulari, sed sim-
plex, & absolutè illa sit, perdifficilis apparet
quæstio, atque à DD.controversa nimis, ad quæ
omninò extendatur, dictaquè investitura, quæ
amplexetur, necnon censeatur nè propterea
concessum territorium illi castro annexum, at-
que iurisdictio; pro illius itaque veritate haben-
da, relegamus lectorem ad *Iacobin.in invest.præ-*
dicta, versic.dictique vasalli, & versic. de Castro
Rubei, Oldra.cons.121.Pelyn.in cap.Rodulfus, ver-
sic. territorium, de rescript. Anchar. in regul.
iuris. Accessorium, Roman. in mem.cons. 444.
in princ.Fab de Monte in suo tract. de empt. et
vendit quæst.6.et Afflict.in cap.1. in princ.quid
sit Invest.dictoq; c.1.de capit.qui cur.vendid.Ca-
bed.decis.1.num.1.Mantiens.in l.1.glo.21.n. 26.
tit.10.lib.5.Recop.et ibi Azeved.num. 38. *Gu-*
tier.pract.lib.2.q.131.Bovad.in sua polit.lib.2.c.
16.num.70. Hermos.in l.9. tit.4. par.5. Glos.1.
num.41.et 42.Domin. Antunez Portugal. de do-
nat.reg.2.par.lib.1.cap.7.num.53. & 58. & nos
quam brevissimè poterimus, aliquibus adhibitis
conclusionibus, totam hanc perstringemus ma-
teriam, ac primitùs fatemur simpliciter conces-

ſo caſtrn, tanquam de re vniverſali, aut illa
cum clauſula, *cum territorio, & pertinentijs
ſuis*, acquirantur omnia; quæ coocedeos io ea
habebat, & à Regia perſona alienab lia, teſte
Loffred.conſ.24.a num.12. vt conſecutivè omoia,
quæ ſunt de iuribus, & pertiocntijs ipſius ca-
ſtri; omniaque intra caſtrum exiſtentia, ac de
natura feudi, teſte *Afflicto in indic.cap.1.num.8.
& 10. & capit. qui cur. vendid.* & facta inve.
ſtitura baroni cum prærogativis M.C. dicitur
ſibi coocefſa facultas cognoſcendi etiam de deli-
138 ctis nfficialium; quia cenſetur talis authori-
tas conceſſa: nam regulariter talis cognitio per-
tinet ad dictam M.C. quoad puoitiooem, licèt
poſſit baro capere informationem de cxceſſibus
dictorum officialium, vt deciſum refert *Reg.Tap.
in Conſtit. Reg. Magiſter Iuſtitiarius, tit.de of-
fic.magiſt.iuſtit.num.15. ex Carav. rit, 49.* quos
refert *Capibl.in pragm.5.de Baronib.tom.1.n.63.*
quod intelligas ſi delictum nfficialium ſit factum
Intuitu nfficij, ſecus verò ſi extra materiam of-
ficij, nam tuoc baro poſſet capere, & punire,
idem *Tap. num.* an. *Rovit.in rubr.de official.Ca-
pyc.decif.27.de Franch.decif.* 274. & 406. idem
Capibl. num. 66. & ipſemet *Tap. decif. 11. nu-
mer.4.*

Conceſſa præſertim cenſentur molendina ibidem
extantia iuxta theoricam feudiſtarum *in dict.*
139 *cap.1. & Affliſt.in ead. rub.quæ ſint regal.in
verſ.flumina, num.12.* poſt *Bald.*in mox *addu-
cto cap.1.*

Sed oequit baro in ſua baronia edictum præſerre,
ne ſubditi ad aliud molendinum, quam ad ſuum
140 accedant molendi triticum cauſa, aut ad fur-
num ad coquendum paoem, niſi privile-
gio, legitima præſcriptione, aut conſuetudine
ius prohibeodi habeat, & iodigoum prorsus
factu à baronibus, & à iuſtitia omnino alienum
huiuſmodi edicta cxiſtimaot *Paris de Puteo in
tract.de reintegr.feud.cap.miles habens, num.9.
Ann.ſing 557. de Franch.dec.158.in fin.Lanar.
conſ. 27. ex num.33. Marcel.de Mauro alleg.2.n.
2. Anna meus ad Capyc.decif.27.nu.15.& decif.
209 num.5.Reg.de Marin.1.tom.reſol.cap.32. n.
3. ex Guid. Pap.decif. 298. Boer.decif. 105. Af-
flict.decif.388.* Quod Caroli Cæſaris Invictiſſi-
mi pragmatica ſanctione vetitum fuit io *prag.
14. de baronib.* vbi *Capibl.*poſt *Ann.alleg. 116. et
Reg. Rovit.*licèt poſſit vniverſitas, *de Franch.dec.*
380. quem refert *idem de Marin.num.2.* Ob id
propterea prorsùs ruerent banna, firmitateque
carerent, ſi clibanos, ideſt furnos, molendina,
tapetia, aut tabernas conſtrui interdicereot ba-
rones; ſiquidem iuris permittit regula cuiquam
in ſuo facere, quod maluerit, *l.ſi aminum*, iun-
cta *l.ſeq.ff.de damno infecto, l.altius, C. de ſer-
vit.* cum alijs relatis per *Iacob. in ſua inveſtit.
verſ. et cum molendinis num. 3. et 4.* anteaque
ſcripſerat *Faber. in §.æqui, inſtit.de actio. Guid.
Pap.cit.decif.298.Boer.decif.25.& dec.125. n. 4.
Caſſan.in conſuet.Burgund. tit.des fies, §. 2. Bal.
bus in tract. præſcript.4.par.5. par.princ. Capyc.
decif.209. num.26. Cacher.decif.17.Natta conſ.
227. & 325. Menoch.tract.de arbitrar.caſ. 160.
Clarus §. feudum, q.30.Rolan.conſ.22.lib.2.No-
vivan.conſ.43.Villalobos in tract.comm.opin.ver.
dominus, n.114.Brunus conſ.56.Purpur.conſil.86.
Caphal.conſ.451.Franc.Marc.dec.123.Covar.ſuper
regul.poſſeſſor.§.4.n 6.Paris de Put.cit.loc. n.9.&
in tract. de ſynd.tit.de exceſſibus baronum, c.1,
nu.19.Ann.in rub.de vaſal.decrep.ætatis, Marth.
tract.de iuriſdict.p.4 caſ.57 ſub num.4.Niger in
cap.Regn.23.Gravamen*, præſertim *n.53.* Quin,
& relati ferè omnes Iuriſconſulti affirmant eiſ-
dem in locis prorſus invalida ſimilia edicta, &
banna, quæ emanarent à barooibus habentibus
ſuperiorem Principem, & nos periniquum exi-
ſtimavimus ſemper; & dolentes ſubditos vidi-
mus oon ſemel; quæque ſimilia facta, & meri
legiſtæ; necnon Vltramootani quoque etiam
ſcriptis deteſtabantur. Eccinè aperta verba ad-
ducti *Ioan.Fabri, & Guidonis Papai*, quibus
illud præſertim oſtenditur licere cuiquam ædi-
ficare furnum io villa, ſcilicet Oppido, etiam
quod illius baro conſtrui feciſſet aotea, & in
eo haberet; Simulare verò barones ſolent ali-
quando præſcriptiooem, & vetuſtam poſſeſſio-
nem; eiſque nè tam facilè aures iudices præ-
beant, ſed videant conſultò, ſi præſcriptione
fruuntur an violentia citiùs, aut vſurpatiooe
vtantur, minis etiam, atquè carceribus, pro-
hibentes ſubditos loqui; eoſque invitos conſen-
tire cogentes. Perpendant itaquè Iudicantes
zelotypi, ſi præſcriptio, aut poſſeſſio quietè ac-
quiſita fuerit, ſi iuſto temporis curriculo inter-
iecto, ſiquè omnibus oeceſſariò requiſitis con-
currentibus; etſi teſtes ſide digni, omoique ſu-
ſpicione amoris, timoris, aut reverentiæ caren-
tes, depoſuerint. Cum regulariter DD. præ-
ſumant violeotiam in baroo bus, iſthæc iura
acquirentibus, ita quippè ſuadet *Boerius decif.
125 ſub num. 5. verſ. vndè hoc.* Vt autem præ-
ſcriptionis materia, quæ in hac re baronea fo-
ventur, illuſtriùs pateat, reminiſcimur, non
eſſe arceodos vaſallos ab illorum constructione;
vel ab accedendo ad alia, adhuc ſi immemora-
bili decurſo tempore ad illa baronum acceſſe-
rint, teſte *Capyc.eod.num.26. Boer.cit.dec.125.
ſub num 5.*& alijs. Propterea quod mera cum
ſint facultatis, noo præſcr buntur ex commu-
ni DD. aſſertiooe io *l.1. C.de ſervit.& aqua, et
l.2. C. quæ ſit longa conſuet.* necoon *Ripa in l.
quominus, de flumin.* quodque per non vſum,
facultas non aufertur faciendi, *Roch. de Curte
in ſuo tract.de conſuet. par.4 num.77.Soccin.*in
hac peculiari materia *conſ.272. non procedendo,
lib.2.* atquè ita in proprijs hiſce terminis ſcrip-
ſit *Petrus Iacob in ſua pract.in tit.de furno.nu.
5. Brunus conſ.56. et 131.* latiùſquè *Bertrand.
conſ.234 lib 3.* Quibit autē baro prohibere illo-
rum ſtructuram, aut vaſallos aliena adire loca,
in vno ex tribus caſibus, cum namque pacto,
privilegio, aut conſuetudine innititur, vt op-
timè *Theſaur.* probat in ſua perutili *decis.16.n.
11. 12. et 13.* quorum duos memorat *pragm.*an-
tedicta *14. de baronib.*; in quibus licere baroni-
bus ipſis proh bere, aſſentijt, & quoad privi-
legium, opus eſt aperta authoritate prohiben-
di; nec ſatis eſſet coocesſio Caſtri cum furnis,
molendinis, & alijs, vt idem *Theſau.*aſſerit *ex
num.12.* necnon *Anna ſingularibus incipienti-
bus vaſalli, qui ſoliti ſunt accedere*; quo verò

ad

ad pactum assensus Principis præcedere debet cum alio, qui nullam queat obligationem facere; Vniversitas nullique promissioni se lubjcese ex *pragm. sub tit. de Baron.* Ac tandem quoad consuetudinem non opitulatur, nisi legitimè præscripta, scilicet quod antecesserit baronis interdictum, & subditorum patientia, alioquin vana esset prætensio ex ratione, quam tetigimus, quòd versamur in his, quæ sunt meræ facultatis, in quibus nullo futuro tempore præscribitur, nisi illa præcesserint, & deindè concurrerit opportunum tempus, quod alij arbitrantur, esse decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes; alij vero longius exigunt, nempè triginta annorum, quod præter *Petrum Jacob. et Boer.* adductis *in locis* tradiderunt *Joseph. Ludov. decis.* 106. *Guid. Pap. cons.* 171. *num.* 5. *Bellam. cons.* 7. *et Charian. lib.* 2. *com. opin. ca.* 2. *vers. molendinum*, Veruntamen *Boss.* & prohibitionem requirit, & tanti temporis lapsum, cuius initij memoria non extet, in suo *tract. crim. tit. de Regalijs*, *num.* 41. in eius calce, & *Cravett. tract. de antiq. tempor. §. materia ista*, *num.* 98. Idemque *Thesaur.* adducta *dec.* 16. *num.* 7. eaquè verior, & communior existimatur sententia, quod perpendit *Capibl. in tract. de baronib. pragm.* 1. *à num.* 214. Quiduè in molendino, furno, ac similibus rebus Ecclesiasticis adiunxit *Covarr. cit. loca sub num.* 7. Quid si vasalli in molendinis baronum majori non gravantur molitura, tangunt *Freza. de subfeud. lib.* 2. *author.* 41. *Capyc. in investit. verba feudorum clausula*, *vers. & cura molendini*, *ampliat.* 4.

Molendina vero ducentia aquam ex flumine, necnè veniant, tractat idem *Afflict. eod. cap.* 1. *nu.* 7.

24 Aquas vero, aquarùmque decursus venire, testatur *Lucas de Penn. in l. usum aquæ*, *versic. sed quid in quæstione*, *C. de aquæ ductu*, *lib.* 12. *Ann. sing.* 35. *& allegat.* 79. & peroptima *consilia Cephal.* 3. *Jason.* 45. *lib.* 1. *& Jacob. Mandell.* 64. Flumina etiam quamvis sint de regalibus, attamen

25 existentia in territorio venire, scripsit *Bart. in l. quominus*, *in* 2. *quæst ff. de flum. Alex. cons.* 149. *Capyc. in sua invest. in vers. fluminibus*, ac *Jacob. de S. Georgio in invest.* verbo, *& cum piscationibus*, *vers. fluminibus*, *num.* 7. ob quod non immerito scripserint *de Franch. in dec.* 183. *num.* 4. *Vivius decis.* 244. *Reg. Lanar. consil.* 2. *nu.* 7. *Rendell. de pasc. tit. de pasc. Baron. cap.* 4. *Capibl. de Baron. tom.* 2. *cap.* 46. *num.* 19. *& cap.* 86. *n.* 12. *Reg. Capyc. Latro tom.* 2. *consul.* 110. *num.* 3. *Consil. Racc. tom.* 1. *resp.* 93. *&* 94. omnia flumina in Regno esse solius Regis, aut baronum habentium causam ab ipso; & canuntII. CC. Regnicolæ, ex *Luc. de Penn. in l. usum aquæ*, *C. de aquæduct. lib.* 11. *Consil. Prat.* post alios, *cap.* 47. *discept. foren. num.* 16. itaut baro aquis possit vti ad molendina, trapeta, atque vsum pannorum, & prohibere nequis in eis se intromittat, quia fundatam habet intentionem, atque ius particulare, vigore investiturarum, & concessionum, ex *decision. Franc. Marc.* 416. *nu.* 4. *vol.* 1. *& dec.* 381. *ac* 385. *vol.* 2. *Prat. cit. cap.* 47. *num.* 10. Nec potest quidem se intromittere Portulanus in præiudicium baronis, cum privilegium sui officij, neque virtualiter id comprehendat; nam quælibet Principis concessio præsumitur facta absquè alterius præiudicio, ad *tex. in l. nec avus*, *C. de emancip. liber. & in l.* 2. *§. si quis à Principe*, *& §. meritò*, *ff. nequid in loc. publ. Prat. in dict. loc. num.* 20. etiam si aqua non oriatur in territorio ipsius baronis; si enim effluat per eius territorium, potest baro molendina construere in eo, *Franc. Marc. decis.* 386. *num.* 4. *p.* 1. *Capol. in tract. de servit. in tit. de flumine*, & refert *Reg. Capyc Latr. tom.* 1. *consult.* 39. *nu.* 16. cum habeat in Regno merum, & mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionem cum concessione regalium in suis territorijs, *Io. Bindob. q.* 1. *Capyc. in investitur. feud. rub. mero*, *ac mixto imperio*, & in concessione castri veniant flumina, vt habetur *in cap.* 1. *§. si quis demanju*, *si de feud. fuer. controv. Capol. ubi supr. Lud. Bell. cons.* 9. *num.* 17. Et licitè potest illa vti pro libito retinendo alijs concedendo, vel negando, *Bald. in l.* 2. *C. de servit. & in cap. cum omnes*, 2. *col. de constit. versic. puna ex publico*, *ex tex. in l.* 1. *§. illud labeo*, *ff. de acq. quotid. & æstiv. Cap. Latr. tom.* 1. *mem. consul.* 39. *num.* 20. *Prat. cit. num.* 24. subnectens, quod licet aquæ, aquarumque decursus inter regalia connumerentur, hodie tamen ex concessione, seù inveterata consuetudine spectant ad Barones, itaùt illis permittatur proclamata edere, nè quivis alius in eis se prorsùs ingerat contra eorum placita; addens, quod aquæ defluentes per territorium alicuius possunt licitè detineri, ne territoria frigent, etiamsi damnum vicinis indè emergat, vtpotè non considerabile; statim enim ac aquæ alicuius territorium ingrediuntur, efficiuntur ipsius; itaùt ad libitum diverti possint, dummodo ad æmulationem non fiat, quæ sane non præsumitur; qui quidem Baro habet vsum aquarum etiamsi ex privilegio sint concessæ vniversitati, & partem ipsarum potest includere in suo viridario, vel ædibus, *Capibl. tom.* 1. *de Baron. pragm.* 8. *par.* 2. *num.* 31. vt autem vasalli non ducant aquam ex flumine publico ad irrigandos hortos, si indicare ijdem Barones queant, vtiquè speciatim consideranda veniunt, quæ congessit *Pras. de Franch.* integra sua *decis.* 183. *Viv. decis.* 344. necnon *Cassan. in consuet. burgund. rub. des forestes*, *§.* 2. *nu.* 6. cum alioqui aperta verba *text. in l. usum aquæ*, *C. de aquæduc. lib.* 11. licere vetari, dum supponunt dici non posse, eaque sunt; *usum aquæ veteris singulis civibus munere confirmas*, *mansura pœna in eos*, *qui ad irrigationes agrorum*, *vel hortorum delicias furtivis aquarum meatibus abutuntur*; neque alia quoquo modo oppugnant verba alterius *text. in l.* 1. *C. de mancip. & colon. lib.* 11. summè collaudata à *d. Reg. Rovit. in pragm.* 1. *num.* 8. *de aqu.* addent, ob illa decisum fuisse pro Vniversitate contra Baronē; militant siquidem in aqua fontis intùs eundem locatum fundum existentis, non in aqua publici fluminis, nam inter eas aquas longè interesse convincitur ex adductis decisionibus verba facientibus de fluminibus, & altera *dec. Viv.* 411. loquente de aquis scaturientibus in fundo alicuius. De iure communi flumina esse Regis, vel Baronis quoad proprietatem, cuius respe-

ctu

ctu propriè sunt Cæsaris, *c. 1. quæ sint regal.*
quoad vsum regularitèr communia, si *Jacobin.*
vera fatur, *eod. verf. num. 4.* qui præterea subdit
ius piscandi esse publicum, omnibusque competere
ex *l. 2. ff. de quid in loc. pub.* & consecutivè
in eis detur præventio, ex *§. 1. eiusdem l. 2.* ac
propterea nefas esse Baroni prohibere in illis pi-
143 scari, omnium vox est, speciatim verò eius-
dem *Iacobini, in versic. & cum piscationibus n.
2. Fabri in §. flumina, instit. de rerum divis.
Dec consil. 197. Martha in tract. de iurisdict. p.
4. cas. 57. nu. 3. 15. & 24. ac Anna sing. 58. Guid.
Pap. decis.* 514. quem refert *Ricc. coll.* 280. qui ad
Pras. de Franch. decis. 183. se remittit in arti-
culo, an aquæ, & flumina sint Baronis: neque
pro contraria sententia pugnat *tex. in eod. cap.
1. quæ sint regal.* piscationum redditus ad Cæ-
sarem pertinere decernens, etenim ad datia tan-
tum, respectu piscationum restringendum esse,
advertunt ijdem *Iacobin. Decius, & Martha,* nec
non *Bellon. cons. 59. num. 9.* & quod eodem in
loco subijciit *Jacob. num. 3.* si consuetudine præ-
tereà fulciatur Baro. & possessione prohibendi,
cui acquieverint subditi, eo nempè casu valeat
continuare in prohibitione piscationis, non ita
libenter, ac semper admittimus, cum sciamus
timore perterritos vasallos non solere contradi-
cere, vel saltem consideratis requisitis à nobis
met relatis, cum de simili consuetudine loquuti
sumus supra sub *num.* 140. Assentimur verò re-
stringi assertionem relatam, nè interdici pisca-
tio valeat, vt restringatur alijs per eundem *Ia-
cobin.* relatis casibus in *versic. fluminibus à nu.
11.*

Piscationem verò in mari vetari, nec ne possit, &
obtento privilegio à Rege, aut vigore emptio-
nis quousque extendatur potestas concessa in-
tercedendi piscationem, eaque quomodo intel-
ligatur, explicat *Girond. de privileg. à nu.* 620.
144 Molendina verò in flumine extruere, vel ali-
bi, ducentia tamen aquam ex flumine non est,
qui possit, excepto Rege, vel Barone, idque
præter alios complures ex antenotatis auctori-
bus probat *add. Viv. decis.* 344. ob idque valeat,
baro illa prohibere, ac de novo extructa demo-
liri, non negamus, nisi tamen præscriptio præ-
tendatur; tunc namque in aliis privatis vacillat
animus, quandoquidem, si temporis intersti-
tium ad præscriptionem idoneam absit, quibit
certè vetare Baro, etiam dictis privatis ædifica-
re, aut tenere nephas erit; quod si intercesserit,
abnuendum videtur, tametsi præscriptione ac-
quiri regalia, indicavit, non posse, *Lucas de
Penn. in l. vsu aqua, versic. sed quid in quæstio-
ne, C. de aquaductu, lib.* 12. etenim ab eius sen-
tentia recedit *Afflict. in cit. versic. flumina, sub
num. 7.* eaque, & valida nititur ratione, quam
nos insequimur, & continuum comprobat ex-
perimentum, vt quæ privilegio acquiri possunt
iisdem de præscriptione, ac etiam speciatim
præscribi posse regalia, aut Principi reservata,
docet aperto ore *Cravett. cons. 54. quæritur 1. n.
8. vol. 4.* Hinc Baro potest præscribere etiam ea,
quæ in privilegio fuerunt Principi reservata,
Capyc. Latr. tom. 1. consult. 2. num. 24. ex doctri-
na *Isern. in constitut. Regni, in locis demanij,
Reg. Linar. cons. 94. & Reg. de Curt. in diver.
iur. f. ad §. declarata igitur, nu.* 90. & de huius
axiomatis veritate alibi noster erit sermo. An
autem baro possit præscribere ius fidæ in territo-
rijs Vniversitatis, saltem per centenariam pos-
sessionem, vide *Reg. Marcianum in disput. 24.
num. 21.*

Et consecutivè si privatis præscripsit, vtique ba-
ronis potestas cessat, iubens illud destrui, quin
& collapsum si denuò velit ædificare, nec tan-
tum reparare, neque poterit impediri, quinimò
de Franch. in decis. 183. num. 11. omninò adver-
satur *Luca de Penna* si à barone possideatur, nec
non minori tempore, scilicèt 30. vel 40. anno-
rum præscribi asserit, tametsi cum à Rege tem-
poris requiri interstitium addat, vt eius contra-
rij nulla extet memoria; Vt tamen isthæc interet
præscriptio, maximè in aqua ducenda, factum
quippè requiritur hominis, nec satis esset, si sui
natura, & solito flueret, teste *Bursat. cons.* 41.
nu. 20. sequiturque *Viv. dec.* 411. *n.* 4.

Delectantur summoperè Barones venatione, quip-
pè in ea rei militaris specimen inspiciatur, teste
apud Græcos *Xenophonte,* & de Magno illo Ale-
145 xandro refert *Plutarchus.* Vndè illustribus,
ac nobilissimis viris venationem summè com-
mendatam, fatentur *Ang. in l. divus, ff. de ser-
vit. rust. præd. Gugl. de Bened. in cap. Raynu-
tius, in verb. & vxorem, nomine Ade-
lasiam, ex numer. 322. de testam. Andr.
Gayll. observat. lib. 2. observ. 67. num. 1. Gaspar.
Thesaur. quæst. forens. l. 2. q. 22. in princ & in fin,*
cuius meminit *Mari ad Gramm. decis* 67. *n.* 10.
Prosp. Rendell. in tract. de pascuis par. 1. cap. 5.
laudans insignem illum virum Bellisarium A-
quavivam primum Neritoni Ducem armorum
studio, & Philosophiæ percelebrem in libro
quem composuit *de Aucupio* ita disserentem: *Ve-
nationis exercitio locorum angustiæ, prærupta
montium, insidiandi ars, regionis deniq; agni-
tio intelligi à venatoribus magis potest: tùm etiã
quod equitandi vsu, consuetudineque venandi
aptiores ad pugnam equites, si quandoq; pugnare
contingerit fiunt,* & idem *Rendell.* memorat Ger-
manos nobilitate, & bellandi munere insignes
peculiari studio venationis efferri. Verùm quod
ipsi Principes venationi indulgentes sæpènu-
mero ab officijs, curisque publicis abstrahantur,
ingemit *Paris de Puteo in tract. de syndic. sub
rub. de reg. princ. & duc. excess. nu.* 19. cuius ver-
ba, ipso citato, refer bit *Christophor. Crusi de
indic. pat. 3. cap. 11. num. 22. Schurff. cons. 1. cent.
3. Gayll. 2. observ. 68. nu.* 11. venatores huiusmo-
di efferatos Actæones appellans, & de venatio-
ne Iurisconsultorum nemora, fructusque sibi in-
de acquirentium pertractat *Rebuff. in tract. de
formand. Apot. pag.* 600. quem refert idem *Cru-
sius cit. tract. lib. 3. cap. 10. num. 19.*

Quamobrem non ab re fuerit hic subtexere, an
valeat Baro per edictum, ac proclama in suo
territorio interdicere subditis venationem cum
retibus, aut laqueis.

In qua quidem re distinguendum censent II. CC.
Vel enim omnimodam prohibitionem, atque in-
terdictionem venandi velle intendit baro; vel
modificationem mavult, ac restrictionem tan-
tùm

tùm ex iusta, & rationabili causa cum prædictis, sive aliis instrumentis.

In prima thesi in aperto versamur, non posse baronem omninò subditis interdicere venandi usum, cum venatio processerit à iure naturali, secundùm quod est idem, ac ius gentium primævum, non dissentiente iure Divino per ea, quæ leguntur in *lib. Genes.* ac testantur *Arist. in polit. & l. C. in l. 1. 2. & 3. ff. de acquir. rer. dom. Imperator in §. fera, & in §. plani, instit. de rer. divis. ac in l. unica, C. de venat. ferar. lib. 11.* & post *Covar. in reg. peccatum, p. 2. §. 8. de regul. iur. in 6.* luculenterque scripsit *Fachin. contr. lib. 1. c. 1. in princ.* ideò absolute interdici nequit; quia perperam prohibentur ea, quæ à Deo, & natura pro hominum victu concessa fuere; eruiturque hoc ex *text. in l. iniuriarum, §. si quis me prohibeat, ff. de iniur.* ex quibus DD. tàm Canonistæ, quàm Legistæ depromunt; prohibitiones venationis, aut piscationis, si quæ fierent à Principibus, & reliquis dominis contra ius fore, *Hostiens. Io. Andr. Cardin. Florent. in cap. non est de decimis*; & proinde sapere violentia, in iuriamque redolere, dixerunt *Iacobin. in investit. feudal. in verb. cum venationibus, num. 1. Gramm. decis. 67. num. 9. 12. & 13. Menoch. cons. 298. num. 18. Gratian lib. 1. discept. forens. cap. 139. Rendell. in alleg. tract. par. 2. cap. 3. Io. Kapper. par. 1. disp. 10. tit. de venat. Amaya in l. unic. ex num. 43. C. de venat. ferar. lib. 10.* neque voluerunt immunè esse à peccato *Covar. in d. loc. in princ. Molin. de iust. & iur. cap. 47. cum aliis* apud *Martam. in tract. de iurisd. p. 4. cent. 1. cas. 57. num. 24. Sixtin. in tract. de regal. lib. 2. cap. 18. num. 77.*

Tametsi quoad supremos, & absolutos Principes dictam conclusionem minimè procedere defendat *Guttierez lib. 2. Canon. quæst. 28.* nec observari; inquiunt relati à *Thesaur. mem. quæst. 22. num. 1. in fin. & Rendell. iudic. par. 1. cap. 8.* inter dominos autem inferiores; & barones expeditam haberi, censent *Ias. in cons. 119. vol. 4. Dec. cons. 271. in princ. Guid. Pap. decis. 514. Rebuff. in d. l. unic. C. de venat. ferar.* etiam quod fuerint dicti Barones expressè investiti cum iure venationis, iuxtà *Iacob. cit. in loc. Capyc. in eadem investit.* eandem verbo, *venationibus, Gramm. mem. decis. 67. num. 9. Frecc. ad Afflict. decis 388. num. 5. Surd. cons. 390. num. 16. Natta cons. 435. num. 6. Capibl. in cit. prag. 14. de baron. num. 41.*

In secunda autem non vereor asserere, posse a barone limitari, seù modificari venationem, non secus ac consuetudine in totum posse induci ejus prohibitio, *Io. Fab. in §. fera, instit. de rer. divis. Iacob. in cit. invest. verb. venationibus, nu. 8.* ut in Germania experiri insinuat *Fachin. mem. contr. cap. 1. col. 3.* ac in Cathalunia testatur *Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 2. num. 81.* Meritò Superiorum edicto aliqua iusta, necnon causa, licita foret interdictio, ut in supremis dominis probante, & plenè *Facchin. ac Cancer. num. 77. cit. in loc.*

In inferioribus etiam, ut sunt barones in Regno, dixerunt *Rebuff. in mem. l. unic. Cassan. in consuet. Burgund. tit. de venat. num. 70. pag. 370. Gulielm. de Bened. in mem. cap. Raynutius, ex num. 336. Avendan. in tract. intitulato, Aviso de cacciadores, fol. 7. num. 3. lit. D. & fol. 16. num. 4. Thesaur. mem quæst. 22. num. 3. ad finem, Cancer. cit. num. 81. Capibl. de author. baron. lib. 2. cap. 86. num. 3. & 4. Io. Bapt. Thor. in compend. decis. par. 2. in verb. venatio.*

Plures autem possunt esse casus, in quibus prohiberi posset venatio, etiam à baronibus, putà si prohiberetur rusticis, & agricolis, nè agrorum cultura deseratur, *Gulielm. de Bened. loc. cit. ex num. 338 cum seq.* ubi in Gallia servatum vidit; & approbant *Cassan. in Catal. glor. mund. par. 11. cons. 50. in fin. Franc. Marc. decis. 303. num. 3. Avend. in alleg. tract. fol. 16. num. 4. Fachin. mem. cap. 1. col. 4.* Si prohibitio fieret ad certum tempus, vel ad aliquod genus animalium, ut tempore ovium venatio perdicum, & leporum, nè penitus depopulentur; quia non possent prædicta animalia aufugere, ac se ipsa tueri eo tempore, *Natt. cons. 604.* quem in alio consimili casu secutus est *Medic. in tract. de aucup. quæst. 11.* laudatus a *Thesaur. mem. loc. num. 10.* & de hoc est peculiaris sanctio apud Hispanos, de qua meminit *Avend. in cit. tract. pag. 8. vers. tercero caso*, sicuti prohiberi solet, fiant piscationes cum herbis, & taxis, ex quibus omnes pisces mori possent, *Capoll. in tract. de servit. rusticor. prædior. tit. de venat. num. 22.* Vel si venatio fieret ijs artificiosis instrumentis, quibus facillimè aliquam speciem animalium devastaret, *Rebuff. in mem. loc. Gulielm. de Bened. cit. ex num. 314. Gramm. decis. 67. num. 11. Avend. in cit. tract. Aviso de cacciadores, fol. 8 num. 2. & 3. ac pag. 16. num. 4. Campagn. in cap. forestarum, & cap. gravamina, Anna singul. 59.* quos, post alios, laudat *Avus meus ad Capyc. decis. 118. num. 2. & dec. 209. num. 5.* vel in terris patronatis, & clausis, juxtà *prag. unic. de aucupib.* quam laudat *Avus meus ad Gramm. cit. decis. 67. num. 12.* & exornant tradita à *Suarez alleg. 16. n. 1. Capoll. in tr. de servit. rust. prad. cap. 21.* & eò magis Rex in loco demanii, vel regia defensa, *Affl. in cons. scire volumus, num. 9. Capibl. lib. 2. cap. 86. de baron.*

Salinarum insuper redditus de regalibus quoque
146 esse apertè suadent ejusdem *cap. 1.* verba atque latè *Stracca in tract. de mercat. par. 4. num. 30.* nihilominus distinctionem illam præportant feudistæ; ut vel illud emanet ex locis, ac bonis publicis, & Regis omninò sit, atque ejus domino Baronis virtute concessionis, vel ex bonis privatorum, & ad illos pertineant privatos, ità quippe *Florian.* distinguit *in l. 16. §. sed si inter*, aliàs *aquissimum, ff. de usufr.* idemque *Iacob. ad addict. Rubr. in verbo, cum argenti fodinis, And. eod. cap. 1. sub num. 62.* ac *Capyc. in sua invest.* verbo, *salinis*, ubi alios perplures commemorat quin & *tex.* probat salinas privati juris esse posse, *l. 3. §. fin. cum l. seq. & l. magis puto, ff. de rebus eorum, l. forma, §. salina, ff. de censib. Capibl. prag. 8. pag. 2. num. 55.*

Ius etiam patronatus transire in concessionarium cum castro scripsit *Prasul. Campanil. in divers.*
147 *iur. canon. rub. 11. cap. 13. num. 361.* & nos addimus

dimus *Oldrad.* id ipsum afferentem *consil.* 318. *Decinum in cap. Sedes Apostolicu*, *num.* 6 *de rescript. Alvarot. in cap.* 1. *§ in generali*, *si de feud. defunct. milit. Afflict. in cap.* 1 *de capit. qui cur. vendid. num.* 53. *& d. Rodoer. ad Reg. de Marin. cap.* 421. *ex num.* 1. Si tamen ius patronatus annexum sit castro, & illius nomine quæsitum non autem iure particulari, quo modo acquisitum semper censeri, nisi poteat feudo annexum expressè fuisse, probat *Episcop. Campanil. in cit. cap.* 13. *in fine*, si enim erigat Baro jus patronatus in castro, censetur illud acquirere potius uti persona privata, quam uti Baro, *Novar. decis.* 116. *num.* 3. *Campanil. in memor. cap* 13 *in fine*, *ex Mantica decis.* 164. *ex num.* 15. *Gennen. in pract. Eccles. quæst.* 350. *à num.* 12. *Ricc. in tract. de prob. iur. patron. resol.* 165. An ius patronatus transeat cum confiscatione bonorum, *Reg. de Marin. ad Rever. decis.* 123. *num.* 2. Conducto tamen feudo, non venit ius præsentandi beneficia, *Castrens. consil.* 57. *num.* 1. *Fabius de Anna cons.* 3. *num.* 31. relati à *Tassone de antefat. vers* 3. *ob.* 4. *num.* 71. docens in beneficium Affictatoris, seù usufructuarii cedere laudemia, ac relevia: secùs verò operas obsequiales & adohas debitas à feudatariis; Et consecutivè dicimus non solùm in jure patronatus castris non annexo primogenitum, sed alios quoque filios succedere, quamvis iure francorum (quo passim utimur, ad tradita per *R. Galeot. lib.* 2. *controv.* 1. 2. & 3. *Reg. Capyc. Latro consult.* 3. *lib.* 1. *lesvè Amicangel quæst. feudal* 1. *ex num.* 35.) Primogenitus tantùm succedat in feudalibus; imò alienato feudo ad novum Dominum, sed apud ipsos hæredes remanere, non secùs, ac devoluto feudo ob lineam finitam ad directum dominum hæres in allodialibus habebit patronatum ad instar aliorum bonorum intra feudum; non tamen de feudo existentium, & esse apparentium; idque non tantum adducti rationibus à *Campanil.* inibi cumulatis: at insuper quia feu-
148 dalia dicuntur illa quæ probantur de iuribus
fuisse dicti castri concessi in feudum, aut per dominum feudi probentur possessa iure feudi; cætera verò allodialia, teste *Alex. cons.* 55. *num.* 19. *vol.* 4. ubi *additio* copiose addit, & scripsit *Afflict. decis.* 257. de quibus non potest Baro facere feudalia, sicuti neque de feudalibus allodialia; cum non possit rerum feudalium conditionem mutare, ut in *constit. divæ memoriæ in cap.* 1. *§. quid ergo*, *de investit. & de alienat. fact.* & per *Camerar. in capit. imperialem*, *fol.* 5. *lit. I.* Neque res, quæ feudo reddit, est feudalis, sed burgensatica *D. Anton. Quadra* apud *Reg. de Marin. tom.* 3. *alleg.* 15 *num.* 6. *pag.* (mihi) 535. Probandum namque est, ea pertinere ad castrum, alioquin non sint de castro, ut optimè *Cravett. cons.* 54. *in calce*, *num* 9. *vol.* 4. licet eo concesso alicui cum hominibus, & pertinentiis omnibus, prout passim fiunt concessiones in Regno, omnia, quæ sunt in territorium castri, præsumuntur feudalia. *Andr. in cap.* 1. *in addit. versic. an vero de contrɔv. inter masc. & famin. Ursill. ad Afflict. decis.* 257. *num.* 6. quos refert *consil. Staiban. tom.* 1. *resol.* 12. *num.* 15. *Carena resol.* 111.

Sed Respectu jurisdictionis paulò antè propositæ,
149 an concesso castro dicatur concessa jurisdictio: nunc respondere volentes, dicimus, & respectu simplicis iurisdictionis recolimus communiorem sententiam esse affirmativam, tum communi attento iure, ex *Bart. in l.* 1. *in fin. ff. de iurisd. omn. judic. & l. inter reos*, *ff de acquiren. rer. dom. ac l. si aliena*, *ff. de usucap.* necnon *Bald. in l fin. ff. de constit. Princip.* ibique *Ias. num.* 3. *Afflict.* in pluriès *relato cap.* 1. *n.* 30. & 39. *de capit. qui cur. vendid.* tum Regni legibus inspectis, teste eodem *Afflict. in cap.* 1. *§. Iudices*, *de pac. juram. firm.* & jurisdictionem civilem venire omnium assertione probatur, ex *Capyc. in verbo feudorum accessoria*, *in vers. concessa castro*, *vel territorio*.

Respectù verò meri imperii præter alios, perfun-
150 ctoriè inquirit, *Bellnc. in specul. Princ. rubr.* 22. *§. & quia*, *à num.* 10. Nos autem rem absolutam censemus non intrare, quotiescumque investitura simplex est de castro, quod si cum jurisdictione, aut aliis cum verbis, nempè cum juribus, & pertinentiis suis, tunc distinctio præmittenda veniat, quam retulit *Afflict. in prælud. const.* 1 *qu.* 6 *sub num.* 7. inter commune ius, alterumque Regni. Primò si quid attento jure, non desunt qui negent tanquam speciali nota dignum, verior attamen, & communior existimatur contraria opinio, ut post *Bart.* dixerunt scribentes in *eadem l.* 1. *de jurisdict. omn. iud. in cit. inter reos*, *atque l. fin ff solut. matrim. Alex. in l.* 3. *ff de acquir. possess. Afflict. in eod. cap.* 1. *de capit. qui cur. vendid. num.* 38. & 39. *Covarr. pract. qq. cap.* 1. *cum las.* 9. *Roland. cons* 42. *vol.* 2. *Alvarat. in cap.* 1. *§ fin. quibus mod. feud. amitt. Bertrand cons.* 273 *num.* 4. & 5. *Boer. decis.* 50. & 227 *Natt. consil* 405. & 435. *Capyc. indic.* verbo, *feudorum accessoria*, necnon *Ursil. ad Affl. decis.* 122. *num.* 1. ubi *textum* perecelebrem memorat, hoc probantem in *rubr. de pac. Const.* verbo, *iurisdictionem*, cujus verba perpendit illic *Bald.* illique ducitur ad hanc statuendam assertionem; maximè si investitura dicat, cum omnimoda jurisdictione, juxtà *Glos. in clem.* 1. *versic. omnimoda*, *de for. comp.* quam sequitur, & notabilem esse adjungit *de Franch decis.* 116. *num.* 13 Altero verò, & jure Regni abnuendum est, & dicendum, haud concessum dici merum imperium, docet *Andr. in cap.* 1. *de pac. tenend.* vigore *Constit. Regni* exordientis, *qua ad decus*, in quam invehit *Luc. de Penn. in l.* 1. *de privil. schol. lib.* 12. & idem *Ursill. ead. decis.* 122. *num.* 5. advertit, sed *Andreæ* dictum collaudat *Afflict. in dict. qu* 6. *prælud. ad const. Regni*, *sub num.* 7. & 8. adnectens, delusum fuisse quendam Insignem Doctorem, eò quia ignorans sane ea in illa *Constit.* defendebat, competere Baronibus merum, & mixtum imperium; verùm *Afflict.* illic contradicit sibi ipsi, & malè assentitur irrisioni illius Doctoris; nam si ait, defendisse de jure habere Barones merum, & mixtum imperium, dum subiicit, derisum fuisse, quia constitutionis illius notitiam non habuit: illusio injusta fuit, quia potest aliud de jure esse, aliud verò vigore constitutionum,

quod

quod in proprio isto casu diximus hùeusque; anti dicamus decisum fuisse, quia non habita notitia illius constitutionis, recurrit ad ius commune, quod cessabat in Regno, propter alterum municipale; atque hanc fuisse ipsius *Afflicti* intentionem credimus, ut ipsum à nota reprehensionis absolvamus; & nimirùm concludimus attento juris ordine Regni sub jurisdictionis appellatione non comprehendi merum imperium, illaque concessa, nunquam intelligitur concessum, sivè merùm, sivè mixtum imperium; idque subsistere, non tantum si à Principe datum fuerit Castrum in feudum cum iurisdictione, sed ab alio venditum, & renunciatum fuerit; nam si feudum simpliciter concessit, nihil addito de mero; & mixto imperio, non dicatur cessisse merum imperium, quod in eo habebat, ac sibi retinuisse: quamvis alienatio fuerit cum iurisdictione, & pertinentiis suis, adjuncta clausula, nihil sibi reservando; etenim decisum fuisse in Sacro Consilio, testatur *Affl.* non propterea fuisse concessum merum, atque mixtum imperium, illudque alienanti competere, in *decis.* 122. exurdiente, *si Comes*, ubi *Joan. Angel. Pisanell. in* 2. *addit.* advertit non militare, quando baro in eo Castro aliud quam merum, mixtumque imperium non haberet, & conveniat verba *Afflict. in const. qua ad decus*, *sub n.* 27. & nè deridamur ad instar Bononiens. illius Doctoris; quod Alphonsi Regis ignoremus posterius decretum, quo communicavit baronibus Regni merum, cum mixto imperio, cujus testis est *Afflict. in d. constit. qua ad decus*, *sub num.* 1. & alij plures, quos insequitur, *de Franch. decis.* 370. *num* 8. *&* *decis.* 519. *num.* 44. *Pras. Merlin. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 10. & nos in *rit.* 46. *num.* 12. *lib.* 1. ominiùm, cessare nostris temporibus quæstionem annotatam, monemus.

Ac propterea cum in baronem emptorem Castri, transeat iurisdictio ex hactenus notatis. Ad secundam meritò pergimus authoritatem baronum, quæ in prædicta iurisdictione consistit; exercenda per baronem in suos vasallos: nimi-

151 rùm ordinarius iudex vasallorum dicit ab *Isern. in cap.* 1. *§. hereditatem, de pac. tenen. &* *cap.* 1. *qua sit invest.* aliisque multis in locis recensitis per *Frecc. eod. lib.* 2. *auth.* 13. ac *Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit.* 1. *§.* 1. *num.* 1. *&* *§.* 4. *sub num.* 54. *Pras. Merlin. lib.* 1. *controv. cap.* 69. *num.* 1. *&* *cap.* 86. *num.* 5. & speciatim *de Pont. num.* 5. nè fungatur delegata, sed ordinaria, ac præter mox relatos DD. scripsit *Afflict. in Praelud. const. Regni, qu.* 6. *num.* 5. Quin, & non potest compelli ad privilegium prima-

152 rum causarum ostendendum; secùs si secundas, & tertias habeat causas, quia opus est privilegio, *Praeses Merlin. tom.* 1. *controv. forens. cap.* 69. *in princip.* Vndè *D. Carolus Rota in tract. de privil. mulier. cap.* 3. *special.* 6. *num.* 55. advertens, quod si Vidua, post electionem fori coram Superiore statum mutaverit per transitum ad secundas nuptias; vtique baro poterit causæ remissionem petere, & obtinere, nec sitque sufficere baronibus asserere, se esse Barones primarum causarum cognitionis, habentque contra vasallos privativam causam, nè pro justitia alibi confugiant, & *Avo meo ad Grammat. dec.* 26 *num.* 7. citato, declarat *Capibl. pragm.* 8. *p.* 2. *num.* 73. *Carlev. tom.* 1. *de judic. disp.* 2. *num.* 1059.

Imò, & prædictam jurisdictionem ordinariam

153 sibi competere privativè quoad alios superiores dixit idem *Frecc. auth.* 9. *&* 10. ac nos defendimus *cit. Ritu* 46. *ex num.* 2. *lib.* 1. idquè adeò vt in terris demanii quoque valeat jus dicere in suos vasallos, & inter illos nulla obtenta, imò nec petita licentia à Rege, suisque Ministris, etiam in Civitate Neapolis testatur *Afflictus in constit. de quaestionibus*, *num.* 1. ex illiusmet *constit.* verbis deducens, cujus notitia caruisse quosdam Regios Auditores ibi addit, Verùm impugnat *Frecc.* affirmans non tantùm, in altero baronis loco, sed neque demanii licere, *auth.* 30. *num.* 4. *Capibl. cit. prag.* 3. *num.* 237.

Advertimus insuper, ut quamvis judicare valeant Jure verò Regni nequaquam, sed judices, ac ministros constituere teneantur, vt scripsimus super *Ritu* 264. *num.* 7. *lib.* 2. idquè adeò verum, vt neque interesse valeant, & assistere officialibus exercentibus eorum officia, præsertim examinantibus testes, aut reos ipsos, aliosque rigoroso examini subjicientibus, quin neque valeant rescribere suis prædictis officialibus, vt aliquid exequantur, & agant in justitia administranda, aut decreta in libellis, sivè memorialibus extendere, modum præscribentia in procedendo, & jus dicendo. Sed justitiam duntaxat excitantia, ut optimè suffultus authoritate *Petra tr. de potest. Princip. c.* 1. *n.* 15. advertit *Capibl. de Baron. prag.* 3. *sub n.* 122. *&* *prag.* 8. *par.* 1. *num.* 159 nititur ejusdem *Petra* verbis *in cap.* 6. *num.* 86. adjiciens *in eadem pragm.* 3. *num.* 124. necnon *Reg. Tap. in constit.* exordiente, *ea, qua ad decus*; quin etiam impedire nè valeant excarcerari vinctos, aut mandare, nè ipsis inscijs relaxentur, cum vinciendi, & liberandi potestas suis tantum officialibus competat, illorumque licentia, & mandatum sufficiat, non altera eorundem Baronum requiratur, teste eodem *Petra cap.* 6. *num.* 68. quem insequitur *Capibl. ead. pragm.* 3. *sub. num.* 186. Quemadmodum & causas ad se advocare processusque ad se deferri, demandare nec possit, & quid si ad finem consulendi peritiores simulareot? cum sæpius aveniat, animo dilatandi expeditionem causarum, facere, scripserit ipsemet *Capibl. sub cit. num.* 186. multorumque authoritatibus, potissimum ejusdem *Petra eod. cap.* 6. *num.* 68. verùm *Covar pract. qq. cap* 9. *num.* 4. in principio annuit, in calce verò recedit, & ibi speciatim loquitur de barone volente avocare à judice, quem ipsemet constituit, & loquitur consecutivè in casu à nobis proposito, & quoniam fulcitur doctrina *Rebuff. in constit. Gallicanis, tom.* 1. *rubr. de evocation. in princ. qu.* 5. *num.* 38. qui innititur supposito illo, quod potest eundem judicem revocare, multò magis, & causam ab eo avocare; quamobrem cum in Regno nostro certum sit officiales Baronum debere esse annales; vt diximus super *Ritu* 2. *lib.* 1. & haud posse revocari, vt decisum memorat *de Fran. decis*

409. inibique *addentes*, etiam à successore, & conductore jurisdictionis, teste eodem *de Fran. dec.* 216. nimirùm dicimus *Robuff. & Covar.* inhærere constitutæ à nobis sententiæ, nè Barones avocare queant in Regno, vbi nec revocare valent.

Si verò investigetur saltem, liceat ne Baronibus
154 jurisdictionem officialibus restringere cum patentes literas concedunt: & recurrendum est ad alteram quæstionem illam, si jurisdictio communicata Baronibus dicatur suis officialibus concessa, ità quod sola provisione officii, & deputatione per commissionales literas dicatur in illos transfusa omnis, & totalis Baronis jurisdictio, pro quarum, ni fallimur, quæstionum investiganda veritate, nullatenus discedimus à distinctione illa, quod vel versamur in dependentibus à lege, & quæ proficiscuntur in jurisdictiona ipsa, vel in concessis ad eorundem baronum, quæque officialibus non conferuntur sub jurisdictionis concessione. Primo casu, quia necessariò transeunt cum jurisdictione similiter in Baronum officiales, quorum potestas in illis restringi non potest à constituentibus: Utiquè verò in altero, atque secundo casu, quarè cum prioris generis sint, inquirere, carcerare, torquere, sententias proferre, aliaque huiusmodi, quæ sunt necessariæ jurisdictionis; Posterioris verò, componere, indulgere, aut guidare, & alia similia voluntariæ jurisdictionis; certè sequela nascitur, vt in illis nulla detur restrictio, aut diminutio potestatis, sed tantùm in istis, cui quippe distinctioni favent complura cumulata in *dec. Præs. de Franch.* 370. apertè autem opitulatur *Amendola in addit. ad prædicti de Franch. decis.* 511. & sequitur præcitatus *Capibl. in pragm 6. à num.* 185. subdens nimirùm prædictus *Amendola sub num.* 8. quod commissionales literæ decretæ, atque expeditæ cum aliqua conditione, & restrictione, nullitate pollent quoad vinculum, & restrictionem; ac propterea decisum, commissionem expeditam cum clausula, ne quid attentetur inconsulto ipso Barone, haud arctare officialem in ea constitutum, dictamque clausulam irritam, nulliusque momenti.

Officiales igitur in prima instantia necnon in causa appellationis deputare tenentur, quin & in eisdem terris vasallorum, teste *Frecc. ead. auctor.* 30, *num.* 3. nosque ex *Novar. de gravam. vasall. gravam.* 26. & 89. aliisque diximus super *ritu* 46. *lib.* 1. sed an delegare multotiès possit, scripsimus in *ritu* 52. *nu.* 6. *lib.* 1. quidvè quoad Judicem delegatum *ibidem* subiunximus; necnon in *rit.* 264. *ex num.* 5. *lib.* 2. quem locum laudat d. *Altimare ad Rovit. cons.* 39. *num.* 21. *lib.* 3.

Edicta propterea edicere possunt Barones, vetan-
155 tia superiores adire Judices, illisque inhibere, alterius jurisdictionem prorogare, & quod litē non instituant coram alio Judice, etiam superiori per saltum, vt post *Marant.* scripsit *Vrsil. ad Afflict. decis.* 145. & *decis.* 265. *num.* 39. etiam imposita mulcta addens, ne priventur sua jurisdictione per indirectum, subditorumque causa trahantur ad suprema Tribunalia, *Osascus dec.* 78. *num.* 12. *Thesaur. lib.* 3. *qq. forens. cap.* 91. *num.* 9. *Novar. de gravam. vasall. tom.* 3 *gravam.* 21. *Consil. Hodiern. ad Surd. decis.* 147. *Consil Pratus observ.* 4. *num.* 14. aliique a me adducti in *cit. ritu* 52. *num.* 4. *lib.* 1. quem locum referunt *Maioran. in opoprax. cap.* 10. *num.* 34. & *Scoppa ad Gratian dec.* 199. *num.* 12. Quin D. Prorex, Collaterale Consilium, aliaque Tribunalia indistinctè demandant vasallis Baronum, nè in jurisdictione ipsis concessa tùm in priori, tùm in altera instantia alios adeant, quam Iudices eorundem vtilium Dominorum, quorum præcepta, atque decreta appellitari solent conservatoria, quæ passim baronibus petentibus conceduntur.

Etsi nonnulli cogitent, non licere Baronibus, Principe inconsulto, banna isthæc promulgare, ex *Foller. in tract. de contract. consual. versic. an clericus, & versic. submissionis cuicunque foro, num.* 4. quem locum ipsemet citat in *praxi crim.* verbo, *audiantur excusatores, num.* 162. *Paris* etiam *de Puteo* eandem sectatur resolutionem *in tract. syndic. rubr. de excessib. Baron. erga subditos, cap.* 2 necnon *Vincentius de Ann. in singul.* 62. *Baro non prohibet suos vasallos adire Regia Tribunalia*, ibi suffultus *dec. Boer.* 114. ita quod fuerunt plerunque vinculis mancipati Barones isthæc attentantes, vt idem *Foller. sub eod. num.* 4. adjungit, *Tartaglia* insuper *in praxi civil. cap.* 2. *num.* 1. adversus Barones concludit, tum quia nusquam dicitur Rex vendere adhuc verbis quibuscunque amplissimis jurisdictionem alicui, vtcunque nobili, vt vasalli prohibiti censeantur; quin à gravaminibus illatis ad eundem recurrant Principem, eiusque Judices. Si *Lucas de Penn.* vera fatur in *l. in sacris, la seconda, C. de proxim. sacror. scrin. lib.* 12. tum quia suprema jurisdictio penès Regem existens in alium transferri haud potest, adhuc volente eodem Principe, & Rege, quia forma est, atque substantialis essentia Majestatis Regiæ; ob quam impossibile existimatur posse aliquem ab illa exemptum esse in Regno ex text. percelebri in *cap. cum non liceat, de præscript.* atque *citatus Lucas in l. quicunque la seconda, C. de omni agro desert. lib.* 11. & *Gulielm. de Bened. in repet. c. Raynutius de testam.* atque *Carol. de Grassal. lib.* 3. *Regal. Franciæ jure* 14. & conferunt à nobis tradita in *ritu* 46. *sub num.* 5 *lib.* 1. Quæ libentèr admittimus, sed servatis servandis, dummodò non omittantur judices proprii Baronales in prima, aut secunda instantia, vt notant *Reg. Tap. in constit. Regn. statuimus, nu.* 33. *Reg. Rovit. in rubr. de jurisd. non turban.* & post alios *Consil. Pratus adducto loc.* dispungens *Anna* memoratum singulare. Verùm solent passim expediri à Tribunalibus Regiis provisiones, ne pœnas comminatas exigant Barones ob medium omissum; vt ex *Avo meo* scripsi in *cit. rit.* 52. *num.* 4. cujus meminit *Majoran. cit. cap.* 10. *sub num.* 34. à quibus dissentit *Capibl. de Baron pragm.* 3. *num.* 159. & *prag.* 8 *p.* 1. *ex num.* 120. *lib.* 1.

Solemus etiam altero vti remedio, tum vasallis, tùm Baronibus, favorabile, namquè tempus præscribimus officialibus eorundem Baronum

pro-

protelantibus expedire causas, sivà civiles, sivà criminales, addita pœna avocationis, expleto præscripto tempore, cuius testis est *Frecc. de subfeud. auth. 11. sub num. 4.* quique antea juribus comprobaverat, & apertioribus verbis docuerat *Paris de Puteo tract. de synd.* verbo, *negligentia sub num. 2.* multis quoque Regni legibus adductus, ac præsertim citata *constit. statuimus, Aus. sing. 269. & 270. Reg. Tapia in eadem const. Regm. statuimus*, verbo *temporis spatio, sub rubr. de offic. Mag. Justit. & in prag. 1. ubi de delictis quis conven. deb. lib. 3. jur. Regni tit. 1. ubi de crim. agi op. rt. num. 49. Avus meus ad Capyc. decis. 9. num. 2. & ad Gramm. decis. 36. num. 6.* quem laudat *Maioran. mem. cap. 10. num. 28. Capibl. in cit. pragm. 3. ex num. 142.* supperuntque persunctoriè collecta à *Covarr. pract. qu. cap. 9. & Petra de potest. Princip. cap. 7.* At Prorex si detinere valeat Regnicolas, ne Regem nostrum adeant Invictissimum, inquirit, & perbellè quidem enarrat *Marcus Anton. Surgens in suo tract. de Neapoli illustrata, cap. 25.* potissimè à *num. 21.* uberioraque traduut *Reg. de Ponte in tract. de potest. Prorog. tit. 2. §. 7. Reg. Tap. dec. suprem. Senat. 10. Tasson. de antefat. vers. 3. obser. 3. num. 10. Giurb. cons. 69. Ammir. Capus. de regimin. Republic. cap. 7. §. 23. ex num. 1. Reg. Sanfelic. in prax. judic. fect. 15. Consil. Rocc. de offic. rubr. 17. de offic. Platear. §. 8. ex numer. 54.*

256 Et quia fructus hujus jurisdictionis, ac præcipuus mulctæ omnes, teste *Belluca*, aliorum auctoritatibus suffulto, in suo *specul. princ. rub. 22. §. & quia sub num. 19.* nimirum omnes, & quæcunque pœnæ, mulctæ, contumaciæ, & proventus ex hac jurisdictione, provenientes ejusdem erunt Baronis, eidemque omninò competent, ex doctrina *Isernia in cap. 1. §. quicunque, & §. post. natale, de pac. tenend.* atque in *Const. Regni cum satis, & Constit. Justitiarii nomen, & normam, ac Constit. post mortem*, juncta *Constit. officiorum, Castrens. cons. 353. 1. vol. Albert. Brunus cons. 31. col. 2. Roman. cons. 70. Cornens cons. 253. lib. 3.* & latè *Tiraquel. de retract. convent. §. quinto, glos. 5. num. 51.* suppetit ratio, quod pœnæ prædictæ sunt fructus jurisdictionis, ut scripserunt *Bart. Bald. Alex. & alii in l. fin. ff. de jurisdict. omn. judic. Ans. in summ. tit. de pun. & Nicol. de Neap. in l. divortium, §. 1. & l. fructus, ff. solut. matrim.* demùmque *Thesaur. decis. 250.* cum Baro subintret in locum fisci, & subrogatum sobrogetur ad qualitates omnes, & Privilegia subrogantis *Consil. Prat. tom. 3. discept. forens. cap. 5. num. 31.* quæ pœnæ addicuntur ejus Aerariis, & Curiæ coadiutores succedunt in locum fisci, *Novar. tom. 2. de gravam. vasall. gravam. 130. num. 6. fol. 213.* quamobrem consequitur pœnas fiscales, *Mausen. de caus. execut. amplias. 8. num. 10.* & habet iura fiscalia, & privilegia fisci, *Viscont. conclus. jur.* verbo, *Baro*, sed *Jacobin. in l. si proprietati, de jur. dot.* aliam tradit rationem, quod cum omnia feudi onera retineat nimirum, & omnia emolumenta ex illo obvenientia habebit, easquè consequentur adhuc mero, & mixto imperio carens, quandoquidem illæ, non sunt de mero imperio, juxtà *Bal. in l. fin. num. 4. de off. praefect. Vigil* cum declaratione tamen relata ab eodem *Frecc. in cit. quæst. 13. num. 2.* A prædicta vero conclusione excipiuntur pœnæ fraudantium gabellas, quæ illarum conductoribus debentur, *Dec. cons. 4. num. 2. ego in rit. 56. num. 2.* & quæ veniant proventus, emolumenti, & obventionis appellatione inquirunt *Avus meus, & Dauz. ad Grammat. decis. 46. num. 1.*

257 Num, verò confiscationis faciendæ jus habeat Baro, illamque fuismet ascribere usibus valeat, non secus, ac reliquas pœnas, atque proventus ei competere: ratiocinati sumus, licet habere jus cofiscandi eo ipso, quod habet merum imperium, & concesso imperio statim censeri concessam bonorum publicationem, imò præscripto mero imperio censeri etiam præscriptum jus publicandi, dicat *Luc. de Penn. in l. 1. C. de priv. scholar. num. 19. Rebuff. in l. corniculari, C. de appar. praef. prat. lib. 12. Gasp. Kloc. de arar. lib. 2. cap. 136. ex num. 2. Boss. in prax. tit. de pun. num. 25.* Gentilis meus *Petr. Anton. Petra de potest. Princ. cap. 6. Peregr. de jure fisci lib. 1. tit. 2. ex num. 87. Guid. Pap. dec. 76. Farinac. quæst. 25. num. 103. Capibl. de Baron. prag. 8. num. 103. par. 1. lib. 1. Reg. Sanfelic. tom. 2. decis. 348.* tamen congruam tradere responsionem certè nequibimus nisi distinctionem præmittamus illam, quam ex *Boer.* carpimus *decis. 264. sub num. 5. & 6. vers. quæri si publicare possit, & confiscationes declarare*, & clarius respondet *qu. 78. num. 5.* idemque *Boer. mem. num. 5.* aut verò si bona confiscationi subjecta ad suum commodum referre, & subdistinctione altera omninò utendum nobis erit, aut enim illa procedit ex consequentia delictorum nempè delictis ob quæ publicatio bonorum sancita, vel tacite, vel expressè reperitur à jure, aut ex tali consequentia non proficiscitur, neque propter pœnam à lege prius constitutam debeatur ratione delicti, quam extraordinariam appellitat *Boer. in cit. decis. in* eius *initio*, & hoc quippè secundo in casu tametsi mero mixtoq; imperio fungatur baro, nihilominùs quemadmodùm publicare nequit, ut diximus ex *Julio Claro, & Boeria*, nec alii desunt, ità neque sibi appropriare, nisi ex expressa concessione Principis tunc neque procedit *Glos* juncto *Text. in l. 1. C. ne sine jussu Princip.* ut idem *Boer.* insinuat in eodem *initio*, atque *Angel. de malef. vers. & ejus bona publicamus, cum additione criminis, Craves. cons. 103. visis multiplicibus*, & *Tobias Nonius consil. 104.* Altero verò, & priori in casu (in quo ordinariam confiscationem esse dicit illibi *Boer.*) pugnant ad invicem II. CC. quandoquidem negant *Afflict. in tit. qua sint regal. vers. condemnaternus, num. 39. & tit. de pace tenend. §. si quis hominem*, juncto *§. si quis aliquem, cap. 1. num. 10. hinc fuit lex*, necnon *Alex. in l. 1. num. 75. de offic. eius*, eaquè præsertim efficaci ratione fovetur isthæc opinio, quod quamvis retineat Baro eiusmodi imperium, illudque sit de regalibus, non ergo, & alterum, ut punctatim *Jacobin.* asserit in sua *invest. versic. cum mero, mixtoque imperio*; Verùm, his parvipensis

contradicens, & affirmativa sententia communiori scribentium assensu fovetur, *Bald.* si quidem *cons.306.lib.4.Capoll.consil.17.Alber.Brun. cons.31.in 2.dubio Boss.in tit.de pen.num.45.& tit.de Regal.num.15.Alber.in 3.par. statut. qu. 19.*defenditque, & observari scripsit *Guid Pap. decis.76.*ac *Mutu super Cupit.Regn.35. Regis Jacobi, num 44.& 45. tom. 1. & cap. Regni 10. Regis Martini,num.10.tom.3.* atque in perpulcris *decis. 29. sub num. 11.* tandem ita decisum attestans, non obstantibus in contrarium antea relatis auctoribus, quorum plures fulciuntur assertione illa, quod bonorum confiscatio ex primo gradu meri imperii prodit, teste *Jasone in l.imperium,ff. de jurisd. omn. ju lic.* & inibi, profusis habenis, *Sebast.Tapia num.64.*ac *Natt.cons.549.*neque replicatio illa adversatur, quod frustrà his nostris temporibus indagamus huius quæstionis veritatem, dum vetustioris juris sanctionem abrogavit, & bona damnatorum confiscari vetuit *text.in auth.bona damnatorum, C. de bonor. proscrip.* etenim præter multas. quas protulit responsiones, *Afflict. eodem vers.condemnatorum à num.22.* illam adaptamus, & prolatis ab *Afflict.* non exiliorem, quam *Camill.de Curt.in prima par. sui divers. feud.pag.47.* docuit, eamque ex *Iulio Claro*, ni fallimur, deprompsit in *initio dictæ quæstionis 78.* aitque ejusmodi confiscationem dupliciter contingere, vno modo, cum ad mortem damnati bona publicabantur sine alia condemnatione, & consequutivè confiscatio erat in consequentiam pœnæ mortis naturalis, vel civilis, sed quis lex ipsa statuit pœnam publicationis, quod exemplificatur in pluribus casibus, quorum septuaginta duos commemorat *Cassan.in comment.ad consuetud.Burgund.rubr. 2.de confiscatione,à num.50. Calicius* autem in *Margar.fisci* 418.recenset *pag.33* & tuuc correptio cessat, quia non secus, sc olim ita, & hodiè confiscatio viget, juxtà doctrinam *Bart.in l. 1. num. 3. de bonis damnat. Clar. in d. q. 78. sub num.1.& Boer.ead.decis.564.sub nu. 15.*quamvis casus illos restrinxerit postmodum consuetudo ad duos tamen hæresis, nempè & lesæ Maiestatis, omni in cæteris sublata confiscatione, vt post alios affirmat illibi *Clarus*, in quibus nimirùm baronis esse bona confiscata non dubitamus, & quippè in crimine hæresis speciatim loquens *Guid.Pap.*ita concludit, *in adduct. dec. 76.* & illud ipsum in crimine lesæ Majestatis, nisi per subditum ipsius baronis commissum fuerit in dominum directum, & immediatum,ut probat *Surd.cons.152.n.16.vol. 2.Muta mem.dec.29.n.7.R.Sansel.dec.348.n.57.*

Item alius eiusdem iurisdictionis effectus, nimirùm erit in hoc nostro Regno, vt pœnas com-

158 mutare, compositiones facere queant virtute clausulæ apponi consuetæ in privilegijs illius nempè cum quatuor literis arbitrarijs, quarum prior hanc retinet facultatem, scilicet commutandi pœnam corporalem in pecuniariam, ex *cap. Regni Regis Roberti 221. exercere volentes*; Et videri licet in *praxi de quatuor literis arbitrarijs de Monteleone in V. par. Sansel. cit. locs num.37.* Dicimus itaque Baronem habentem in suo privilegio clausulam cum quatuor literis arbitrarijs retinere facultatem compouendi subditos in suo territorio, & baronia delinquentes, *Foller.in pragm.fin.de compos.num.95. Afflict.in consttit. super incisionibus, sub nu. 29. Tartagl. in pragm.8. de composit num.10.*& de stylo Status mediolani loquitur *Boss. de remed. ex sol.clem.nu. 51.* idque praelesserunt verba *Parid.de Put.in tract. de syndic.cap.1.sub num.6.* qui de Barone non loquitur apertè, sed de officiali, euius appellatione, venire Barones tangimus in *rit.264.lib.2.* & consequutivè implicitè Barones complectitur, ac nimirùm relatam conclusionem expressè in Barone verba faciens constituit *Campagna indic.cap.221. num.21.* ac *num.31.* supponens, eiusmodi authoritatem illius clausulæ virtute competere, consulit eosdem Barones, nè modum excedant. Non debet etenim Baro ad compositionem admittere solitos delinquere, *Luc. de Penn. in l. 1. col. 12. C. de desert.lib.12. Afflict. in constit.inconsutilem, col penul.in fine.*& solitus delinquere dicitur,qui bis deliquit *Tassonus de antefat.vers.15.obs.1. n. 116.* Neq; in componendo sit nimis æquus,imponendo nimirùm pœnam pecuniariam, aut rigidus extorquendo; sed juxta facultates personarum onerare debet proventus, *Pennens.in cit. l. 1.* non abutendo potestate ex *pragm.6.de Baron. & Capiblanc.* super ea *cap. 22. lib. a.* cuius *pragm.* meminit *Foller.in pragm.fin.de composit, num. 96.Anna in cap.1. de vasall.decrep. ætat. num.51.*explosò prorsùs vulgare illorum dicto, quod carcer faciat pruventus, *Afflict. in const. causas alias, num. 9. Camp. in cap. item quod praedicti iustitiarij, num. 8. & in cap. provisa, num. 12.* monens officiales, vt discretè vti debeant arbitrio concesso in literis arbitrarijs, & quod potuisset tolli potestas Baronibus componendi in aliquibus casibus in Regijs Pragmaticis contentis, ex *Peregr.de iure fisc.lib.1. tit.3. num.31. & 75.* deducit *Reg. Rovit. in pragm.3. de fadom.* quos *Anna meus* laudat *ad Gramm. decis.46.num.a. versic. adde*, Baroni licitum iutem sunt compositiones, & pœnarum relaxationes vsque ad sententiam, quia vsque ad illam durant privilegia ista indulgendi, postea verò functus est officio suæ iurisdictionis, *l. iudex postquam ff.de re judic.* licèt *Reg. Rovit. in prag. 5. tit.de abolit. nu.9.* dicat sine dubio, quod Barones habentes merum imperium, possint gratiare forjudicatos. Verùm poterit componere cum, qui fuit exilij cuperit, cum sit novum delictum, *Capiblanc.in pragm.6. num. 193. ex Franchis decis. 395.* tametsi attento iure communi eos carcere prædicta facultate, non dubitamus, cum Iudex clementior lege esse nequeat, vt idem *campagna*, omnium optimè dilucidando, probat eodem illo *cap à num. 11.* nisi iusta causa impelleret; quando omnium voto est licere iudici pœnam commutare, & idem *campagna* delibavit ex *num. 19.* idemque *Paris de Puteo num.4.* & nos tetigimus super *ritu 272.* & infra *in rit.575.hoc 3.lib.*

Alius eiusdem iurisdictionis effectus erit, vt subditos suos in eodem territorio delinquentes for-

159 iudicare possit; teste *consil.Afflict. in constit.* pa-

funam earum, *num.* 34. *&* 35. inibi rationes adnectens, favetque *Gramm. consil. civili* 95. *&* *Angel. cons.* 190. *num.* 2. affirmans, illud ipsum posse Barones in eorum terris; quod Imperator, non secùs, ac de Episcopo scripsit fusè multisque probavit auctoritatibus II. CC. *Episcop. Io. Hieron. Campanil. divers. Rubr.* 11. *cap.* 10. *num.* 26. subjiciens ex *num.* 25. *cum seq.* Præsules ipsos iuris communis inspecta lege facere haud posse, vtique verò inspecta consuetudine, cuius vigore posse etiam Barones, advertit *num.* 30. in Regno tamen illos duntaxat, qui cognitionem retinent secundarum causarum, scripsit *Pras. de Franch. decis.* 370. Verumtamen *Reg. de Ponte*, non dubitat, eos ordinariè habere facultatem aggratiandi, eamque passim retinere propter merum, & mixtum imperium, quo nùnc potiuntur cum quatuor litteris arbitrarijs, in *tract. de potest. Proreg. tit.* 1. §. 4. *num.* 55. itaque non consuetudine nititur, sed legitima potestate, virtute adductæ clausulæ, ac consequutivè etiam si in secunda instantia iudex minimè sit, aliter verò fatur in *tit.* 3. §. 1. *sub num.* 11. *& sub num.* 13.

Vasalli verò delinquentis extra territorium pro-
160 prij Baronis, sit ne cognitio eiusdem Baronis, disceptatum plerumque fuit, an verò eius, vbi deliquit, ac tum in genere proposito dubio, cuius Iudicis delicti, nempe, an originis subeat iudicium quivis delinquens: tum in specie respectu Baronis, contentio non exigua semper fuit inter Iurisperitos. Nos autem superflua resecando, & conclusive loquendo dicimus: In priori, & generico casu alios annuere, alios verò abnuere; alios tandem distinctionibus vti ac multos vniuscuiusque sectatores commemorant *Ant. Thesaur. decis.* 90. à *num.* 1. ac *Peguera decis.* 66. *par.* 1. & nos vbi absolute loquamur, delicti Judicem præferimus, eiusque auctoritati omninò favemus, reiecta pretensione Judicis originis & opinione DD. illum favente; instructi potissimùm Senatusconsulto die 12 Augusti 1567. prolato à Senato Pedemontano, cuius testis est prædictus *Thesaur. in cit. decis. sub n.* 6. necnon *Grammatic. decis.* 26. etenim indubia suppetit ratio de foro delicti, qui sit potentior, & præferatur ex communi, certaque scribentium sententia, præsertim *Ioan. And. in cap.* 2. *de constitut. Castrens. Bald. Soccin* & aliorum, quos insequitur *Pras. de Franch. decis.* 37. *sub num.* 1. idemque *Thesaur.* inibi ex *Alberic. in l. hæres absens*, §. *si quis tutelam*, *ff. de iudic.* & aliis, quos laudat *Covarr. pract. q.* 11. *vers quia ta in delictis*, *Ricc. decis.* 182. *p.* 2. *Magon. dec. Lucens.* 70. *Io. Coppen. lib. qq. Saxonic. q.* 43. *Reg. Sanfel. decis.* 68. *& dec.* 136. *Campan. de forind. res.* 13. nimirùm legimus delinquentem offendere principaliter locum, in quo crimen patravit, secundario alterum suæ originis, & habitationis, aitque multorum fretus auctoritatibus *Petrus Caball. in suis resolut. crimin. cas.* 3. *num.* 8. quin, & altera opitulatur ratio, quod illius Baronis aures, locum iurisdictionemve non offendit, quam citatus *Gramm.* prodit *sub nu.* 6. Verum est tamen, quod si Judex loci delicti cœperit insequi in suo territorio delinquentem fugientem ab eo vsque ad extraneum; non poterit in extraneo eum capere, *Iul. Clar. lib.* 5. *sent.* §. *fin. q.* 29. *num.* 10. *Gom. tom.* 3. *var. cap.* 9. *num.* 5. & ibi *additio lit. B. Farinac. in prax. crimin. q.* 7. *num.* 41. *Molin. de brach secul. lib.* 2. *cap* 23. *num.* 11. & alij, quos sequitur *Carleval. de iudic. tom.* 2. *disp.* 2. *n.* 807. Hinc est, quod Iudex loci, vbi fur est in-
161 ventus, & apprehensus cum re furtiva, debet remittere furem ad Judicem loci, vbi furtum initio patrum est, *Carleval. cit. loc. num.* 726. ex *Ant sing.* 438. contrà *Capyc. dec.* 104. *Franc. dec.* 681. *& Tap. in pragm.* 1. *num.* 17. *vbi de delict. quis deb. conuen. sub lib.* 3. *iur. Neapol. rub.* 6. Vbi verò iudex originis prævenisset, assentimur voluntati illius, & dicimus, quod de cuiuscumque Rei criminosi possit cognoscere crimine, & delicto commisso extrà territorium, & illum ob eius facinora condignis pœnis afficere, *Carleval. cit. loc. num.* 735. post innumeros DD. quos illi congerit, qui *num.* 783. ait, quod iudex loci delicti, præfertur omnibus, quoad rei coercitionem, cognitionem, & formationem processus: tametsi præcitatus *Thesaur. num.* 6. in eam non propendat sententiam, adductus percelebri *text. in* §. *si vero*, *quis comprehensorum*; *in auth. vt nulli iudic.* & illum commendans *Laurent. Silvan. cons.* 103. *sub num.* 7. dum *textus* ille remitti delinquentem ab originario iudice ad alterum delicti iubet, & consequutive supponit capturam apud originarium, & tamen tradi mandat iudici delicti; *Vivius* etiam insequitur à contrariæ insuper consuetudinis attestatione, prorsùs discedens in *opin.* 520. præsertim *nu* 9. nihilominùs ex plurium Tribunalium decisionibus convincimur vsu obtentum, licere iudici originis cognoscere, atque ad eum spectare cognitionem, propter præventionem, nulla admissa petitione remissionis, ita namque *Gramm.* implicitè ait, cum remissum fuisse asserit, delinquentem illum, quia antedictæ qualitates cessabant, scilicet quia non repertus, & captus in loco originis, *de Franchis* etiam *decis.* 88. cum *sub nu.* 6. de quo meminit *Reg. Tapia lib.* 3. *iur. Regn. tit. vbi de crim. agi oport. sup. prag.* 1. *vbi de delict. quis conven. deb. num.* 7. revocatum decretum ait M. C. & resolutum non esse remittendum, sed eius delictum cognoscendum in ipsa M. C. eo quod *num.* antecedenti v. scilicèt, fulcitur supposito isto præventionis, nimirum subdit causam remanere in illa Curia, quæ prævenerat; *Thesauri* quoq; *decis.*, paulò ante relata, de qua meminit *Capibl. prag.* 8. *par.* 2. *de Baron. n.* 206. *lib.* 1. suffragatur, cum in eo casu sic decisũ fuisse refert, vt inibi retulimus, necnon *Magon. dec. Lucens.* 36. *n.* 1. *& dec.* 70. *Maynard. dec* 25. *lib.* 1. *Trivisan. decis.* 70. *par.* 2. *Ioann. Choppen German q* 43. *& Cancer. var. resol. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 65. ac speciatim in barone loquens decrevit nostrũ S. C. teste *Pras. de Franch. decis.* 66. quæ tametsi præventionis haud meminerit, in eo tamen casu intelligendum existimamus, nam alioquin erroneam reputaremus, nisi enim vinculis mancipatus esset apud ipsum iudicem originis, qua ratione vellet instare, & prætendere cognitionem delicti alibi patrati à suo vasallo? non videmus, quo iure inniti posset, prout & verba

Reg.

Reg. Revis. intelligenda quoque esse ceosemus
in *pragm.* t. *num.* 4. *vbi de crimin. agi oportet*, qua
de re *Reg. Sanfelic. decis.* 68. *num.* 7. *Marott. di.
scept. for. cap.* 7. *num.* 53. Verum captus vbicum.
que fuerit ab eo iudice, qui nulla ex causa esset
competens, scilicet neo ratione originis, neque
domicilij, & impetatur à iudice delicti, vt vin.
ctum ad eum transmittat, controversum fuit,
si teneatur; & quidem primo aspectu affirman.
dum videtur per argumentum à maiori ad mi-
nus; eo quod si complures defendunt remissio.
nem faciendam ad eum iudicem ab altero ori.
ginis, vel domicilij, quos in præcedentibus re-
censuimus, longà magis ab illo, qui nullo iure
est delinquentis iudex, maximè quod eiusmodi
assertionem admittit *de Franch. ead. decis.* 37.
num. 2. illis in verbis, *idem tamen est, quando
delinquens reperitur penès iudicem carentem
omni in eum iurisdictione*; Verum his non ob.
stantibus io contradicentem, & negantem re-
missionem, inchoamus resolutionem, quam mul.
tis auctoritatibus, & rationibus tutatur *Peguer.
decis.* 2. *à num.* 4. *& decis* 66. *à num.* 19. ex *Butr.
in cap. fin. num.* 10. *Aretin. num.* 4. *& Felyn. du.* 6.
de for. compet. Clarus q. 38. *sub num.* 21. atq; *Fa-
rinac. q.* 7. *à num.* 27. animo tamen pendet *sub
num.* 31. neque decisio *de Franch.* pugnat, cum
loquatur de laico ignoranter vincieote cleri.
cum, nàm licet incompetens illius sit iudex,
postquam scivit, erat nihilominus tempore cap-
turæ, si omnia cessabat fraus; sumus itaque in
seotentia dicentium, et captus ab omni carente
iurisdictione, non debeat remitti; oisi tamen
vbi competeotis iudicis hortatorialibus litteris
præcedeotibus vinxisset ad finem dimittendi ad
illum, idque verum esse *Peguera* docet in ea-
dem *decis.* 2. *num.* 2. *ac* 3. & vbique militare cre.
dimus, quamvis in iudicibus dissimilium Re.
gnorum contradicere consuerudinem adiunxe.
rit ipsemet *Peguera, sub num.* 5.

Ad rem modò nostram redeundo, cum scripseri.
mus de præventione impediente remissionem, si
quæratur, quæ satis sit præoccupatio, relega.
mus lectorem ad congesta à *Capibl. in cit. prag.*
8. *de baron. à n.* 208. illibi tamen, quia diximus
eo casu judicem origioarium non teneri faci-
norosum remittere ad patrati criminis judicem,
& evenire possit, vt illius causa, ab altero ori-
giois cognita, vel quia absolutus, vel pœna
aliqua mulctatus ad manus eiusdem judicis de.
veocrit, in cujus Territorio prætenditur deli.
quisse, illeque velit in causa procedere, inve-
stigandum, si valeat, cum aliud videatur esse
affirmare, nè teneatur ille restituere carcera.
tum, aliud si competens sit judex, qui pro.
nunciando eximat illum ab alterius cujuscum.
que judicio, etiam judicis delicti, qui rursùs
procedere nequeat ad illum vinciendum, & pu-
niendum; & quidem *Capibl.* pertiogit dubium
istud eadem *pragm.* 8. *nu.* 220. *par.* 2. aitquè non
posse amplius molestari à delicti judice, innixus
supposito illo, quod si jure cognovit, & licitè
processit, non est amplius inquietandus, alle-
gat *Vivium in opinione* à nobis iterùm perlecta,
necnon in præcedentibus adducta 420. atque
Farin. in q. 7. At *Vivius*, neque in genere, neq;
io specie loquendo sibi favet, verùm manifestè
adversatur, dùm negat cognitionem delicti
commissi extrà Territorium competere judici
originis, quinimò remissionem omninò facien-
dam esse ad judicem delicti acerrimè defendit,
tùm si procedatur per inquisitionem, tùm si
per accusationem, excepto casu, si subditus
deliquerit in subditum, tunc enim admittit ju-
dicem esse posse patrati criminis extrà Territo-
rium, si accusatio concurrat *num.* 7. idque non
obstante cooliretudine in cootrarium allegata,
vt est videre in *versic. sed adverte* propè *num.* 6.
& dilucidiùs *num.* 9. respectu judicum, qui ei-
dem subsunt Priocipi, quin, & diversorum, si
capitulatum inter eos sit, vt optimà addit
num. 11. speciatim verò huic hæsitationi respon-
dens *num.* 4. ac *Bald.* verbis adductus concludit,
relaxatum, & absolutum à judice domicilii,
161 posse rursùs accusari, & puoiri ab alteco de-
licti; nàm ad eum judex domicilii remissionem
facere tenetur, dato, quod iple in cognitione
prævenisset, allegat authoritates id compro-
bantes, deindequè subdit, secùs esse, vbi sen-
tentia lata fuisset ab ipso judice delicti io gra-
tiam accusati; quia tunc explorati juris esse di-
cit, & non ampliùs posse coram judice originis,
quæri opioatur, quorquot itaque illius verba
sunt, omnia profectò ejusdem *Capiblanci* im-
probant dictum; Nunc autem verba *Farinac.*
attendere oportet, quæ citrà dubium ipsius
probaot dictum, in *adducta qu.* 7. *versic. sed ter-
tia, & verior, sub num.* 26. & generatim lo.
quendo scripserat aoteà in *quæst.* 4. Hacque in
re advertendum, corpus delicti patrati in alie-
no territorio, quia aliter cognosci nequit à ju-
dice origioia, vel domicilii delioquentis; sat
erit, ut sententia, actisque sequutis in loco de-
licti probetur, vt adversus delinquentem pro-
cedi possit, *Clar. qu.* 54. *vers. sed pone, Boss. de for.
compet. num* 86. *Caball. resol.* 161. *num.* 6. *Guaz-
ain. defens.* 1. *cap.* 26. 3. *& defens.* 3. *cap.* 2. *num.* 21.

Tertia verò, quam retinenr auctoritatem, versa-
tur in eo, vt quotannia subditorum alter à ba-
163 rone depntatus officium Aerariatus exer-
ceat, cujus longus fuit noster sermo in *Ritu*
46. *num.* 1.

Alteram habent, vt illi, vel pedestres, vel eque-
164 stres inserviant, vt aliò vadant, aut res defe-
rant, salario mediante, juxtà *constit. Regni, Sic.
nostra servitia, & cap. ejusdem Regni, grava-
mina*, deindequè *pragm.* 2. *de salario eorum, qui
mittun.* certum prætereà constituentem sala-
rium, in §. 3. adauctum postmodùm, necnon
certum poodus declaratum oneris ferendi ab
vno quovis animali in *Pragm.* 5. *ejusdem rubr.*
quod quidem salarium deberi, tùm si magnum,
quam si parvum sit anima', nedùm eiusdem ge-
neris, sed dissimilis, puta, si asinus; nàm ita
determinatum memorat *de Franch. decis.* 152.
imò & statutum pro quolibet milliari declara.
tum fuit illud attendi, & deberi facta tantùm
dinumeratione accessus, non etiam recessus,
vt proptereà si locus, ad quem mittitur distet
à loco, undè proficiscitur, viginti milliatibus,
tarenum duntaxat debeatur, non duo, alterum
nempè pro accessu, alterum verò pro recessu,
quod

quod & decisum fuisse illic meminit idem de Franch. à num. 4. idquè, præter Authores, quos illic memorat comprobant Alex. cons. 47. num. 1. & 9. vol. 2. Vrsill. ad Afflict. decis. 4. num. 7. Curav. in Ritu 287. num. 15. Brun. de cession. bonarum, qu. 10. 4. qu. prin. num. 38. Pisanell. in comment. ad mem pragm. necnon Lipar. ad Isern. rub. qua fiat Regal. vers. Planstrorum, num. 53. Afflict. in Constitut. omnes officiales, num. 10. Montan. pragm. 1. num. 45. tit. de administrat. Vnivers. Reg. Rovit. indicata pragm. 1. num. 3. demùmque Capiblanc. de Baron. pragm. 16. num. 17. lib. 1. nisi tamen redeat oneratum animal, quia tunc consequitur quoque mercedem prò reditu, vt iidem de Franch. sub num. 5. ac Rovit. loquuntur; Itidem tabellariis ad aliquem missis, atquè ab illis tardiùs remissis debetur salarium, adhuc prò tempore, quo vltrà viginti quatuor horas illic moram fecerint, causa habendi literas responsivas, opinatur Avus meus ad Capyc. decis. 118. imò, & tunc suppeditandum salarium non constitutum in pragmatica, sed solitum inter cives, dicit Capibl. cit. pragm. 16. num. 46. addens, id constare in processu Vniversitatis Biccari cum Barone, in Banca Figliolæ.

Antedicta autem regula, necnon illam probantia cessant multis in casibus, vel saltem cum aliqua restrictione subsistunt; cessant namque si Baro habeat propria animalia, idem de Franch. decis. 211. prout si habeat sufficientem familiam, advocare populum non debeat ad insequendos delinquentes addit num. 10. ad quam videndum monemus Vrsill. ad Afflict. decis. 265. num. 5. Marant. cons. 131. num. 1. & d. Marcell. Calà de modo articul. num. 877. Cessat insuper, si animalia vasallorum minimè soleant locari, idemet de Fran. decis. 526. sub num. 3. ibi veriùs, & sequitur Anna sing. 559. Restrictionem verò patiuntur, vbi servire debent intra patriam, vel infra dietam, quo casu mercedem persolvent tamquam cives, idem de Franch. ead. decis. 526. pluriès judicatum attestans, num. 2. & 3. Reg. Rovit. etiam aliis vicibus decisum memorat, super ead. pragm. num. 6. & 8. vbi, & illud idem attendendum esse respectu molarum conducendarum à loco alieno, affirmat, auctoritate eiusdem de Franch. ead. decis. 526. sub num. 3. qua in decision. multa vtilia, & quotidiana ad ornatum dict. pragm. cumulat; Vbi verò potest cogere ad serviendum, non semper aliquos astringent, sed vicissim, l. civitas, C. de offic. Rect. Provinc.

Quintam recolimus auctoritatem, aut citiùs præ:
165 rogativam, vt vendere volente vasallo rem suam, præferatur Baro pro eodem pretio, eam volens, ex pragm. 5. de Baron. & decisum pro Duce Magdaloni recenset Amendola ad Franc. decis. 17. num. 3. Id tamen pro suo, & propriæ domus servitio: ita quod alteri cedere nequeat, vt decisum fuisse memorat Frecc. tract. de subfeud. lib. 1. auth. 34. num. 3. iterumque postea inter communitatem lauri, & Marchionem testatur Capibl. in pragm. 1. num. 122. de Baronib. Reg. de Ponte cons. 72. nu. 5. vol. 2. & Thor. in compend. dec. p. 1. verbo, Baro præfertur. Costringere autem ad vendendum, ne valeat ex pragm. 1. de Baron. & generica suppetit regula text. in l. nec emere, C. de jure delib. l. invitum, C. de contrah. empt. l. non enim ff. rer. amotar. l. possessores, C. de fund. patrim. lib. 11. l. nemo exterus, C. de iudais, quam-
166 via, & illa complures admittat restrictiones, quas congesserunt Afflict. in prælud. constit. qu. 3. Andreat. in constit. omnes nostri. Decius in l. invitus ff. de regul. jur. Covar. variar. resol. cap. 14. Rocc. regul. 435. vendere rem suã, Viv. opin. 1027. lib. 3. Menoch. cons. 1206. n. 10. lib. 3. Tusch. concl. 356. lib. 6. verbo, vixosas R. Sanfel. dec. 3 22. n. 8. R. Capyc. Lat. dec. 186. Capibl. cit. prag. 1. ex nu. 115. Capon. contr. for. 1. n. 43. & alii. Illo præsertim in casu, me cõsulẽte demãdato executioni, etenim quædam Vniversitas ob magnam frumenti inopiam, atquè existente frumento vendito alienigeno mercatori, prohibuit illud extrahi invito emptore, & venditore, restituto pretio quanti emerat, quamvis excedere iustum replacassent cives, namquè ostendimus eã doctrinam, Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 18. nu. 8. probantis, teneri pretium illud persolvere, tamesi plus justo esset, & Capon. cit. num. 43. quin & illud confestim exbursari curavimus, nè crescente interdùm valore, vt iustè suspicabatur, cogerentur subministrare solutionis tempore currens, ad quod iure tenerentur ex sententia Præsulis Covarr. in dict. cap. 14. de quo latiùs nos alibi Deo favente.

Quin coarctatur regula piæ causæ favore, l. si quis sepulchrum ff. de relig. & sumpt. funer. ob publicam vtilitatem, quæ ex religionis favore constat, l. 1. § hujus studii, ff. de iustit. & iure, l. locum, ff. de vsufruct. l. 1. § sin autem, C. commun. serv. manumiss. quibus sanè fit, vt frequentissimo omnium consensu receptum sit, ædis privatæ dominum cogi posse eam, justo pretio vendere, illius favore; pro Monasterii ampliatione, Bal. & Angel. in l. 1. ff. solut. matrim. Florian in cit. l. si quis sepulchrum C apoll. tit. de servit. urban. præd. cap. 82. de sepulcr. Afflict. in proem. constit. qu. 3 num. 11. Gramm. dec. 75. ibiq; Avus meus, num. 8. Giurb. in consuet. Senat. Messan. cap. 10. gl. 10. num. 3. Franc. Marc. dec. 635. num. fin. Carocc. decis. 25. num. 13. Alvar. Valasc. lib. 1. consult. 25. num. 6. Borrell. in summ. decis. par. 1. tit. 2. num. 37. & cons. 26. num. 7. Boer. dec. 322. ex num. 2. Giazarell. dec. 38 à num. 1. Marta de iurisdict. cent. 2. cas. 171. num. 3. Muta dec. Sicil. 8. num. 7. Reg. Rovit. in pragm. 3. num. 6. de Monial. Ricc. dec. 147. par. 1. Genuens. pract. Eccles. qu. 241. Noguerol. tom. 1. alleg. 18. num. 70. Tassen. de antef. vers. 3. obs. 2. num. 87. Thor. 1. par. compend. verbo, vicinus; pro nova Ecclesia ædificanda, Reg. Constant. in l. 1. Cod. de vendit. rer. fiscal. num. 89. Borrel. tom. 1. summ. dec. tit. 9. num. 36. de sacrosanct. Eccles. pro erectione Seminarii, Carocc. dec. 26. Novar. quæst. forens. 31. lib. 1. Mele ad Giazarell. dec. 38. num. 34. pro atrio ante Ecclesiæ fores, Giazar. cit. loco, num. 7. Reg. Tap. lib. 1. jur. Regni Neap. tit. de Monialibus, pragm. 3. num. 4. Marc. Anton. Maceratens. lib. 1. resol. 112. cap. 29. pro extendendo dormitorio, Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 2 §. 4. num. 18. ampliatione Capellæ, Ricc. dec. 147. par. 1. Viridarii, Mari ad Gramm. dec. 75. num. 3. plateæ ante Ecclesiam, Rota decis. 213. num. 7. Caren. resol. 2. artic. 1. num. 10. Hospitii

Rel.

Religiosorum, *Ricc.decis.138. par.1.* pro ædificatione Seminarii *idem Ricc. par.3. dec. 414. & p.3.resol.413. Novar.super pragm.1.num.3.de leg. piit,& de elect for.sect.3.qu.59.*

Vt autem hujusmodi privilegio gaudeat causa pia necesse est res sit præcisâ moraliter necessaria, vt disertissimè sentit *Covarr.*mux *add. cap.14. num. 11. vers. 3.* quem insequitur *R. Valenz. cons. 18. num.132.lib.1. Affl.in prælud.Const.Regn.quæst.3. num.11.*& advertit *Reg.de Ponte cit. §. 4. num. 12.*cohæret *Mastrill.dec.280. ex num.6.* ac concinnè *Præses de Franch.dec.223.num.9.* ibi. *cognita necessaria ampliatione Monasterii*, (etsi in contrarium adducatur à *Cæsare Carena resol. 2. num.6.*) *Lambertin.de iure patronat.lib.1.artic. 14.quæst.3.in princ.par.1. nu.7. Gratian.discept. forens.cap.742 à num.25.Costa de remed. subsid. remed.76.num.8.R.Sanfel. dec.413. ex num. 12.* id quod admisit S.C. in causa Integerrimi Viri D. Reg. D.Antonii Florillo cum Gubernatoribus Montis Misericordiæ, vti opera administraotibus boon Montis Francisci Antonii Coppola, petentis,ut illi cogantur ad vendendum parvulum pomerium cunspicuum situm prope suum palatium pertioens ad illam oram meritimam, quæ vulgò *Chiaia* nuncupatur, ccoluitque Seoatus, *non esse locum petitis*, die 2. Maji 1678. apud Mattinum Actorum Megistrum. Suffragia præstantes fuimus Spectab. D. Præs. S.C.DD.Cunsiliarii Ill.Comes Legardi, Scipio Martino Commissarius, Ego, D. Jo. Baptista de Affecto, adiunctis DD. Consil. D. Stephano Padilla, Ill.D.Troiano Miroballo Duce Campimele, & D.Fulvio Caracciolo. In illa itaque hypothesi nonnullos ancipites articulos solvimus, oempè haud esse locum huiusmodi privilegio, nisi maxima necessitate concurrente ex suprà adductis, quam necessitatem in terminis domunculæ perpendit *Adrian.Negusant.respons. 165.* Nec quoties ex venditione sequeretur magnum vicino præjudicium, insectati *Rota Romana* declarationem *in una Januensi domorum 15.Maji, 1615. coram Manzanedo, dec.676.par. 1.recent.Gratian.discept.for.896.tom.5.Mastrill. cit.dec.180.à num.90.Thesaur dec.64.lib.1.* Nec obstringi posse Montem vendere partem rei, scilicet pomarium, sed totam, hoc est illud cum domunculis adhærentibus, ex *l.penult.§.fin. l.Julianus, §.idem Celsus,ff.de act. empti, l. cum in fundo 81.§.si fundus, ff.de jur.dot.Franc. de Petris cons.48. R. de Martnis ad Revert. decis.284. Mari ad Gram.dec.75. num.3. Giurb. decis. 86. num.13.Thesaur.lib.1.q forens.64.11.Cost. cit.remed.76.Muta ad cap.Regni Sicil.20.num.39.Placid.Costa ad patrem cons.58.num.11.Ricc.collect. 76.* suot enim illa vnum, & idem, quamvis adsit privata via, ad *tex.in l. ait prætor, §. privata via,ff.ne quid in loc.publ.Molfes.ad consuet. lib.3.p.12 q.10. num.33.* vel saltim destinatione patris familias, *l.prædiis §.Titia Seiana,ff.de legat.3.l.Seja,§.Tiranna, ff.de fund.instruct.Surd. decis. 241.* Hujusmodi privilegium contra locum pium non posse experiri, *Valenz.cit. cons. 18.Mari ad Gizzarell.dec.38.num.1.Ricc decis. 59.p 3 Mastrill dec.200 Capon cit.cap.1.num.32.*

Quo vero ad excitatam Achillæam quæstionem, si possit cogi dominus ædiculæ, vel parvuli viridarii, ad vendendum pro amplitudine palatii sum eius exoroatio maximè faveat commodo, ac oobilitati Urbium, *l.Senatus, ff. de contrah. empt.* imò insit magno sublevamine astantibus, sicuti ait *Cic.tuscul. 3.magis me moverunt subito aspecta parietum ruina, quam ipsos Corinteos.* Diximus, aleam simplicitàr affirmativā oonnullorum ex II.CC.ooo esse uodique tutam, inter quos *Roman.singul.710.Marsil sing.470. Giurb. decis.86.num.5.Guzman. de evict. qu.52. num. 46.Hermosill.in annot.ad gl.1.l.3.tit.5.par.5.n. 12.Castill.decis.134.lib.2. Fontanell. de pact.nuptial.lib.1.claus.4.Glos.12.num.28. Thesaur.cit. qu.64.num.4.* & pro constituenda dumo prætoria, vulgo, *casa della Corte*, scripsit *Novar.decis.60* ac pro ampliandis Civitatis viis *Lanar. cons.4.Reg.de Ponte add.tract.tit. de regal. imposit. num.6.* ibiqur *Thor. Niger controv. forens. 231.num.1.Avus meus ad Capyc decis.38. num. 1.* & conferunt tradita ab *Andreoli*, qui amore propriæ causæ ductus calamum arripuit, *controvers.290.* & à *Capone controv. 18.* etenim præfati Authores, vel in propriis peculiaribus causis scriplere, vel ut clientibus morem gererent, sive io Civitatibus, in quibus statuta hoc deliberautia vigent, de quibus scripsit *Bar. in l.1.C.de debitor.Civit.lib.11.num.3.vers.nota*, sivè aliis concurrentibus in facto, ut io themate penès citatos authores maximè apud *Castill. Caren.& Capon.* in quo potissimum aderat promissio de vendcodo huiusmodi etenim promissio certo pretio venditionem reddit perfectam, ut, post alios, tradit *Reg.de Marin.ad Reverter.dec.214.* Quin uous ex dominis inspexit, quod judicanda orta hujusmodi in te fortsitan provenere ex incuria, ac lassitudine domuoculam pussidentium, sæpè sæpiùs inopis laborantium, indeque prospicere Iudices, necnon compati debent iis, utpotè contrahentibus litigia cum viris magna vi, ac ope prædi tis palatium possidentibus.

Alter verò judicantium perhibuit illud celebre exemplum Persarum Regis, cui Quissera nomen apud Perses, Adel verò, hoc est Iustus apud Arabes, Hic palatium extrui iussit tanta exoroatione imbutum, ut oculos aspicientium opere, artificioque teneret: admiratione comprehensus quidam legatus vir illustris Philosophia præditus, ita ait: valdè egregium, nimiumque elegans nulli comparari valet palatium: at magnificentius poterat construi, si illa ædicula adhæresceret tetartemorio, ac ita magis eluceret. Verum est, ac ait pius Princeps, sed vidua hæc paupercula, cum sit domina, noluit mihi consensum præbere. At admiratus ille exclamavit, in suo imperio, dominioque esse, non verò in libertate illius viduæ: ejusque voluntatem sufficere pro lege (ad regulam *tex.in l.relegati*, & ibi *gl.ff. de pæn.*) quamobrem non desinebat admirari, cui respondit Rex, suam voluntatem rationi esse obnoxiam, se a legibus haud esse immunem, & licitè agi non posse, quod contra ius sit in alterius damnum (quod II.CC. tradunt nectentes, explosis nonnullis, effatum memorati *tex. in l. relegati*, & *Glos.* vendicare locum in re propria Regis, nempè remissione

fica.

fiscalis pœnæ, non indiscriminatim in omnibus *Sesse de inhib.cap.4.§.3.ex num. 13. Valasc. controv.cap.15.& 16. Reg.Tapia de constit.Princip.cap.1.rubr.num.77. Cavar.var.resol. lib.3. cap. 6. Barbos.in l.digna vox, Cod.de legib.Suar.de legib. lib.3.quæst.35.Dian.eod.tit.de legib.tract.10. qu. 10.Gayll.observ 58. lib.2. Pinell. de resc. vend.1. par.rubr.cap.2.num.1.Castill.lib.7. de tertiis cap. 41.ex num.2.Alciat. regul. 3. Thesaur. decis.91. Peregr.de fideicomm.artic.52.num.113. Petr.Anton.Petra de potest. Princip.cap.1. in fin. Amaya observat.iur.10.lib.1.)* Addit Rex sapiens, plus reddit illud venustate dignum hæc ædicula, quam ornamenta marmorea: illa enim meam iustitiam immortalitate induit, hæc verò denudarent, teste *Ioanne Botero, detti memorabili di personaggi illustri, lib. 2. Giuditii di Dio, pag.* (mihi) 139. Simili in casu dixit *Cic. lib. 16. epist. 60. Quantum commodo tuo potuerit, tantum ei honoris mei causa commodet*, & confert exemplum Sacræ Scripturæ de Naboth apud *Rot. Roman. decision. 5. par. 1. in recent.*

Et quamvis omninò, indistincteque veritati inhæret isthæc opinio, minimè procedit in suburbiis, palatiisque extra Civitatis menia eadem quippè ratione haud militante, *Castill.dec. cit.133. in num. 9.* conferunt tradita à *Didac. Perez lib.2.ordin.tit.23.lib.2.vers.79.*

Perpendimus quoque hac in thesi admodum operari discreti judicis arbitrium, qui plene examinatis omnibus circumstantiis veri parentis munere fungens; attenta potissimè æquitate, jus dicere, obstringitur, *Caren.cit.resol.2. à. num. 36.Giurb.cons.crim.49.num.16.Sperell.decis.58. num.15.Rot. par.1. recent.* scilicet in posthumis *Farinac.decis.372.Cyriac.controv.331.Capon.cit. controv.forens.1.sub num.37.*

Et tandem absque termino causam expedivimus, haud refragante decantato axiomate, articulum iuris intricati æquiparari quæstioni facti, *Mastrill decis.317.ex num 17.Reg. Saufelic.dec. 17.in princ. Gratian. cap. 536. num.19.* etenim agebatur de mera, puraque iuris quæstione, quo casu non præberi terminum ad probandum, ex *cap.sæpè, de appell.* ibi: *cum frequenter iuris quæstio moveatur, cujus apud nos probationes necessariæ in contraria non existant, R.Io.Franch.de Ponte cons 59.num.1.Ann.singul. 470.Maur.Burg de laudem.par.3. inspect.24. nu. 17.Reg Saufelic.decis.17.Reg. de Marin. lib.1.resol.cap.66.num.6 Thor.par.2. vot.45. num. 9.* & diximus in *rit 69. num. 13.* (quem locum laudat *Luca in append.ad decis.de Franch 628.*) necnon *in rit.123.sub num.37.lib.1.* Sed potiùs ad allegandum, deliberandum, ac enixè studendum, diximus, ad tradita à me ipso in *rit. 75.num.10.eod.lib.1.* & dispungit, post alios, *Præsul.Cæsar de Afflict.contrav. iur. cap.39. sub num.43.& in addit.ad cap.46.& 47.*

Prædicta verò militare quoque in locatione, ne
167 ad locandum constringere baro queat, at illis locare volentibus prælationem habeat, affirmat idem *Capibl. in anted. pragm.1. num. 212.* fulcitur tùm doctrina *Tiraq.in præfat. tract. de retract.num.15.* tùm in S.C.placito; Addimus

Tom.3.

Rondell.in tract.de jure prothom. verbo, *sub eodem servitio, num.62.*& cum barones, & vasalli sint correlativi, vt scripsimus *in Ritu 231. num.4.lib 2.* ac correlativorum sit eadem dispositio, vt illibi adjunximus, certè volente barone alienare, sivè locare jus competit vasallis volentibus prælationem, ex multis rationibus congestis penès *Camill.de Laratha cons.41.* præsertim doctrina *Isernia in c. Imperialem, §. nec dominus, num.44.& 46.de prohib.feud.alien. per Freder.* Atque ideò non solùm aliqua re locata baronis, sivè alienata detur prælatio, sed, barone alienante feudum, datur annus vasallis ad petendum demanium, & restituendum emptori pretium, cōstat idq; tùm attento jure communi, teste eodem *And.in dict.loco,* tùm Regni *Prag.65.de offic.procu.Cæsar* quin& ipso locante feudū, exclusis extraneis conductoribus, vasalli ambientes conducere admittendi sint, defendit citatus *Laratha cons.4. Consil. Marcian.cons.44. num.17.lib.1 Præsul.Afflict. controv. jur. resol. cap. 20.num 17.* & diximus *in Ritu 69.sub num.13. lib.1.* quem locum adducit *Luc. in cit.append.ad de Franch.decis.628.*

Sextam nunc aggredimur prærogativam, vt vasal-
168 los cogere valeant ad exhibenda servitia personalia pro necessitate, & commoditate rei feudalis, scilicet, territoria colere, arare, serere, vindemiare, putare, aliaque similia, & rusticalia agere, idquè tetigimus *Ritu 45. lib.1.* tametsi *de Franch.in decis.128.* videatur negare, si eius verba, accuratè legantur, etenim apertè huic nostræ assertioni favet ejusdem *decis. 526.* dum tamen, & illis mercedem persolvat, & inter cives consuetam, vt *ead. dec.526.* probat, latèque *Capibl.pragm.16. à num.35.* adjungens compiures decisiones, imò & salarium nèdum consuetum inter cives dicit, sed victum quoque, quem alii suppetunt civibus locantibus operas suas in *eod.num 35.* sequiturque *Thor.par.1.verbo, barones conducentes;* quin, & adjungimus, eas tantùm personas ad ea exercenda opera constringi posse, quas non dedeceat illa exequi, quod ex illamet *decis.* carpitur atquè ex *cap.Regni 114.* alteroque 121.deducit *Capiblanc.de baronib.ead.pragm.16.num.19.* & opitulatur *Luc. de Penna in l.2.C. de censit. lib.12. & Frecc. in auth.137.* extatquè generica conclusio, habendam esse rationem qualitatis personæ in servitiis præstandis à vasallis, itaut nonnisi salva qualitate gradus servitium ferat vasallus, quam lepidè tradit *Antonius Borinnius in tract. de servitiis vasall.sivè cavalcatu, par.4.§.11. vers. & generaliter,* & perpulchrum præ cæteris referimus exemplum respectu servitii associandi dominam diebus festivis, quod dedeceat vasallum doctorem, asserit *Petrus de Raven. in tit.de Capitan.qui Cur.vendi. §.fin.in fin. & tit. quid sit investit.§ fin.* inibi alios adnectens casus; ad rem *Grasins ad R. Latra dec. 181. num 47. lib.2.* Quin, & passim in S.C.determinari subjicit idem *Capibl.num.20.* vt talia non demandet servitia in tempore, quo propriis in rebus ille vacaret, quia alienis haud quaquam tùnc cogendus esset operam incumbere, ex *Bal. in l. Præses, C.de servit.* Tandemque advertimus cogi

Mm

gi posse vasallos ad servitia personalia necessaria prò commoditate rei feudalis,& consecutivè ad arandum, & consimilia, vt diximus, non tamen ad locandum territoris, neque pugnat contraria resolutio in septima mòx scribenda authoritate constituta, nàm vendicat locum virtute prælationis tunc vigentis, non autem vbi nulla considerabetur prælatio; nequè altera pugnat assertio de correlativa inter baronem, & vasallos, atquè ideò eum barone volente locare, queant vasalli excludere exteros, ita valeat baro vasallos constringere ad conducendum, nàm falsa esset sequela, valida namquè esset consequentia. si diceret, ergò vasalli ambientes eorum territoria locare, præferatur baro, si illa conducere peroptet, semota itaq; prælatione, & voluntate volentis ea vti, nulla datur inter eos coactio respectu locationis, & venditionis, in quibus neuter alteri tenetur, aut constringi potest, nisi supposita locatione, aut venditione ab uno eorum facta in extraneos, prælatione petita per alterum, *Avus meus ad Capyc.dec.*38.*&* 118.

Septimam attingimus prærogativam, eamque an-
169 tecedenti affinem, vt constringere valeat suos vasallos conducere territoria feudalia, *Lucas de Penna in l.generali,vers.item an possit baro, C.de decurian.lib.*10.*&* *l.a.C. de consulib. lib.*1 t. *Fresaa desubfeud.auth* 41.*Cassan.in consuet.Burgund.Capiblanc.de Baron.pragm.*16.*num.*26. *Novar.de gravamin.vasallor.grav.* 362. *Reg. de Marin.lib.*1.*resol.cap.*32.*num.*15. quorum omnium sententiam ex eorum verbis procedere constat, cum aliena conducerent, quod, & apertiùs idem *Lucas de Penn.in l.*2.*in fine,C.de censib. & censit.lib.*11. affirmat, cuius hæc sunt verba, *Item pone, Comes, aut Baro habet vasallos suos rusticos, & agricolas, qui derelictis terris proprii Domini, alterius Domini terras colunt; An poterit eorum Dominus illos cogere, ut non aliorum Dominorum, sed suas terras excolant?* (& respondet) *breviter puta sic*, quibus verbis nos suffulti concludimus, Barones habere prælationem tantum, cum ab aliis conducere illi intenduot, alioquin compellere nequeant,ne,vel nolentes culturæ ampliùs incumbere, vel in propriis territoriis continuare ambientes, constringantur baronalia colere, quod factum quandoque fuisse, plerumque vidimus, atque commiserti fumus; quidvè si vellent colere territoria conciviun, extricat *Mastrill. de magistrat.lib.*4.*cap.*18.*n.*37. Quid autem dicendum sit, cum revolutione temporum, aut colonorum inopia decreverunt terrarum introitus, & afflictus; ac Baro, ejusve generalis Gubernator nolens minuere pensionem, antiquitùs perceptam, eum generatim maiori pretio locari consueverant, cogit, aut saltem minis secretò impellit conducere,aut territoria infertilia esseot? tunc prorsùs cessare prærogativam, subdit illic *Capibl.* quin investigamus etiam, erunt ne tuti apud Deum, & in conscieotia? eruot ne à Confessariis absolvendi? nisi damna priùs resarcuerint? hoc onus, hic labor est, scilicet apud eosdem, cum apud nos comperta fit res, eoque peccare, atque ad restitutionem teneri fateamur, neque excusari possunt, quod non cogunt, dum aiciunt aliquos, eisque dicunt: *Veglie, che pigliate* (sivè) *bisogna che pigliate questo affitto*, aut aliis consimilibus vtuntur verbis, quibus & vsos esse aliquos Gubernatores; & vehementioribus etiam, eoque tam meo monitos à nobis replicasse, non impellisse, & tamen certi eramus de conducendum volun. tate, quique nobiscum pluriès, atque pluriès conquesti erant, quod eis non tantùm minimè expediens erat, at grave peperisset interesse, quia & pensio plus justo, ac currenti pretio nonnè præportabat; videns illos ob id passuros damnum? in alio seculo certè videbimus,quia & videt jam alter eorum, quos semel, atque iterùm de hac re monuimus, exoravimusque, vt abstinerent, alter verò visitatur a Deo,multa perpassus est in hoc seculo mala, & incommoda.

Octavam dicimus prærogativam esse, quod cum
170 fuimet castri civis, quin & primus dicatur illius civis, quibit in vasallorum territoria immittere propria animalia, in eisque pasci facere, teste *Frecc.de subfeud.lib.* 2. *auth.*46. *versic. eadem lege, sub num.*4. *Anna sing.* 365. atque *Capibl.de Baronib.pragm.*12.*num.*20.*lib.* 1. omnesque suffulciuntur doctrina *Bar.in l.*1.*sub num.* 13.*ff.ad municip.*quin & viget *pragm.*12.*de Baronib.*in cuius *comment.*id ipsum scripsit *Rovit. num.*1. *& num.* 5. intellectum tradens *eidem pragm.* ejusque verbis. Qui tamen eademmet *pragm.*non exprimit modum, & quantitatem, qua vti debeat, cum rei communis vniversitatis intendit percipere commodum, at generatim duntaxat verba faciens, inquit, eos debere tali modo uti, ut luis commoditatibus satisfiat, & vasalli pascuis nemoribus, & cultura non arceantur, arbitrio eiusdem Regis, aut Viceregis in casu contentionis declarãdo,ideò ex ea non tantum deducitur illud idem, quod jure defendit, at antea *Frecc.ind.ic.loco*, potissimum doctrina *Alberic.in l.Imperatores ff.de servit.rustic.praedior.*ut moderatè faciat, sine præjudicio, & impedimento concivium, Verum, & illud alterum, quod tanquam civis & sic unus civis, istamen major eivis, quod expressè ait metipse *Frecc.*in illis verbis: *unus ex civibus, & ut principalis civis*, cujus opinionem in Regno servari, testatur idem *Rovit. in eadem pragm.*12.in calce *num.* 5. & repetit in *rubr. de pascuis, & nemor. num.*7. addens, ita pallim expediri provisiones, sequitur *Capiblanc. super eadem pragm nu.*21. *& Thor.par.*1.*compend. decis.*verbo,*Baro uti potest*,quin,& idem *Rovit.* recipit opinionem *Avilés in cap.*3.*Prætor. in glos. jurisdictioa.*propè finem, affirmantis, posse tanquam duo Cives ditiores ejusdem loci, tametsi ejus opinionem in praxi observari subjungat,& *Salon.Burgensis in l.*3.*Tauri,à num.*494.quorum attestatio subsistit fortan illis in Regionibus, non autem in nostris, in quibus verior fit *Rovitì* collaudatus usus, præsertim ob prædictam pragmaticam dicentem, ut ipsi barones, ut primi cives utantur; illud plurale conversum in singulare præportat, quod si dixisset baro, dixis-

dixisset etiam, ut primus Civis, imo cum addat moderatè utatur, si tanquam duo, usque ditiores, certè immoderatè uterentur, atque ideò *Præs. Covar. prac. qq. cap. 37. vers. est denique, sub nu.* 1. non tantùm Hispanicum jam dictum morem perperam introductum affirmat, sed nullo jure probari, ac potiùs iure communi improbari, addit; quo quippè inspecto iure in *initio* defendit posse uti pascuis, eo tamen numero animalium, qui sit arbitrio boni viri moderatus iuxtà territorii, & pascuarum qualitatem: ita quidem, quod maximè sit attendenda vicinorum aliorum, & civium hac in re læsio, quod latiùs explicare *auctores*, quos antè memoraverat, ut propterea rectè senserit prudentissimus *Præs. de Franch.* cum in *dec.* 301. *num.* 10. delegavit expertis, ut feudi quantitatem metirentur, ad usum campi in anno idoneam, perpenderent numerum animalium ad illius culturam pernecessarium, itidemque locum ad eorum pasturam sufficientem, suffultus doctrina *Bertrand. consil.* 37. quod in libro meo est 35. atquè, his adhibitis considerationibus, pluries decisum fuisse inquit idem *Capiblanc. & Anna sing.* 80. quorum, ni fallimur, attestatio nonnunquam efficere potest, nè semper possit tot immittere animalia, quot alter ditior civis, eò namque pervenire posset dominorum copia habentium animalia, ut quamvis eorum quivis pauca detineret, nihilominus territorium, nequè patiatur unum civium habere, atquè in eo tenere multa capita bestiarum, ac consecutivè, neque ipse baro, quamvis correlativorum eadem est dispositio, rectè scripsit *Fresa. indic. auth.* 46. eodem jure uti posse cives in pascuis baronum, insequuntur *Reg. de Ponte de potest. Prorog. tit.* 3. §. 2. *ex num.* 1. *Rumm. ad Affl. de jur. prothomis. vers. sex juxtà prædicta, num.* 21.

171 In pascuis verò uniuscujusque vasalli, prædicta non gaudet prærogativa baro, teste eodem *Fresa, num.* 5. quid verò post segetes, inquirit à *vers. prætendit quandoquè baro*; tunc verò scilicèt secatis segetibus civis queat in concivis territoria intromittere animalia, defendit *Covarr. cit. cap.* 37. *num.* 2. cuius verba concivem amplectuntur, non baronem; nec omni in casu baro est primus civis, & quando pati vellemus, posse pro suis animalibus, nunquam credidimus respectù, ita quod meritò *Fresa.* referat suo tempore decisum fuisse in S.C. neque secatis segetibus, licere baroni fidare in territoriis vasallorum; conferunt *Rocc. resp.* 5. *tom.* 2. *Rover. dec.* 472. *Latro consul.* 83.

172 Memorata prærogativa gaudet baro, quamvis actualiter in eius oppido non habitet, scribunt *R. de Ponte de potest. Pror. lib* 3. §. 20. *n.* 13. *Ganav. dec.* 37. *n.* 32. *Caponius discept. forens. to.* 1. *discept.* 55. *ex num.* 1. notans *num.* 25. quod baro locans feudum, & omnia iura, quæ in eo habet, non censeatur locasse hujusmodi usum, *de Pont. & Rovit. cit. in locis.*

173 Meritò itaque baro primus nuncupatur civis, sicuti miles est civis ubi militat *l. municipes in* 2. §. *fin. ff. ad municip. Bartol. in l.* 1. *num.* 13. *ff. eod.* Et potestas est caput civium Civitatis, *Bald. in l. observare, §. proficisci, num.* 12. *ff. de offic. Pro. cons.* & proindè possunt ipse, & filii ab Episcopis etiam diversarum Terrarum, quas possident, ordinari, *Præsul Campanil. in divers. rubr.* 9. *cap.* 6. *nu.* 20. etiam si ibi non habitent, *Philiber. Marchin. tract.* 1. *de ordin. cap.* 7. *nu.* 15. *P. Jordan. lib* 3. *tit.* 6. *tom.* 1. *de Sacram. ordinis, num.* 66.

174 Ad nonam, & baronibus petutilem properamus auctoritatem, cum nempè ad subventionem, quam iidem barones exigunt certis in casibus à vasallis, quamque nostrates adjutorium appellitant, quod deducitur ex *Glos.* notabili in *L. placet V.* in verbo, *extraordinarium, C. de sacrosanct. Eccles.* & cujus prolixus est sermo *in constit.* nostri *Regni, quamplurium, & constit. Comitibus*, itemque *cap. ejusdem Regni gravamina*, & super eo *Campag. Isernia, Afflict. & alii* super iisdem adductis *constit.* Et ad quam rationem illud debeatur extricant *Afflict. dec.* 136. quem laudat *Avus meus ad Gramm. decis* 88. *num.* 1. & ad *Capyc. dec.* 118. *sub. num.* 2. *Tasson. de antefat. vers* 3. *obs.* 4. *num.* 98. *Capiblanc. ad pragm.* 1. *ex num.* 103. *de baron. Montan. de regal tit. extraordinaria collatio, num.* 4. *Novar. tom.* 1. *de gravam. vasall. gravam.* 5. & *tom.* 2. *gravam.* 13. *num.* 14.

Primum recenset casum eadem memorata *constit. quamplurium*, ut exigat pro redimenda persona domini, si fortè ab inimicis Regis in eius servitio captus fuerit, ut itaq; præstandum sit, multa convenire oportet, idque ex adductis verbis apertè deducitur, ac præsertim *Affl.* desumitur, nempè, quod fuerit captus, quod ab inimicis Regis, quodque eo tempore, quo Regi inserviebat, quarè si à propriis inimicis, urgentibus creditoribus, devinctus appareat, nequaquam, ut *illic* subdit idem *Afflict.* Quid verò attenta dispositione iuris communis, viduas *Boer. decis.* 128. Addit verò idem *Afflict.* aliud requiri, ut debeatur, quando dominus indigeat, nec propriis bonis se redimere queat, nequaquam verò si suismet rebus posset redimere, idque pluribus authoribus, quos memorat, *Capiblanc. in pragmat.* 1. *num.* 70. *de Baron. Novar. tom.* 1. *de gravam. vasall. gravam.* 4. *num.* 5. & *in cit. pragm.* 1. *num.* 2. *Rocc.* extendens quoque ad filium redimendum, *decis.* 290. *num.* 28. opitulantur quoque cæteri multi, quos *de Bottis* recenset *in sua prima addit. ad eamdem constit.* cum generatim loquens, probat, adiutorium nonnisi domino existenti in necessitate, nec habenti unde faceret expensas, præstandum esse; quidvè si Universitas sit ære alieno onusta, & subditi pauperes, *Novar. in memor. prag.* 1. *ex num.* 19. & *de gravam. vasall gravam.* 13. *num.* 8. *tom.* 2. ac *Capiblanc. tom.* 2. *de Baron. cap.* 1. *num.* 16. obstringuntur quippè barones subtiliter perscrutari subditorum facultates, & necessitates, ad tradita à *Salon. de iust.* 22. *tom.* 2. *qu.* 77. *art.* 3. *controv.* 6. *Moises. in summ. tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 22. *num.* 36. *Reg. de Ponte de potest. tit* 4. *de regal. impos.* quos refert *Consil. Rocc. de offic. rub.* 16. §. 5. *de donativ. Regi faciend.* §. 4. *num.* 81.

Habebit insuper adiutorium pro faciendo filio milite ex eadem *constitut. quamplurium*, & ibi *Barth. de Capua, & Affl. Thor. par.* 1. *comp. decis.* verbo, *subventio, Capibl. loc. cit. num.* 76. Idquè

procedat nè de jure communi? negat *Maxill. in consuet. Barens. §. antiqua, à num. 8. Capyc. in investit. feud.* verbo, *studiorum adiutoria, vers. & adhoc ut Baro*, quem allegat *de Franch. decis. 131. num. 15.* in qua scripsit *Ann. alleg. 105. & Petr. Gregor. add. loc.* necnon pro militia fratrum addit subsequente *constitutio Comitibus*; imò, & prò militia nepotis dicit *Campag. super cap. 12. num. 8.* idemque *de Franch. decis. 215. num. 8.* Verùm pro doctoratu filii ancipites sunt, ac propterea sub iudice relinquunt *Ann. sing. 14. & Cassan in consuet. Burgund. tit. de instituta in glos.* verbo, *novella, vers. quid si dominus num. 5.* affirmant autem *Mastrillus ad Petrum Gregor. in dict. qu. 8. lit. D. Ricc. & Capibl. in citis locis*, negat vero *Freza. de subfeud. lib. 2. auct. 2. num. 15.* Et expressè deberi Avo scribit *Paschalis de patria potest. par. 4. cap. 10. sub n. 27.* suffultus assumpto illo, quod debeatur patri pro doctoratu filii iuxta memoratum *Ann.* dictum, ergo itidem Avo.

Itèm pro maritanda filia, per eandem *Constitut. quamplurium*; idque procedat nè etiam de iure communi, negat *Maxilla in consuet. Barens. §. ex antiqua, à num. 8. Capyc.* tamen *in investit. feudali*, verbo *studiorum adiutoria, vers. & ad hoc ut, Baro* quem allegat *de Franch. decis. 131. num. 15.* cumque variæ sint opiniones, propterea *Bald.* percurrere expediat *in cap. 1. §. similiter, de capit. corrad. in lib. feudal. Alex. cons. 35. viso themate, num. 6. vol. 2. Anna sing. 13.* ejusque *filium in addit. Natt. ad Alex. cons. 139. vol. 2. Petrum de Gregor. de concession feud. par. 7 qu. 8. num. 3.* abnuentem vigore Constitutionis, abnuentem attento jure communi, ob id quod non invenitur concessum, & consecutive dicitur vetitum, *cap. conquestus 9. qu. 3.* quin etiam matri dotanti filiam, decisum notat *Ioan. Aloys. Mormil. in suis singul. ad constit. quamplurium num. 4.*

Idem pro monacanda, *Boer. decis. 126. n. 12.* & decisum memorat *de Franch. decis. 48. Tasson. de antefat. vers. 3. observ. 4. num. 98. Capibl. in cit. prag. 1. num. 87. & 94.* & ibi *Novar. num. 21. ac 31.* scilicet cum profitetur, *Afflict. ead. constit. quamplurium, num. 12.* & absolutum in jure esse dicit *Freza lib. 2. auth. 3. num. 7.* idemque *de Franch. num. 31. Cutell. de donat. int. patr. & fil. tract. 5. discurs. 2. par. 12. num 64.* extendens pro filio ad sacerdotium adscribendo, ex *Reg. Tapia in auth ingressi cap. 1. Consil. Staiban. in addit. ad resol. 73. num 63. lib. 1.* laudat *Ricc. decis. 290. num. 29. par. 2. Capiblanc.* mox laudatus *à num. 96. & 103. Novar. tom. 1. de gravam. vasallor. gravam. 6. in num. 1.* inferens etiam, deberi matrimonio sequuto, *Thor. tom. 1. decis.* verbo *adiutorium*, optimè deducunt *Marta in lib. 2. iuris controv. tit. adiutorium cap. 1. Borrell. cons. 40. num. 11. Ann. sing. 13. Capibl. de Baron. pragm. 1. ex num. 76. Ricc. collect. 65. Paschal. de patr. potest. par 4. cap. 10. num. 27. Novar. in pragm. 1. collect. 2. num. 34. de Baronib. Barbat. de divis. fruct. par. 1 cap. 14. ex num. 80. Gallup. in method. feud. tom. 2. par. 4 cap 3. num. 41. Freccia de pact. nupt. claus. 5 gl. 4. num. 54.*

Pro filia verò spuria, nec ne debeatur? distinguendum est, si loquamur attento iure communi, vel constitutionum Regni. Primo casu in utramque partem plura cumulat *Iacob. de S. Georg. in invest. feud. vers. quidem investiti num. 79.* atque in negativam ipse propendet. Altera verò casu loquuntur *Anna* pater *sing. 11.* ejusque filius *Fabius in addit.* atque *Maxill. in cit. consuet. Barens. §. ex antiqua, num. 17.* & annuunt, ac fortasse annuit idem *Petrus de Gregor. num. 7.* apertè tamen *Boer.* latè extricantem *in decis. 127.* ipsumque annuentem sequitur *Mart. adduct. cit. cap. 7. & Mastrill. in addit. lit. C.* ad eundem *Petrum de Gregor.* illa verò effecta vidua, & fieri monialis velit, non sit persolvendum adjutorium, prout neque si rursus in matrimonium conjungi velit, affirmat idemmet *Boer. ead. decis. 126. sub dicto num. 13.* respuendo contrariam sententiam *Ioannis Seneni in consuet. Biron. tit. de legali aidis, art. 4.* illud tamen certum esse, non ambigitur, quod si plures sint filiæ: subministrandum sit adjutorium in earum qualibet maritanda, vel monacanda, ex doctrina *Freccia indic. loco auth. 5.* atque ex aliis eiusdem *Boerii decision.* nempè *decis. 129. 130. & 131.* atque *de Franc. decis.* relata *215. Novar. & Cap. bl. citati, ac Barbat. de divis. fruct. p. 1. cap. 14. ex num. 69. Capan. de jure adohæ q. 19. num. 7. Thor. par. 1. compend.* verbo *adjutorium an debeatur*, etiam si eodem anno nupserit idem *de Franch. dec. 306. Ayell. de iur. adoh. num. 30. R. de Marin. ad Revert. obs. 247. & 505.* contradicunt *Gramm. in ead. const. & in cons. civil, 65. Capyc. in invest.* verbo, *feudorum adjutoria*, & alii apud *Luc. ad mem. de Franch. decis. 306.* Idem quoque observandum est, cum sororem collocat, etiam attento jure communi, atquè aliis quibusdam in casibus notatis in *§. quoniam, in tit. de feudis*, advertit *eodem in loco Gramm. num. 5.* necnon attento jure Regni, *in ead. constit.* nisi dotem persolvisset à patra relictam, *Afflict. super eadem illa Constit. num. 18.* idemque *de Franch sub num. 15.* demumque *Molfesius ad consuetud. Neapol. par. 6. qu. 4. num. 98. Barbat. de divis. fruct. prima par. cap. 14. num. 78. Capibl. cit. pragm. 1. num 71. Thor. par. 2. compend.* verbo, *adjutorium*, quidvè si filia, vel soror nupserit ex venustate, & pulchritudine, tunc illud non deberi, scribit *Tasson. mem. vers. 3. observ. 4. num. 98.* verbo, *tamen nota*.

Quin & debeatur etiam si feudum sit novum apud ipsum fratrem, antiquum verò apud illius adscendentes ex linea transversali, determinatum fuisse in illa *decis. 73. Franch.* constat ex eius lectura, quod si novum prorsus sit, haud quaquem deberetur, idque, ni fallimur, depromitur ex illiusmet *decis.* verbis, *num. 11. & Loffred. in paraph. feud. ad And. super cap. 1. §. ut autem, vers. ex quibus omnibus apparet, de pace juram. firm. Maxill. cit. §. ex antiqua, num. 16. Ricc. collect. 1324. Barbat. de divis. fruct. cit. p. 1. cap. 14. num. 72.*

Avo etiam paterno maritanti neptes, docet præcitatus *P. Molfes. num. 22.* extatque *mem. de Franch. decis. 215.* videndus *Thor. tom. 1.* verbo *adiutorium*, tum tamen patrem inopia laborare consisterit, ut ille subdit, *num. 10. & 18. Capibl.*

p lit. d. Baron. pragm. 1. nu. 69. Mastrill. dec. Sicil. 1. num. 7. Ricc. collect. 65. & 124. Barbat. cit. c. 14. num. 75. Anton. de Amato var. resol. tom. 1. res. 2. num. 9. Aviæ autem maternæ nequaquam, teste Molfesio indicato loco, adjungente decisum ita fuisse. Quod si mater, sub iudice relinquit Frecc. eod. lib. 2. auth. 2. Cum verò petitur pro maritanda amita, & quæratur responsum, adeundus est Petrus Gregor. mentionata p. 7. q. 2. num. 12. & negativè respondet Consil. Theodor. alleg. 20. num. 7. Adjutorium verò dictum in casibus ipsis, necnè persolvere teneantur vasalli burgenses, negat Afflict. decis. 265. num. 57. contradicit verò in eadem constit. quamplurium, num. 20. assentitur Cas. Vrsill. invic. decis. 265 num. 57. adnectens ità passim vidisse servari, insinuatque de Franch. præcalendatis in decis. 215. & 306. num. 5. in priori, ac num. 6. in posteriori, apertisque verbis defendit decis. 131. maximè num. 14. & seq.

Sed utri ex baronibus debeatur, cum plures sunt, non exilis videtur hæsitatio, tametsi omnibus
175 in casibus non semel in tribunalibus decisa; quandoquidem si alter sit in civilibus, alter verò in criminalibus, deberi jurisdictionem civilem habenti, Frecc. eod. lib. 2. auctor. 2. num. 20. de Franch. ead. decis. 131. sub num. 3. Capibl. cit. prag. 3. ex num. 64. Scipio Gargan. alleg. 25. num. 22. post decis. Salernit. & conveniunt, quæ Capyc. edisserit in decis. 27. & nos scripsimus in rit. 2. num. 22. lib. 1. & in rit. 265. ex num. 111. lib. 3. dum ageremus quæstionem præcedentiæ inter Iudices pecuniarias, & capitales causas dispungentes, de qua loquuntur quoque Donadio de renunciat. lib. 2. cap. 29. ex num. 119 Luc. ad Franch. cit. decis. 388. Si alter sit primævus dominus, alter verò cum pacto de retrovendendo huic præstandum esse antequam redimatur, consuluerunt Frecc. auth. 2 qu. 17. Vrsill. ad Afflict. citata decis. 265. num. 60. ac de Franch. dec. 76. Tap. lib. 6. iur. regn. sup. const. quamplurium, Capiblanc. de Baron. prag. 1. num. 48. & ibi Novar. num. 8. Ricc. collect. decis. 65. Amat. cons. 79. num. 9. vol. 1. Thor. 1 par. 1. verbo, subventio: suppetitque ratio, quod ejusmodi emptor est re vera emptor, dictaque alienatio, est pura, atque omni ex parte omninò perfecta, tametsi resolvenda sub conditione, ac propterea in illum transferatur dominium, fructusque medio tempore lucretur, qui præterea alienare valeat, post Tiraqu. Thesaur. & Amod. docet Ovidius de Amicis in suo tract. de jure emphit. q. 55. num. 5. & 9. laudemium illinc deberi subjiciens, quin ejusdem contractus virtute competere vicino ius congrui, scripsit Afflict. decis. 338. num. 9. & concinit, quod qui tali cum pacto de retrovendendo emit, si vendiderit, ejusdem pacti virtus perit ac reemptio non amplius conceditur, si Alex. vera fatur, consil. 10. num. 3. lib. 1. quem sequuntur addentes ad ipsum, eò quod pactum de retrovendendo haud quaquam afficit tertios possessores, teste Hieron. Cravett. cons. 12. num. 7. & cons. 261. sub. num. 5. ac Tiraq. in tract. de retract. convent. §. 5. glos. 2. à nu. 1. subdens, id ipsum vigere adhuc in conscientiæ foro ex Theologis, & Canonistis, quos memorat, Amod. etiam admittit in tract. de laud. qu. 37. à num 5 & Thesaur. decis. 75. à num. 2. ex quibus deberi aliud laudemium, cum retrovenditio subsequitur, dixit Cagnol. in l. 2. num. 263 C. de pact. inter emptor, & vendit. necnon Tiraq. eod. tract. §. 6. gl. 2. num. 19. tametsi dissentire videantur Surd. dec. & ibi Hodier. Giurb. dec. 79.

Verum duo perpulchra super hac re nobis obveniunt dubia; Alterum si fuerit venditum ea cum
176 pactione, ne dicatur translatum dominium, nisi secuta integrali satisfactione, pretijque solutione. Alterum, si dominus cum pacto de retrovendendo plures habuerit filias, easque nuptui tradiderit, ac postea reemerit alter, cuius filiæ effectæ interea nubiles, in matrimonium collocentur, teneantur nè vasalli suppeditare adiutoria? Nam idem tempus diceretur cucurrisse in beneficium vtriusquè, quod non videtur ferendum. Nos igitùr sic prima facie sentimus, in priori casu emptori minimè dandum, & in secundo reemptori minime præstandum, atq; ad vtrumque impellimur, quod illo in casu non dum est translatum dominium; in isto verò, quod tametsi tempore maritagij debeatur; attamen gravari eodem tempore duplici onere non debent, ac consecutivè idem tempus prodesse vtrique non videtur convenire.

Opitulaturque resolutio in consimili quæstione, eaque est, si vno, eodemque anno plura effe-
177 cerit Baro, pro quorum quolibet deberetur adjutorium, posset nè pluries illa consequi? scilicet pro filia nupta, terra empta, & filio militiæ adscripto? cuius quæstionem agitatam a Doctoribus, non reperijsse advertit Cam. de Curt. c. 3. num. 157. at similibus decidi posse opinatur, nempè subventionibus Regi præstandis, in quibus non nisi vnicam deberi, asserit, virtute capituli Papæ Honorii, & fulcitur etiam argumento tex. in l. sut. ris. ff. de negot. gest. necnon simili in iuribus Regi competentibus ex proprio contractu, vt est relevium, & servitium, quæ si vno eodemque tempore contingat deberi, ex relevio deducitur servitium, illudque minus pro relevio solui, recolet quotidie iudicari, & regnicolas omnes fateri, Staiban. resol. 179. num. 70. Capan. cit. tract. q. 13. de Marin. ad Rever. obs. 248. & 371. & antè ipsos Loffred. in c. 1. §. sed & res, per quos fiat invest. R. Moles decis. 5. de iur. relev. apud Capan. de iur. rel. p. 2. q. 16. num. 6. quare argumentum an multò magis convincat, longè iustius id ipsum attendendum cum barone. Et ex duobus dominis altero proprietario, alteroque vsufructuario, seù pignoratore primo deberi scribunt Capiblanc. in pragm. 1. n. 68. Thor. p. 1. verb. adiutorium, Capa. cit. q. 58. n. 32. ex Capyc. dec. 185.

Si baroni ementi feudum subventionem præstiterunt vasalli, illoque extincto, filius alterum
978 emat feudum, & ab eodem, qui anteà parenti suppeditaverint adiutorium, petat subventionem prò alterius, & novi feudi, quod emit, solutione, iustè nè petat, an iniustitiis citiùs callescat? Cui hæsitationi de Curte respondet, num. 168. atque, complures fuisse in negantem partem, alios verò in affirmantem; cæ-

teros

teros autem præhabi ta distinctione respondentes: Illa nempè, sit ne ex pacto, & providentia feudum, an hæreditatium, vt in priori subsistat affirmativa sententia, & teneantur illius homines adiutorium præstare, in alterò vero, atque posteriori negativa militet; sed illi semper & vbique deberi annuit quovis in feudo, nàm hæreditarium quamvis sit, negari non potest, quin ille filius dicatur novus Dominus, & mutatione desinant esse castrensia, *text. in l. Paulus, ff. de acquir.hæred.* ac propterea experimur, non esse satis iuramentum præstitum fuisse baroni, nisi & eius quoque hæredi detur, parvipensa replicatione illa, quod non sine ratione id contingie in iuramento; sed illa, & quippè valida, quod iuramentum est personale, nec iurantis egreditur personam, siquidem certum est novum dominum repræsentare, ideoqùe opus habet nova investitura, & relevium solvere compellatur. Superest videre quæ *Afflict.* edisserit *in dec.* 265. de obligationibus vasalli ad dominum, & è contrà.

Investigamus insuper, si Baro, volens consequi adiutorium in aliquo casuum recensitorum in
179 *dict.constit.quamplurium*, debeat iudicis implorare auxilium, an illo nullatenus impetrato?
& quippè *Capit.Regni* exordiens *item statuimus*, quod absque provisionibus Regijs consentit posse; vt in charitativo Episcopi subsidio, quod idem est, ac adiutorium, *D. Reg.Galeot.controv. forens.tom.2.cap.18.num.27.* sermonem habens *Boer.decis.39.Gayll.obser.17.num.8.* conferuntq. quæ traduut idem *Boer. decis.55. Vrsill. ad Affl. decis.265.num.32.Mastrill. de magistrat. lib. 4. cap.18.n.115.& Menoch.de arbitr. cas.*181. Abnuit vero praxis, & impetrãdas provisiones Reginales instruimur, si vasalli renuant, nè sit iudex in causa propria, *Novar.de gravam.vasall. tom.2.gravam.17.& in cit.pragm.1. num.20. de baron.* & non dissentit *Montan.de regalib.tit.extraordinaria collatio, num.5.* & indicavi *in ritu 265.num.107.lib.2.* potissimùm ex *Avo meo* ad *Capyc decis.137. num.2.* quem laudant *Mari ad Gramm.decis.88.num.2. & Novar.cit.grav. 17.Capiblanc.pragm.16.num.80.de baron.* tametsi ius Regni permiserat ob aliud assumptum illud, quod in iuribus baronalibus certis (cuiusmodi dicitur istud) nullo expectato iudicis ordine exigere licitum sit, ex *Bal.in l.1.num.31. C. vnde vi, Avus meus ad Capyc.decis.124.Novar. lib.2.gr.17.R.Sanfel.decis.63.num.31.* & ego *in rit. cit.* An autem ab isthac solutione liberari valeant subditi, præscriptionis clypeo? inquiait lepidè *Thesaur.qq. forens. lib. 1. q. 8.* quem *Avus meus* laudat ad *Capyc decis.118.sub nu.2. in nov. & Novar.in cit.pragm.1.num.17.* notat deberi, etiamsi triginta annorum curriculo baro illud minime exigisset. Nùm vero baroni liceat aliquo accepto, vel propter benemerita, vasallos absolvere ab illius petitione? negative respondi ex *Sess de inhibit.cap.4.§.7.num.32.* datur enim ex *constit.* actin filiabus, vt in earum gratiam conditæ, sic adamussim docente *Castrens. in l.servo legato, §.si testator, de legat.1.* & notat *Mocc.in sylv.cas forens.cap.77.*

Inter privilegia baronum non exiguum illud est, vt possint reddere immune ab hospitatione mi-
180 litum oppidum, in quo eorum habitationem statuunt. Vel ipso dictamine naturæ suadente teneotur populi eorum, suo Principi militantes, excipere hospitio, *l.2. C. de metat. & de epidematic.lib.12.Ricc.collect.2509.vers.scias, Novar. quæst forens.84.nu.2 lib.2.de Pont.de potest. Proreg.tit.de provision.fieri solit.num.3. vers. est bene verùm, Afflict. dec.265.* quæ hospitatio cum haud raro acciderit rei familiari patrum familias, puellarumque pudori exitiosa, *de Pont. ibid.nu.32.Thesaur.quæst.forens.lib.1.q.93.* Neapolitani optimates deprecati fuerunt a Catholico nostro Rege in anno 1505. vt immunia iuberet ab hospitatione militum illa saltem oppida, quæ barones, vtilea eorum domini, in suam habitationem eligerent. Fuit hæc immunitas concessa a Rege, vt *in cap. 16. Cathol. Maiest. pag.*(mihi) 42. confirmata primo in anno 1507. vt *in c.32. fol.* (mihi) 61. tum a Comite Ripacursæ Prorege, anno 1508. *cap.8.fol.66.* deinde à Cæsarea Caroli V. Maiestate anno 1532. vt in *cap.4.pag.124.* & notat *Novar. de gravam. par.2.gravam.144.num.1. Mut.Surgen.Neapol. illustr.cap.23.num.42.* late *Dom. Reg. Moles in decis. tit.de iur.adoha, §.4.qu.5. de Camer. reservat.* Hæc autem indulta facultas non levio extitit baronibus emolumenti. Siquidem, cùm possent barones aliquod oppidum nominare in suam habitationem, & nominatum ab hospitatione militum eximere, *Reg. Galeot.resp.us fisc. 1.num.21.Ricc. collectan.2059. in princ.Marc. Anton Surg.Neapol.illustr.lib.1.c.3.n.42.* cùmqs in comperto esset, huiusmodi nominationem Reges, & Proreges semper approbasse, *Regens de Pont.loc.cit.Reg.Rovit.prag.3.de milit. n. 13. Ricc.collect.775.Ther.in compend.par.1. fol.260. col.a.* verbo, *donatio, Capan.de relev.par.1.quæst. 2.num.2.* vt effectum vel iustitiæ a iure communi promanantis, favore baronum, qui & milites sunt, *l.penul.C.de metat. & epidematic. Rovit. ibidem num.14. in fin.Mut.Surgen.in advocat.ad fratr.de Neap.illustr.fol.396.vers.& quoad primum, cum seq.* vel gratiæ, clementiæq; Principis in Barones, *D.Reg.Galeot.mem.respon. 1.num.25.* & oppidum semel nominatum ita perpetuò erat exemptum ab hospitatione militum, vt vocaretur Camera reservata, insignitum hoc nomine, vel quia illud oppidum servabatur baronibus, *Novar. mem.quæst. 84. in princ.* vel quia Cameræ dicantur vrbes, atque oppida feudata, *Reg.Galeot.ibid.num.*

Vnaquæque Vniversitas non ignara, quam prodesset nominari à barone in Cameram reservatam, certatim consuevit, vel polliceri annuam
181 aliquam pensionem persolvere baronibus, si ipsam nominassent, *Reg. de Pont.loc.cit.nu. 20. in fin.& seq.Camill. de Curt.divers feud.fol. 36. num.46.& 47.Vrsil.ad Affl. decis. 105. Tasson. de antef.vers.3.obs.4.num.59. Novar. quæst. 84. lib.1.num.14.vers.sed pro altera parte, Montan. repet.§.præterea,num.146.* vel postquam nominata fuisset respondere annuum redditum in tanti beneficij retributionem, *Reg.de Marin.lib. 3. resolut.cap.141.num.1.Capan.mem.loc. num. 8. Avus meus ad Capyc. decis.121.nu.5. in nov*

Con.

Consil, Rocc. de offic. rub. 10. de militum stipend. n. 86.

Neque hisce donationibus vniversitatum obstitit vnquam, vel Regia Camera, vel S. C. *Rovit. in pragm. 5. de administr. vniversf. §. 19. num 39. & in pragm. 3 de milit. num. 8. Novar. d. q. 84. n. 5. in fin. & par. 2. gravam. 144. num. 2. Mut. Surg. in addit. ad fratr. Neap. illustr. cap. 23. vers. cum Cameræ reservatæ, Camil. de Curt. diversf. feud. fol. 36. Reg. de Marin. add. loc. Ursill. ad Affl. decis. 101. Reg Galeot. loco cit.* duxeruntq; illas antidorales, ac remuneratorias, *Ursill. de Ponte, Rovit.* & alij apud *Capan. ibidem, n. 22.* quàmobrem fuerunt semper confirmatæ à Regni Principibus, si non fuissent immoderatæ, *Galeot. vbi sup. num. 122.* puta si non excessissent carolenos quinque pro singulis focis, *Laganar, ad Rovit. in d. prag 3. de milit. lit. A.* admissæque vti licitæ; atque honestæ à cunctis supremis huius Regni Senatibus, teste *Mut. Surg. vbi sup. num. 375. & 383. R. Galeot. ibidem, num. 23. Reg. Moles cit. §. 5. ex num. 27.*

Hinc cum quædam Vniversitas nollet vlteriùs obstringi ad solutionem quantitatis promissæ, ac proindè renunciasset beneficio Cameræ reservatæ, tum quia si licet vnicuique suo iuri, vel
182 beneficio renunciare, multò magis Vniversitati, vt ait adamussim *R. de Marin. lib. 1. quot. resol. cap. 341. num. 3.* tum etiam, quia extinctè Camerarum reservatarum vtilitate ob novam situationem, & extingui oportet annuæ retributionis vinculum, cum ea sit respectivorum conditio, vt idem sit iudicium, peremptoquè vno, & aliud perimi, necessum sit, *Barz. decis. 15. num 8. & 9. Farinac. decis. 428. nu. 6. & 7. in novi. tom. 1.*

In doctissimorum virorum cœtu, aiebam, non militare primum obex Vniversitatis, quia facultas hæc fuit Baronibus indulta, servitiorumque intuitu ijs à Serenissimis Regibus confirmata, *Capan. de iur. relev. p. 2. quæst. 2. num. 16. Reg. de Pont. tit. de Provis. fieri solit. §. 6. num. 20. vsq. ad 25.* neque immeritò Vniversitates pro beneficio, quod opera Baronum eis confert, teneri, ad aliquid retributionis, recompensæque competentis, ex *l. si remunerandi, ff. mand. l. quadam mulier, ff. de re ind. l. 2. §. & generaliter, ff. de vi bonor. rapt. Camill. de lu Ratha theatr. feud. p. 8. dilucid. 5. per tot.* post *Ruin. ac Bero. Peni decis. 332. num. 17 & 18.* quod semper habitum fuit antidorale, licitum, ac remuneratorium, *Rovit. pragm. 5. de administr. vniversf. num. 39. & pragm. 3. de milit. nu. 12. Mat. Surg. in adnotat. ad fratr fol. 409 vers. vnde, R. de Pont. indic. loco, ex num. 10 Ursill. ad Afflict. dec. 101. in princip. Capan. ibidem nu. 23. R. Galeot. mem. respons. num 22. Laganar. ad Rovit. in d. pragm. 3. de milit. lit. A.* indeque semper, ac indifferenter approbatum (etiam factum absque assensu, vel decreto) ab vnoquoque supremorum Tribunalium huius Regni, *Ursill. ad Afflict. decis. mem 101. Regens Camill. de Curt. diversf. feud fol. 36. Mat. vbi sup. cap. 24. fol. 395. versic. cum Camera reservata, Reg Galeot. d. num. 23. & seq. Montan. cit. §. præterea, num 146. Reg. de Marin. cit. c. 141. num. 1. Rovit. pragm. 5. de administr. vniversf. §. 19. num 5. in fin. & mem. pragm. 3. de milit. num 18. Novar. d q. 84. num. 5. in fin. ac de gravam. p. 2. grav. 144. num. 2.* Vnde videtur indubitabile, hanc donationem, vti ob causam, ac migrantem in naturam contractus onerosi, *Mart. cons. 145. nu. 51.* vel vltro, citroque obligatorii *Gargiar. cons. 3. num 37. tom. 1.* hoc est dationis insolutum, permutationis, & compensationis, *Reg. Sanfel. decis. 315. nu. 3. Intrigliol. sing. 88. lib. 3. num. 40.* vtpotè ex se habentem robur, iustamque validitatem, *Car. §. donatio, qu. 16. versic. sed numquid, Gayll. observ. 120. num. 4.* nullo vnquam pacto posse à variatione, vel donantis pœnitentia alterari, aut mutari, *l. 1.* vbi *gl. verb. non actus, C. quan do liceat ab empt. Cald. Pereyr. de empt. & vend. cap. 28. nu. 18. lib. 2. ac cap. 246. num 5 Rub. decis. 318 num. 18. tom. 1. in tom. decis. ab anno 1616. vsq. ad 23.* neque ingrati animi prætextu, *Viv. decis. 450. num. 5.* & post alios, *Intrigl. citat. singul. 88. lib. 3. num. 40.* neque ratione lesionis, dummodo ea non sit enormissima, *Cagnol. in l. 2. num. 195 C. de rescind. vendit. Rub. ibidem, num. 19. Bart cons. 90. num. 9. lib. 1.* cum irrevocabile sit, quicquid ex contractu debeatur, *Bald. in l. qui se patris, C. vnd. liber. Afflict. in const. ea qua ad Decus.*

Servandi sunt contractus etiam inter Barbaros, *Curen. ref. 174.* ius semèl acquisitum nequit tolli, aut revocari absque voluntate acquirentis, *l. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. l. fin. ff. de pact. l. id quod nostrum, de reg. iur. l. habere in fin. ff. de evict. Novar. q. forens. 2. num. 2. & q. 14. num. 8. Petr. Quesad. differt. 13. num. 65* etiam si acquisitum sit vi donationis, *Hartm. Pistor. observ. 41. num. 8.* Conventio, quæ duorum in idem consensu conflatur, nequit consensu vnius, & alterius dissensu dissolui, *l. 3. l. 6. & seq. C. de rescind. vendit. l. sicut, C. de action. & obligat.* quamvis originem traxerit à gratia, vel privilegio. *Novar. mem. q. 84. num. 15.* Contractus, qui à pura voluntatis libertate, prodeunt, vbi prodierint, ab honesti necessitate sustinentur. *Barz. decis. Senen. 23. num. 18. & decis. 36. num. 29. ac decis. 40. num. 10.* sint licèt contractus donationis, *Rot. Roman apud Roxum decis. 49. num. 2.* neque vrget doctrina *R. de Marin. cit. num. 3.* quia non loquitur, neque intelligi potest, nisi antequam eligatur oppidum à Barone in Cameram reservatam, & antequam paciscatur Vniversitas donationem; tunc enim procedit regula, quod beneficium non confertur invicto, at vbi beneficium sibi collatum quis acceptaverit, in ciusque antidoram se obstrinxerit, nequit reluctari, *Cyriac. contr. 452. num. 15. 17. & 31.* aut reposcere pecuniam, quæ acceptata à donatario in recompensam, facta est omninò res propria donatarii titulo mercedis, *l. Attilius Regulus, ff. de donat. Gaurb. obser. 100 sub num. 3.* Donatio enim, quæ exigit repensionem, & obligat donatarium ad retributionem post acceptum à donatario beneficij & postquàm debitum eo respectu donatori fuit constitutum, spoliatur natura beneficij, ac lucri, & vestitur qualitate contractus, & vicissitudinariæ obligationis, vt latè docet *Cyriac contr. 270. num. 11.*

Et

Et sanè si nequit Baro electionem à se factam ali, cuius oppidi in Cameram reservatam revocare, etiam ingrati animi vitio, vt lepidè notat *Mut. Surg.memor.f.*309. non erit, nisi iniquum, si oppida pro libito posset donationes in retributionem dictæ electionis factas revocare; cum in singulis act bus servari debeat æqualitas, *Anton.Guber.Constan.de dot.cap* 6.*num*.4. *in tract. tom*.9 *fol*.400. idque potissimum in contractibus, *Fabian de Mont.de empt.& vendit.q*.8. *n*. 8. *Moron.de fid.treg.& pac.q*.169. *num*.14. *Vul. pell.de promiss.de non offendend.q*.79.*num*.5.*Novell.de iur.prothomis.§*.7.*num*.47 *in tract.ta*.17. *fol*.44.

Neque id concedendum, quia Vniversitas sit; etenim quando donatio est antidoralis, irrevocabilis redditur, etiam si facta foret ab administratoribus, vt post *Tiraq.* docet *Vrsill. ad Afflict.mem.dec*.101.*sub n*. 1.

Nec demùm quia donatio sit correspectiva, valet donans quando velit eam revocare; durante enim causa donationis, donatio etiam durare oportet, & permaneat effectus, cuius causa perdurat, *Rub.decis*.331. *num*.16.*tom*.2. *decis. ab anno* 1618.

Nè secundum quidem motivum admilitare, aiebam, stante quod amiserint oppida, quæ sunt
183 Cameræ reservatæ, post novam situationem, lucrum trium partium (quarum immunitate illæ fruebantur, vltrà immunitatem hospitandi milites) ex triginta vno assibus, quos singuli foci huius Regni solvebant pro præsidiis, quæ vocant fixa, vt advertit *Io.Lagan.ad Rovit. in pragm*.3.*de milit.lit.A*.

Etenim ex hoc nequeunt repræsentari præjudicia, sed favores: quia, cùm sublatum fuerit à toto Regno onus præsidiorum, Vniversitates, quæ sunt Cameræ reservatæ, bono publico contentæ esse debent, & frui proprio; sic enim levantur etiam ab altera tertia parte, quam persolvebant. Neque ideo debent detestari, quod sint Cameræ, si id prodest in actu, quoad hospitationem actualem, & potentia, quoad futuros, aut certè possibiles casus, si rediret fortassis impositio.

Neque vndequaque veritate nititur, huiusmodi impositionem inclusam esse in quadraginta duobus carolenis pro singulis focis. At esto; cum privilegium Cameræ reservatæ consistat tantùm in immunitate ab actuali hospitatione, non item in exemptione à contributionibus pro præsidijs fixis, vt advertit, pluriesque determinatum è R. C. S. refert *Mut.Surg. ad fratr. in adnotat.* (*mihi*) 406. *vers. octavo*. Et insinuaverat primùm *Marc. Anton.Surg. eodem tractatu lib*. 1. *cap*.23.*num*.42. ac tuetur *D.Reg.Rovit.in mem. pragm*.3.*de milit. nu*.14. ad nihil aliud obstringuntur Barones, quando suas partes adimplent, vt privilegium servetur cum effectu in casu hospitationis militum, atque in hoc tuentur oppida nominata, *Novar.de gravam.gravam*.144. *num*.4.& 5. & quando ostendunt, nihil in hoc fuisse derogatum per mutationes, quæ acciderunt, veteris vigoris.

Accedit, præ ærumnis, vt infrà, quas actualis hospitatio inferre potest, vel parui, vel nihili pendendum paruulum illud lucrum, à quo decidisse, queruntur Vniversitates, *l. pupillus*, *§. si ego*, *ff. ad l. falcid.* vel ferendus casus, qui, cùm acciderit post perfectam conventionem, nequit contractum alterare, nec pactorum, quæ priùs stabilita erant, conditionem mutare, dum, vt stet conventio, serveturque etiam in præiudicium privilegiatorum, satest, si non appareat læsio tempore, quo factus est contractus, *l. de fideicommisso*, *C. de transact.l.verum*, *§. sciendum*, *ff. de minor.Odd de restit.in integr.p*.1.*q*. 4.*art*.6. *Pinell.in l*.2. *C.de rescind. vendit. p*. 2. *cap*.1.*num*.7.*vers.nec restituitur minor ex eventu*, *Boraus cons*.138.*nu*.17. *vol*.3. *Handed.cons*. 34.*num*.43.*vol*.2.*Canonista in c.cum dilecti*, vbi *glos.tit.de empt.& vendit.* & ita pluries iudicatum referunt *Guid.Pap.decis*.157.*Magon.decis*. 62.*num*.13.*Mart.compilat.tom*.3. *sub tit. læsio*, cum haud habeatur ratio accidentium, quæ superveniunt, si tempore contractus iustitia, & æqualitas servetur, *Calder.cons*.5. *Ias. cons*. 54. *num*.5.*vers. & per hoc non*, *vol*.1. *Tiraq. de retract.abstat.consanguin.§*.7 *glo*.1.*num*.1. quos sequitur *Mart.cons*.158. *num*.24. & sentit *Caren. resol*.170.*num*.3.

Quis enim enarrare poterit ærumnas, & mala quæ ex militum hospitijs proficiscuntur, quæ miseri incolæ ex illorum protervia sentiunt, atque illud pulchrum, & optimum ius Iustiniani *in l*.2. *C. de metat. & epidemeticis*, *lib*. 12. haud servari, imò totum oppositum ingemit *Luc. in princ. eiusdem legis* male servati clamans ob iustitiæ neglectum, ob peccata provincialium, & militum nequitiam, idemq; fatetur ibidem *Io.de Platea* in hæc verba prorumpens: *Stipendiarij depopulantur Comitativos, idest Rusticanos, in quantum possunt, auferendo eius victualia pro se, & equis, milites namque, vt experti fuimus, cùm ad hospitia accedunt, non vt milites, sed vti latrones atque viarum grassatores infelicium incolarum bonis, & honori insidiantur*, & *Bud.in pandect. pag*. (mihi) 460. hæc de militibus verba profert: *Quo verbo vocari potest nostra tempore militum improbitas pagatim grassantium, qui quàcumque iter faciunt impudentissima petulantia vestigia ad finem anni vertentis impressa relinquere soliti sunt, usque adeò omnia divexata, omnia exhausta, omnia direpta, quasique grandine, ac procella proculcata, obtritàque digressu illis visuntur, simul ignorante Principe, simul ijs, quos ed tuore loco positos hic turbo percellere non potest, nihil ad se attinere eam calamitatem interpretantibus*: hæc *Budæus*. Dicebat propterea non immeritò Ludovicus XII. Rex Galliæ, Colonos miseros pascua esse militum, milites pascua dæmonum, teste *Arnold.Ferron.de reb.gest.Ludovic. XII. pag*.75. *lib*.3. quem refert *Christoph. Crusii de indic.p*.3.*c*.23.*sub num*.42. nil proindè mirùm, si eorum scelera subsequuntur atroces eventus, *Paucer.de divinat.pag*.39. & si ipsi Reges ob illa impunitè relicta, à Deo severissimè puniuntur, vix est, quod victoriæ spem sibi facere queant, quomodò enim qua fœlicitate diris onustus miles execrationibus, *Cassan. in catal.glor.mund. p*. 5. *pag*. 123. quomodò Dei

pro-

promissio *in Samuel. 3. & 4. Reg. 10. Hyerem. 9.* & alibi evenire posset in qonum, & finem exoptatum sceleratis, & impijs Militibus? Alphonsus Siciliæ Rex, & Neapolis I. Ferdinando filio suo naturali contra Florentinos misso serio interdixit eiusmodi reatus, Deum favere actionibus iustis etiam privatis in militia, dictitans, ac non mediocre momentum rebus bellicis adferre actiones honestas, refert *Liban. in declam.* & *Xenophon. in Agesilao*; vbi iura colunt milites, arma tractant, disciplinam meditantur, & exercent, quomodo probabile non est, omnia plena esse bonæ spei? Et *Socrates orat. 8. ad Archidam. Ego insuper*, dicebat, *in nullis sociis plus esse præsidii, & constantia puto, quàm in iustis actionibus: consentaneum enim est etiam Deorum immortalium benevolentiam non defuturam.*

At qui multò plura, ac majora lepidè, eruditèque coacervata tam ex nostratibus, quam ex aliarum scientiarum præditis Authoribus, contra milites hospitandi abutentes nè dum leges, sed prædonum ad instar, videat, & nè legere tædeat copiosissimum *Nevizan. in sylva nupt. verbo, est nubendum, lib. 4. vers. non obstat ergo primum, à num. 14.* ubi ad saturitatem de omnibus, quæ à militibus in hospitando dirè, & crudeliter fiunt, & de obligationibus, ad quas hospitari debentes, teneotur, necnon *Paris. de Put. de sindic. pag. 51. & sequent.* Et antiquitùs milites latrones vocabantur, ex *Varrone de re milit.* quod nomen, quia mali ominis erat, fuisse posteà immutatum, ac in desuetudinem abiisse, testatur *Thom. Act. de ludo scacchorum, qu. 3. princip. num 21. & 22.* ubi subiungit, quod, licèt communiter feratur.

Nulla fides, pietasque Viris, qui castra sequuntur.

Et *Virgilius in prima eglog. in Bucol.* militem vocet impium.

Impius hac tam culta novalia miles habebit.

Attamen, dicendo, totum contrarium videri, & in dubio eos sic præsumi, nescio, si benè sentiat, cùm adversari videatur dictis per *Luc. de Penn. Joann. de Platea, & Bud.* in supracitatis *locis*, & puto *Actium* in illo *loco* in gratiam sui tractatus de ludo scacchorum pro defensione scacchorum, quos latrunculos appellari observat *Ambros. Calepin. ibi* ab eo *citatus* milites tueri voluisse; quos dicit fuisse vocatos latrones, non quia grassabantur, ut nomen consonum rei esset, *§. est, & aliud, inst. de donat.* sed dicebantur latrones, quasi, subiungens, illud nomen latronis, transivisse in actuarios, quia valet consequentia, actuarius, ergo latro, tàm in M. C. V. quam in aliis Regni Curiis, ex *Cavalc. in Rit. 311. a. not.* salva tamen pace bonorum, quorum honor illæsus remaneat.

Hisque confert expositio *Glos. in l. devotum, C. eod. tit. de metat.* verbo, *metator*, idest *miles*, quasi quod iste metiatur bona pauperum, quamvis metor dicatur, qui arbores disponit, ac ordine quodam situat; Item qui locum futuro ædificio, ac Castris collocandis metitur, aut qui agrum, aliumve quemvis locum in certas distribuit partes, ut in verbo *metior*, declarat *Calepinus*, quem sæpè laudare solebat *Angel. Pisanellus*, teste *de Franch. decis. 662. num. 17.* ubi & ipse *Calepin.* adducit, ac ex verbo metari metatores, & sunt idem, quod mensores qui secundum *Vegetium lib. 2. cap. 7.* quem allegat *Bud. in reliq. annotat. ad pandect. fol.* (mihi) *247. lit. l.* sunt, qui ad podismum dimentiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, & *Nonius Marcell. de proprietate sermonum cap. 2. nu. 528.* allegat *Cocl. Annal. lib 3.* dicentem. *Omnes simul terram cum classi accedunt navibus, atque scaphis egrediuntur, castrametati signa statuunt. Undè hodièque metatores dicimus.* Vel qui hospitia in Civitate præstant; cuius rei maximus erat in Romanis castris usus, teste, *Polybio.* Item, qui diversoriorum, & hospitiorum loca designant, quos vulgò Marescalcos hospitiorum, & ferrarios appellari dicit *Briss. de verb. signif.* in verbo *metator*, ubi subiungit, *eas deputatas manu sua, singulis domus denotasse, & postibus hospitaturi nomen adscripsisse*, vt ex *l. 1. d. tit. de metat.* Et ad idem tendit explicatio *Luc de Penn. in rubr.* sed *Odofred. in l. ejusdem tituli*, dicit, quod metati milites dicuntur; quia metiuntur, idest certum dant Castro, & custodiunt, ac capiunt. Sed Epithematici dicuntur illi, qui militibus cum assignant hospitia, metiuntur, & dividunt hospitia inter dominos, & milites, quæ divisio quomodo sit facienda, docet *Text. in l. 2. ejusdem tit.* in qua electionem, & majorem partem domino relinquit, & nonnulla alia circa metatores, & disposita circa jus hospitandi, ac de Romanis castramentationibus est videndus *Claud. Col. de jure, & privileg. milit. cap. 36.* ubi notavit epithematica vocare collationem pecuniæ, quam à civibus extorquebant milites, ut hospitio renunciarent, & aliò tectum quærerent.

Insuper *Virg. in 12. Æneid. in princip.* nuncupat venatores latrones, illis carminibus.

Tum demùm movet arma leo, gaudetque comanteis,
Excutiens cervice Toros, fixumque latronis.

Ibiquè *Fabrinus* optimus *Virg.* interpres explicando illud verbum *latronis*, idest *venatoris*, nectit, illud verbum esse Græcum nam λατρεύειν significat servire mediante mercede, vndè latrones milites appellantur, qui stipendiis in militia deserviunt, prout antiquitùs, etiam venatores pretio recepto eorum vendebant labores, & *Varronis* memoratam æthymologiam adducit, fuisse dictos latrones, quasi laterones, quod sint circa latera Regum, & eos hodiè vulgò appellari *Laberdieri*, *Sargenti*, *o Ministri*, sed *Plaut.* demonstrat latrones esse milites, ad militandum conductos, sub illis verbis: *Rex me Seleucus misit ad conducendos latrones* & *Sex Pomp. Fest. de verb. signif. inter Authores latina*

tina lingua, *fol.* (mihi) 304 *num.*40. dicit, antiquos eos appellase latrones, qui conducti militabant ex dicta Græco vocabulo; at nunc notat, appellari viarum obsessores, quod à latere adoriuntur, vel quod latenter insidiantur.

Et tandem pro observantia donationis, sufficit,
184 si duret vna causarum, quæ fnerunt, vel motivæ, vel finales, licèt aliæ re vera causæ tunc adfuerint, & hodie cessent, *Novar. decis.* 139.*num.*16.*Tiraquell.in tract.cessan. caus.cess. eff lim.*7.*num.*1.*lim.*12.*lim.*16.*& lim.*22.

His tamen non obstantibus, certissimum est, hodie non esse locum Cameris reservatis, itaut
185 in releviorum liquidatione R.C. dicit: *In futurum hare abstineat cum restitutione exacti*, & pro Vniversitatibus in dies ab eius Tribunali prodeunt provisiones.

Etquidem non dominantium libido, non Regum
186 sitis tributa imponit, sed Reipublicæ tuendæ necessitas, vt ait *Tacit.in* 4.*histor.*ibi: *Nec quies gentium sine armis: nec arma sine stipendiis, nec stipendia sine tributis haberi possunt*; & post ipsum *Iustinianus Imperator in novell.*159. *cap.* 2. *de Provincial.*ibi: *Non enim aliter conservare licet Rempublicam, nisi præstationes sint, & importentur in publicum: ex quibus, & militares nutriuntur copiæ, ut resistatur hostibus, ac per agros, & urbes agantur excubiæ, perfruuntur item alii ordines attributis sibi salariis; reparantur quoque muri, & urbes: deniq; omnia alia proveniunt, quæ communem concernunt subditorum utilitatem*, quæ si modum excesserint, non solùm gravia, & intolerabilia fiunt populis, & pleraque damna, ac ærumnas gignere solent, quas recensent *Tacit. in histor.Gregor.Tholos.syntag.lib.*2. *Cakier. in Thesaur.polit. cap.*10. *Bodin. de republ. lib.* 6. *à fol.* 1027. & diximus in *rit.*261.*sub num.* 12. *lib.*2. Verùm etiam ostendent, non esse ad publicum bonum imposita, sed ad explendam imponentium ingluviem, ut exemplo Achei, Regis Lidiæ, adnotavit *Bodinus loc.cit.*& gloriam Principis comminuet: unde Vespasiano tradit *Sueton.Qui non contentus omissa sub Galba vectigalia revocare, nova, gravia, & sordida addidit, & duplicavit*. Sicuti tributorum diminutio, vel alioquin infamia laborantibus gloriæ est, *Marcell.lib.*25.& *Eutrobius in lib.*30. id innuunt in Imperatore Juliano: *Qui fuit tributorum, quantùm fieri posset, suppressor, mediocrem habens ærarii curam*; in quo enitendum esset Principibus, ut ait idem *Tacit. Quorum præcipua rerum sunt ad famam dirigenda*; nàm *pecuniis illicitè conquisitis*, (ait *Vuaremont de Heremberg. tract. de Regni subsid.*) *Principes plus sibi invidiæ, quàm virium addunt, & se continuis populorum querelis implicant*.

Fridericus Imperator vnus inter cæteros, qui huic Regno præfuerunt; arguitur, vt inexpletus, atque avidus præter alios defectus relatos à *Bart.in auth.si verò, Cod. de haret. & manich.Dec.in auth.cassa, C.de sacros. Eccl. Par. de Puteo de sindicat.tit.de excess.Regum*, & *Affl. in prælud.Constit.Regni quæst.*1.21.& 22. pro quibus excommunicationis vulnus passus est, ut habetur in *c.ad Apostolica de sent.& re iudic.in* 6.referunt *Ricc.de Regib.utriusq; Siciliæ*, & *Sigon.de Regn.Ital.lib.*17.& 18.is enim non contentus, tam multis vectigalibus, quæ exigebantur in hac Vrbe, & Regno, alia penè innumera adjecit, quæ *Isern. in Constit. Quanto cæteris, de decim.*vocat nova iura Dohanæ.

At oh admirandam nostri Regis clementiam! ea
187 tantùm imponit tributa, quæ vel ipsemet populus cognoscit pernecessaria; ea jubet vectigalia, quæ vel absque jussu animo hilari, libentique subditi pro Reipublicæ tuitione, persolverent, quin pissimi nostri Reges nedùm militum etiam novæ militiæ, vulgo del battaglione, audaciam peculiaribus Regni sanctionibus diris pœnis admodum refrænarunt, sed & propriis sumptibus campestres per Regni
188 Provincias sublentant, & aluut, quibus quàm enixè imperant, nè molestiis quovis prætextu afficiant Vniversitates, civesque, & tam Excell.Proreges, quàm DD. Collateralis Consilii Regentes, semper omnimodam observantiam demandant, & ego, dum præsideo huic Theatinæ Provinciæ, & dum simul præfui Aquilanæ Excellentiss. Domini rescripto, dato à Justitiæ Scrinio die 21. Octobris 1679. Ill. Ducis Montis Calvi Præsidis durante absentia, adamussim observari iussi, iubeoque singulis diebus audacter, plectendo acriter Milites, minùs insta observantes, monendo vtriusque Provinciæ Ministros, ut velis, remisque incumberent, ut à cunctis tam sancta, tam iusta mandata servarentur, aliter eorum conscientia redargueret, ac stimularet ipsos eorum culpæ, necnon ad integram restitutionem coram Deo, qui nec fallit, nec fallitur, tenerentur. Scribebam Theate, quarto idus Decembris M.DCC.LXXIX.

RITVS CCLXXIV.

ITem Curia ipsa componit de quolibet maleficio, salvo jure partis: excepto crimine hæresis, & læsæ Majestatis.

SUMMARIUM.

1 *Ritus excipit crimen hæresis, omni alia truculentius, ne Curia componere de illo valeat.*

2 *Hujus criminis æthimologia indicantur, atque definitio.*

3 *Explicatur an aliud sit quærere, si actio sit hæretica, & aliud an agens actionem hæreticam sit dicendus hæreticus?*

4 *Excipitur à Ritu duntaxat hæreticus formaliter, & an materialiter?*

5 *In infidelibus non cadit hæresis, & infrà.*

6 *Differt hæreticus formaliter ab apostata, & quis apostata dicatur?*

7 *Ritus complectitur tum Apostatam fidei, tùm hæreticum.*

8 *Differt hæresis ab infidelitate, & an gravius peccat ùm sit illa, an ista?*

9 In.

9 *Incidit facile sortilegus in sortilegii crimen, & quid hoc sit?*

10 *Sortilegia alia dicuntur hareticalia, alia non, & qua sint, ac in quas species dividantur?*

11 *Quare dæmon tot sortilegiorum genera invenit, qui dolos semper intendit? & exemplum recensetur Regis Scotia.*

12 *Species haereseos est necromantia.*

13 *Qui sint necromantes? & ad qua tendant?*

14 *Potissimum ad flectendam alicujus pudicitiam.*

15 *Ad quid condita sint Regni leges?*

16 *Qua fides habenda sit amatoriis poculis? & multa de huiusmodi poculis.*

17 *Solent dupliciter fieri intra, & extra corpus.*

18 *Qua dicta sunt de incantationibus ad amorem intelliguntur, & ad odium.*

19 *Operationes huiusmodi nitantur pacto cum dæmone inito.*

20 *Hoc pactum duplex est expressum, & tacitum.*

21 *Affines necromanticis sunt striges, qua quare vocentur quoque lamia, & qua agant?*

22 *Blasphemia contrahitur haresis, illamque multifariam DD. definiunt, ac explicant.*

23 *Qua sit hareticalis, qua non?*

24 *Tantum facinus multis pœnis coercetur.*

25 *Nonnulla verba, qua recensentur, an præportent blasphemiam? & remissivè.*

26 *Haretica pravitatis criminis iudices sunt Diœcesanus Episcopus, & Inquisitor à Sede Apostolica deputatus.*

27 *In hoc Regno, quod nullo tempore huius criminis passum est rugom, non adest ut alibi Tribunal S. Inquisitionis, sed residet in eo tantum generalis Commissarius S. Officii, Neapolisque Civitas semper extitit exemplo Orbi de cultu vera fidei, & illum assumptam à Divo Petro nunquam dimisit.*

28 *Quare inter tot huius Regni iura municipalia nulla appareat Constitutio condita de hareticis agens? & casus SS. Inquisitionis recensentur remissivè.*

29 *Ad quem Judicem spectet cognitio sortilegii hareticalis?*

30 *Quid servetur, sive in Necromantia, sive in sortilegiis?*

31 *Qua verba attendenda sint in crimine haresis contra denunciatum, & si prolata fuerint per ignorantiam, simplicitatem, vel jocosè?*

32 *Maximè attendenda sunt facta denunciati, & probatio ex istis facta evidentior est, quàm verbis.*

33 *Crimen haresis est crimen publicum.*

34 *In eo ipsemet accusator an admittatur in testi?*

35 *Leviores probationes in hoc crimine, quàm in cateris admittuntur.*

36 *Qua diligentia uti debeat Judex ad indaganda sortilegia?*

37 *Hereticus an possit cogi, ut redeat ad fidem, metu mortis incusso, quam evitabit, si verè pœnitens ad fidem redierit, & aliàs qua mulctetur pœna.*

38 *Qua sit pœna sortilegorum patrantium sortilegia, vel hæreticalia, vel non hæreticalia?*

39 *Pœna blasphemiæ hareticalis, & non hareticalis iudicatur.*

40 *Ritus excipiens in componendo flagitiosos, hæretica labe fœdatos, an excipere videatur crimina non hareticalia?*

41 *Indistinctè ex Regni pragm. denegatur blasphemantibus admitti ad compositionem, & casus in generali visitatione Excell. Proregis recensetur.*

42 *Quid in blasphemante in Sanctos? inquiritur, & contraria ad invicem recensentur opiniones, ac affirmativa substinetur.*

43 *Ut incurrat blasphemans in pœnam, necesse est, quod solitus sit blasphemare.*

44 *An ab illa sit immunis, si ex loco, nimia iracundia, etiam in ludo, vel à dormiente, demente, vel ebrio fuerit blasphemia prolata, & quid si à nobili?*

45 *An indistinctè denegetur compositio in blasphemia crimine?*

46 *Crimen læsa maiestatis divina comparatur illi flagitio, per quod urbes æquata iacere videntur, quod est crimen læsa Maiestatis humana?*

47 *Eius definitio traditur.*

48 *Dividitur in primo, & secundo capite, quaq ad secundum referantur? remissivè?*

49 *Huiusmodi execrandi criminis reus ultimi supplicii pœna plectendus.*

50 *In abolitione, seu indulto generali an veniat hoc crimen?*

51 *An receptator huius criminis Rei?*

52 *Præter mortem naturalem amittit reus omnia bona, qua fisco applicantur.*

53 *An feudalia bona?*

54 *Aperto feudo ex rebellione an obstringatur ipse dominus ad solvenda debita à feudatario contracta?*

55 *Quid si cum assensu?*

56 *Memoratur* Consil. Carleval. *indicato loco opinio, & hodierna observatia adducitur.*

57 *An feudis, ob feloniam in dominum commissam, privetur nedum patrans, sed filii, & agnati? latè ad libellam istbac revocatur quæstio, ac iura feudalia, & DD. illa tractantes dispugnuntur.*

58 *Sæpe solet filius similis esse patri cuius est caro aucta, & alia ad rem.*

59 Tex. in cap. 1. §. deniq; quæ sit prima caus. amitt *loquatur ne tam de feudo paterno, quam novo?*

60 *In feudo novo qui succedant?*

61 *Perpenditur, & declaratur* Glo. *effatum in mox* mem. cap. 1. §. denique *& quam opinionem fuerit sectata?*

62 *Opinio pro agnatis adducitur, declaratur* Isernia *in locis memoratis.*

63 *Propugnatur hac in gratiam agnatorum alea, & argumentis ex adverso occurritur.*

64 *Opinio ab* Isernia *verior decantata, ut durante culpantis vita, redeat feudum ad dominum, illo vero naturaliter mortuo ad agnatum, à quampluribus II. CC. non est recepta, & rationes dispugnuntur,*

65 *An hac sententia* Isernia, *qui inter utramque opinionem inter medium elegisse videtur, uti æquior, sit sequenda?*

66 Solius Principis est inspicere aequitatem, propter quam non potest recedi a iure scripto & quid in feudis, ac quando debeat debeat deferri? remissivè.

67 Invectivae potiùs, quam rationes adductae à Camerar. indicato loco dispunguntur, ac reiiciuntur.

88 Vocat perperam exemplatores illos, qui in huiusmodi re pro domino cum Iacobo de Ardiz. concurrunt.

69 Iacobi de Ardiz. laudes.

70 Camerar. obiurgans contraria opinionis II. CC. refellitur.

71 Memoratus textus in cap. 1. §. denique an loquatur in feudo hareditario? & affirmativè Camerar. respondit contra omnium opinionem.

72 An sit verum ipsius Camerar. effatum esse suam opinionem communem, etiam ex confessione DD. contrarium sentientium.

73 Nec Glos. nec Hostiensis Camerar. insequuti fuerunt aleam ut ipse putat.

74 Opinionem Hern. Praeses Ursinus sectatur, & S.C. scitum ab eo adductum, discutitur.

75 An nepos omninò repellatur à feudo Avi ob feloniam à filio commissam?

76 Qua poena mulctetur receptans reos lasae Maiestatis.

77 Carolum I. nimiùm credulitatis arguunt historici.

78 Rex Ferdinandus dotari mandavit filias crimine lasae Maiestatis damnati.

79 Poena arbitrio reservata, an extendi possit ad mortem? remissivè.

80 An incidat in hoc crimen lasae Maiestatis externus, sic non subditus, inquiritur.

81 Obici, quod non subditus fiat ratione delicti subditus, occurritur.

82 Decisio Regia Iuncta status adducitur in hypothesi, in qua Author fuit advocatus rei ordine Excell. Domini, & nonnulla de arcanis servandis.

83 Io. Ignei antesignani opinio in substinendo, minimè divinci non subditum huiusmodi crimine lasae Maiestatis, sed tantum poena proditionis, examinatur.

84 Perpenduntur iura, ac II. CC. pro hac opinione, potissimum text. in l. utrum, ad l. Pomp. de parricid.

85 Gravius est solicitare, quam exequi.

86 Extensio poena fieri an possit de casu ad casum, & quando?

87 Reipublicae interest, facinora condigno supplicio plecti.

88 Bal. prima, & contraria sententia propugnatoris distinctio adducitur.

89 II. CC. secunda sententia examinant Bal. distinctionem.

90 Posita aliqua re, poni debent omnia, sine quibus res illa haberi haud potest.

91 Ter fuit tota Sicilia à Gallis depopulata.

92 Tempore seditionum, & belli pervulgato uti licet periculoso Cassii Senatoris verbo apud Tacit. indicato in loco.

93 Regia Maiestatis fulgor tunc magis emicat, cum lapsis, dignisque supplicio impertiret veniam, & multa de clementia nectuntur.

94 Hominis vilis, & inepti nulla à Principe est habenda ratio.

95 Princeps, etsi clemens, non debet in huiusmodi delictis indulgere.

96 In hoc nefario lasae Maiestatis crimine multa specialia in iure reperiuntur.

97 An concedenda sit reo inquisito copia sua depositionis ante processus publicationem?

98 Licèt regulariter particeps criminis de se confessus de sociis interrogari non debeat, limitatur prae ceteris in hoc crimine, & quibus, requisitis facienda depositio?

99 An ex hujusmodi depositione sociorum criminum possit deveniri ad poenam mortis, inquiritur, & singularis recensetur casus.

100 DD. affirmativam sustinentes aleam recensentur.

101 Denunciantis depositio an in hoc delicto, & haresis valida? & perpenditur determinatio apud Alfar. de offic. fiscal.

102 Conscius hujus delicti tenetur revelare sub eadem poena ordinaria.

103 Defenditur Bar. à morsu Baldi, qui semper illius, ac aliorum virtutem, & gloriam obtenebrare studuit, necnon multa de laudibus utriusque, ac lepidè notantur, II. CC. ad invicem unum nempè adversus alterum oblatrare, etiam in nationes, & ad rem curiosa nectuntur.

104 Non revelans extemplò reus dicitur.

105 Socius criminis censetur in secunda delicto, qui assensus fuit tractatui primi delicti.

106 Confessi socii, si est spontanea, non tenet.

107 Tortura est necessaria.

108 Quidvè si depositio sit facta sub spe impunitatis?

109 Quid si patiatur socius plures defectus?

110 An unius, vel plurium depositiones sufficiant ad torturam?

111 Inverisimilibus non est habenda fides.

112 Anton. Games, Peguer. & aliorum dictam quoad poenam ordinariam ex depositione sociorum refellitur.

113 Requiruntur in hoc delicto plena probationes, nec indicia sufficiunt.

114 In illo plura specialia concurrere nequeunt.

115 Decisio novissima adducitur.

116 Deus maximè vult, huiusmodi crimen puniri.

117 In hoc delicto voluntatem sceleris eadem severitate puniri, qua effectum, quomodo intelligendum sit?

118 Qui deliberaverunt ire ad hostes, si itinere capiantur, an poena ordinaria legis Iuliae Maiestatis puniendi sint, & quando?

Examinatur doctrina Andr. de Hern. in cap. 1. §. si voluerit, de Capitaneo, qui Curiam vendit, & Grammatici dec. 74. qui requirit actum perfectè consumatam, ad infligendam poenam ordinariam; an procedat in quocumque crimine lasae majestatis, & falsa moneta nondùm praefecta?

119 In crimine lasae Majestatis semper requiri dolum malum contra principem, ac debere esse verum, & non praesumptum, nec sufficere la-

re latam cu ipam, ad pœnam ordinariam in-fligendam, & quemlibet titulum coloratum excusare.

Tractare cum hostibus, & ad eos se transferre, non esse licitum, nec etiam ad decipiendum, nisi pro patria, & Rege fiat, salva fide publica.

120 *Motiva forsan iudicum in enarrata hypothesi perpenduntur, potissimum tempora belli, insidiarum, & machinationum imminentium, quibus in casibus licet sequi duriores II. CC. sententias, ac à gravissimis DD improbatas, & quamaliis temporibus non fuerunt admissa, maxime tempore Messanensis defectionis.*

121 *Crimen assassinii æquiparatur crimini læsæ maiestatis.*

122 *Instantia Regii Fisci pro morte Francisci Corradi, & motiua recensentur.*

123 *Crimen assassinii atrocissimum, ac multa in eius detestationem.*

124 *Testes tentati an faciant fidem?*

125 *Cadauer, in domo repertum, facit inditium?*

126 *In delicto assassinii sufficiant ne argumenta? uel necessaria fiat probationes pro pœna ordinaria.*

127 *Quid apud Iudicem Ecclesiasticum?*

128 *In hoc Regno adest peculiaris lex, ut in peculiaribus casibus plene credatur socio criminis.*

129 *Requiritur semper malum nomen Inquisiti.*

130 *Examinantur requisita necessaria, ut deueniri possit ad torturam ex processu Informatiuo.*

131 *Confessionem duorum delinquentium, & bannitorum, deponentium in tortura de receptatione in propria persona, iure Regni Neapolis plenam probationem inducere contra receptantem, in aliis vero criminibus, quamuis exceptis, ad pœnam ordinariam non probare, si alia præsumptiones, & coniecturæ non concurrant, sustinetur.*

132 *Probationes contra memoratum Reum perpenduntur.*

133 *Multa de indiciis indubitatis, &* Barbosæ *doctrina circa actualem, & virtualem bastationem quoad iudicia indubitata ad libellam reuocatur.*

134 *An detur causa minorans in delicto assassinii respectu mandantis? & multa de honore, ac prouocatione.*

135 *Tortura hodiernis temporibus passim eliduntur, & quare?*

136 *Cur nec morti, nec torturæ memoratus reus tradendus?*

137 *Paritas an inducta quoad mortem, si tres ex sex iudicibus pro morte, duo pro tortura, alter pro præsidio suffragia præstent?*

138 *Reus post sententiam absumpto veneno se ipsum necauit, & iure eius cadauer pœnam luit.*

139 *Deterrimo læsæ majestatis crimine se astringit monetam tondens, uel fabricans.*

140 *Hoc delictum multifariam committeltur.*

141 *Est de reservatis Principi.*

142 *Maxime nostris temporibus viget, & festiva carmina pecuniæ conquerentis recensentur.*

143 *Mirum in modum effulsit Excell. Proregis solertia ad illud vitandum, & pragm. promulgavit.*

144 *In hoc facinore probationes sunt priuilegiatæ, & dispunguntur* cap. iam sæpè 240. & pragm. 2. §. 12. & 13. de monet.

145 *Quomodo probetur corpus delicti, latè inquiritur.*

146 *Testis de visu à* cit. cap. *requisitus debet esse bonæ famæ, & vitæ, & dispungitur* Præsid. de Franch. *decis.* 401.

147 *Quid fuit in casu enarrato perpensum pro probatione delicti in genere?*

148 *Quæ indicia, quæve probationes malæ vitæ, & famæ requirantur, ut deveniri possit ad pœnam mortis, attenta dispositione* cit. §. 13. prag. 2. *& enunciantur fiscalia motiva.*

149 *Probatio per coniecturas, & indicia tutior, an sit illa, quæ fit per testes?*

150 *Quidve in capitalibus, causis?*

151 *Examinantur indicia in casu enarrato, & an sint urgentia?*

152 *Quæ sufficiant ad semiplenam probationem?*

153 *In Regio Collaterali Consilio fuit facta paritas, quæ pro Reo publicatur.*

154 *Excellent. Prorex an votum proferre valeat?*

155 *Post torturam acrem an non confessus possit condemnari?*

156 *Possit ne quis condemnari ex indiciis indubitatis? quid, & de jure Regni?*

157 *Quando dicantur indubitata?*

158 *Cùm indiciorum materia sit obnoxia deceptionibus, Idcircò pragmat. remisit pœnam ultimi supplicii in Iudicis arbitratum.*

159 *Indicia in thematibus enarratis evacuantur.*

160 *Quodlibet indicium duobus saltem testibus muniri debet.*

161 *In quo genere delicti probari debeat mala fama, de qua loquitur* pragm. 2. §. 13. de monet?

162 *Requisita ad probandam malam famam.*

163 *In quibus locum non habeant pœnæ contra monetarios à iuribus indictæ?*

164 *An contra mandantem?*

165 *Puniri ne possit mandans, non constito de mandatario?*

166 *Mandantem non teneri de homicidio, nisi constet de mandatario, quomodo sit intelligendum, quid de mandatario incognito omninò incerto, vel incerto solùm nomine, vel persona?*

167 *De primo, ac secundo mandante in homicidio, & utrum secundus mandans dicatur mandatarius respectu primi mandantis?*

Deficiente mandatario deficere corpus delicti, non esse simpliciter verum. Et quando possit, ac dicatur constare de mandatario per coniecturas, si constat de mandato, & possit deveniri ad sententiam contumacialem, sivè forindicationis?

168 *Qua pœna puniantur exercentes alchimiam?*

169 *Nonnulla pro huius artis notitia traduntur.*

170 *Vanus an sit labor iste?*

171 *Alchimia an sit ars?*

172 *Qua pœna mulctentur gemmas falsas componentes?*

Inter

INter immanium scelerum catervam, quod impudentissimum extollit caput præ cæteris, crimeo est, quo Divina Maiestas læditur. Quod 1
enim hoc flagitio truculentius effingi potest nefas? Crimina omnia ab uno læsæ Divinæ Majestatis crimine viocuntur, *argumen.tex.in cap.quid autem 20 quæst.3.ibi: Quid autem iniquius est, quàm impia sapere*: Hinc est, quod in hoc Ritu, licèt Curia ipsa componat de quolibet maleficio, salvo jure partis, crimen hæresis excipitur. Ut autem innotescat meliùs, quinàm facinorosi excipiantur ab hoc ritu, pauca de læsæ Divinæ Majestatis crimine, dicturus, postmodùm de humanæ, delibare hic libet, Hæresis igitur nomen deducunt nonnulli à verbo *Erro erras*; hinc hæreticus quasi errans à 2
recto apud *Jo: Andr. in cap. firmissimè, num. 2. ext.de hæret.*& ibi: *Ant.de Butr.num.6.Abb.post num.3.vers.& dicitur hæresis, Card.Zabar.num.6.*quæ æthymologia displicet *Marian. Socc. in rubr.ext.de hæret.sub num.6. vers. sed hoc mihi non placet, Pegna in addit. ad Eymeric. in directi.inquisit.par.2.qu.1.versic.alias autem æthymologias, & vers.seq.col.1. Petr.Greg.syntegm. jur.lib.33.cap.4. num.3.* putantibus, quod error abundè differat ab hæresi. Alii deducunt hæresim à verbo, *ercisco*, quasi qui hæresim amplectitur, ab orthodoxæ fidei unitate se dividat, ità ex allegatis per *Albericum in rubr. C.de hæret.num.8.Jo:Andr.in dict.cap.firmissime, num.2.* multisque aliis, quos pleno calamo refert *Farin.de hæres.qu.178.num.33.* Nec desuerunt II. CC. qui hæresim à verbo *hæreo hæres* excipiant, quia hæretici suæ hærent opinioni, apud eundem *Farinac.loc.cit. num.35.* Malunt aliqui dicere, quod hæresis nomen mutuetum est à verbo græco *αἱρεῖν* atque adeò quod optio, electio, vel lecta significatur, pro qua ethymologia *tex.est in cap.hæresis, 24. qu.3.*in quo *D.Hieron.epist.ad Gelat.cap.5.* hæc ait: *Hæresis Græcè ab electione dicitur: quod scilicet eam sibi unusquisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem,*coosonat, quod ait *S. Isidor. sent.lib.1.cap.19.*ibi: *Qui sunt hæretici, nisi qui, relicta Dei Ecclesia, privatas eligunt societates*; Imò etiam apud Ethnicos hæresis pro opinione tenaci de aliquo dogmate electo, sumebatur; ita *Cic.in Parid.*ibi: *Cate in ea est hæresi, quæ nullum sequitur florem orationis.*

Quamcumque tamen habeat ethymologiam, oppidò placet, inter cæteras, definitio illa; qua quidam voluerunt nobis illam explicare; nimirùm: Hæresis *est dogma, fidei orthodoxæ contrarium scienter, & pertinaciter à Christiano creditum, seù asseveratum.* Dixi, *scienter*, quia si quis aliquod crederet, quod fidei orthodoxæ adversetur; eredens tamen illud fidei esse consentaneum; errore potiùs inolveretur, quàm hæresi, secundùm *Innoc. in cap. 1. num. 7. de summ.Triu. & fide Cathol. num. 18.* vbi etiam *Jo:Andr.num.26.in verb.implicitè, Ant.de Butr. num.9.& num.11.vers. in determinatis autem. Imol.post num.11. Abb.num.15.& Card. Zabar. post num.7.vers.decimo quæro. Hostien.in summ. de hær et.§.qualiter deprehendatur,num.4.col.fin. nam & si disputando. Angelica in summ. verb. fides, num.6* ubi ponit exemplum in quadam vetula credente, Trinitatem esse unam personam, sic credens ab Ecclesia teneri, cum multis aliis DD. quos citet, & sequitur *Farin. de hæres.q.179.num.1.* quæ fuit ratio, cur prima æthymologia displicuerit *Mariano Socino*, & aliis supra citatis. Dixi, *pertinaciter*, quia si quis deceptus aliquid contra fidem crederet, & admonitus ab errore desisteret; utique non esset hæreticus, cùm ad hæresim pertinacia requiratur, *D.Thom.qu.11.art.2.Bart.in l.1. C.de hæret. Clar.in pract crim.§. hæresis, num. 2.* at si post admonitionem persisteret, censeretur hæreticus, quia error non esset solum in intellectu, sed & in voluntate, in qua pertinacia consistit, *Paul.Ghirl.in tract.de hæret.qu.1. num.6. Petr.Greg.syntagm.jur.p.3. lib.33. cap.4. n.16.*

Hinc colligitur, quod aliud est quærere, an talis actio sit hæretica, & aliud, an agens talem actionem hæreticam, sit dicendus hæreticus. 3
Ad hoc enim, ut statuatur, an illa actio sit hæretica, inspicitur tantùm actio in se; quæ si adversetur orthodoxæ fidei statutis, utique actio hæretica deberet dici. Quo ad secundum, nimirùm an agens talem actionem hæreticam, sit dicendus hæreticus; non sufficit inspexisse, actionem in se considratam esse hæreticam, ut quis declaretur hæreticus; sed necesse est videre, an agens talem actionem sciverit esse hæreticam, atque adeò an sciens fecerit: itaque si sciens, talem actionem esse hæreticam fecerit, nulla dubitatio est, quod ageos sit declarandus formaliter hæreticus; at si nesciens, talem actionem esse hæreticam, eam fecerit; certè non erit dicendus hæreticus; vel saltem, si Philosophorum more loqui liceat; esset hæreticus tantùm materialiter, vide *Martin del Rio disquisit.Magic. lib.5. sect.15. lit. E*

In hoc autem ritu in illis verbis: *excepto crimine hæresis* arbitror, non excipi hæreticum 4
materialiter, cùm propriè non sit hæreticus; sed tantùm hæreticum formaliter; nempè illum, qui & si sciret, actionem esse hæreticam, eam tamen fecisset. Excipi enim à compositione est pœne, quæ stricta est intelligenda, ad *tex. in l.pe ne.ff.de pœn.cap.in pænis.19.de reg. jur. in 6. cap.ex litteris, de consti.*& cùm hæc pœna verificetur in priori contra hæreticum formaliter, non debet extendi ad alium casum hæretici materialiter, *l.factum cuique, §.in pœnalibus, ff. de reg.iur.cap.in pœnis, eodem tit lib. 6.* Dixi à *Christiano*, quia infidelibus non cedit hæresis;

quod indicet secunda, superiùs allata, ethymologie, quæ hæresim divisionem interpretatur; quia nequit dici divisus infidelis, qui nunquam fuit conjunctus Ecclesiæ. Quamobrem neque Judæus, neque infidelis, si contra fidem sentiat, hæreticus dicitur, & pœnę contra hæreticos statutę, nullum contra eos locum habent, *Farin.de hęres.qu.178.num.128.*atque adeò neque contra infideles, ac judeos vindicat sibi locum Ritus noster. Differt hæreticus formaliter ab Apostate, qui tripliciter dici potest. Apostata enim primò dicitur ille, qui, postquam emisit solemnem in aliqua approbata Religione professionem, deinde derelicto habitu 5

post-

posthabitaque, quam debebat Superioribus, obedientia, redit ad sęculum, hic dicitur Apostata à Religione; ad hanc speciem reducitur 6 ille, qui initiatus rite sacris ordinibus, postmodum subtrahens se ab obedientia, suo debita Ordinario, etiam post trinam monitionem declarat se velle esse laicum, vel ducendo uxorem, vel alia faciendo, Clericali statui repugnantia. Secundò Apostata est ille, qui abnegat prorsus Christi fidem; ac pacto expresso addicit suum corpus, ac animam dęmoni, dœmonem constituit suum Deum, dœmoni aras, thura, preces, adorationemque latrię exhibet, hujusmodi sunt Necromantes, Striges, &c. de quibus inferiùs. Tertiò Apostata est ille, qui sacra baptismatis unda dealbatus; seq; Christianum olim professus, postea in totum Christianam fidem deserens, vel nullum credit esse Deum, sitque Atheus; vel alienam fidem profitetur, apostatans à Catholica fide; ut si fieret Turca, vel Judęus, *text. in l. 1. C. de Apostat. l. 2. C. eod.* Hęreticus autem est, qui non in totum, sed in aliquo, vel aliquibus articulis à fide recedit; ac se Christianum fatetur, juxta *Alber. in l. si quis defunctorum, num. 2. C. de Apo-*
7 *stat.* Hic autem Ritus in illis verbis, *excepta crimine hęresis*, complectitur tum Apostatam fidei, tum hæreticum; cùm omnis iura, de hęreticis loquentia, locum etiam habeant in Apostatis fidei; ita *Oldrad. in rubr. C. de Apost. num. 1. Innoc. in cap. 1. num. 2. extr. de Apost.* & ibi etiam *Hostien. num. 2. Jo: Andr. num. 4. vers. sed primus Apostata, Henr. Boich. num. 3. vers. aut quęris de secundo*, cum cęteris pluribus DD. quos refert *Farin. de Hęres. qu. 183. §. 2. num. 15.*

Differt etiam Hæresis ab infidelitate; Hęresis enim est, vt species, infidelitas, vt genus. Vnde om-
8 nis hæreticus est infidelis; quippe quod Catholicæ Ecclesiæ Hæreticus non servat fidem, quam in sacro Baptismatis lavacro promiserat. At omnis infidelis est hæreticus; cùm Turca, Saracenus, Paganus, ac Judæus, infidelis quidem sit, nullo autem pacto potest dici hæreticus; nam hæresis, vt superiùs dixi, non cadit, nisi in Christiano. Sit autem gravius peccatum, infidelitas ne, an hæresis; ac vtra ex istis atrocioribus plecti debeat pœnis? Vide *Farin. de hæres. q. 197. n. 3.*

Incidit, in hæresim facillimè sortilegus, porrò Sortilegium, vt nomen sonat, est electio alicuius rei per sortem. Accipitur etiam pro divi-
9 natione futurorum, vt apud *Horat. de Art. Poet.*

;............. & divina futuri
Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.

Plinius tamen *lib. 18. cap. 4.* sumit sortilegium pro magicis superstitionibus. In iure est Sortilegium nomen generis, continens Divinatores. Incantatores, Sortilegos, Idolatras, Magos, Ariolos, Aruspices, & huiusmodi, *Zanchin. in tract. de hæret. cap. 22. ex num. 1. Petr. Gregor. syntagm. iur. lib. 34. cap. 3. ex num. 5. Eymer. in direct. inquis. p. 2. q. 42. num. 1.* quos laudat *Farinac. de hæres. quæst. 181. n. 3.*

Sortilegia alia dicuntur hæreticalia, alia non hæreticalia. Hæreticalia sunt, quando invocatur
10 auxilium dœmonis ad cognoscendum, vel faciendum ea, quæ de sui natura cognoscere, aut facere non potest; quippe, quæ soli sibi reservavit Deus; vt homines creare, aut mortuum resuscitare, intima cordis perscrutari; attribuitur enim creaturæ, quod est Creatoris proprium, *Ghirland. de sortileg. q. 10. à n. 1. Clar. in §. hæresis, vers. successive quæro, Farinac. de delict. & pœn. q. 20 num. 79. Martin. del Rio lib. 5. select. 15. Carrer. in tractat. de hæres. num. 23.*

Non hæreticalia sunt; quandò invocatur dœmon ad cognoscendum, seu faciendum ea; quæ facere, & cognoscere ipse potest, Deo non repugnante; vt homines ad peccata tentare; rerum naturalium virtutes ad confianda, vel pharmaca, vel venena, indagare; occulta, præsentia, vel præterita pandere; cùm nihil tribuatur creaturæ, quod sit proprium Creatoris. *Ghirlan. in d. tract. de hæret. q. 10. ex num. 3. & seqq. Gemin. cons. 54. Afflict. super prima par. Const. Regni rubr. 1. num. 17. Abb. in rubr. de hæretic. nu. 13. Oldrad. cons. 210. incip. regularis habet traditio, Farin. loco cit. num. 80.* Intellige dummodo inter dœmonem, & sortilegum non intercesserit pactum expressum; quo interveniente semper, ac indifferenter est hæreticale, saltem respectu operantis, licèt non respectu operis. Item dummodo non admisceatur hostia consacrata, aut alia sacramenta, vel sacramentalia, *Glos. in c. accusatus §. sane, de hæret. in 6. Ghirlan. in cit. tract. de sortileg. qu. 10. ex num. 7. Farinac. loco superiùs citat. num. 83.* qui in *nu. 84.* ait, quod, si hostia non esset consacrata; etiam quod super eam fuerit celebrata ab aliquo Sacerdote Missa, non est sortilegium hæreticale; etsi qui ea vtitur reddatur vehementer de hæresi suspectus. Intellige, etiam, dummodo non concurrant alia, de quibus *Farinac. de hæres. d. q. 181. à nu. 1, Martin. del Rio mem. sect. 15.* nectens discrimen in sortilegium hæreticum, & hæreticale, *Petr. Binsfel. de confess. malefic prælud. 14. vers. ex horum Doctorum opinione, Ioann. Azor.* è præclarissima Religione Societatis Jesu, *Instit. moral. par. 1. lib. 9. cap. 26. quæst. 4.*

Sortilegium, vt genus; dividitur in tres principales species; nempè in Divinatoriam, Amatoriam, & Maleficam, *Ghirl. mem. tract. de sortileg. q. 2. n. 1.*

Iterum Divinatoriam subdivitur in Geomantiam, quæ à terra divinationem captat, in Hydromantiam, quæ ab aqua, in Pyromantiam, quæ ab igne, in Aereomantiam, quæ ab aere, in Necromantiam, quæ à cadaveribus, in Astronomiam, quæ ab Astris.

Dividitur vlteriùs Divinatoria in Leconomantiã, quæ occulta, ac futura præscire pollicetur ex figuris quibusdam, in aquæ pelui apparentibus: in Catopromantiam, quæ in speculo; in Crystallomantiam, quæ in Crystallo: in Onicomantiam, quæ in pueri impolluti vngue: in Dactylomantiam, quę in anulo sub quodam sydere fabricato: & in Gastrimãtiam, seù Pythonissicam, ac in quamplures demum alias species.

Theologi autem, vt ait *Martin. del Rio disquis. magic. lib. 4. q. 5.* cùm omnis divinationis fundamentum dicant esse pactum cum dœmone implici-

plicitum, quod & tacitum, seu explicitum quod & expressum; explicitas omnes reducunt ad Necromantiam: implicitas ad fortilegium, & augurium. Quando autem pactum dicatur ex. pressum, & quando tacitum dicam inferiùs.

11 Hæc omnia fortilegiorum genera invenit dœmon qui, vt implacabilis hostis humani generis, non cessat in diem reperire, quæ ad hominum per. niciem tendant. Ac ne mendax habeatur in prædicendo futura, ea sub dubio verborum involucro implicat. Fallit omnes quotquot his artibus vtuntur. Dolos semper intendit, vt si. bi aliquid prædæ paretur. Ex innumeris exem. plis, quæ possem ad ostendendos hos dolos re. ferre, sat erit recensere infœlicem casum Nataloci, Regis Scotiæ. Misit hic Rex ad oraculum cuiusdam mulieris Pythonissæ quendam sui familiarem intimum, vt sciscitaretur, quid oracula prædicerent de sua vita, ac Regno? Respondit mulier Pythonissa: Rex Nataloeus occidetur. Efflagitante hoc familiari, qui fuerat missus, à quonam Rex occidendus esset? subdidit mulier: A te ipso, qui sciscitaris. His auditis, cœpit familiaris cogitare, qu d responsurus esset Regi. Volutabat secum: Si dixero Regi, ipsum esse occidendum, & à me; vt sibi caveat, me statim interficiet; Si negavero mulieris oraculum, nempe ipsum esse occidendum, & fortè aliunde id rescieverit: accipiet in testimonium meæ perfidiæ silentium ipsum. Quò me vertam? aiebat, in quas angustias miser redactus sum! Fugiam? fuga ipsa me accusabit, Pergam imperterritus ad Regem, vt meam detegam animi innocentiam? Mors mihi paratur. Præstat, quod meæ vitæ consulam, quàm suæ. His dictis tendit vultu hilaris ad Regem; ac oraculorum responsa scire cupientem, incautum ob id ipsum interimit. Quis ergo credat dœmonis insidijs? Quis hisce artibus vtatur Dœmonis, qui omnia, quæ operatur, omnia, quæ adiovenit, ad suum commodum adinvenit, ad nostrarum Animarum perniciem operatur?

12 Species igitur hæreseos est Necromantia, qua vel divinari præsumunt per cadavera mortuorum sceleſti quidam res futuras, vel hominibus invisis insanabiles morbos, aut mortem inferre, vel bona surripere. Necromantæ enim sunt, qui, revocare se posse animas defunctorum cadaveribus, gloriantur, *tex. in can. nec mir um, §. necromantici 26. qu. 5.* ibi: *Necromantici: sunt quorum decantationibus videntur resuscitari mortui, divinare, & ad interrogata respondere νεκρος enim Græcè mortuus, μαντεια divinatio nũcupatur*; tradiditque *Virg. de Mercurij caduceo. Aeneid. 4.*

Tum virgam capit: hac animas ille evocat Orco
Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit

Tibull. lib. 1. eleg. 2.

Hæc cantu finditque solum, Manesque sepulcris.
Elicit, & rapido devocat ossa rogo.

Et *Torquatus Tassus in libro*, qui inscribitur *la Gierusalemme Liberata, in cantu 2.* in principio, loquens de Ismeno Mago, ait:

Ismen, che trar di sotto à i chiusi marmi
Puo corpo estinto, e far, che spiri, e senta:

Idque etiam habetur *lib. 1. Regum cap. 28.* quando, cuiusdam mulieris opera, Samuel, iam defunctus, apparuit Sauli; Quæ sanè, nonnisi dœmone adiutore, Necromantæ præstigijs, atque illusionibus efficiunt, vt vult Sanctus *Cyrillus* Alexandrinus. *Deliramenta*, inquiens, *sunt hæc, imò verò stupor immanis, putare Prophetæ animam reverà frigidis scelestissima mulieris carminibus ex attributis suis sedibus esse detractam*. & *S. Ambros. lib. 4. in cap. 4. Lucæ sub finem: Liberare à dæmone & homines, sed in verbo Dei possunt; resurrectionem mortuis imperrare, Divinæ solius est potestatis.* Cabala scientia an indicium pariat Magiæ? agit *Christoph. Crusii de indic. par. 2. cap. 32. num. 76.*

13 Ars Tartarea Necromantiæ exercetur plerumque a Necromantis, qui antea quam rem aggrediantur, gaudent bibere, ac fundere sanguinem alicuius innocentis infantis, vt innuit *Lucanus.*

. . . . Si vos satis ore nefando
Pollutoque voco; si nunquam hæc carmina fibris,
Humanis, ieiuna cano: si pectora plena
Sæpè dedi, & lavi calido prosecta cerebro.
Siquis, qui vestris caput, extaq; lancibus infans
Imposuit, victurus erat;

& idem *Torquatus Tassus* in eodem poemate loquens de eodem Ismeno

E tò con bocca ancor io di sangue lorda
Quel nome proferir grande, e temuto,
A cui nè Dite mai ritrosa, ò sorda,
Nè trascurato in vbbidir fù Pluto.

Quandoque vlcera, vel mortem intendunt hominibus, vt ait *Plat. dialog. 2. de Republ. Præstigiatores, & vates persuadent hominibus u im sibi esse, qua sacrificijs, & incantationibus suppeditetur*: & paulò inferiùs: *Et si quis inimi. cum aliquem lædere velit, ut cum parva sum, pro iustum simul, & iniustum lædat incantationibus quibusdam, & vinculis*, & confert *text. in d. cap. nec mirùm, 26. q. 5.* ibi: *Magi sunt, qui vulgò malefici, ob facinorum magnitudinem, nuncupantur. Hi permissu Dei elementa concutiunt, turbant mentes hominum, minùs confidentium in Deo, ac sine ullo veneni haustu, violentia tantum carminis interimunt.* Vnde *Lucanus.*

Mens, hausti nulla sanie polluta veneni,
Emanata perit.

Quandoque etsi hominum vitæ parcant, eorum tamen mentem subvertunt, seosus conturbant, atque in insaniam agunt incantationibus, ac carminibus; ita *Virg. 4. Aeneid.*

Hac se carminibus promittit soluere mente s,
Quas velit: ast alijs duras immittere curas
Sisti.

Sistere aquam fluuijs, & vertere sidera retro,
Nocturnosque ciet manes:mugire uidebis
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.

Atque in Eg.8.

Coningis,ut magicis fanos auertere sacris
Experiar sensus: nihil hic, nisi carmina desunt.

Vel etiam eò tendunt; vt homines, in quos invehuntur, paupertate maxima laborent, spolientur bonis, arent non profecturis bobus agros quod dixit de Media *Ouid.*

Carmine lasa, Ceres sterilem uanescit in herbam,
Deficiunt,lasa carmine fontis aqua.
Ilicibus glandes, cantataq; uitibus vua
Decidit,& nullo poma movente cadunt.

Solent nonnumquam incaotationes texere ad flectendam, depravandamq; alicuius pudicitiam.

14 Quæ vis incantationibus licèt à pluribus denegetur, vt ab *Ouid.*

Nec vos gravaminibus, nec mista credite succo,
Nec tentate nocens uirus amantis equæ.

& *de Art.amandi.*

Nec faciunt, ut uiuat Amor Medeides herbę,
Mistaq; cum magicis Marsa uenena sonis.

Affirmatur tamen ab aliquibus ex *tex. in l. eorum 4.C.de malef.* ibi: *aut pudicos animos ad libidinem deflexisse detegentur.*

Et *Lucan.*

Carmine Thessalidum dura in præcordia fluxit.
Non fatis adductus amor, flammisque severi.
Illicitis arsere ignes; nec noxia tantum Pocula proficiunt.

Propert.lib.3.

Consulitur Striges nostro de sanguine, & in me
Hippomanes fata femina legit equa.

Ad quod conditæ sunt in hoc Regno *Constitutio-*
15 *nes*, in quibus una incipit *Poculum amatorium*, & alia *Pocula amatoria sub rubr.de mal. & nox. medic.*

Martinus del Rio Iesuita disquis. magic. lib. 3. qu. 3.de amataria malef. sect. 2. ait, nullam fidem
16 habendam amatoriis poculis; nemo enim invitus potest cogi ad amandum eum, quem non vult amare: cùm voluntas cogi nequeat; licèt conceđat, posse à dæmone imaginationem alicui perturbari, humores concitari, totum corpus accendi interiùs, itaut trahatur ille vehementer ad libidinem cum aliquo in genere, non autem in individuo Et hanc dicit esse cōmunem opinionem Iurisconsultorum,ac Theologorum, & explicat supra allata verba *text, in cit.l.eorum* ibi: *deflexisse*, quę cùm sint prolata in prętetito, actum quasi ponere videntur, subdens, quod Constantinus Imperator non ait, *coegisse*, sed *deflexisse*; ac ibidem suam sententiam multis comprobat rationibus. *Eymer* autem *in director.inquisitor.par. 2 qu.43. num.8. vers.& idem Oltradus*,& ib. *Franc.Pegna in additiam.lit.N.* ait, amatoria pocula potiùs esse apta ad inducendum furorem, quam amorem. Ita evenisse Caligulę, refert *Suet. in ejus vit.* qui, cùm bibisset inscius poculum quoddam amatorium, propinatum sibi ab uxore, quo in ejus amore vehementiùs incenderetur, actus est in furorem.

An verò sortilegia ad tentandam alicujus pudicitiam sint hęreticalia: Respondendum est negativè ex superiùs dictis: dummodò non adsit pactum exprcffum, nec admisceatur hostia consecrata, aut Sacramenta, vel sacramentalia, vel aliquid aliud, hæresim inducens; & dummodò is, qui fecerat, non habeat opinionem hæreticalem, quod scilicet possit dæmon cogere liberum arbitrium, de qua re vide *Carenam de offic.S.Inquisit.par.2.de sortilegiis, tit.12.* pręcipuè *num 51.*

Solent hæ, quę ad amandum concitant incanta-
17 tiones, dupliciter fieri: vel intra corpus, puta per potum, aut cibum, in quibus admiscent non rarò quędam sacra; vel extra corpus, puta per mixturas compositas ex herbarum foliis, radicibus, capillis, unguibus, quas consuunt in tunica maleficiandi. Vide abundè eundem *Martin del Rio disquis. magicar. quæst.3.* mòx memorata, *Joan. Azor indicata loco*, ubi lepidè dispungunt, an ista amatoria pocula vim habeant alliciendi?

Quę dicta sunt de incantationibus ad amorem, intelligantur & ad odium, quę etiam accidunt;
18 vt sunt ligamina quędam, vulgò *ligature*, quæ fiunt à veneficiis quibusdam mulieribus earum viris, ne cum alia muliere, præter ipsas, coire possent, de quibus agitur in toto titulo *de frigidis, & malef.Petr. Binsfeld. in l.eorum, C. de malef.qu.3.concl.1.*& in Regno in *Const.cit.sup. num.15.*& ibi *Affl.*indicans, qua pœna puniantur, *Menoch de arbit.indic.cas.358. Avus meus ad Gramm.dec.2.num.11.* ità evenit, ut refert *Paal.Aemilius historiis Gallia*, Theodorico Regi: qui, cùm duxisset in vxorem Ermeam, Hyspanię Regis filiam, ac triennium habitasset cum ea: remisit demum patri eam virginem; dicens, se ligatum fuisse, ne cum Ermea coire posset.

Omnes autem hę operationes, veluti basi, inni-
19 tuntur pacto, ab huiusmodi hominum genere inito cum dæmone; ut quoties ad aliquid operandum invocaretur, accurrat ex condicto, *D. Cyprianus lib.de dupl.martyr.cap.illud,vers.ult. 26.qu.2.l.multi 6.*ibi: *Manibus accitis,C. de malefic.Martin del Rio vbi supra lib 2. qu.4.* quod sanè pactum reducitur ad vnum ex quatuor contractibus innominatis: Do, ut facias, ut in *§. sequens divisio, instit de obligat.* quasi homo dicat: Do tibi, dæmon, corpus, atque animam meam, vt quando te invocavero, facias quod mihi libebit.

Pactum hujusmodi duplex est, expressum, ac ta-
20 citum. Expressum fieri solet triplici modo, ve

colligitur ex eod. Martin. del Rio loco nupèr citato. Primo si quis dæmoni visibiliter apparenti in aliqua corporea forma coram testibus det homagium, abnegando Christum filium Dei, Mariam Virginem, omnemq; Christianismum se dæmoni addicens. Secundo, si id faciat per supplicem libellum diabolo præsentandum. Tertio, cùm quis reformidans dæmonia aspectũ, in dæmonis nomine alicui magno dæmonis Vicario fidem pollicetur. Ritus obscœnos autẽ, quibus hęc peragantur, vide apud Petr. Piperu. de Nuc. Benevent. Farin. de delict. & pæn. qu. 20. n. 3.

Tacitum item duplici modo accidit. Primo, quando quis, sciens, vtitur superstitiosis signis, ac caracteribus quibus magi vtuntur, vt quia legerit ea in magorum libris. Altero, quando quis, ignorans, vtitur magicis signis, credens, ea non esse superstitioni obnoxia, ut quia legerit in libris, quos putavit approbatos.

Hinc pactum explicitum semper est crimen mortale. Tacitum verò in primo modo mortale etiam; non ita in secundo, si accedat ignorantia probabilis: vel si ignorans admonitus, paratus esset ad superstitionem deserendam. Martin. del Rio add. lib. 2. qu. 4. verbo, pactum tacitum.

Affines Necromanticis sunt Striges, seu Lamię,
21 sic illę dictę à Lamia Beli filia; quam cùm adamasset, vt fabulantur Poetę, Juppiter, camque compressisset; efferbuit ira, zelotypiaq; Juno; interfectoque infante recenter ex eo concubitu nato, Lamiam vertit in alitem noctivagam; quę, vt vlcisceretur necem filii: infantes omnes, quotquot inveniebat in cunis, interimere gaudebat. Hæ solenni ritu Baptismum abnegant, seque (horresco referens) dæmonum imperio committunt; de quibus agit Paul. Grillan. de sortilegiis, qu. 7. num. 26. 27. & 28. Apostatę dicuntur, quippe quę relicto Deo vero, atquè abnegatis Sacramentis, potestati dæmonum se submittunt; iisque horrenda offerunt sacrificia, victimasque quę sunt, vel infantes discerpti, quos conantur surripere noctu à cunis, vel ignominiæ, quibus exacrandum in modum afficiunt Sanctissimi D. N. Jesu Christi imaginem. Quas autem ignominias in adorandum Sanctę Crucis signum projiciant, non sustinet calamus dicere, mens renuit, torpet manus.

Et notandum, maximum indicium hujusce criminis esse immundiciem corporis nimiam, & obscęnam, Remig. lib. 1. de dæmon. cap. 10. hinc Gregor. in Matth. cap. 12. & Marc. 1. Behemoth. pro animali impuro explicat; hinc dæmon spiritus immundus dicitur, Luc. 11. Matth. 12. Hinc saga quædam Galliæ, iam iam in ignem conjicienda, vltimùm eum marito prandens, multis eam audientibus, amicè monebat, nè Numine insalutato, illotisque manibus domo pedem mane efferret, si se à veneficarum insidiis tutum cuperet, atque securum, Erasm. ch. 1. cent. 9. add. 55. vbi eleganter Vuilhelm. Autumi de re script. morat. conclus. 1. num. 3. in altera edit. Christoph. Crusii par. 2. cap. 32. de indic. mag. & sortileg potissimùm num. 100.

Cùm autem blasphemia contrahatur etiam hæresis, Baiard. ad Clar. §. blasphemia. num. 4. Carrer.
22 in tract. de heret. num. 44. & immediate Divina Maiestas lædatur, Boer. dec. 130 nu. 2. Daumod. in pract. crim. cap. 61. num. 9. Gothofr. à Bau. in pract. crim. §. blasphemia, num. 1. hic aliqua perstringere de blasphemia non pigeat.

Blasphemia igitur, licèt multifariam illam explicarint tum Juristæ, tum Theologi, potest sic definiri: Est sacrilega directè, vel indirectè alicuius bonitatis Dei.

Hæc pariter, vel hæreticalis. Hęreticalis, juxta
23 superiùs dicta, est, quæ adversatur articulis fidei; & quis sit illius Iudex competens ad pœnam imponendam, indicat Reg. Sanfel. dec. 432. tom. 2. Carena de S. Offic. par. 2. tit. 7. §. 3. & passim; non hæreticalis est quæ non adversatur articulis fidei, sed malum aliquod imprecatur Deo, B. Virgini, vel Sanctis.

Hæreticalis hæresim sapit, Francisc. Squillac. in tract. de fid. cathol. cap. 16. num. 1. Farenac. de delict. & pæn. quæst. 20. num. 4. & hæresis pœna est plectenda.

Tantum verò facinus blasphemiæ multis pœnis
24 coercetur in Regno in Constitution. blasphemantem, & prag. 1. 2 & 3. de blasphem. recensitis à Sebast. de Neapoli in cap. Regni ab illo inchoandum, nu. 15. Muscatell. in prax. tit. de blasphem. num. 37. Capibl. tom. 1. pragm. 6. num. 78. Danz. tom. 6. de pugna DD. tit. de blasphem. c. 4. Tasson. de antef. vers. 3. observ. 4. num. 144. à Præsule Campanil. in divers. jur. Canon. rub. 11. cap. 26. num. 83. Pras. Merlin. lib. 1. contrav. cap. 97. & 98. quin à jure, aut statuto constitutas recensot Covar. in cap. quamvis, §. 7. nu. 10. & 11. de pact. in 6. cujus, & aliorum meminit Thomingius in consult. decisiv. saxonic. par. 4. quæst. 75. Quàm enim sit atrox, & orrendum delictum, vel illud præsertim insinuat, quod blasphemia, inter alia omnia eximia, hoc habet peculiare, vt dæmoni ostium aperiat, quo in hominum corpora substantialiter ingrediatur, illudque possideat, teste Grivellia dec. 24. Senatus Dolani num. 7. duobus exemplis comprobante ex Petro Thyreo de dæmoniac. p. 2. cap. 30. nu. 12. quorum primum deduxit ex Gregor. Turranens. de glor. conf. cap. 67. alterum verò ex Cidreno, & Baronia tom. 7. anno Domini 630. & plura ad illius detestationem enarrant Viv. decis. 388. Episcop. Marant. lib. 3. controv. iur. respons. 80. num. 35.

An verò sit blasphemia, vel maledictum dicere:
25 Potta di Dia? affirmativè Boerius decis. 301. Viv. decis. 388. Barz. decis. Bonon. 135. Campan. cit. loc. num. 87. Ricc. in prax. par. 3. resol. 45. De illa. Al corpo di Dia, loquitur Thesaur. decis. 241. num. 4. Caball. resol. crim. cap. 296. Nerinc resca Dio, Campanil. add. loc. num. 90. Al dispetta di Dio, Gram. dec. 50. Clar. §. blasphemia, vers. sed numquid. Al dispetto di quel Becco, che mi tiene, o sostiene nel monda, Bonac. in primo decalogi præcepto disput. 398. punt. 2. nu. 12.

Alia autem perplura exempla: verbaque præportantia blasphemiam minutatim, ac fusè recensent Lazzar. de blaphem. quæst. 2. Aunt ment. de Mari ad Gramm. dec. 50. Claud. Bertaz. ad patris consil. crimin. 553. lit. A. tom. 2. Viscotium concl. jur. verbo, blasphemia, Danza tom. 3. de pugna

DD.

DD. tit. de blasphem. cap. 2. & 4. Colori decis. 172. par 2. Vilhelm. Antonii indicatò loco, conclus. 6. num 16. Neviza lib. 1. Sylv. nupt. num. 120. Spe. kaa cent. t. quæst. 94. Berlich. tom. 4. conclus. t. & 2.

Igitur hæreticæ pravitatis crimen cum sit mere
Ecclesiasticum, *Roland. cons. 20. num. 10. lib. 3.* ac
*Alciat. cap. 1. num. 73. de offi: Ordin. Clar. §. hære-
fi, num. 4. Scacc. de induc. tom. 1. cap. 56. num. 1.
Zanchin. Egoli in tractat. hæres. cap. 8. num. 1.*
26 il ius iudex ex Diœcesanus Episcopus, & In-
quisitor, à Sede Apostolica deputatus. In hoc
autem Regno, quod nullo unquam tempore
27 hæreticæ foeditatis passum est eugam, non
adest, ut alibi, Tribunal Sanctæ Inquisitio-
nis. Quæ enim semel assumpsit fidei Catholicæ
eudimenta, deseruit nunquam Vrbs hæc præ-
cipue Neapolis lemper extitit exemplo exteris
totius terrarum Orbis natinnibus de cultu ve-
ræ fidei ex eo tempore; quando Petrus Apo-
stolus, anno XX. post Sanctissimam Christi Do-
mini passionem ex Antiochensi Sede ad fun-
dandam Romanam Ecclesiam navigans, Neapo-
lim appulit, ibique fidei semina disseminavit.
Quot Cathedra hæc Archiepiscopalis Neapoli-
tana dederit Antistites concives Cœlitibus;
quot ex hoc populo candidati martyres submi-
serint colla securibus; quam sanctarum Virgi-
num coloniam transmiserit ad Cœlos hæc Civi-
tas; dicant Cælites ipsi, quorum cœtus adau-
ctus est à Civibus huius Vrbis. Quamobrem
superfluum duxere Romani Pontifices, in hac
tam religiosa Civitate sanctæ Inquisitionis Tri-
bunal statuere, freti, & meritò, devotissima
Neapolitanorum Antistitum solertia.

Residet tantùm in hac Vrbe religiosa quidem, at amplissima ob tantam exterorum copiam, Generalis Commissarius inquisitionis; qui nequit in occurrentibus casibus in vincula conicere, neque condemnare. Sed tantùm, cùm res postulat, capit informationem; de capta certiores facit Eminentiss. Generales Inquisitores Vrbis, eorum jussa executurus.

Hinc est potissimùm, quod inter tot hujus Regni
28 iura municipalia nulla appareat condita lex,
aut constitutio peculiaris, agens de hæreticis.
Et licèt Fridericus Imperator condiderit Con-
stitutionem *incip. Inconsutilem* sub *rubr. de Hæ-
reticis, & Paratonis*, acerrimas minitantem
pœnas in hæreticos, quæ inter iura Regni va-
gatur; tamen (vt optime advertit *Muscatell. in
tractat. de cognit. delict. in gener. rubr. de crimin.
læs. Maiest. Div. num. 50.*) eam tulit in iis sui Im-
perii oris, in quibus pravitatis hæreticæ pestis
vigebat. Casus verò multos hæreticales ex alio-
rum scriptis depromptos in vnum collegit *Præ-
sul Ricc. in prax. episcop. dec. 671.* quamvis, & eos
non omnes ad Inquisitores tantùm spectare, sed
ad Ordinarios, etiam non solum tanquam In-
quisitores, sed tanquam Ordinarios, censet al-
ter *Præsul Campanil. in divers. iur. Canon. rubr.
11. cap. 32. qui num. 16.* loquitur de confessario
solicitante ad turpia in actu confessionis, vel
prope illum, sive ante, sive post, cuius quæ-
stionis veritatem longa serie, ac periucunda
methodo investigat *Ludovic. à Paramo de orig.
SS. Inquisit. qu. 10.* in eius calce exarata.

Crimen autem sortilegii, vel hæreticale est, vel
29 non. Itaque vt in primo casu cognitio mera
est iudicis Ecclesiastici: sic sortilegus, non hæ-
reticalis, suis iudicibus puniendus relinquitur
per *text. in cap. accusatus 8. § sanè, de hæret. in
6.* ibi: *sanè cùm negotium fidei, quod summe
privilegiatum existit, per occupationes alias
non debeat impediri: pestis Inquisitores hæreti-
cæ, à Sede Apostolica deputati, de divinationi-
bus, aut sortilegiis (nisi hæresim saperent ma-
nifestè) intromittere se non debent: nec puni-
re talia exercentes, sed eos relinquere suis iudi-
cibus puniendos*; vbi *Glos.* explicat in verbo
saperent, quæ dicantur sapere manifestam hæ-
resim? & ait, puta; circa aras idolorum nefa-
rias preces emittere; sacrificia offerre; dæmo-
nes consulere; eorum responsa suscipere, asso-
ciare sibi propter sortes exercendas hæreticos;
vel facere prædicta cum corpore, vel sanguine
Christi; vel in sortibus, vt possint habere re-
sponsa, puerum rebaptizare; & similia de qui-
bus etiam *Ricc. in decis. Cur. Archiep. 243. tit. 2.
& Leo in Thesauro for. Eccl. cap. 43.*

Sic Necromantici, licèt eorum cognitio, vt Apo-
30 statarum à fide, regulariter spectet ad Inqui-
sitorem, seu Diœcesanum; attamen ob crebra
facinora, quæ patrant; nunc occidentes viros,
pueros, ac mulieres; nunc eos ad extremum
vitæ discrimen redigentes; aliquando maritos
ligantes, vel ad illicitum amorem pertrahen-
tes; possunt à iudice laico in vincula detrudi;
quos, si deprehenderit, in eorum sceleribus
adhibuisse, vel sacramentalia, puta, aquam lu-
stralem, candelas benedictas, maxime quæ pri-
mò accensæ fuerunt in Sabbato Sancto, ceram,
aut thus Cerei Pasqualis, Agnos Dei, palmas
benedictas; vel ipsa Sacramenta, puta Sanctis-
simum Christi corpus, aquam baptismatis,
oleum tum Chrismatis, tum baptismatis, atque
infirmorum; nulla interposita mora, eos remit-
tere studebit ad Inquisitorem, vel Diœcesanum.
Si autem deprehenderit, eos admisisse scelera,
venenis tantùm, aut aliis noxiis rebus, natura-
liter, & absque ab usu Sacramentorum, aut
Sacramentalium; tunc ipsemet iudex laicus
eos pro meritis plectet, qua de re videndi sunt
*Reg. Sanfelic. decis. 233. tom. 2. Carocius decis. 88.
& Præsul Aloysius Riccius decis. Curiæ Archie-
pisc. 144. vol. 4.*

In dubio autem quis respondendum; si non liqueat manifestè de hæresi, an inquisitor se intromittat? Licet iudex ipse cognoscat, an sua sit jurisdictio, & in dubio dicatur iurisdictionem habere, *l. si quis ex aliena, ff. de jud.* in hoc tamen casu, nisi manifestè, ac liquidò appareat hæresis, non debet se Inquisitor, aut Diœcesanus intromittere, ut ait *Glo. in*, & ex, *text. in cap. accusatus §. sanè, de hæret.* in verbo, *manifestè. Farinac. de hæres. quæst. 181. num. 100.*

Hodie tamen sortilegia, quæ nullam habent suspicionem hæresis, sunt mixti fori; in iisque datur præventio, ita *Suar. de relig. tom. 1. lib. 2. de superstit. cap. 19. num. 11. Sanchez. decal. lib. 2. num. 38. cap. 92. Farinac. de hæres. cit. quæst. 181.*

181.num.101 Abb.in cap.1. de sortileg. num. 3. Patr.Caball.resolut.crim.casu 223.num.67. Clar. in §.hæresis, num.25.

Ad exterminium hujusmodi personarum debet niti unusquisque Iudex, prout unicuique incumbit cura omnique solertia advertere in efformando processu.

In crimine ergò hæresis colliget iudex in processu omnia, quæ poterit ex verbis, atque propositionibus, quæ dixerit denunciatus. Ver-
31 ba enim sunt signa, ac testimonium mentis; animique conceptum indicant, l. Labeo, §. id Tubero parum, ff. de suppellect.leg.l.scire, de tutor.& curat.l.1.§.Divus, ff.ad l.Cornel.de sicar. Glos.verbo, animus in l.Fulcinius, §.quid sit lectica, ff.quib.ex caus. in possess. eat. l. reprehendendo, C.de instit.& substitut. l. generaliter in 1.notab. C. de non numerat. pecun. itaut non præsumatur quispiam dixisse, quod prius mente non cogitarat, Menoch. de præsumpt. lib.1. præsumpt.22.num.1.ac 2. ubi ait, quod verba, & sermones sunt ingeniorum, ac morum imagines, Castill. controv.lib.5.par.1.cap.107.num.2.

Cum autem quandoque verba dicantur, vel per ignorantiam, vel per simplicitatem, vel iocosè, optimè quidem, ac sedulò investigabit, an sciens ille ea dixerit; an aliqua ira percitus, subitoque animi motu iocosè ne, vel lubrico, ac lapsu linguæ, an seriò locutus fuerit, sed in dubio mala intentio in proferente verba hæreticalia præsumitur, ut voluerunt allegati DD. in repertorio inquisiti, in verbo confessio, vers. singulare, contra Io. à Roias in tract. de haret. par.1.num.209.& sequ.Decian.in tract.crimin. lib.5.cap.37.num.6. apud Farinac.de hæres. qu. 179.num.51.& 52.

Insuper impinguabit processum ex factis denunciati; magis enim innotescit parvus animus
32 hæretici ex factis, quam ex verbis; cum in iis, quæ tendunt ad declarationem animi, plus sit factis declarare, quam verbis, l. si tamen, §. ai, qui, ff.de ædilit.edict. ibi: multa enim amplius est id facere, quàm pronunciare, Abb. consil.116.nu.3.lib.2.Iason. cons.153.col.2. vers. confirmantur prædicta, lib.2.Roman. cons. 291. num.4. nam facta sunt efficaciora ad detegendum animum, quam verba, Nevizan. cons.76. num.53.Magon.Lucensi, decis.12. num 19. cùm verba quandoque falsa sint, facta verò nunquam, Bald. in l. Paulus, ff. rem ratam haber. Alciat.respons.248.num.6. vers.non obstat., secundum Lugdunensem impressionem. Quamobrem ratificatio, quæ factis fit, validiùs confirmat actum, quàm ea, quæ fit verbis, Alex. cons.117.num.2.vol.5.Decian. cons.585. sub nu. 4.vers. ulterius, & num. 5. ac cons. 586. num. 13.Paris cons.49.vol.1. Cephal. cons.51. num.15. Natt.cons.341.num.4.vol.2. Grat.cons.47. num. 22.vol.1.Cavalc.cons.22. Socin.iun.cons.19. num. 13.vol.1.Cravett.cons.237. num.2. & 3. & cons. 776.num.6.Menoch.remed.15.recuper.num.118. cum seqq.

In specie huius thesis; nempè, quod, ad probandum quem esse hæreticum, sit evidentior probatio ex factis, quam ex verbis, scripserunt in cap.2.de hæretic.in 6. Archid. num. 2. in descursu. Io.Andr.num.3.Geminian. num.6. vers. & plus est facto; Fra Rayner.in summa, in verbo, hæresis, cap.2. vers. secunda conclusio est repertor.inquisit. verbo hæresis, §.1. rubr. quid sit hæresis, & vers. item sciendum, quod hæresit, & vers. seq. ubi benè proba, hæc enim probari ex verbis & facto, §.3.in verb.hæreticus, vers. item hæreticus indicabitur quoad Ecclesiam, & sub vers.nota, quod hæreticus dicitur, & in verb.detegitur, vers.1. & seqq. & præsertim in vers.item quandocunque, ubi de eo, quem apparet, malè sentire de fide; licet aut neget, aut taceat, & in verbo, error, vers.cum enim error; ubi dicit, quod, cum error consistat in animo, & in mente hoc ideò non potest de eo melius constare, quàm per extrinseca facta Umbert.Locat.in iudial. inquisit. verbo, hæreticus, num.22.& num.33.Simanch.catholic.institut. tit. 20. rubr. de heresi, num. 15. in fine, ubi, quod, ad probandam hæresim, facta potentiora, & graviora sunt quam verba, Zanchin.in tract.de hæreticis, cap.7.num.2.& seqq. Squillacen.in tract.de fide.cathol.cap.15. num.1. & seqq.& cap.17. num.1. vers. similiter etiam per verba, Eymer.in director. inquisitor. par. 2. quæst.34.num.1.cum plerisque aliis, quos coacervat, & insequitur Farinac.de hæresi qu.187. num.16.

Cui quidem iudicis solertiæ si addatur, quod crimen hæresis est crimen publicum, ex text. in l.
33 manichæos, §. 1. Cod. de hæretic. ibi: Ac primum quidem volumus esse publicum crimen, quia, quod in Religionem Divinam committitur omnium fertur iniuriam, Afflict.in Constit. Regni de haret.& Pataren.rubr.1. num.1. necnon num.15. Decian.in tractat. crim. lib.5.cap. 20.num.1. itaut cuilibet de populo sit jus accusandi, §.1. instit.de publ.iudic.§ sequent, instit. de susp. tutor. Carrer. tract. de hæreticis, num. 106.Decian.loco nuper citata, etiam si ille, in quem institueretur accusatio, esset functus, argumento text.in cap.sane, 24.qu.2. ibi: Quibus vivis non communicavimus, nec mortuis communicare debemus, Gundis.in hoc tract.qu. 22.num.1. Hostiens. in cap. si quis Episcopo, hoc tit. num. 3. idque non semel, sed si defunctus absolveretur ex defectu probationum; posset iterum accusari, novis probationibus supervenientibus; ut secundæ probationes cum probationibus in sufficientibus primæ instantiæ conjungantur, ad sic eodam plenam probationem, sicuti post Bart. Hostiens. Abb. & alios testatur Simanc. ubi supra, tit. 18. rubr. de defunctis, num.20.

Si addatur, quod ipsemet accusator admittitur,
34 ut testis in hoc tam execrando crimine, cum committatur in contumeliam Creatoris, non accusantis, Repert. Inquisitor. in verb.accusatio, vers.sed utrum idem, qui est accusator, ubi testatur id servari. ex generali consuetudine inquisitionis, & in verb.testes, vers.an indem procedens, Simanch.memorato loco tit.19. rubr.de denunciati.num.17.& tit.64. rubr. de testibus, num.55. Zanchin.in tract.de hæretic.cap.13. nu. 8.Io.à Roias singular.7. & singul.192.num.4. & uic aut infra; Quod in accusationis libello non defi-

desiderentur solemnia, *clem. fuprà, de verbor. si. gnif. Gandis. qu. 12. num. 2.*

Si addatur demum, quod leviores in hoc crimine, quam in cæteris, probationes sufficiant,
35 secundum *Archid. in cap. ut officium, num. 9. verf. sciat tamen*, & ibi *Io. Andr. num. 1. in fin. & Gemin. in §. verum, num 6. verf. sed ut dicit Archidiaconus, de heret. in 6. lo. de Imol. in Clement. 1. num. 19. in fin. de heretic. Quintilian. Mandos. in addit. ad Repertor. inquisitor.* verbo *detegitur, lit. B. Squillacen. in tract. de Fide cathol. cap. 34. in num. 2. in fin. Gandis. loco citato, quæstion. 13. post num 9.* Quod sum notum oracula Pontificum, sæculique Principum constitutiones, tot, tantisque cumularint hujus tam acerrimi flagitii cognitionem privilegiis, de quibus oppleta sunt volumina, quid ianè morabitur, quid importunum nobicem opponet judicibus, ne pessimo huic hominum generi condignæ, poenæ infligantur?

Nec minori uti oportet diligentia ad indaganda
36 malefieia. Siquidem, cum sint crimina, quæ vel nocturno tempore, vel plurimum patrantur, vel in latebris, vel clam; sunt pariter difficillimæ probationis, sitlicèt summè privilegiata. Hinc, cùm essem ipse Consiliarius caput Aulæ in Magn. Cur. Vicar. criminalibus, curabam priùs, ut constaret de corpore delicti; si quando de maleficio, vel sortilegio non hæreticali judicare oportebat: cùm enim offerabatur casus alicujus mortui ex maleficiis, convocatis medicis physico, & chyrurgo, ab eis, ut exta, necnon cerebrum inspicerent, si essent in eadevere labefacta; si ea labes potuisset causa naturali accidere, vel accidisset supernaturali, atq; adeo dœmonis ope; si crura, & nervi adeo obduruissent, ut nullo prorsus pacto possent extendi. Cùm autem maleficiati viventis labatur casus; coram maleficiato suspectum adduci iubebam; & intuebar, an in maleficiato strepeset subitus terror, aut aliqua alia notabilis visus mutatio; deinde, an invenirentur ossa, plumæ, crines, funes, ligulæ in maleficiati lecto, culcitrisve, aut in angulis cubiculi vel subjanuæ cardinibus. Si domus denunciati de maleficio visitanda suisset, curabam, ut solerter videretur, an adessent lateres mobiles, aut cineres; insuper an sub illis abscondita essent unguenta, vel alios inditium facientia. Interrogabam testes, an ille denunciatus unquam consuevisset quærere adipem hominis suspensi, lupi, canis, lac asinæ, & similia. In voluminibus Necromanticorum an invenirentur libri, vel scripturæ, superstitionem docentes, an caracteres non intelligibiles, vel imagines ceræ, & si istæ essent transfixæ aculeis, spinis, aut clavis; an pulveres, vel defunctorum ossa? Quæ omnia poni in process. su iubebam, atque ex his, secundùm Doctorum tradita, quid agendum esset, decernebam.

Igitur hæreticus cogendus est, ut redeat ad fidem
37 metu mortis incusso. *Aut. de Batr. in c. ad abolendā n. 22. ext. de bær. DD. omnes in c. 2. de hær. in 6. Zan. in tract. de heret. c. 53. Petr. Grego. syntagm. ur. lib. 33. cap. 6. a num. 4. Guindisal. ubi supra n. 25.* Quod si impœnitens neglexerit ad fidem redire, tradetur iudici sæculari, *cap. ad abolendam, §. præterea, de heret.* ultimo supplicio afficiendus, *per text. in d. l. Arrians, §. manichaos, C. de heret. l. quicumque §. omnes, C. le heret. Simanc. h. tulicat. loco tit. 46. rubr. de pœnis, num. 42. Afflict. in Constit. Regni de heret. & Parat. rubr. 1. num. 36. Ghirl. in tract. de heret. qu. 3. num. 2.* vivusque cremandus, *Afflict. ub. supra, num. 1. & num. 37. cum seqq. Simanch loco citato. tit. 46. rub. de pœnis, num. 49. Bitard. ad Clar. in §. hæresis, num. 15.* damnata eius memoria, *l. manichæos, §. præterea, C. de heretic. Farin. citatus qu. 97. num. 86.* perpetuaque inustus infamia, *per text. in auth. Gazaros, in princ. C. de heret.* ibi: *Et omnes hæreticos utriusque sexus, quicumque nomine censeantur, perpetua damnamus infamia. Simanch. in Enchyrid. Viol. Relig. tit. 67. rubr. de pœnis, num. 5. & 6. Zanchin. in d. tract. de heret. cap. 18. num. 3. Ghirlan. in tract. de heret. qu. 3. sub num. 2. Carrer. in sol. tract. de heret. num. 143. Hyppol. Rimnald cons. 185. nu. 1. Petr. Gregor. syntag. jur. lib. 33. cap. 8. num. 3. & 12.* quæ infamia comitetur filios usque ad secundam generationem, *cap. quicumque, §. heretici*, ibi: *ipsorumque filii usque ad secundam generationem, de heret. in 6.* sed itaque nepotes ad honorea *d. cap. quicumque*, itaut neque Notarii, *Auth. credentes, § si tabellio, de heret.* ibi: *Si tabellio, instrumenta per ipsum confecta nullius penitùs momenti censeantur, cap. excommunicamus, il primo, §. credentes, verf. si tabellio, de heret.* ibi: *Si tabellio, instrumenta per ipsum confecta nullius sint momenti*, sed cum authore damnato damnentur, neque Advocati, *d. Auth. credentes, §. si verò fuerit advocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur*, atque *cit. cap. excommunicamus, il primo, §. credentes, verf. nec advocatus, de heretic.* atque adeò neque Doctores, *Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 53. nu. 4. & cap. 51. sub num. 79.* neque milites esse poisint, *l. quicumque, §. nullum, C. de heret Decian. loc. cit. n. 4.* Nec testes, *l. quoniam, C eodem*, ubi *Glos. verb. introducere* dicit *idest, nil Judæus Judæo: nil Catilina Cethego*, quod declarat *Alciat. lib. 4. de verbor. signif. lit. A.* nil aliud significare, nisi quod quis non potest aliquem reprehendere vitii, de quo ipse laborat.

Mortis verò pœnam evadet, si verè pœnitens ad fidem redierit, *cap. ut officium, de heret. in 6.* ibi: *Si verò aliquis ex prædictis, hæretica labe primitùs abjurata, redire voluerit ad Ecclesiæ unitatem; ei juxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis, & injungatis eidem, quod iniungi talibus consuevit, proviso solerter, ne, simulata conversione, redeant fraudulenter.* Et tunc non dimittitur omninò impunitus; sed perpetuo carceri mancipabitur, *cap. excommunicamus, 15. §. si qui autem de prædictis postquā fuerint deprehensi, redire voluerint, ad agendam condignam pœnitentiam, in perpetuum carcerem detrudantur. Farinac.* multos DD. allegans *in d. tract. de heres. q. 193 num. 101.* licet habeat arbitrium Inquisitor unà cum Episcopo pœnam perpetui carceris, vel mitigandi, vel commutandi, per *text. in cap. ut commissi, de heret. in 6.* ibi: *Et illorum, qui vestris mandatis obedientes humiliter stant propter hæresim in carcere, vel*

muro

muro reclusi, pœnam unà cum Prælatis, quorum iurisdictioni subsunt, mitigandi, vel commutandi, cùm viderint expedire, *Farinac. loco citato num.* 104.

Pœna sortilegorum, patrantium, juxta superiùs
38 adductam distinctionem, sortilegia hæreticalia, eadem est ac pœna hæreticorum, *Ghirland. de sortileg. qu.* 11. *num.* 1.6. *&* 9. *Menoch. de arbitr. q. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 388. *num.* 4.

Sortilegi verò non hæreticales, licèt de jure civili vltimo supplicio damnarentur, per *tex. in l. nemo l. multi, C. si excepto, l. eorum, C. de malef.* attamen de consuetudine, vel fustigantur, & banniuntur; vel ad triremes addicuntur, *Berber. in suo viatorio iur. rubr. de sortileg. in fin.* quem refert, & sequitur *Clar. in pract. §. hæresis, vers. fin. in fin.*

Nec dissentit ius Canonicum, quod huiusmodi sortilegis non hæreticalibus pro prima vice excommunicationem, *cap. si quis Episcopus, & cap. adjuvanti.* 26. *q.* 5. si admoniti perseveraverint, vel fustigationem, vel relegationem, vel perpetuum carcerem, juxta personarum qualitatem; decernit, *cap. contra idolorum*, 26. *q.* 5. *Menoch. d. cas.* 388. *num.* 18. etiam si sortilegia fieri dicantur ad bonum finem, puta ad solvendum facturas, ad incantandum imbrem, ad fugandas locustas, ad recuperandam alicuius amissam sanitatem; cùm sint execrabilia remedia, ut ait *text. in cap. nec mirum, §. ad hæc omnia*, 26. *q.* 5. *cap. admoneant*, 26. *q.* 7. *Ghirland. tract. de sortileg. qu.* 2. *num.* 4. *&* 5. *& qu.* 11. *num.* 13. 15. *&* 27. in quo casu indulgebat ius civile; *l. eorum, §.* 1. vbi *Bart. C. de malef.* ibi: *aut contra salutem.*

Indistincte tamen sortilegi, vel hæreticales sint, vel non hæreticales, si ex eorum sortilegiis mors sequatur alicuius maleficiati, tenentur pœna *l. Cornelia de sicariis*, per *text. in l.* 1. *C. de malef.* ibi: *Plus est hominem extinguere veneno, quàm occidere gladio Jodoc. in pract. tit. de homicid. per sortileg. cap.* 43. *Berber. memorato loco rub.* 8. *de sortileg. num.* 2. *&* 8.

Blasphemi demum hæreticales, more hæreticorum,
39 vltimo subduntur supplicio, *Auth. ut non luxurientur contra naturam, §. & quoniam, coll.* 6. ibi: *vltimis subdere suppliciis*, qui de iure Divino obruebantur lapidibus *Levit. cap.* 24. *Clar. §. blasphemia, vers. sed quære, in princ. Menoch. de arbitr. quæst. lib.* 2. *centur.* 4. *cas.* 375. *num.* 24.

Non hæreticales verò, puta, si qui imprecarentur malum Sanctis, vel etiam Beatissimæ Virgini, non quidem pœna mortis, ut in *d. Auth. ut non luxurientur contr. natur.* qui *textus* loquitur de Deo tantùm; sed alia pœna extraordinaria plecti debent, ut tuetur *Farin. de delict. & pœn. qu.* 20. *num.* 27.

Hinc universaliter colligendum est; quod, cùm
40 Ritus hic noster in componendo, flagitiosos, hæretica labe fœdatos, excipiat; non solùm, ut superiùs dictum est, intelligitur de hæresi formaliter, & stricto modo accepta; verùm etiam non intelligitur excepisse crimina, non hæreticalia, & proinde, neque sortilegium, neque blasphemiam, nisi in eo casu, quando sunt hæreticalia.

Quam distinctionem fortasse intuentes legisla-
41 tores, ut penitus extirparentur tam enormia delicta; statuere peculiari *pragm.* 3. *sub tit. de sodom.* ut indistinctè denegaretur blasphemantibus admissio ad compositionem, guidaticа, ac gratiæ; quam considerarunt *Imbrian. de repuls.* 1. *par. consid.* 8. *n.* 750. *Fab. à Monteleon. in pract. de quatuor liter. arbitr. par.* 4. *à num.* 74. *Ann. sing.* 67. *Baiard. ad Clar. §. blasphemia num.* 16. *Novar. quæst. forens.* 76. *lib.* 2.

Ideoque Excellentiss. Dom. Marchio de los Velez huius Regni Prorex, in Visitatione generali facta in throno Maiestatis die 6. Januarii 1677. cum interventu omnium Tribunalium, de qua meminerimus in *Rit.* 275. cùm infinitas pœnè gratias fecisset in carcere detentis, præstantissimam, innatamque suam exercens clementiam; noluit prorsùs ullam gratiam impartiri Antonio Parente; quem constiterat, blasphemasse in Deum, Commissario Judice D.D. Jo: Galliego, in Banca Pisacani; At ex eodem throno jussit, quod recto tramite pergeret remex ad triremes, ferens ore lignum quoddam in execrabilis linguæ coercitionem.

Memoratam sane *pragm.* 3. eiusque resolutionem,
42 tum in blasphemia, quæ fit in Deum, aut B. Virginem, tum in ea, quæ fit in Sanctos, vendicare sibi locum, non dubito; tametsi versentur in ancipiti, quoad hoc, *Capiblan. in tract. de Baron. pragm.* 6. *num.* 79. *tom.* 1. (quem locum duntaxat adducit *D. Domin. Crispus in Theor. & pract. crim. tract.* 3. *cap.* 3. *de pœn. blasphem. num.* 11.) ac *Avus meus ad Gramm. decis.* 50. *num.* 18. quem laudando ab ulla omninò difficultate sectantur *Novar. lib.* 2. *quæst. forens.* 76. *Scialoya de for. composit. num.* 22. quiquidem *Capiblanc.* deinde, recedens à verbis dubie per ipsum anteà positis, apertissime *in* 2. *tom. cap.* 29. *ex num.* 6. huic meæ inhæret sententiæ, quam authoritate nostratum corroboro; Ita enim concludit loquens in terminis huius *Pragmat. Muscatell. de cogn. delict. rubr. de blasphem. sub num.* 32. ex *Decian. tract. crim. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 19. necnon *Præsul Companil. in divers. jur. Canon. rub.* 11. *cap.* 26. *ex num.* 75. cuius memini in *Ritu* 203. *num.* 4. *in fin. lib.* 2. & cùm nulla vtantur unquam distinctione de blasphemantibus Deum, vel B. Virginem, ac in Sanctos, sed semper generaliter loquentes, proculdubio hanc aleam insectantur *Carrer. in pract. crimin. par.* 3. *q.* 2. *num.* 65. *Alex. Roman. in suo comment. ad Pragmat.* 1. *de blasphem. sub nu.* 19. *Rovit. in rubr. de blasphem. num.* 1. *&* 3. *Aviles in lib. Prætor. cap.* 25. *in glos.* 1. *num.* 13. qui, si perspexissent aliquam, vel minimam distinctionis necessitatem, tanti Viri non locuti essent sic generaliter. Accedit ad hoc ipsum *Pragm.* condita à Ferdinando Rege in anno 1483. quæ in ordine est 3. *sub rubr. de blasphem.* mandans irremisibiliter, & semper plectendos esse personaliter blasphemantes; etenim, si quandoque admitteretur compositio in blasphemia, utique non plecterentur irremisibiliter, semperque in persona; arguique optime potest à paritate pœnæ constitutæ à jure Constitutionum Regni, ex quo infligitur pœna mutilationis linguæ, tam si in Deum, vel B. Virginem, quàm si in Sanctos impudenti ore proferantur contumeliæ, vt probat *Arnon. singul.* 4. necnon à

Pragm.

Pragm.2.& 3.tit. de blasphem. quæ minitantur pœnam tertiæ partis honorum, ac triremium ad quatuor annos. Favet ius commune, parem etiam irrogans pœnam, tam linguas in blasphemiam relaxantibus contra Deum, & B. Virginem, quàm contra Sanctos, in *cap. statuimus, fin. de maledic.* ibi: *Statuimus, ut si quis contra Deum, vel aliquem Sanctorum suorum, & maxime B. Virginem, linguam in blasphemiam publicè relaxare præsumpserit, per Episcopum suū pœnæ subdatur inferiùs adnotatæ*, & prope finē: *nullam in hoc misericordiam habiturus*, & in §. *& quoniam cit. Auth. ut non luxurientur contr. natur.* Opitulatur, quod omnes blasphemiæ, hæreticali excepta, possunt dici eiusdem speciei, ut discurrit *Suarez in tract. de Relig. tit. de irreligios. cap. 5. num. 18.* quia, sicuti in Sanctis laudatur Deus; sic & in Sanctis blasphematur Deus, *Lazzar. de blasphem. q. 3. sub num. 51. D. Thom. 2.2. qu. 13. art. 1. ad 2. Finell. de casib. reservat. cas. 3. num. 4. & 5. Montal. de sentent. Pilat. num. 3. Plot. de blasphem. num. 2. prope fin. & n. 7.* Quamobrem nemo hominum prorsùs, nisi solus Papa, qui Deum repræsentat, potest blasphemiam remittere: cùm nemo hominum possit injuriam Deo in Sanctis illatam remittere, *Decian. & Bald. Jason. & alii tom. 2. lib. 6. cap. 3. num. 32. Bald. cons. 6. num. 2. & 11. inter consil. criminalia tom. 2. Plot. cons. 6. Lancer. qu. 6. num. 33. Rovit. in rubr. de blasphem. prope num. 1.* qui dicit. *Pragmat. 3. de sodom.*, vetantem compositiones, inniti ratione, tradita per *Avil. in lib. Prætor. cap. 25. gl. 1. num. 13. & 14.* quam nos constituimus de impotentia dimittendi. Quid verò, si blasphemaverit Beatum? concludas ex exaratis à *Novario quæst. forens. 76. num. 8. p. 2. & Dans. cit. tit. de blasphem. cap. 8. num. 23. & 24.*

Vt quia tamen puniatur statutaria pœna blasphe-
43 mantia, pernecesse est ut solitus sit blasphemare quidquid voluerint DD. apud *Reg. Rovit. in rubr. pragm. de blasphem. num. 10.* & maximum indicium sunt maledicendi frequentia, temereque iurandi consuetudo, *Io. de Pined. in Iob. cap. 20. vers. 23.* ibi: *quibus prava locutio dulcis est, uti blasphemia maledicenti; etenim mala dulcia sunt blasphemis, uti eloquia Dei iustis*, lusus illicitus, continua, & immodica vini crapula, *Crassi de indic. par. 2. cap. 3. num. 28.* ibi: *lusores ferè sunt blasphemi, & ludendi consuetudine se tales factos non diffiteatur*: Cessante enim blasphemandi consuetudine, cessat & illa legalis pœna, ex *Jas. in l. 3. §. fin. ff. de iur. iur. Afflict. in Constit. blasphemantibus, num. 10.* & ibi: *Gramm. num. 12. Farinac. qu. 20. num. 43. Arnon. cautel. 33. Blanc. caut. 9. Barz. decis. Rot. Bonon. 135. Ricciull lib. 1. in tract. de person. cap. 12. ex num. 5. Anton. Matth. de crim. tit. 10. cap. 6. num. 7.* & pluries practicari vidi in M. C., Confert *Marcus Mantua Apophteg. iur. 106. par. 2.* notans, blasphemum eum esse, qui ex consuetudine facit, quam non inducunt binus, aut trinus actus; sed requiruntur plures reiterationes, *Papon. lib. 1. tit. 2. Arrest. 1. & in Apend. arrest. 5. Præs. Merlin. controv. 97. & 98. Thor. par. 3. compend. decis. sect. 1.* verb. *blasphemans, Reg. Sanfelic. decis. 369. tom. 3. Decian tom. 2. lib 6. cap. 3. num. 26. Dans. add. tit. de blasphem. cap. 4.* & ad *Gramm. decis. 18.* nec sat erit, quem eodem tempore pluries blasphemasse, ut consuetus iudicetur, sed distincta requiruntur tempora, *Capol. cons. crim. n. 76. Reg. Rovit. cit. loc. num. 15. Ricciul. num. cap. 12. num. 4. Grivel. decis. Dolan. 24. Baiard. ad Clar. §. blasphemia, num 17.* Unica enim censetur blasphemia, si quis pluries eodem tempore repetierit verba blasphemiæ, *Vivius decis. 352. ex num. 6.* coarctans *num. 13.* si eodem tempore homo ille scelestus ausus fuerit blasphemare Deum, & Beatam Virginem, quem refert *Avus meus ad Gramm. decis. 103. num. 3. Scialoy. de foro compet. add. cap. 43. num. 1. fol. 332. ex Troys. in prag 3. de blasphe. num. 3.* quot autem peccata committat blasphemans Deum, & duodecim Apostolos, *Novar. cons. 14. de punit. & remiss. Dans. cit. loco cap. 8. num. 17.* & casum execrabilem narrat *Antonius. Maria Cospi à Secretis Magni Ducis Hetruriæ, in opere, cujus titulus il Giudice Criminalista, par. 2. cap. 5. num. 4.*

Sed qui ioco blasphemias pronunciat, à pœna non
44 est immunis; quamvis levius puniatur, notat *Simanch. pluries citatus, tit. 17. num. 22.* Si lubrico linguæ, *Card. in clem. unic. de usur. Anan. in cap. 2. sub num. 12. de maled. Thesaur. dec. 241. num. 5.* Si nimia iracundia ad blasphemandum proruperit, quæ tamen ortum habuerit ex iusta causa, *Ansald. de jurisdict. par. 4. tit. 9. cap. 2. num. 43. Cabal. casu 295. Dom. Reg. Sanfelic. cit. decis. 369. Scialoya, ubi supra cap. 43. num. 9. Præs. Merlin. add. controv. forens. 97. & 98.* loquens de ira, proveniente ex ludo, *Petr. Gregor. syntagm. iur. cap. 12. num. 13. Cened. collect. 126. num. 3. Salzed. ad Diaz, cap. 110. Barz. decis. 135. Vincent. Grilenzon. cons. 85. num. 7. de Angel. ad Foller. in pract. crim. tit. recipiantur defensiones reorum, num. 62. Reg. Valenz. cons. 542. num. 19. vol. 2. Dans. cap 3. nu. 10. & 13.* inquirens, quæ dicatur causa licita. Et de dormiente, demente, ac ebrio, *Viv. decis. 175. Ricciull. add. lib. 1. in tract. de person. cap. 19. num. 20. Simanch. cit. nu. 50. Albertin. tract. de assert. Cathol. quæst. 36.* loquens de semiebrio, *Menoch. de arbitr. cas. 375.* quem non esse audiendum, dum asserit ebrietate blasphemiam excusari, notat *Cristoph. Crussi de indic. par. 2. cap. 3. num. 23. ad 28.* Hinc *Arist. 3. ethic. cap. 5. & 3. polit. cap. 20.* meminit Pittaci Mitilensis, ex septem Græciæ sapientibus legem ferentis, ut ebrii si quem pulsassent majori pœna plecterentur, ac si sobrii id factitassent, & *Bald. in l. 1. C. unde vi*, ac *B. ff in tract. crim. tit. de defens. reor.* distinguunt inter ebrietatem casualem, & voluntariam, *Petr. Roiz. decis. Lituan. 4. Crussi cit. par. 2. cap. 2. num. 17. & cap. 3. num. 28. Tiraquel. de pœn. caus. 6. numer. 9.*

Unde, quando quis ex iusta ira blasphemaverit, fuit observatum multari mitiùs, ac arbitraria pœna, haud obstantibus Regni pragmaticis, teste *Afflict. d. Constit. blasphemantibus, num. 10.* & dixit *num 8.* se vidisse, non raro hujusmodi causas etiam componi, ex *Io. And. in cap. 2. de maled.* referente *Hostiensem*, aientem,

quod,

quod, si quis honestæ vitæ incideret in hoc crimen, posset de eo haberi misericordia, congruunt verba *pragm.* Ferdinaudi, ibi: *attenta qualitate personarum*: concinnunt notata *in l. quid ergo, §. pœna gravior, ff. de his, qui notat. infam.* de quibus meminit *Reg. Sanfelic. memor. decis. 369. num. 3.* Inspiciantur igitur tum personarum qualitates, tum causa iræ, ac circumstantiæ blasphemiarum, ex traditis per *Bo-*
45 *vadill. in polit. lib. 5. cap. 1. num. 123. Avendan. de exeq. mand. cap. 5. num. 20. Troys. in cit. prag. 3. num. 4.* quamvis *Catalan.* voluerit, nullam esse habendam rationem qualitatis personæ; quin in Magnatibus atrocius delictum censeri, *in tract. de indult. cap. 33. num. 102.* quem laudat *Dans. add. tit. de blasphem. cap. 5. num. 24. & 25.* Et proinde illustriores viri acriùs, & severiùs sunt plectendi, *l. 2. ff. de re mil. l. 2. juncta Glos. C. de Epis. aud. l. presbyteri, C. de Epis. & Cleric. l. properandum, §. sin autem utraque, C. de jud. Glos. in l. si quis ad declinandam, in fin. C. de Epis. & cler. de Petr. cons. 43. num. 27.* consonat *Juven.* sententia *Satyr. 8.*

Omne animi vitium tanto conspectius in se.
Crimen habet, quantò major, qui peccat habetur.

Atque in his casibus demum intelligi debet *Clar. in §. fin. lib. 5. pract. crim. quæst. 58. num. 14.* qui siccis verbis asserit, nullius requiri in blasphemia remissionem, ac proinde videtur, apertè insinuare in eo statu passim fieri super eo crimine transactiones; secus enim esset res nimis aspera auditu, si extra hos casus componeretur blasphemus indistinctè.

Duo excipit hic Ritus; crimen nimirum hæresis, qua Majestas Divina læditur & de qua nuper dictum est, & crimen læsæ Majestatis humanæ, quod crimini læsæ maiestatis Divinæ
46 comparatur, *ex cap. statutum, il secundo, de hæret. in 6. Carrer. de hæret. num. 102.* refert *Rovit. sup. pragm. 1. de bonis proditor. fol. 112. num. 21.* licèt non per omnia æquiparetur, quia mitius agitur cum Deo, quàm cum homine, vt docet idem *Rovit. num. 31.* Hoc crimen, inquam, læsæ maiestatis humanæ est illud flagitium, per quod florentissimarum urbium mœnia, ac Cœlo, penè dixerim, æquata, iacere videntur sub herbis; per hoc tot uberrimæ Provinciæ exitiosissimam cladem senserunt; per hoc in terrarum orbem tot lacrymabiles calamitates emerserunt *Jo. Sarisb. lib. 6. policrat. cap. 25.* Quid sit autem hoc crimen læsæ maiestatis; licèt nimirùm laboret *Gig. in tract. de crim. læsæ majest. lib. 1. rubr. quid sit crim. læsæ maiest.* in tradendo eius definitionem, innotescit tamen perbelle, ni
47 fallor, ex iisdem verbis: Est enim flagitium, quo humana maiestas læditur. Maiestatis verò, quæ maior potestas est, insignibus propriè decorantur, Summus Pontifex, qui suprà omnes Principes Maiestatem habet, Imperator, per *tex. in proœm. instit.* ibi: *Imperatoriam Maiestatem*, Rex per *tex. in l. 1. Cur mmo privat.* ibi: *Regia Maiestatis est.* Prætor, *l. cus pluribus, ff. de sacsit. & jur.* ibi: *salva Maiestate Imperii.*

Et cum possit Maiestas dupliciter lædi: ideircò
48 læsæ Maiestatis crimen dividitur in læsæ Maiestatis in primo capite, & in secundo capite, ita communiter DD. omnes, & est *tex. in l. quivis è provincia 2. ff. ad l. Jul. Majest.* ibi: *& hoc capite primo agit Maiestatis enumeratur.* Unumquodque autem caput istorum plures habet species.

Quæ igitur crimina ad primum caput referantur? quæque ad secundum? videas apud *Montell. in pract. par. 4. à nu. 322. cum seq. & Foller. in pract. crimin. in verb. Item, quod commisit crimen læsæ Maiestatis, à num. 50. cum seqq. qui num. 90.* dat regulam: nempe, quod omnes casus, in quibus principaliter offenditur Princeps, sub primo capite continentur; Casus verò, in quibus licèt lædatur Princeps, non læditur tamen principaliter, sub secundo capite numerantur. Quod magis explicat *Sfora. Odd. in cons. 27. num. 17.* dicens, quod tunc dicatur læsa Maiestas in primo capite; quando conspiratur, vel contra ipsammet personam Principis, vel contra personas Collateralium, qui sunt pars corporis eius, vt ait *text. in l. quisquis, §. C. ad l. Jul. Maiest.* vel, quando conspiratur contra Statum, seu Regnum: ut si quis tentaret, Regnum, seu eius partem ad alium Principem transferre; Igitur quando non conspiratur contra personam Principis, neque Collateralium, neque contra Statum, seu Regnum, sed ad hoc pertineat, adnumerabitur in secundo capite.

Hinc optime colligitur, quod idem *Sfora. Odd. loco citato à num. 20.* advertit, crimen læsæ maiestatis dici proprie, quando committitur in primo capite; in secundo autem capite commissum, dici crimen læsæ maiestatis impropriè; Et quod crimen læsæ maiestatis verè, & propriè fit illud, quando Princeps de directo, & principaliter offenditur, notavit etiam *Rovit. sup. pragm. 1. de abolit. fol. 7. n. 20. ex Bald. in l. 1. circa finem, C. de priv. carcer. Alber. Brun. in cons. 69.* quando autem non offenditur Princeps de directo, fit crimen maiestatis impropriè, advertit quoque *de Pont. cons. 22. num. 14.*

Severissima vltimi supplicij pœna plectendum esse huiusmodi execrandi criminis reum, exclamat
49 *cit. text. in l. quisquis, in princ. C. ad l. Jul. Maiest.* ibi: *ipse quidem, vtpote maiestatis reus gladio feriatur*; eiusque filios, qui paterno deberent perire supplicio, licèt ijs concedatur vita, Principis speciali lenitate; perpetua tamen egestate, infamiaque in ævum duratura mulctandos; ac tales esse, vt ipsis sit, & mors solatium, & vita supplicium, ait *text. in dict. l. quisquis, §. filij verò.*

Ac adeo enor est istud crimen; quod, licèt *Reg. Rovit. in pragm. 5. de abolition.* velit comprehendi in generali indulgentia, prout comprehenduntur alia atrocissima, nisi specialiter excipiuntur, vel aliter appareat de intentione concedentis: cùm generalis indulgentia de sui natura comprehendat omnia crimina, & delicta; ta-
50 men nullo modo censeri inclusum in abolitione, vel indulto, etiam generali, voluere *Angel.*

Angel.in disp.incipient.exorta guerra, *Marsil.in l.1.nu.23 ff.de quaestion.& in l. de minore, n.2. ff.eod. & August.in addit. num.29.in fin. Iacob. Vander. in repet. l.non dubito;ff. de capt.& postl. reuers.Dom.Ros.ad Consuet.Neapol.pag.33.n.295.* cum sit crimen exceptuatum, *de Franch. decis. 330.& decis.712.num.17.Capyc.decis.130.n.26.* nisi expresse dicatur; Hinc inolevit praxis, vt exprimatur quando id Principi libet; vt videre est in quamplurimis indultis, ac pragmaticis: in eo praesertim, quod fuit olim concessum civibus Neapolitanis, ac Regnicolis de omnibus delictis, vbi specifice id exprimitur, etiam de crimine laesae maiestatis in primo capite: qui quidem indultus concessus fuit à Comite de Oñate Prorege, postquam sedati fuerunt populares tumultus, 6. Aprilis 1648. qui incoeperant 7. Julij 1647. exorti ob quoddam novum vectigal, fructibus impositum; quod vectigal erat exosum pauperibus, prout erant exempla, quia, cùm aliàs anno 1619. fuisset impositum tempore, quo erat Prorex Dux Ossunensium ad clamorem Populi nolentis fuerat sublatum, meminit *Tasson.in obseru.ad pragm.de donat. & antefat.vers.2.obseru.2. num.56.* Et decisum esse in Collaterali Consilio, quod non modo inqui-
51 situs de crimine laesae maiestatis non gaudeat indulto; sed nec etiam eius receptator, testatur *de Ponte decis. 22.* quem refert *Ricc.collect.dec. 2014.* Dicebat proinde, tale crimen proximum esse sacrilegio *Vlpian. in l.1. in princ.ff. ad l.iul. maiest.* ibi: *Proximum sacrilegio crimen est, quod maiestatis dicitur, Gig.de crim.laesae maiest.lib.1. rub.qualiter,& à quibus crim.laesa maiest. committ.q.5.num.12.& lib.3. rubr. de pan. quas filij &c.q.1. num.8.* vbi reddit rationem; quia nimirum laeditur Princeps, qui habetur, quasi Deus in terris, vt est *text. in authen. de consulibus, §. fin. collation.3.Cyrill.in summ.crim. p.4.rubr. de publ.iudic §.3.n.1. Dec. in tr.crim. lib.7.c.1.n.1. in fin.Consil.Prat.pract. obser.c.51. n.1.&lib.4. discept. forens.c 50.n.2.* vndè *Andr. de Isern.lib.feud qua sint reg.verb.contrahentiū incestas nuptias, per cap.si apud, 23. q.5.* dixit quod proditor Regis censetur proditor Dei.

Praeter mortem naturalem, qua plectitur Reus maiestatis, amittit omnia bona, & fisco appli-
52 cantur, vt est *text.in d. l. quisquis, in princ. C. ad l. iul.maiest.* ibi: *boni eius omnibus fisco nostro addictis*, & ibi *glos.& Bart. in summar. Bald. in princ.versic.& omnia bona sua efficiuntur fisci*, idem *Bart.in extravag.qui sint rebelles, in verb.rebellāda, num. 17. in fine. Imol. in Clem.pastoralis, num. 7. in fin. vers.& nota casum, de sent.& re indic.* & *num.35.post med.* & ibi etiam *Cardin.Zabar.in princ.num.13. ad med.Glos.in cap. siquis, in verb. fisca, 6. q.1.* & ibi *Archid. in princ. in verb. addictis*, & an veniant bona futura, & conditionalia? *Clar.§.sententiarum, q.88. num.23.Dec.cons.430.nu.10. Chassan. ad cons.Burg. rub.2.§.2.nu.23.Tell.Fernand. in l.Tauri, num.63.Per alc. in l. omnia, §.fundum, nu.4. de legat.2. Mieres de maiorat. par.1. q.1.num.105. Trentl.disp.31.vol.2. th.7. Cavall.tom.1.com.opin.q.320. Io. Botta cons.36. Anton.Gabr.comm.conclus. 24. lib. 7.* Quid au-
53 tem si bona sint feudalia? & videtur dicendum, quod reus laesae majestatis ea non amittat: cùm in publicatione bonorum minime veniant feudalia, ut per *Afflict.in dict.cap.1.§ denique,col. ult. Marc.Ant.Peregr.* qui alios recenset, *de jur. fisc.lib.5.tit.1. num.106.* quia in extraneos haeredes feuda transferri nequeunt, quando enim in investitura dicitur *Pro se, & haeredibus*; intelligitur de haeredibus ex sanguine acquirentis, ex dictis per *Lanar.in cap.1.de success.feud. num.76.* vbi, relatis aliorum opinionibus, dicit; intelligi debere de filijs *cap.1. §.& si clientulus, de alienat.feud.* quod secus est, quando Sacerdoti; & eius haeredibus feudum conceditur: quia tunc de eius agnatis intelligitur; eum Sacerdos filios habere nequeat, secundùm *Camer. in cap. imperialem, fol.22 col.3.lit.H.* quos & alios allegat *Reg. Lanar.in sup.cit.loco, nu.8.* vbi plus addit, quod si Regi constabat, quod ipse Sacerdos habebat neminem, nisi filium naturalem, tunc ipsi filio naturali deferatur ipsius feudi successio, ex *Camer. ibidem fol.22. col.3. lit.P.* In Regno autem non solùm de liberis intelligitur, sed de omnibus, qui ad feudi successionem admittuntur, vel ex gratijs, vel ex alijs Regni legibus; dummodo de ipsius acquirentis sanguine existant, vt est frater, teste eodemmet *Lanar.ibidem sub num.81.* imò *Fulv. Lan.in sua ibi additione* dicit *sub num.1.* quod, non obstante etiam, quod in investitura dicatur: *haeredibus ex corpore*, adhuc ex gratia concessa per C. Cathol.Maiest. Philippi II. in feudo à Regia Curia, sive à privato in eum pervento; frater, & soror, sive ex vtroque parente, sive ex alterutro tantum, vel paterno, vel materno latere, & eorum filij vtriusque sexus fratri, & sorori succedant; ibique etiam de alia gratia meminit; quod, scilicet, feudatarius, etiam titulatus, valeat inter vivos, vel causa mortis de bonis, & titulo disponere in personam masculi, qui succederet, si foemina non extaret: non obstante, quod dicta foemina sit proximior, vt diximus *rit.anteced.num.120.* etiam, quod disponens non dicat, eam facere dispositionem ex licentia, sibi permissa ex dicta gratia; quia testator praesumitur potiùs iuxta Regni jura, quàm secundùm communia testari, authoritate *Dyn.Bart. Joan.de Imola. Loffred. & Afflict.* ipsamque gratiam extendi dicit ad officia, quae ad modum feudi sunt pro haeredibus ex corpore concessa, ut sub *num.3.* Et de investitura, *Pro se, & haeredibus*, latè per *Canett.in extravag. volentes, in verbo consequenter, fol 45.* qui, & ipse *in cap.si aliquem, verb.adnotandum est, num.17.fol. 211.* dicit in bonorum confiscatione non venire feudalia, & loquitur de feudatario foriudicato; subiungens, quod fiscus dicitur extraneus heres, atque ideo ad eum feuda minime transeunt, ex *Afflict.dec.385. & Frecc. de subfeud.lib.3.de differ.inter feud. ex pact. & hered. diff.16.* vbi nonnullas ponens huius nominis, *haeredis*, distinctiones: feudi, scilicet, sanguinis, & haereditatis, dicit sub *num.16.* hoc esse regulare in feudis, ut de eodem sanguine primi acquirentis esse debeat; ita per *Gull.de Peru.*& alios, ibi citatos: cùm ea sit natura feudi, ut extraneos te-

respuat hæredes; ac nomen *hæredis*, in feudis appositum, intelligatur strictè pro descendentibus ex eo, qui est stipes communis agnationis, ut ex *Bald.in rubr.de feud.col.*6.ibi: *Natura*.Sed super hoc de isto nomine, *hæres*, luculentiùs pertractantem videas *Camer.in c. Imperialem, car.*21.*à lit.S.*& nos alibi etiam de aliis novissimis gratiis in linea collaterali dicemus.

At intrepide tenendum est, quod Reus majestatis & feudalia amittit; *Curt. in tr.feudor.* 4.*par. num.*39.*Plaza in epit.delict.lib.*1. *cap.*24.*Reg.de Curte in respons.fiscal.apud Reg.Rovit.in pragm.* 8.*num.*70.*de bon.prodit.Reg.de Ponte lect. feud.* 17.*num.*21.*& lect.*1. *aliàs* 21. *Consil. Prat.add. cap.*50.*num.*2 a.*lib.*4.cùm feudum dicatur à fide *cap.*1.*de form.fidel.& cap.*1.*in princ.de cap.Corradi*,& sine fide feudalis contractus stare nequeat, quia feudum conditionaliter, donec sit fidelis, concessum videtur, teste *Affl.decis.*282. *num.*15.feudum ipso iure domino aperitur,*cap.* 1.*§.denique, quæ sit prim. caus. benef. amitten. cap.*1.*an ille, qui interf. frat.dom.sui.* Hinc statim, ac ipse feudatarius à fide deficit, feudalis contractus resolvitur,feudumque domino aperitur,& cum directo illud utile dominium,quod penes feudatarium erat, reconsolidatur,ex *Andr.in cap.sancimus,nu.*11.*quo temp mil.*quamobrem,si aperto ad dominum feudo, non dicetur in illo dominus successisse iure hæreditario; at illud cæpisse ex lege contractus infeudationis, & per illius resolutionem iure proprio. *Frecc. de subfeud.auth.*29. *num.*7. atque adeo quoties leges Regni perlegere occurrerit, vel alias, dicentes,bona rebellium feudalia fisco applicari, prout loquitur *tex.in c.apud Tranum*,ibi:*curia nostra,&c.*semper intelligas applicari fisco, hoc est, domino,à quo feudatarius rebellis feudum tenet.

Sed,an ex felonia sic ad dominum aperto feudo, teneatur ipse dominus ad solvendum debita, à feudatario contracta? & dicendum est,quod si
54 feudum perveniret ad dominum,tanquam comprehensum in publicatione bonorum; tunc ad onera teneretur dominus, etiam si debita sine assensu contracta fuissent; bona enim dicuntur,ære alieno deducto, *l.bonorum, l. subsignatum,§.bona,de verbor.signif.*& in dominum, seu (ut rectius loquar) fiscum, eo casu transirent omnes actiones, tam activæ, quàm passivæ, ac si in burgensaticis succederet,*l.*2.*C.ad l.Iul.cum concord.*& ex DD.congestis à *Peregr.de iure fisci,lib.*5.*tit.*1.*ex num.*53.At quia in publicatio-
55 ne non venit, ut iam probatum est;idcirco ad onera non tenebitur dominus, feudo ad ipsum aperto; si tamen æs alienum fuisset sine eius assensu contractum,vt advertit *de Franch.decis.* 213.*num.*32.quò loci licèt *Reg. Constant. in l.* 1. *num.*45.*C.de pan.fiscal.lib.*10.*num.*14.dicat,esse cautè legendum ipsum de *Franch.* in secunda ibi posita distinctione;tamen ipsemet de *Franch.* concludit,quod quando obligatio est contracta sine assensu, Dominus ad debiti solutionem non tenetur, aperto ad ipsum ex linea finita feudo, ex *Andr.& Capyc.*ibi citatis. Si verò æs alienum cum eius assensu sit contractum, utiq; teneretur dominus ad eius solutionem, ut ibidem de *Franch.nu.*53.*ex Andr.Capyc.Affl.Frecc. & Senatu Pedem.Reg.de Ponte cons.*64. *num.*3. *vol.*2.*Reg.Rovit.cons.*53.*num.*16.*Fontanell. dec.* 474.*Barbat.de assistent.gl.*9.*num.*49. *Reg. Moles de iur. devolut. qu.*1. & vberiùs ex allegatione quamplurium aliorum II.CC.videas *Rosent. de feud.cap.*9.*concl.*18.vbi *num.*1.ait,quod, quamvis,soluto iure vasalli, ius hypothecæ, & similia onera,feudo imposita, resolvantur; fallit tamen, si feudum consensu Domini hypothecatum reperiatur: quia vel ex linea finita, vel ex delicto, aperto feudo,ius hypothecæ non expirare dicit, ex innumeris, sub lit.A.allegatis II. CC.& casum hunc, sine controversia, asserit in supra citato loco *Reg.Const.num.*147.licèt adversus istam opinionem insurrexisset *D.Consiliarius D. Thomas. Carleval.* in Fiscum per Proregem tunc adscitus in causa ad instantiam D.
56 Francisci Aquaviva cum illis de Cavsoiglia, in quodam *responso* typis dato,quod exscripsit *to.* 2.*de indic.disp.*23.*ex num.*39. dicens, assensum verificari, donec penes feudatarium, vel eius hæredem feudum extaret; Nam feudo ad Dominum devoluto, subintrat regula, quod *resoluto iure datoris, resolvitur ius acceptoris*; quam regulam firmam undique in hac quæstione tot validissimis mediis exornavit, suamque opinionem tam ingeniosissime tutatus est;quod nisi mos iudicandi contra suam opinionem in Regno nostro extaret, à quo non esse recedendum, utpote qui necessitatem iudicandi inducat, ex quampluribus exornat *Reg. Rovit. cons.* 18.*num.*3.*vers.ita per necesse, lib.*1. & aliàs diximus, à sua non abscedentem opinione, ibique *Consil.Carleval.*literas S. M. transcribit, quibus mandatum est, ut fiscus recipiat burgensatica bona feudatarii pro solvendo creditoribus, habentibus hypothecas cum assensu super feudis devolutis.

Obstringitur,inquam,Dominus,ad debita,cum assensu contracta, aperto sibi ex perduellionis crimine feudo. Et per priùs ad hoc,vt ille creditor, qui hoc casu pro debiti consecutione super feudo agere volebat,valuisset ritè, recteque agere; opus erat,vt principalis ille creditor ageret, vel eius hæres, qui iuxta feudorum, aliorumq; nostri Regni iurium regulas, fuisset ad succedendum in feudo habilis; ipse enim assensus in obligatione ad feudum, videtur eam obligationem concedere in feudum, *Frecc.in Const. Divæ memoriæ,qu.*12.cuius dictum redarguit *Reg. de Ponte de potestate Proreg tit.de assens. super dotibus,in rubr.num.*45.in suo casu,in quo tantum temporis terere,nec debebat, dicit, quia nullam probabilem potest ille casus dubitationem habere;ibique *de Pont. in vers.si verò mulier*, ponendo casum de hæredibus mulieris pro consecutione dotis,legis assensum habentis,Neapolitanis concessum; ait,omnes hæredes hanc actionem habere, prout postea fuisse declaratum ex capitulo concesso Civitati, ac Regno; & deinde idem generaliter in beneficium omnium creditorum hæredum; ad quos personalis actio transit, vt ad eosdem transeat hypothecaria,super feudis per defunctum creditorem acquisita, vt sub *num.*6. *&* 7. & diximus in *ritu* 244. *ex n.*16.*lib.*2.

Portò

Porrò ex ista in dominum commissa felonia, non
57 modò ipse, qui feloniam committit, feudo privatur, sed & eius filii, ac agnati; Et de hoc sunt apertissima *iura* feudalia; Licèt regulariter non ita statuendum esset; cùm pœna suos debeat vrgere authores, neque vltra delinquentem transilire, *l. sancimus, C. de pæn. cap. non debet*, vbi *Dyn. & Adden. de reg. iur. in 6. l. absenti, 5. l. crimen, 26. ff. de pæn.*; Nequit enim alteri per alterum iniqua conditio inferri, *l. non debet, de reg. jur.* aut id, quod est nostrum, sine facto nostro auferri nobis; seu alterius factum ei, qui nihil admisit sceleris, nocere, *l. 5. §. si nihil plurium, de nov. oper. nunciat.* late *Covarr. var. resol. lib. 2. cap. 8. Farinac. in prax. crim. lib. 1. qu. 24. ex num. 1. Barbos. in collect. ad cit. tit. C. de pæn. 12. & 13. lib. 4. Martin. Mager. de Advocat. armat. cap 16. num. 849. Reg. de Philippo fiscal. dissert. 14. ex num. 46.* Sæpe enim solet filius similis esse patri, & vt
58 *Marcell. Palingen. in Leone pag. 116.* ait:

Nam similes fiunt nati plerumque parentum,
Qualis quaque arbor, tales solet edere fructus.

Ideo propterea *Faber in rub. inst. de nupt.* ait: nedum sanguinem, sed & morum labem quoque derivari ad posteros ratione iuris, quod pater, & filius censeantur eadem persona, vel quod filius portio viscerum paternorum, eademque caro patris dicatur, *l. 22. §. fin. C. de agr. & censit. Arist. 5. Eth. 5.* Hinc *Dido ad Æneam.*

Forsitan, & gravidam Dido, scelerate, relinquis;
Parsque tui latitat corpore clausa meo.

Quinimo caro filii est, quasi caro patris aucta: ita quidem; ut efficiatur novus homo propter novam animam, non dicatur tamen primus homo omnino extinctus propter mortem eius, vti pulchrè, ex *Paulo de Castro*, recitat *Tiraquell. in lib. de primog. qu. 40. Christoph. Crusii in disp. inst. disp. 16. th. 31. Ioh. Borch. de pact. cap. 4. num. 5. pag. 45.* Adde *Ioan. de Pined. in Iob. cap. 27. vers. 13.* ibi: *sunt filii parentum non membra modò, sed viscera*, & *tom. 2. cap. 38. vers. 28. Peguera decis. 114. num. 3. Reg. Savfel. decis. 77. Consiliar. Franciscus Maria Prat. ad Paschal. de patr. potest. par. 4. cap. 10. ad num. 1. Reg. de Philippo fiscal. dissert. 16. ex num. 21.* & indicavimus in *ritu 265. num. 168. hoc. 3. lib.*

Quamobrem *Aristot. 1. polit. 4. vti ex hominibus homo, ex bestia bestia, sic, ex bono homine bonus generatur.* Et *lib. 3. cap. 8. consentaneum est*, inquit *ex melioribus ortos fuisse meliores*, quod refert *Theodor. in resp. de process. contra sag. null. instit. num. 190.* ibique *Vuilhelm. Antonii in claus.* vbi & alia id genus videre licet, *& 3. Rethor. verisimile est, ex probo probum, & benè educatum quoque virum evadere.* Et est apud *Gellium 5. Noct. Att. 10. Mali Corvi malum ovum*; quod proverbium longe aliter explicat *Pined. tom. 2. cap. 38. vers. 41. pag. 1014.* Jure civili, quo vtimur, potissimùm filius eiusdem voluntatis, & affectus esse dicitur, cujus est pater. *l. si operarum ff. de oper. liber. l. cohortalis, C. de cohortal. lib. 12. Bal. in l. 25. C. de oper. liber. Cassan. in catal. gl. mund. p. 11. consid. 25. Vincent. Turturetus de nobilit. Gentilitia, lib. 3. cap. 2. Simanc. de hæretic. c. 50. ex num. 10. Mascard. de probat. concl. 222. num. 3. & conclus. 1003. Farinac. de indic. q. 47. num. 279. Paschal. de patr. potest. par. 4. cap. 5. Edo Nebusius in Theatro ingenii humani, lib. 2. cap. 12. de nobilit. sanguinis, pagina* (mihi) *228. P. Henricus Engelgrave in Cæleste Pantheon, sive Cælum novum, in nativitate S. Io. Baptistæ, §. 3.* Propterea *Alb. Grand. in tract. malef. tit. de ind. col. 4. præsumptio natura est*, lepidè monebat, *qua monet. vt parentum eius, qui accusatur, mores inspiciamus, inde enim apparebit, quibus ipse* (accusatus) *sit moribus imbutus*, & dicit *Ang. in l. fugitivi, C. de serv. fugit.* quod ex eo quis præsumatur transiisse ad hostes, si quidem de familia, eo nomine infamata, progenitus fuerit, *cap. venerabilem*, & ibi *DD. de elect. & c. 1. dist. 56.* vbi filios sacerdotum non promovendos esse, dicitur; non quod in genere mali sint sacerdotes, sed quia spurii sacris initiari non debent, *cap. 2. de fil. presb.* Quem ritum etiam Camera Imperialis Spiræ Nemetum, quæ filios presbyterorum, etiam ex legitimo matrimonio natorum, ad nobile assessoretus officium non admittit, sequitur. Vide *Petr. Pecc. de reg. iur. 8. num. 5. Matth. Stephan. de iurisdict. lib. 3. par. 2. cap. 14. num. 127.* clarior *textus* est *in c. cenomanensem, dist. 56.* vbi filii sacerdotum, ex matrimonio suscepti, ad sacerdotia admittuntur; sed addit *textus*, non vt pro regula sit illa conniventia, sed vt ad tempus Ecclesiæ periculo consulatur, sic *Alber. de Rosat. in l si cui, §. 1. num 2. de accusat*, ait quem inde præsumi calumniari, quia pater eius calumniator erat, *Ioan. Vvolff. to. 2. lect. mem. pag. 624.* de filia, matrem improbam; vel incastam habente, idem esse iudicium, inquit, vnde *Amb. 3. de Virgin.* ait: *quid potuit filia de adultera matre discere? nisi damnum pudoris, iuxta illud:*

Insequitur leviter filia matris iter?

Qua de re *Tiraquell. de ll. connub. l. 7. glo. 2. par. 7. num. 12. pag. 177. Columell. de re rust. lib 3.* & *Alciat. de præs. præsumpt. 24. pag. 69.*

Iura tamen feudalia absque ulla inductione, atque interpetratione sanciverunt, ex culpa vasalli, non solum filios, verum etiam agnatos esse puniendos, ex *tex. in cap. 1. an ille, qui intersf. frat. dom. sui*. Ibi enim cùm dubitaretur, an occidens fratrem domini sui, feudum amitteret? dicitur, quod non; sed illud amittet, si fratrem suum occiderit vasallus, ad hoc ut totam hæreditatem habeat; vel aliam commiserit feloniam, ob quam in Curia sine dedecore stare non possit. At quia poterat dubitari, an istud feudum domino aperiretur, vel agnatis? respondet, illud domino non aperiri, sed agnatis proximioribus, si paternum fuerit; redditque rationem, quia talis felonia non est in dominum commissa; subdens postea theoricam, quod, quando ad dominum tendit felo-

nia, tunc domino feudum aperitur. Qui quidem *textus* apertissime decisionem contra agnatos edit; adeo, quod *Sonsbecbius de feud. 13. par. ad quos feud. amiss. devol. num. 4.* dixerit, hoc *textu* oihil esse clarius, apertius nihil.

Id ipsum expresse decidit *text. in cap. 1. §. denique, qua sit prim. causa benef. amitt.* ibi namque,
59 cùm dubitaretur, ad quem feudum ob culpam amissum devolvatur, ad dominum nè, an ad feudi successorem? distinguitur: Vel in dominum vasallus peccavit, & tunc noo quidem ad proximos, sed ad domioum beneficium revertitur; ut haoc saltem habeat suæ iniuriæ ultionem; Vel non io dominum: sed aliquod aliud commisit crimen, per quod amittatur feudum, ibique recensentur illi casus, de quibus in supradicto *cap. 1. an ille, qui interf.* & tunc non ad dominum, sed ad proximos pertinet; si tamen beneficium fuerit paternum. Eamque distinctionem, dicitur ibi, fuisse tam ratione, quam moribus comprobatam; ibidemque *Glos.* in verb. *ratione*, explicat, vel ratione naturali, vel iure Romano: exemplo donatarii, ob cujus ingratitudinem donatio revocatur, ad donantem redit, *l. 1. C. de revocand. donation.* & exemplo etiam liberti, qui ob ingratitudine ad pristioam domino servitutem revocatur ut *C. de libert. & eorum liberis*, & ibi *Glos.* in verbo, *ad proximos*, ioterpetrationem reprobat dicentium, *tex.* non loqui de feudo paterno, & probat: Nam, si de noo paterno locutus fuisset, frustra distinctione de culpa in dominium, vel alium usus esset; cum feudum novum, licet ex pacto, & providentia simpliciter, vel non hæreditarium, respectu ipsius acquirentis in eo delinquentis genere, quod feudum amittitur, vel in alium: semper eius filiis, descendentibus, & agoatis præiudicat, ut de commuoi testatur *Alvar. in d. §. denique, num. 8.* nectitque, probari in parte illius §. iuxta unam lecturam, & notari *in cap. 1. si vasall. feud. priv. cui defer.* & ibi *Bald. & in §. 1. Gl. magn. in fin. de succ.* & ex *tex. in l. 1. C. de bon. qua lib.* commuoem quoque dicit *Præpos. ibidem*, quem uoà cum *glos. in d. cap. 1. si vasall. feud. priv.* laudat *Ann. filius in cons. 128. num. 4.* ubi dicit, hoc etiam procedere io feudo hæreditario, licet aotiquo, reprobata opinione *Authoris* damnatæ memoriæ in loco, ibi allegato, authoritate *Isern. in cap. 1. vers. & licet, num. 6. an agnat.* Ubi dicit, quod, sicuti filii ex quacunque patris culpa à successione feudi repelluntur, ita agoati; quia in feudo hæreditario nullum adest inter liberos, ac agnatos discrimen; & videas *Rosent. de feud. cap. 11. conclus. 1.* ubi *Bald. ex Old.* dicta evitat; quæ huic indubitabili cooclusioni de feudo hæreditario, licèt antiquo, obstare videntur, ne dubites legendo *Bald in l. 1. num. 6. C. de bon. qua liber.* ibique de rationibus, quare delinquendo in utroque feudo, scilicet novo, quamvis ex pacto, & providentia simpliciter, & in feudo hæreditario, quamvis antiquo, filiis, atque agnatis vasallus præjudicare possit?

Et miror, quomodo illum *tex.* intelligere potuerint Per ti de feudo novo decisionem posuisse;
60 cum in feudo novo, nonnisi ex masculo descendentes succedant, *cit. cap. Imperialem, §. si clientulus*; frater autem non admittitur, *cap. 1. in fin. de success. feud.* & *Isern. in cap. 1. si vasal. feud priv. num. 4.* ootat, semper feudum novum domino aperiri, atque in hoc nullam esse controversiam, ait *Curt. de feud. par. 5. princ. 2. princ. concl.* & ex ipsomet *text.* dilucide cogooscere potuissent; nisi, aoimo contradiceodi, illa perlegissent verba: *Si tamen beneficium erit paternum*. Ista enim verba apposita, postquam declaravit, quod, quando in alium delinquit, tunc oon domino, sed agnatis aperitur: demonstraot; quod, si feudum erit novum, non agnatis, sed domino aperitur: nam dictio *si tamen*, vel *ita tamen*, est dictio limitativa, & præcedentis dispositionis declarativa, ut per *Aret in l. depositum, §. si pecunia, ff. deposit. num. 8.* & est cooservativa iuris alterius io alio casu, ut ipsemet *Aretin. in l. Magisteria, in fin. C. de iurisd. omn. judic.* & proptereà cum illud ius agnatorum limitet, atque declaret in feudo paterno; ergo è contra ius Domioi in feudo novo cooservat, & ita ex ista dictione, *ita tamen*, dijudicat *Cum. in cap. an agnati 2. p. oppos. 11. num. 23.* ubi, licèt postea acriter in principali quæstione aliter sentiat; tameo quod de novo intelligi non possit, plures alias veras, & iuri consonas respoosiones, necnon ponderationes adducit, dicens: malè iotellexisse illos, qui *ibi* de feudo novo intelligunt, & benè intellexisse *Glos.* quæ de paterno *ibi* sentire textum, dixit.

Stat ergo firmissima reprobatio facta à *Glos.* intellectus eorum, qui dicebant *text. in dict. §. denique* loqui in feudo novo; nec eius *ibidem* sequentia dicta me deterreot, dùm subdit: *Nisi fortè velit intelligere, quod hic dicitur proximos, idest descendentes; scilicet, ut illi solum excludantur, ut videtur dici, imò dicitur: Si vasall. feud. priv. cui defer. cap. vasalli*. Nàm nec ista verba, noo in illam *ibi* ivit *Glos.* sententiam ut ille *text.* sub nomine proximiorum de descendentibus loquatur; sed aliam aliorum refert iotelligentiam, atque interpretationem pro alea illorum, qui illius erant opinionis; ut etiam quod loquatur in feudo paterno, non proinde ea delicto vasalli exclusi dijudicentur, sed tantum filii, & descendentes, ut probari dicit in *cit. c. 1. si vasal. feud. priv.* in quo *text.* absque dubio firmatur; quod ad feudum, quod delinquendo amisit vasallus, filii nullatenus aspirare possint, nec valeant; Agnati verò quandoque; & sic deterioris erunt conditionis filii sicuti dicit, *ibi Gl.* io verbo *tamen*, quia patris delictum nocet filiò; & probat exemplis, ac juribus etiam civilibus; prout eadem *Glos.* in eodem §. eadem adducit iura, claudendo suam *Glos.* Et propterea *glos. in mem. cap. vasalli*, explicando illud verbum, *quandoque ad Agnatos*, dicit illud verbum, *quandoque*, fuisse appositum ad demonstrandum, quando beneficium est aotiquum, & non novum; quo in casu ad Agnatum pertinere potest. Et quia hæc lectura non subsistit, & reprobavit, ut suprà;

cùm

ctum tam *text. in indic. cap. vasalli*, quàm *in memorato §. denique*, de feudo paterno, & antiquo loquatur; ideo (illa explosa lectura) dicit, dictum verbum, *quandoque*, ibi fuisse appositum; ut designaret casum, quando vasallus non in dominum, sed in alium deliquit: vt in primo casu non ad agnatum, sed ad dominum: & in secundo ad agnatum, excluso domino, pertineat subdens vt hoc fit, quod in dicto §. *denique*, dicitur, *vt hoc habeat dominus in sua iniuria vltionem*; Et hanc illorum intelligentiam optimis mediis etiam refellunt *Comer. à num. 24.* & alii in aliis locis.

Nec replicetur, *glos. ibidem* subiungere, quod prima opinio, vt etiam si delictum sit in dominum commissum, debeat agnato, non autem domino aperiri, videatur æquior; nè ex delicto alterius alter damnum patiatur; Nam præterquamquod loquitur per verbum *fortè*, & per verbum, *videtur* quæ verba non firmitatem, sed hæsitationem dicti demonstrant; de verbo, *fortè*, est *glos in l. si duo*, in verbo, *fortassè, de recept. arbitr.* vbi *additio* ait, istam dictionem esse temperamentum Philosophorum dubietatem designans, licèt aliquando sit veritatis expressivum, ut in *glos. in cap. 2.* verbo, *fortè de testam.* & in aliis *gl. Canonicis, ibi relatis*, prout de Doctore, per verbum, *fortè*, consulente dicit *Aym. cons 91. nu. 4.* Et de verbo, *videtur*, quod veritatem non importet, est *glos. in l. si duo, de acquir. hared. in §. deiecisse*, verbo *videtur, de vi, & vi arm. in l. qui actionem*, vbi *Dec. de reg. iur* Vltrà, inquam, quod *ibi glos.* dubitative, seù argumentative loquatur: cùm alibi hanc nostram opinionem aperte tenuerit, *in c. 1. § si vasallus culpam.* verbo, *revocabuntur, vers. imò quod plus est, si de feud. defunct. fuer. controv.* Advertatur insuper, quod ibi dicit, æquiorem, esse opinionem, non autem inquit esse veriorem. Et in iure non est respiciendum, nisi ad id, quod est lege sancitum: lex enim quamvis dura, servanda est, *l. prospexit, ff qui, & à quib.* & est improbanda illa æquitas, quæ est contra legem scriptam, teste *Petr. And. Gamb. de author. leg. lib. 10. num. 68.* cuius memor sum infrà *num. 66.*

Suam profert pro agnatis opinionem *Isernia*, cu-
62 jus in pluribus *locis feudalibus*, ac *in Const. Regni, ut de success. in princ.* locos feudales recenset *Reg. Lanar.* contrariæ opinionis *in repetit. c. si vasall. feud. priv. cui defer. sub num. 14. vers. Iser. verò*, quiquidem *Isern.* remittit se ad ea, quæ latiùs scripsit in *cap. 1. si vasall. feud. priv.* Ibi namque dicit, quod in dicto *text.* quæritur, ad quem perveniat feudum culpa amissum, ad dominum nè ad agnatum, vel ad delinquentis filios? Et dicit, quod ibi deciditur *filio nunquam aperiri: quia qua culpa pater repellitur, per eam filius, & eius descendentes ab ipso culpante repelluntur.*

Subdit posteà: *Agnato non perit*; idest non pertinet, legit *Loff. & Lipar.* cum perire feudum dicatur quoties aliis aperitur, ut dicit *de Pont. lect. 21. nu. 5.* vbi inquit feudum nasci, vivere, & perire.

Sequitur *Isern. Si est feudum novum; Sed si feudum est antiquum aperitur domino, si delictum est commissum in dominum, puta cucurbitaverat dominum, ut habeat in sua iniuria ultionem; Si vero non in dominum, sed in aliũ: ut si fratrem suum, vel alium tradendo occidit, ut ulterius in Curia sine dedecore stare non possit: tunc agnatis aperitur.* Verba hæc *Isern.* sunt plana & dicit ipse, esse juxta lecturam *cap. 1. §. cum verò, an ille, qui interf. frat. dom. sui.* & in *cap. 1. §. pen. qua sit prim. caus. benef. amit.* Ergò si sunt secundum lecturam dictorum iurium, sequitur, quod ab eis recedi non licèt; etiam quod per iura Romana aliter foret decisum, *cap. 1. de feud. cognit.*

Postmodum ab hac theorica incipit discedere, dicens; *Vel aperitur domino, quando iniuria respicit dominum, si non habet agnatos: proximi dentes repelluntur tunc: & patris delictum nocet filiis, & descendentibus propter enormitatem criminis, Cod. ad l. Jul. Maiest. l. quisquis, Agnatis non debet nocere delictum agnati. Et hac sententia videtur æquior, dicit glos. hic.*

Ex quibus *Isernia* verbis colligitur, quod hæc altera lectura est, iuxta aliorum intelligentiam quam æquiorem appellat *Glos. ibi*; Et per consequens cùm prima lectura sit attentis allegatis juribus, secunda juxta illorum opinionem est æquior; sequitur quod prima sit tenenda, non jam secunda, quæ juribus feudalibus adversatur, non obstante, quod sit æquior.

Inde sub *num. 3. vers. circa istam materiam*, suam tradit theoricam apertius, & propriè à *vers. Si antiquum*, ubi distinguit de culpa in dominum, et in alium. Si de culpa in dominum, iterum subdistinguit: *aut in dominum indirecte*, prout est, si feudum absque assensu alienaverit; quod dictum prosequitur, usque ad *vers. Si directe*, à quo *vers.* dicit, quod in culpa directe contra dominum, plures insurgunt opiniones.

Primam inquit esse illorum, qui agnatis aperiri dicunt; quia delictum unius non debet nocere
63 alteri, qui à culpante non habet esse, ut habet filius; *ibique* omnia, quæ habet filius à patre recenset, propter quæ iure ex patris delicto puniri debet; (ad quæ videas *Martin. Schookii ne sedit. lib. 2. c. 12. ex pag. 563.*) Quæ cum cessent in agnato; meritò quoque nec culpa agnati agnato obesse debet: cùm separatorum separata sit ratio, *l. si maritus, la prima, C. de donat. int. vir. & vx.*

Hæc autem ratio pro agnatis, non urget; si consideremus, hac conditione præsumi datum feudum; vt in investitura comprehensi in eo succedant, si vasallus possessor culpam non commiserit, dignam feudi privatione, ut fundat *Rosent. de feud. cap. 11. concl. 2. num. 5.* authoritate pene triginta DD. inter quos multi de communi testantur, præsertim *Curt. de feud. par. 5. princip. num. 2. vers. ista ergo*, dicit, ab ista opinione, tanquam communi, durum esse in judicando discedere; & *Isern. in d. cap. vasalli num. 5.* idem dicit sub aliis, *argum. text. in l. cùm quis, de solut. l. stipulationem, de iur. dot.*

Quamobrem non prodest illa regula: quod delictum vnius non debet penitus nocere alteri; cùm id procedat ex lege contractus, conditione tacite, vel expresse sic ab initio concepta: & ea est

est natura, ac substantia feudi; præterquamquod prædicta regula non est adeo incorrupta, vt suas etiam non patiatur exceptiones, ac limitationes; de quibus vide *Farin. in tit. de de, lict.& pna.qu.24°à num.1.*

Altera ratio, quam pro agnatis *ibi Iserv.*assignat, est; quia *esset in potestate agnati privare agnatum feudo dicendo contumeliam atrocem domino, quia etiam ex convicio perditur feudum, secundùm sententiam Summatoris.*

Sed neque hæc ratio confert agnatis. Et ipsemet *Iserv.*dat responsiones sub *num.6. vers. Non ob. stat secundùm istos*;dicens:*Quia eodè modo*, (posset quidem argui) *quod esset in potestate agnati impune offendere dominum, sciens quod agnatis defertur feudum, quod habet.* Et propterea oe delinquendi occasio præbeatur, *§. sed ne dum talia,instit.de vi bonor.rap.* non est pro agnatis illud admittendum argumentum. Ibique etiam secundam responsionem tradit, quia à verisimi, li discedit dicere, vasallum velle illos fraudare, jure sanguinis diligere debet, & præsumitur, *arg.tex.in auth.licentiam.C.de Episc. & Cler. & l.lex Cornelia,in princ.de iniur.*

Adde, quod,cùm agnatus delinquit in dominum, ipse sui criminis pœnam subire debet;& in primis feudo privatur; sed non est præsumendum velle iactare suum. Deinde aliis pœnis corporalibus pro delicti qualitate se subjicit; ut consi, derat *Rosent.in d. concl. 9. num.9. cap.11.*vbi, quod adversus fraudes suot à jure prodita remedia: nam,fraude detecta, tunc agnatis jus suum reservatum esse subiungit ex juribus, & *Il. CC.*allegatis.

Tertia ratio in Agnatorum gratiam adducitur ab *Iserv.sub num.7.vers.alii dicunt*; Nam adducit *text.in c.1.in fin.de feud. famin.* vbi deciditur, quod statim, ac feudatarius Clericus efficitur, feudum Agnatis aperitur;Ergo si statim in isto casu Agnatis aperitur, tantò magis in delicto in Dominum: prout idem esse dicit in casu alienationis,vt statim feudum ad Agnatum perveniat; sicuti notari dicit in *fin. magn. Gl.de successio feud.*Et quamvis *Lipar. lit.C.* dicat, quod ille *vers.pervenit ad alium*,debeat legi, *pervenit ad Dominum*; ex quo verba illius *Gl.* conclu, duot, quod post illicitam alienationem feudum Domino aperiatur; tamen puto ab illa lectura non esse recedendum; tum ex mente *And.* qui *ibi* illud dictum in Agnatorum beneficium ad, ducit; tum ex veritate dicti *ibi per Gl. in fin.* si bene ejus finalia verba legantur,quæ non est credendum *Iserv.* intelligere neſcivisse. Et de quæstione, an ex feudi illicita alienatione Domino,an verò Agnato aperiatur jàm *Iserv.* supra eodem loci dixerat, quod Agnato aperitur, quia culpa est, quæ indirectè Dominum offendit, vt sub *num.4.vers.si in Dominum*, & *Camer.in cap.Imperialem car.11.à lit. R.* dicit, potius esse delictum in omittendo;sed si vrgentiora super hac quæstione pro vtraque parte cupis,videas *Lanar.in supr.cit.loc.à n.37.*vbi in ea est opinione, quod aperiatur Domino: licet contrariam dicat communiorem, atque æquiorem. At hæc quæstio in hoc Regno recessit ab aula; & est inductum remedium per *Const. Re-*

gni incip.Constitutionem Divæ memoriæ, quod ipsemet alienans revocare possit, & etiam emptor: vt *ibidem* refert *Lanar.nepos in add. n.6.* Voum hoc te monitum velim, hodie non sufficere, revocationes fieri, vt olim fiebant, inscia parte; sed opus est,vt illi notificentur, contra quem revocatio dirigitur, & nos late in *rit. 166.sub num.3.& rit.262.num.40.lib.2.*

Istam rationem *Iserv.* adducit pro opinione illorũ, qui non solùm non admittebant, Domino non aperiri,sed etiam contra opinionem ipsius *Iserv.* qui paulò antea *vers.& hoc videtur verius*, dixerat, feudum non statim Agnato aperiri, sed post culpantis mortem, tenentibus ipsis statim agnato aperiri non expectata morte, quia *cap.* illud de Clerico non distinguit post mortem, vel ante,& simpliciter dictum simpliciter debet intelligi, *l.1.ff.de aleat.& l.de pretia,ff.de public.* Quam rationem licèt ipse *And.*refellat,& illam, præbeat responsionem, quæ pro sua tertia opinione faciebat: cum ibi per *Iserv.* tres referantur opiniones: illorum nempe, qui Agnatis favebant;aliam, quæ Domino; vt aperiatur illi post commissam culpam aperiatur; aliam ipse diversam ab illis adducit, vt aperiatur Agnatis post culpantis mortem; & quod ad Dominum, vita culpantis durante, perveniat; de cujus opinionis viribus infra dicetur. Attamen à ... debet adaptari responsio; Nam argumentum de Clericatu, & feudi alienatione, quæ est minor culpa, quàm Dominum offendere, potiùs est argumentum pro Domino, quàm pro Agnatis. Si enim clericari, & alienare, quod est minus, statim ad Agnatos feudum aperit; ergo multò magis committere in Dominum, quod est maius delictum,feudum debet statim Domino aperire. Secundò, quia vterque iste casus non est de culpa,quæ directè in Dominum cõmittitur: & sermo noster est de culpa directè in Dominum.Responsio autem per *Iserv.ibi* adducta, nempe, quod ubi una lex non distinguit alia, *l.quæsitum,ff.de testam.* deservire potest pro responsione ad *text.in d.cap.vasalli, & in cap.1.§.si vasallus culpam, si de feud.def.mil.* quæ iura adducuntur per partes adversas pro eorum opinione:dum *ibi* indistinctè deciditur, quod ex culpa vasalli, exclusis eius descendentibus, feudum Agnatis aperitur; nam debent intelligi, & distingui iuxta decisiones aliorum iurium feudalium in *d.§.denique, & in cap. 1. an ille, qui interf.* nt, scilicet, Agnatis aperiatur si in alium;si verò in Dominum commiserit, ad Dominum perveniat.

Reliquum est, ut ad opinionem *Iserv.* quam ipse vocat veriorem, vel potius æquiorem, ut sæpè sæpius dixit in pluribus locis; & in specie, quando in *d.cap. imperialem, §. firmiter num. 30.vers.& cùm dicatur*, inquit, quod hæc opinio est verior, ibi *Liparul.* explicat: *verior, idest, æquior*, & se remittit ad ad dicta in *cap. 1.si vasall.feud.priv.in ult.col.verb.æquior*, ubi multos alios recensent locos, in quibus *Iserv.*ait hanc opinionem esse æquiorem.

Iserv. autem opinio est, ut, durante culpantis vita, redeat ad Dominum, illo verò naturaliter mortuo, ad Agnatum,ex *tex.in l.Statius Flo-*

rus

rus, *§. Cornelio felici*, *ff. de jure fisc.* ac ex *text.* in *Auth. ingressi*, *C. de Sacr. Eccles. & l. 1. in fin. ff. de manumissionib. l. peto*, *§. prædium*, *ff. de leg. 2.* & expressum esse dicit *de cap. Corradi in fin.* & ex *Specul.* opinione *tit. de feud. q. 4.* ubi licet multas opiniones nectat; tamen in ea sententia residet, quod, si propter feudatarii delictum, feuda ab eo possessa publicentur, tunc habeat, & obtineat is, qui publicat, non Dominus; ergo eadem ratione ad Agnatum, durante culpantis vita pervenire non debet, sed ad dominum, ac nititur *tex. in l. si finita*, *§. si de vectigalibus*, *ff. de damn. inf.* Et hæc argumenta clariori methodo adducuntur à *Reg. Lauar. cit. loc. num. 27.*

Isthæc *Isern.* opinio, quæ inter utramque opinionem iter medium elegisse videtur, improbatur
64 à quampluribus II. CC. & *Rosent. in d. cap. 11. conclus. 9. à num. 11.* ab illa dissentit, licet ipse pro Agnatis, quod statim aperiatur, pugnet,

Primo; quia, quando lex aliquod dominium, seu jus alicui defert, intelligitur plene deferri: & sic illi perpetuò, atque irrevocabiliter ex legis beneficio obvenire, nisi aliud lex expresse disponat; *l. sive possideris*, *in fin.* et ibi *DD. C. de probat.* quem *tex.* laudat *Zas. de feud. par 8. num. 6.* ad probandum, quòd dominia, semel quæsita, perpetua censeantur, & probat latius ipse *Rosent. in cap. 7. q. 41. num. 28.* ex plurimis DD. ac præsertim in *nem. concl. 9.* post *Menoch. cons. 99. à num. 130. vol. 1. Alex. in d. l. si si cita. §. si de vectigalibus*, *ff. de damn. inf. num. 30. eundem*, *Menoch. recuperan. rem. 48. num. 248.* sed ex *tex. in d. §. denique*, *& in cit. cap. an ille, qui interf.* deciditur, ad dominum devolvi feudum ex culpa, in ipsum commissa; plene propterea, & irrevocabiliter, illa legalis dispositio est intelligenda.

Secundò; quoniam in memoratis iuribus adest verbum, *Revertatur*, quod designat, ut ipso jure ad Dominum redeat: probat *Rosent. in c. 10. concl. 41. num. 21. & in cap. 9. qu. 2.* Quinimò addo *tex. in d. cap. si quis interfecerit*; vbi dicitur: *Cùm autem ad Dominum respicit felonia, tunc Domino aperitur*. Quod quidem verbum *aperiri*, ipso iure aperiri, ait *Isern. in cap. sancimus, num. 11. quo temp. mil.* subnectens, hoc importare, *aperiri Domino*, scilicet, vt vtile dominium, quod erat penes culpantem, reconsolidetur Domino; ergo Dominus non revocabiliter, & statim acquirit, aliàs non reconsolidaretur.

Tertiò dicit, probari dilucide ex *d. §. denique*; Nam *tex.* ille, ponens dubium de vasallo culpam committente, ex qua feudum perdit: an ad Dominum, an verò ad vasalli successorem pertineat? distinguit duos casus: primum de eo, qui in Dominum deliquit; secundum de in alium delinquente; & ait, quod in primo casu ad Dominum revertitur, in secundo ad proximos; qui duo casus invicem sunt oppositi, si modo ponamus, ut in primo casu ad Dominum, durante culpantis vita, pertineat; ergo in alio casu ad proximiores post culpantis mortem revertitur, & non statim; quia vna determinatio, quæ plura determinabilia finit, est intelligenda pariformiter determinare. Sed in secundo omnes fere fatentur, statim Agnatis aperiri; licèt *Grat. cons. 2. num. 41. & 53.* quò loci eum allegat *Lauar. in suprad. q. num. 29.* dicat, quod etiam respectu casus, in quo ad Agnatos devolvitur, Agnati obtinere, durante culpantis vita, minimè debent, ut sic in utroque casu, & Domino, & Agnato consulatur; cuius opinionem, cum, quem viderim, nemo sectetur; ideò hoc speciale dictum puto, non esse in medium afferendum, prout nec etiam circa principalem quæstionem, in qua pro Agnatis contendere dixit.

Si ergo Agnatis secundum communem intelligentiam statim aperitur; ergo eodem modo primum determinabile determinare voluit; cui addatur, quod, si feudale ius hanc modificationem respectu Domini inducere voluisset, vtique dixisset: an forsan illarum conditores hoc dicere nescivissent? & in specie *Camerar. in d. qu. 17.* dicit, hanc esse evidentem rationem, *nu. 122. vers. & hoc quidem*, ibi: *Quia novit lex feudalis, cùm oportuit dicere, ut in vita delinquentis à Domino, non autem à successore capiatur: quando scilicet Clericus feudo Ecclesiæ privatur in vita, non autem beneficio, ut in c. fin. de Cap. Corr.* vbi ergo voluit, dixit, ubi noluit, non dixit.

Quartò arguit de verbo, *pertineat*, de quo in dicto *tex.* quod verbum importat ius dominii, & proinde non temporaneum, & revocabile.

Quintò adducit, quod adeo verum est, Domino nullo momento feudum aperiri, quod si Dominus filiis eius, qui deliquit, gratiam facere de delicto velit, eam Agnatis non consentientibus, vel resistentibus facere nequeat, de quo videas *ibi à num. 15.* & apud *Reg. de Pont. in dict. lect. 22. à num. 6.* vbi firmat per *num. seqq.* quod hæc positio procedere potest; si post vasalli culpantis mortem, vellet filiis gratiam facere; nam si in vita delinquentis eundem delinquentem aggratiaret, etiam Agnatis invitis id facere possent, vt sub *num. 10.* Sed hoc argumentum procedere posset, iuxta ipsorum *Rosent. & Isern.* opinionem, quando vasallus non in Dominum, sed in alium delinquit; non autem secundùm nostram opinionem, in qua substinemus ad dominum statim aperiri.

Concludit demum, quod *Isern.* & eius asseclæ nullo iure probant eorum distinctionem, neque ex feudorum iure, neque communi. Et quamvis afferant nonnulli, id probari in quodam *cap.* extraordinario, per quod dicunt suppleri ius feudorum, ut fuit *Cujac. & Pistor. in locis, ibi per Rosent. nu. 18.* allegatis; urget tamen *Rosent. loc. cit.* inquiens, capitula extraordinaria apocripha esse, ac nullius authoritatis, vt testatur etiam *Camer. in d. cap. an agnatus, in 2. par. sup. num. 28.* Si quæ autem effugia petierint à iure communi, occludit idem *Rosent.* validissimis rationibus.

Possent fortaſsè cum *Isern.* dicere eius asseclæ, ipsos
65 amplexos hanc tertiam opinionem tanquam æquiorem, & propterea præferendam, ex *text. in l. placuit, C. de judic. l. quod si Ephesi*, *in fin. ff. quod met. caus.* Nam adhuc posito, quod sit

æquior:

æquior; At æquitas noo operatur, vt à iuribus
feudalibus, ita, sicuti probavimus, sancientibus,
quamvis duris, discedere fas sit, *cit. l. prospexit, ff. qui, & à quib.* Improbanda eoim est æquitas,
quæ est contra legem scriptam, *Petr. And.
Gamb. cit. de auth. leg. lib.* 10. *num.* 68. ex *Bald. in
l. si pro ea, vlt. col. Cod. mand. l.* 1. vbi *Bart. Castr. &
Salyc. Cod. de legib.* ibi: *Inter æquitatem, jusque
interpositam interpetrationem nobis solis, &
oportet, & licet inspicere.* Ex quo *text.* præcipue
colligitur, non vniuscuiusque esse æquitatem
66 inspicere, sed solius Principis. Quamobrem propter
æquitatem noo possumus recedere à jure
scripto in casu nostro, per *cap.* 1. *an ille, qui interf. & §. denique*: maxime cùm in feudis non
æquitas, sed rigor spectetur, vt tradit ipsemet
Isern. in cap. Imperialem, sup. num. 6. *vers. hoc satis videtur, & ibidem Camerar. fol.* 49. *lit. B.* vbi
dicit, ounquam se in consuetudinibus feudalibus
legisse, illam esse sectandam æquitatem in
casu, quo cum effectu vasallus dominum contemnit:
& loquitur de alienatione sine assensu;
At quantò magis, quando in ipsum dominum
directe delinquit? & in *eod. capit. fol.* 20. *liter. P.*
asserit in cæteris, quæ in diminutionem servitii,
& fidelitatis ipsius domini teoduot, æquitatem
non servari, ne contemnatur domious. Quio
imò ipse *Camer. eod. cap.* inquit, *An vasallus pro
anima de feudo, saltem de æquitate Canonica,
disponere possit?* de quo *fol.* 23. *à lit. Z.* firmat, non
æquitatem Canonicam, neque civilem esse servandam,
sed consuetudinem feudalem, secundùm
Isern. ibi, & allegat *Lud. Rom. cons.* 1. *col.* 1.
glos. in cap. 1. verb. *secundùm quosdam, de nat.
success. feud. Abb. in cons.* 2. 4. *col.* dicentes, consuetudines
feudales esse rigorosas à seipsis, &
quia istæ consuetudines feudales jure publico
introductæ sunt, vt in *d. cap. Imperialem, in
princ. & in cap.* 1. *de prohib. alienat. per Lothar.*
ideò intuitu ipsius favoris publici omnis rigor
in æquitatem justissimam resolvitur, *l.* 1. *§.* 1. *ff.
de incend. ruin. & nauf.* ibi: *justissima severitas
est*; subjungens, *Odofr. & Bald. in cap.* 1. *§. antepen.
in antepen. col. de his, qui feud. dar. poss.* in
hæc verba prorupisse, oempe: *Nullius esse ponderis
in materia feudali æquitates ipsas, quæ ab
eadem lege feudali non consideruntur*: alia de
hoc adducit *Montan. in d. cap. Imperialem, à fol.*
66. Quando autem debeat æquitati deferri? vide
Alber. Bolog. de leg. iur. & æquitat. c. 33. & 34.
Gugl. Redovil. de inst. & invest. cap. 18. *num.* 2.

Et si non adessent supradicta jura feudalia, in individuo
nostram decideotia disceptationem;
attamen ex vi legis conditionis, naturæ, &
substantiæ feudi; ut agnatis sequeotibus detur
successio, quatenus fidelis, & non in dominum
delinquens fuerit vasallus præcedens, adhuc
in illam opus esset pro domino ire opinionem.

Et ex his pro Domino perpensis, ac explosis iis
quæ per *Isern.* adducta fuere, vel pro Agnato-
67 rum sententia, vel pro tertia opinione de domioio
revocabili; licèt putemus, satis superque
sufficere ad nostram firmandam opinionem;
tamen, quia *Camer.* ut supra diximus, nedum
disputando, sed obiurgando, &, si fas ei fuisset,
etiam armis contrariam oppugnaret sententiam;
ideo, ut eiusdem objectioues diluantur,
videamus ejus potius invectivas, quàm
rationes. Dicit ergo *in d.* 11. *opposit. sub num.* 29.
positionem *Isern.* quam ipse approbat, pendere
ab illa, ao *l. Statius, Florus, § Cornelia felici, ff. de iure fisci* (& sunt ejus formalia verba)
habeat locum in feudis, ut in 17. *quæst. ubi
concludimus, quod sic, per cap. fin. de cap. Corrad. quod ipsi non ponderant, & ita intelliguntur
iura ista in cap.* 1. *§. denique, qua fu. pr. cau.
ben. ams. & in cap.* 1. *an ille, qui interfec.*

Circa quæ *Camerar.* verba imprimis est notandum,
ipsum parum esse memorem, illorum,
quæ concludit in *d. qu.* 17. ibi namque contrarium
apertis verbis in tota illa quæstione substinet,
ut videre licet, & quæso, legantur verba
sub *num.* 121. v3. *Tu verò dic ex diametr in.
ri feudorum adversari hunc §.* & loquebatur de
dicto §. Cornelia felici, & *ibi* etiam expresse respondet
ad *text. in dict. cap. fin. de cap. Corrad. sub
num.* 122, *vers. quia novit lex*, & finit hisce verbis
illam quæstionem, scilicet, *quibus adde &
illa, qua excludendo Specul. opinionem cumulavit
Afflict. in decis.* 282. *prope finem, & Isernia*;
quam ipse tam eniXe sectari dicit io *dict. apposit.*
11. postea in *cit. qu.* 17. apertissime oppugnat
dict. num. 122. sub illis verbis: *Nec observanda
Isern. doctrina est, quam in cap. Titius defuncti,
col.* 1. *si de feud. fuer. contr. scriptam nobis reliquit,
non obstante §. Cornelio felici.*

Item ipse *Cam. in d.* 11. *opposit. num.* 29. *vers. alii, ut
Iacob. de Ardizon*, vocat exemplatores illos,
qui in hac quæstione pro domino concurrunt,
eosque homines appellat, qui dicunt quicquid
in buccam venit, & mioutos feudistas.

Sed quàm vana, & ioania sint hæc verba, videamus
quæl[illegible] qui *Iacob. de Ardiz.* sectantur,
68 noone sectentur eum, quem millies *Isern.* &
ipse sectantur? & noone maximum, & egregium
iurisconsultum sectentur, præconio *Bald.
& Alvar.* quos ad hoc adducit *Mantic. de viris
illustrib. num.* 133.? nonne sectantur *Iacobum
de Ardizon*, quem feudorum patrem nuncupat
ipsemet *Camer. in d. cap. imperialem, char.* 17.
lit. M. quem hoc dicentem adducit *Tom. de Anrin.
de feud. ex pact. & provid. tit.* 6. *num.* 4.?
Erunt ne exemplatores, itaut de illis dici possit,
quod dicunt quicquid io buccam veoit, innumeri
II. CC. qui *Jacob. de Ardiz.* sectantur opinionem,
ac quorum opinionem ipsemet *Camer.*
conatur, velit, vel nolit, dicere esse communem
in *ead. oppos.* 11. *sub ead. col. paulò inferiùs,*
69 *vers. quid dicemus nos?* & quamvis ipse, ut
hæc commuois opinio flocci fiat, subjuogat,
commuois non esse habendam rationem, quotiescumque
alia opinio melioribus est fulcita
ratioonibus, sed hoc opus, hic labor, quis majora
hæc rationum momeota, tanquam judex,
ad trutinam revocabit? certe oon ipse solus,
nam noo debet tantum sibi arrogare, ut
solus credat meliùs sentire, quam plures simul,
ut lepidè dicit *Anton. Mart. Corat. de
elect. opin. tit. an communius opin. sit attend. num.*
22. in quo titulo satis abunde probavit opinionem
communem ad sic judicandum adstringere,

re, adeo quod dubitando ipse in *cap.seq. num.* 93. quis cognoscere, ac decernere debeat, an & quæ rationes allatæ adeo vrgentes, & vivæ sint, ut per eas à communi recedere liceat: quamvis dicat, arbitrio iudicantis esse remissum in occurrenti casu; tamen illos syndicatus molestiæ non esse obnoxios, subjungit, & *ibidem* in *eod.cap.* declarat, & substinet, communem opinionem esse tenendam, etiam quod contra eam auctoritas *Gl.Bart.* vel cujuscunque excellentia Jure Consulti existat,

Subnectit *Camer.* suam aleam sectari *Iseru.* opinionem, quem summis laudibus extollit, &
70 nos cum eo, & si alias adiungere laudes possemus, libenter faceremus, vt omnes fatentur; eunque *Aud. Barbatia in tract.de præstant. card.4.q.Basilica prima partis,num.7.* excellentem feudistam nuncupat, & *Jo: Vincent.de Anna in sing.150.Fab.de Ana.cons.120.nu.5. Giza. ad Reg.Capyc.Latr.decis.observ.121. num. 3.observ.168.num.19.ac observat.191.num. 13. lib. 2. Reg.Revert. decis.244. num.2.* atque cæteri ? Evangelistam, feudorum aurigam, & ab eius opinione minimè recedendum clamant; sed non quia *Iseru.* in suam ivit sententiam, & quod alii ab hac sententia discedunt, ideo licebit *Camerario* tot contumeliis alios aliter sentientes exagitare, vocant omnes *Iseruiam* evangelistam, vocant feudorum aurigam, sed non propterea contrariæ opinionis II.CC. sunt minuti feudistæ, atque potiùs apti ad feuda possidendum, quàm ad illa interpretandum, aliter enim quotiescunque ipse *Camerar.* ab opinione *Iseru.* discedit, quod sæpè sæpiùs illi contingit, erit minutus feudista, & illis contumeliis dignus, quibus alios afficit, & rogamus inspicias ipsum *Camer. in integra cit. quæst.* loquentem; nam in ipsa nihil aliud facit, nisi vel sibi contrariam sententiam bonis responsionibus, atque ponderationibus adiuvare à *num.* 22. vel alios aliter sentientes obiurgare: duas, vel tres super hisce contumeliis columnas implendo; postremò adhærendo distinctioni, quod aperitur domino acvocabiliter, & ad tempus, nectens, quod huiusmodi distinctioni concinit *tex.in d.c.fin. de cap. Corr.* oblitus, quod in *d.q.17.* dixerat, ideo procedere in Clerico feudatario delinquente, ut eius vita durante feudum pertineat ad dominum, quia *tex.* ad apertis verbis dixerat, non quia id in feudis servari debeat ad *tex. in d.§. Corn.Felici* sed quia benè noverat *ibi* lex feudalis, quod Ecclesia pro eius Clerici delicto feudo privari non debet, sed satis, superque differt, quod delinquat ille, qui feudi commoditates habet, dum sunt Prælati administratores rerum alienarum, Mariti vsufructuarii, Patres legitimi administratores filiorum suorum, Tutores, Procuratores, & cæteri, de quibus, præter alios, per *Rosent. cap.11.* per plures conclusiones à *conclus.* 10. satis, inquam, distat, quando isti delinquunt, in quorum persona feudi concessio non est radicata, ab aliis feudatariis, qui non alterius; sed nomine proprio feuda possident, vt in dictis locis per *Rosent.*

Concinnens igitur ipse *Camer.Iseru.* opinioni, sub-
71 dit, *quod si non et contrarius omnium tenentium* *hanc partem* (& hoc dicit cumulare in 17. *q.* in qua ego quidem non legi in libro meo, sed solùm disputat de dicto §. *Cornelio Felici*, atque in negativam inclinat sententiam, sed forsan de illis alibi mentionem facit, (si tamen facit) *disputemus*, & pro disputatione adducit, quod *dict.cap.1.§.denique* loquitur in feudo cum qualitate hæreditaria, & arguit *ibi* ex verbo, *successorem vasalli: in feudo enim hæreditario, ultimo morienti succeditur, non autem in feudo non hæreditario, in quo primo acquirenti succeditur*, & substinet etiam, quod, quamvis ex hoc sequatur, vt in feudo hæreditario agnatus alii agnato præjudicare nequeat, ipse etiam hanc consequentiam pro vera affirmat; sed cùm supra *num.9.* jam probavimus, & nemo est, qui dubitet, quod in feudo hæreditario licèt antiquo, & in feudo novo, licèt ex pacto, & providentia simpliciter agnatus agnato præiudicat: ideò de hoc intellectu ea est facienda æstimatio, quam in scholis facimus de opinionibus falsis, quæ per modum disputationis, & non veritatis substinentur: nam quamvis veritas disputando reperiatur, *l.fin. § missa, ff. de mun.& honor.* tamen lectores non ad veritatem tantùm eruendam disputant, sed ad scholasticum acuendum ingenium; vnde sæpiùs multa dicunt subtilia potiùs, quàm vera, imò nec imaginem veritatis habent, vt per hæc verba dicit *Ant.Mar.Corrat.de elect opin. tit. quis Doct. fac.opin.num.46.* Et quod *Cam.* ad subtilitatem respexit, clarum est, dum ex verbis *ibi: successorem vasalli*, arguit ipsum sentire de feudo hæreditario contra omnium opinionem, ut supra diximus, quasi, quod aperte; *ibi: successore vasallum, tex.* non intelligat de illo, qui post mortem tenentis feudum iu feudo, non autem morienti succedit, & sic ad feudi successionem, non ad vasallum decedentem, illud verbum *successor* respectum habeat, vt benè consideravit *de Ponte lect.22. num 27.* & adducit *tex. in cit.cap.1.§.fin.de cap.Corr.* vbi dicitur, quod feudum pertinet ad successorem Prælati, & tamen, quando ob mortẽ Prædecessoris Prælati ad feudũ alius eligitur Prælatus nõ illius Prælati, sed feudi, & juriũfeudaliũ successor existit; & in toto feudali libro, quãdo sermo est de feudo ex pacto & providẽtia simpliciter istis verbis, *successor*, & *succedere*, vti videmus. vt de per se lector perquirere poterit. Verba enim deserviunt menti, & intentioni proferentis, non autem mens verbis deseruit, ut vulgatum est axioma, *cap. intelligentia, de verb.significat.l.3. §.conditio, ff. de adm.leg. cum concord.* & verborum sensus, non verba, est attendendus, *l.pater, §.conditiones de verb.signif.* advertendum tamen est, quod huic eidem opinioni videtur astipulari *Rosent.* in pluribus locis, de quibus per ipsum in *cap. 11.conclus.5.num.7.* vbi dicit præfata jura feudalia loqui in feudo informi, non autem ex pacto, & providentia, quod quidem feudum informe idem est, ac hæreditarium, dicit *in cap.2.qu.33.num.46.* secus autem in feudo pro se, & liberis, & quomodo exemplificetur hoc feudum Titio, nulla facta mentione de liberis, vel filiis, sed sic informe, vel reperitur possessum

ſum, & neſcitur inveſtitura, vt *in eod.cap.7.qu.* 50.& ibi refert quæſtionem implicatiſſimam, an talis feudum ſit hæreditarium, vel ex pacto, & providentia, non hæreditarium? ſed idem judicium de *Roſent.*quoad hoc,quod de *Camer.* diximus,eſt faciendum,ex ſupra adductis.

Tandem ipſe *Camer.* dicit, hanc ſuam opinionem eſſe quoque communem, etiam ſecundùm ſen-
72 tentiam eorum, qui contrarium ſectantur, & iſtos dicit dum neſciunt terminos, ſatue loqui; quod an dici poſſit de *Authoribus*, qui contrarium ſentiunt, judicent lectores, recenſebo *Reg.de Curte, & Lanar in locis ſupra citat.* mille laudantes, alioſque congerit *Peregr.*eiuſdem opinionis *de jure fiſc.lib.5. tit.1. num.*108. poterunt ne tam gravis ponderis *Authores* de terminorum ignorantia, & de fatuitate redargui, cùm ſint luminaria juris, & de quorum laudibus aliqua tractare non tæduit in *tract. de Juriſconſul.Vit. Berard. Rutil. Jo. Ficard., Marc. Mantuan. & Catil. Cottam.* & eorum laudes in vnum colligere, operoſum quidem eſſet.

Et quod ſit communis, arguit ipſe *Camer.* quia eorum concluſionem, qui contrariam ſectantur coarctant in talibus caſibus, in quibus, & non in aliis feudum ex pacto, & providentia verificari contingit, vt puta dicendo, concedi de vno in alium, concedi Seio patri, & Caio filio, & ſimilibus; ſi ergo in iſtis caſibus non aperitur domino, & tamen dicitur feudum ex pacto, & providentia; ergo nunquam eorum concluſio locum habere poterit, ad quod argumentum eſt advertendum, quod non omnes ita limitant, & de aliquibus limitationibus diſſerit *Reg.Lanar.ſub num.*34. & qui ſic limitant, vt exemplificat ipſe *Camer.*puto,eum non male conſideraſſe, & proinde dicit *Reg.de Curt.ſub num.*70.iſtas limitationes non eſſe ſubſiſtentes, quia eorum concluſiones eſſent potiùs deſtructivæ, & ibi dicit benè *Camer.*in hoc advertiſſe. Et ego puto,DD.qui ſic limitarunt, voluiſſe intelligere quando ab initio inveſtituræ fuiſſet ita expreſſum, vt voluerit Dominus, quod omnes ſint feudi acquiſitores,prout eſt quando feudum nominatim eſt conceſſum patri,& filios quo in caſu quando pater delinquit, filius non punitur: non ex eo,quia patris delictum filio nocere non debeat;ſed quia ab initio feudum, ſeu feudi portio nominatim in ſui perſonam radicatum fuit, ut advertit *Reg.de Pont.in d. lect.* 22. *num.* 2. vbi quod dici non poteſt limitatio, quia non eſt de regula ſecundùm terminos *Iſern.in c.1.2.col.qui ſucceſſ.teneantur.*

Dicit *Camer.*eum opinione *Iſern.* concurrere *Gloſ.*
73 & *Hoſtienſ.*& tamen ſi recte intueantur, nec *Gloſ.*nec *Hoſt.*illius fuerunt opinionis, & quoad *Gloſ.*ſupra demonſtravi aliam ſectatam fuiſſe opinionem; licèt in aliquibus locis dicat, hanc opinionem pro agnatis eſſe æquiorem, eo modo prout ſupra per me fuit ponderata; *Hoſt.* verò quod pro domino ſentiat, dixit *Lanar. & de Curt.in dict.quaſt.& locis ut ſupra citatis*, & vt id judicent lectores libuit *ead. Hoſtienſ.* verba hic inſerere, ſcilicet (*propter felloniam autem, ſeu culpam alterius, & non ſuam amittitur feudum, puta ſi vaſallus delinquat, ſive culpam committat, per quam feudum amittere debeat, quoniam tunc filii eius, & alii deſcendentes ſimiliter amittunt, in lib.feud.ſi vaſall, feud.priv.cui deferatur,capit.vaſall feudum, & de feud.controv.ſi vaſalli culpam. Imò etiam,& tunc licèt fuerit paternum ſi fellonia dominum reſpiciat,ut dominus habeat ſua iniuriæ ultionem, in lib.feud quib.cauſ.feud. amitt. cap.denique, licèt quidam fortè dicant, quod illud cap. loquatur de feudo novo, & non de paterno*) ex his enim apertiſſimis *Hoſtienſ.*verbis clare totum oppoſitum concluditur, & verbum nullum de dominio revocabili, & temporario, & dum *Hoſt.*allegat *text.in dict. §. denique*, non puto erraſſe *Lanar. & de Curt.* dum pro opinione in domini ſententiam *Hoſt.* adducunt, cùm aperte omnes *dict. §. denique* pro domino contra agnatos adducant, ut ſupra fundatum eſt numero, ibique per *Legiſlatorem* non ſolùm eius exprimatur iudicium, ſed ſubiungat ſic ſæpè iudicatum fuiſſe, prout poſtea modernis temporibus in noſtro Regno ita etiam deciſum referunt *Lanar.& de Curt.in dictis locis, ſupra citatis*,in cauſa Ducis Traiectæ cum Regio fiſco ob rebellionem Comitis Morconi, relata cauſa à Regia Camera cum tribus S.C.Senatoribus adjunctis in Regio Collaterali Conſilio, & patrocinante pro Duce Trajectæ facundiſſimo, & doctiſſimo (vt fama fert) tunc cauſarum patrono celeberrimo *Camillo de Medicis*, cuius eſt *conſ.3.à num.*62.quamvis difficultatem contra fiſcum augebat fideicommiſſum, injunctum ſuper feudis regio aſſenſu valide vallatum, de quo dixi ſupra *num.* 29. quinimò *Reg. Lanar.* paulò ſuperiùs ante *num.*20. negat pro agnatis adfuiſſe illam *deciſion.*de qua per *Frecc.auth.*30. *lib.*2. & de prædictis deciſionibus, ac de multis alijs reſponſionibus ad *Camer.* quæ in multis conſonant cum ijs,quæ in ipſum fuerunt per me ſupra conſiderata, optime per *Reg. de Pont. in dict.lection.*22. *ſub tit. ſi vaſall feud. priv. cui deferat.*

Optime *Iſern.*ſectatur, ac acute diſpungit *Præſes S. C. Urſin. de ſucceſſ feud.par.1. q.7. art* 2. &
74 advertendum cenſui in eo, quod inquit ſub *n.* 16. opinionem *Iſern.* eſſe valiatam S. C *Scito apud Frecc.cit.auct.*9. nam *Lanarius mem. loca, num.* 30. negat *deciſ.* huiuſmodi eſſe pro agnatis contra fiſcum; controverſia enim ibi nulla fuit cum agnatis, ſed inter dominum immediatum, & mediatum ex delicto, à ſubfeudatario patrato,in qua hypotheſi ipſe *Lanar.* vberrimè à *num.* 46. *in* 4. *cap. vſque ad fin. operis*, reſidens in opinione, vt ad dominum mediatum devoluatur, nulla habita conſideratione *text.in cit. l. Statius Florus*, *§. Cornelio Felici*, & de eſtato *Specul.*& aliorum, ſuſtinentium, vt durante culpantis vita teneat dominus mediatus, & poſtea ad dominum immediatum, & luculentiſſime omnia degoſtata videbis, ex quibus tantò magis *Iſernia* opinio refellitur in quæſtione noſtra, vt ipſe dicit ante *num.*30. *verſ. vnde ſine dubio*. Et in quæſtione de delicto per ſubfeudatarium in dominum mediatum commiſſum, ut feudum in dominum immediatum devolvatur, dicit *Additio Fulv.*

Lanar.

Lanar. ad ipsũ Lan. in cit. loc. sub n. 17 vers. hæc secunda declaratio; quod in Regno adversa sententia contra immediatũ dominum minimè est recepta, & judicatum rationesq; adducens & discrimen inter nostrum theorema, & casum, de quo in *cit. §. Cornelio Felici*, quem nectit in feudis non habere locum.

Sed an nepos omninò repellatur à feudo Avi, ob
75 feloniam commissam à filio? Patri, certum est, non officere culpam filii: nusquam enim reperitur cautum, quod pater ex delicto filii pœnam ferat, *l. ex pœnalib. ff de re iudic.* quem tex. unà cum aliis Regni *juribus*, allegat *Gl. in Const. Patarenorum num.* 40. alias insuper *Glossat* civiles, & DD. classicorum authoritates adducit ibi *Add. Superantii*. Disparitatem autem, cur filius quandoque patris iniquitatem, nunquam verò pater iniquitatem filii ferat, adducit *ibid. Glos* concludens, *nihil posse filium patrare, quod patri officiat, l filius, C. de pact.* Hinc si ob filii delictum pater puniretur, absque dubio nepos ab Avi feudo arceretur; Sed cùm Avo nulla imputetur culpa, & eum feudi possessorem esse supponamus, quæritur an ista culpa per filium commissa nepotes à feudi Avi successione omninò ejiciat.

Et quod insuccessibiles reddantur Avo nepotes, adducitur *Iseru. in cap. 1 § præterea, quæ sit prim. caus. benef. amit. num. 10. vers. Nisi crimen Maiestatis*; quia amittunt omnia, quæ ad ipsum patrem deventura erant: hæreditarii enim criminis exempla metuuntur, *l. quisquis. C. ad l. Jul. Maiest.* & saltem spe, ac destinatione hoc avitum feudum fuit ipsius patris delinquentis, *l. in suis, de lib. & posthum.* quæ quidem spes (cùm sit in fructu, *l. spes, C. de donat.* ubique multa per *Bart.*) operatur, & est in consideratione, ut mortuo Avo, ad dominum aperiatur excluso ipsius delinquentis filio, ut dicit *Iseru. ibidem* ante *nu.* 11. ubi subdit, meliùs, atque æquiùs statuisse jura, quod filius committentis in dominum feloniam, nunquam habeat feudum; quæ jura non distinguunt, an filius vivo patre moriatur: quasi quod tunc, cùm ad patrem non pervenisset feudum, nepos caperet ex sua persona per mortem Avi; sed simpliciter illa jura dicunt, filios, & omnes ab eo descendentes repelli. Et si qui dicunt, ea jura intelligi, quando filius delinquens feudum tenebat, eratque vasallus: ita intelligentes cavillationes proferunt; ac sub *num.* 11. progrediens fundat aliis rationibus hanc opinionem, quia filius à patre culpante esse habet, ejus macula ipse quoque fœdatur, in ipsumque ejus macula descendit, *l. Divo Marco, C. de quæst.* ubi Imperator mandat, eminentissimorum, & perfectissimorum virorum liberos, usque ad pronepotes, plebeiorum pœnis, vel quæstionibus non esse subjiciendos. Verùm si præcedens in gradu; per quem ad ulteriorem gradum id privilegium erat transgressurum, aliqua violati pudoris macula aspergatur; non solùm ipse aspersus macula, sed & alii sequentes hujusmodi ornantur privilegio. Et licèt *ibi Glo.* in verbo, *aspergit*, distinguat de natis ante maculam, vel post; tamen *Iseru.* hanc distinctionem minimè admittit, ut supra dictum est; & paulò inferiùs respondet ad leges, quas pro contrariis adducit illa *Glos.* civilis, dicens, quantum ad dignitates remanere iura Romana; licèt & tunc suorum maiorum exempla sibi præjudicent, *l. si cohortalis, C. de cohortal. lib.* 12.

Præterea subdit ibidem *Andr.* quod, si filio, vel nepoti eius, qui deliquit, feudum dominus videret, satis id ei lugubre esset; cùm pater, & filius sint una eademque persona; & consequenter filius præsumitur non amaturus esse eum, in quem pater odio ductus hoc maiestatis crimen, commiserat; est enim ex illa eadem natione, qua pater, *l. quod si nolit, §. quia assidua, ff. de ædil. edict.* ibi: *Præsumptum etenim est, quosdam servos bonos esse, quia nat onis sunt non infamatæ; quosdam malos videri, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est.* Et nulla pœna punitum se sentiret pater, cùm ad filium feudum perventurum speraret.

Hanc opinionem in casu criminis læsæ majestatis mihi videtur amplexus fuisse *Alvar. in cap. 1. num. 30. vers. aut loquimur in patre delinquente, si vasal. feud. priv. cui defer.* Nam ibi acta distinctione de patre delinquente, qui non dum habebat feudum acquisitum, sed sperabat, se mox habiturum, quia eius adhuc vivebat pater: Et tunc delictum patris si filiis haud nocet, isti etenim filii, qui sunt nepotes Avi feudum possidentis, locum primi tenere. Subjungit postea: *In crimine autem læsæ maiestatis, vel hæresis delictum patris nocet filiis, d. l. quisquis, & auth. gazaros, quia sunt de genere improbato, & proinde contra eos est eiusdem criminis continuandi præsumptio*, per authoritates, quas ibi allegat. Et *L. par. ad Iseru. in d. §. præterea, num.* 11. verbo *nec videtur*, dicit, *Baldum* tenere cum *Iseru. in cap. insuper, de prohibit. alien.* prout eundem *Baldum* ibi ita tenentem allegat *Afflict. in d. § præterea, glos.* 3. *num.* 19. ubi dicit, quod ista *Iseru.* opinio est verior, quam sequi videtur *Lanar. in repetit. si vasall. feud. priv. num.* 44. ubi allegat *Bald. in l. qui se patris, col. 5. num. 7. C. und. liber.* tenentem contra filios, ne dum in feudo simpliciter concesso, sed alicui, & ejus liberis: dicens, quod licèt æquitati sit consentaneum, ut nepos avo in feudo succedere possit, non ex persona patris, sed Avi per jura Romana, quæ allegat, argumentum pro nepotibus præbentia; tamen secundum jura feudalia distinguitur, aut delinquit in dominum, & domino feudum aperitur. Et ita subsequitur *Lanar. infra num. 45. ibi in vers. & hoc in articulo generali in fellonia, sine dubia dominum respiciente & directe.* Et ita in hoc crimine læsæ maiestatis etiam tenet *Fulv. Lanar. in add. sub num. 14. vers. aut vero*, ibi: *Si delictum erat crimen læsæ maiestatis, hic filius, idemque nepos repellitur per d. l. quisquis: In aliis verò criminibus, &c. & Gallup. in tit. de devol. feud. num.* 73. concludit, quod, quando delictum in domini personam commissum esset, ut est in crimine læsæ majestatis, tunc absque distinctione nepos non succedit, iuxta opinionem *Andr.* quam dicit recitare *Ant. in cons. 128. num. 10. lib.* 2. ubi consilium edens incertum cum *sit,*

An Parricida feudo privetur, dicit *Andrea* opinionem esse veram. Et propterea concludit ex parricidio, per filium patrato, nepotem Avi occisi feudo privari, sed contra ipsius opinionem aliter fuisse decisum in causa parricidii, commissi à filio in personam patris prætendente fisco, ad ipsum fuisse feuda in Regno existentia aperta, & è contrà prætendente nepote ex filio ad ipsum spectare, refert *Reg. Rovit. in pragm. de bon. proditor. sub num.* 64. ubi sua & *Camill. de Curt.* tunc Regii Advocati fiscalis responsa inserit cum decreto *in fine dictæ pragmaticæ*. Et licèt ex hac per ipsum *Rovit.* relata *decisione* posset dici, fuisse in eam itum opinionem, quod nepotes ad feudi successionem per delictum; in dominum commissum per ejus patrem, admittantur; quasi sublato patre de medio ipse nepos sit in successione primus, ut ipse *Rovit.* fundavit in primis allegationibus, & præcipuè per *Camer.* qui latè hunc trutinat articulum in *cap. an agnat. in 6. qu. princip. num.* 60. *vers. aut sumus in delictis*, *fol. mihi* 421. post opera *Minadoi*, qui *Camer.* totis viribus opinionem *Andr.* impugnare videtur enucleando iura, & affirmando, non esse cavillationem, sed veriorem aliorum intellectum; & sæpè sæpiùs *Camer.* in diversam contra *Isern.* opinionem ivit; non ex eo, quia ad contrariam afficeretur opinionem, sed potiùs, ut ipsum confutando, quod erat ei ex nimia sui ingenii subtilitate facillimum, posset gloriari, in contrariam ivisse opinionem, teste *Jo. Andr. de Georg. in repet. cap. huius autem generis, quib. caus. feud. amit. cap.* 33. *supra num.* 15. *fol.* 210. ita quod de facili quis lecta dicta ejus disputatione, ad suam traheretur opinionem, tamen idem *Reg. Rovit. in secundis suis allegationibus*, *num.* 138. nectit opinionem *Andr.* procedere; quando filius in dominum felloniam committit, ex dispositione *text. in d. l. quisquis*, non autem quando filius in aliam delinquit personam: quia tunc nepotes ad succedendum Avo inhabiles minimè fiunt; quamvis filium feudi privatione puniri, dicant omnes in *d. §. deniq;* & propterea dictam decisionem, factam in causa dictorum de Cencio, non officere quicquam opinioni *Andr.* in causa criminis læsæ majestatis, quam etiam diximus roboratam auctoritate aliorum *feudistarum*, à qua nec ipse *Reg. Rovit.* dissentit in casu offensionis in personam directi domini, prout est in crimine læsæ maiestatis. Et sic illa conclusio; quam sic per transennam retulit perutilis additio ad *Io: Ant. de Nigr. in d. cap. nuper apud Tranum num.* 50. distinguens de feudo non acquisito per patrem, qui deliquit, ut non noceat filio; secus autem si deliquerit post feudum acquisitum, non est recipienda; sed erit juxta supra allegata judicandum in crimine in Domini personam patrato, qua de re *Boer. cap.* 3. *num.* 68. *Arch. disput.* 8. *ib.* 6. *pract. crim. Decian. cap.* 41. *num.* 7. *Gomes. lib.* 3. *resol.* 2. *nu.* 15. *Guglielm. Boeksli de public. iudic. disquis.* 4. *num.* 10.

76 Quæ tamen receptanti Reos læsæ Majestatis infligatur pœna? In *cap.* incip. *Nuper apud Tranum*, condito à Carolo I. Rege, in quo agitur de receptatoribus, habetur sub *num.* 3. *&* 4. quod receptans Regis proditores, vel iis auxilium, et consilium præstans, punitur omnium bonorum confiscatione, ac demum supplicio. itaque per istud *capitulum* decisum extat, receptantem reos de crimine læsæ Majest. capite puniri.

Quæstio est non vulgaris, an iisdem omninò pœnis receptans hujus criminis reum plecti debeat, quibus receptatus? Delinquit enim iste receptans directè contra Regis personam, quando scienter receptat. In dubio autem dolus præsumitur, vel ex unica receptatione, *Luc. de Penn. in l.* 1. *C. de desertor. lib.* 12. *Afflict. in Const. Patarenorum, num.* 9. & dicit *Reg. de Ponte in decis. collateral.* 22. vbi quæritur, an hujusmodi receptans Regio indultu gaudeat, quando in eo excipitur læsæ Majestatis crimen? Responsio pendet à quæstione; an receptans reum Majestatis alligetur crimine læsæ Majestatis? Alligari autem receptantem, & proindè indultu non gaudere, fuit decisum; quam decisionem ad hoc allegavit *Gallupp. in sua meth. feud. par.* 4. *cap.* 5. *de devol. feud. num.* 6. vbi temperandam pœnam putat, quando quis metus causa receptasset reum; vt putà si nolens illum receptare, potuisset ab illo, vel occidi, vel aliquod grave damnum perpeti, vt per *Bald. in l.* 2. *C. de noxalib. & Capyc. in investit. feud. vers. feudorum excusationes*, prout in receptante per vim, & metum latrones, dicimus, *Affl. in d. Const. Pataranorum*, *num.* 8. vbi post alios ipsum *Bald.* in præfato loco allegat *Grazar. decis.* 75. quem refert *Io. Bapt. Thor. in* 2. *tom.* verbo, *receptans rebellem*, *& in prima par. sui compend.* allegavit *Molfes. ad Consuetud. Neapol. p.* 4. *q.* 40. *nu.* 9. *& Præsulem Ricc. collect. decis.* 1528. *&* 2013.

Non solùm autem Carol. I. mandavit, receptantem rebelles, sed receptãtẽ etiã rebelliũ filios arbitrio Regis gravissime puniri. Quapropter ansã mihi dubitandi præbuit; qua ratione per ipsũ Carol. Regem statui potuit, ut etiam receptans rebellium filios sævissime suo arbitrio puniretur? Nam *tex. in l. quisquis*, vbi DD. agunt, quomodo perduellium filii plectantur, *C. ad l. Iul. Maiest.* dicit, filiis ipsorum esse vitam Imperatoria lenitate concessam; quamvis paterno deberent puniri supplicio, in quibus paterni criminis metuuntur exempla. Solùm autem bonorum amissione, honorum exclusione, infamiæque nota mulctati fuere, vt diximus. Imò in hac exclusione à succedendo dubitarunt DD. à quibus bonis censeantur exclusi? ita quod *Tho. Gram. decis.* 6. vbi de hoc læsæ Majestatis crimine agit, dicit sub *num.* 12. patris pœnam filiis in iis tantùm bonis nocere, quæ ex patris persona duntaxat descendunt, non autem in aliis, quæ ipsis filiis aliunde obvenerunt, *l.* 2 *ff. de interd. & releg.* cum aliis *juribus* ibi allegatis, & ex *Bar. & Cassan. ibidem* relatis. Neque id in omnibus filiis, ante criminis perduellionis cogitationem emancipatis, non procedere *textum in d. l. quisquis*, habetur ibidem *in §. emancipati*; vbi *Glos.* ordinaria, incip. *ab eodem tempore*, quam allegat *Glo. in Constit. Paternorum* in materia filii alicuius hæretici, & in *cap. si cum*, 6. *q.* 1. *in glos. filii. ergo emancipati*, allegata per *Luc. de Penn. in l.* 1. *num.* 8. *ff. de petit. bonor. subl. lib.* 10. vbi dicit, *Archidiac.* contrarium tenere *in d. cap. si cum*.

Et

Et quod neque etiam in omnibus filiis in potestate existentibus procedat: nam æquius esse dicit, quod non procedat in filiis ante conspirationem natis, argum. iurium ibi allegatorum. Quærunt præterea DD. an d. l. quisquis locum etiam habeat in filiis naturalibus, an in spuriis? de quibus videndus est Angel. verb. Et che hai tradito la tua patria, num. 14. vbi Add. August. de Arm. subintrans quæstionem petit, an in materia pœnali appellatione filiorum veniant naturales, & spurii? Quinimò quamplurimi tenuere, quod pœnæ in d. l. quisquis contra rebellium filios hodie de consuetudine non serventur, de quibus videas Farinac. de crimin. læs. Maiest. q. 115. §. 3. lim. 16. num. 144. Baiard. ad Clar. in §. læsa Maiestatis, ex num. 25. Pratum pract. obs. 51. Censal. ad Pereg. de fideic. artic. 30. ad num. 35.

Si ergo rebellium filii, nonnisi quoad successionis, honoris, & dignitatis detrimenta puniendi veniunt; vel secundùm aliam opinionem, neque etiam in illis sunt puniendi: Qua, quæso, ratione sanciti prædicta Caroli I. sanctio potuit pro receptante filios proditorum; nisi fortè intelligere voluerit de rebellium filiis, eadem etiam rebellione fœdatis? nam in hoc themate cùm ejusdem criminis rei existant: non mitiori, sed eadem pœna essent puniendi, vt in d. l. quisquis, §. id quod de prædictis; adeòque sicuti patria rebellis receptatorem ultimo supplicio, bonorumque confiscatione plectendum dixerat; ita etiam receptantem filios ejusdem criminis reos. Sed si fortè intelligere voluit, vt damnato perduellionis patre, etiam ejus filii damnati intelligantur; nec illam lenitatem Imperialem, de qua meminit Imperator in pluries mem. l. quisquis; & qua indigni minime existunt, qui non suo, sed alieno vitio laborant, l. legem, C. de natural. lib. observare mandavit erga filios, cur sibi potiùs, suoque arbitrio pœnam reservavit; quando eandem statuere poterat pœnam? Sed consultò puto id fecisse.
77 Non enim immeritò ipsum Carolum nimium ferocientis crudelitatis arguunt Historici; adeout post necem in Regem Corradinum publice inflictam, hac laudabili epigraphe eum extulerint: Tu Nerone Neronior. Tu Saracenis Saracenior. Ea profectò ex eius arbitratu sperabatur pœna, ut non dissimilis à statuta, ac promulgata fuisset. Non sic fecisse, ajunt, Regem Ferdinandum, qui mirifice dotari man-
78 davit filias Principis Rossani, hoc crimine damnati, cujus bona ad Fiscum ob tale delictum devoluta erant, teste Afflict. in tit. quæ sint regal. verb. & bona committentium, num. 4. dicente, hoc narrasse ad exemplum aliorum Regum: de qua historia meminit etiam Peregr. de iur. fisc. par. 3. tit. 9. nu. 9. quamvis sit de iure, quod filiæ per fiscum dotari debeant bonis, ad ipsum ex crimine, per patrem rebellem patrato, devolutis, ex text. in l. quisquis, §. ad filias, & Andr. in Constit. ob filiorum culpas, vbi leges alias, huic parti faventes profert, allegatque.

Quod verò hujusmodi pœnam suo arbitrio reser-
79 vatam, potuisset Carolus deinde ad mortem vsque protrahere, quod fuisset facturus facillime ob suam diram nimiùm, & crudelem naturam, vide Farinac. q. 17. num. 34. qui adductis pro vtraque parte sexcentis Jurisconsultis, demum sub num. 60. probat, quod in Principe omnes pœnæ sint arbitrariæ, atque adeo potest iis mortem finem præstituere.

An autem incidat in crimen læsæ majestatis non
80 subditus? negant Bartol. in extravag. qui sint rebelles, in verb. tenore, num. 7. Alex. ad eundem Bart. in l. 1. lit. A vers. item nota, quod non subditus, ff. ad l. Iul. maiest. & in l. quisquis lit. C. vers. & adde, quod non subditus non incidit in crim. læsæ maiestatis, C. ad l. Iul. maiest. ex tex. in clem. pastoralis, §. quod si punitio, de sent. & re iudic. ibi: Imperatori eo modo non subfuit, quod in eum crimen læsæ maiestatis commiserit, & notat Gl. ibidem in verbo non subfuit, Imol. num. 21. & 68. ad medium, Cardinal. Zaburell. in §. rursus, num. 1. vers. secundo notab. Bonifac. de Vitalin. in §. verùm, num. 39. vers. nota, quod non subditus, Præposit. Alexandrin. in cap. in primis, §. de persona, num. 17. in fine secunda q. 1. Martin. de Laude in tract. de crim. læsæ maiest. qu. 22. Carrer. in pract. in 1. tract. de appellat. §. vndecimus casus est, num. 21. Borr. in tract. de sedit. qu. 6. num. 2. & 3. Capoll. cons. crim. 17. num. 17. Barbat. cons. 60. num. 29. post medium, vers. & facit etiam, & num. 30. in princ. ac vers. & ideo dicit in subditis, lib. 4. Marsil. in tract. de bannit. in verbo læsæ maiestatis, num. 16. & 18. Gig. de crim. læsæ maiest. lib. 3. rubr. de proditor. q. 1. num. 9. & lib. 1. rubr. qualiter, & à quib. crim. læs. maiest. committ. q. 3. num. 3. & qu. 68. in princ. & num. 5. vers. & quod non subditus, quem laudat Anonymus ad Capyc. dec. 162. nu. 6. Boss. in tit. de crim. læs. maiest. ex num. 80. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 119. rubr. læs. maiest. post num. 1. in princ. & ibi Ignat. Lopez in addit. lit. B. verbo, vt sit subditus, & alii, quos refert, & sequitur Farinac. de crim. læsæ majest. qu. 112. inspect. 8. nu. 240. quibus addo Bald. in l. 2. C. de falsa monet. vbi dicit, quod cudens falsam monetam, si est subditus, incidit in crimen læsæ maiestatis; non incidit, si non est subditus; subdens, quod proditor populi, si est subditus, committit crimen læsæ majestatis; alias secus, & cons. 139. vol. 1. Old. cons. 44. dicens, ita consuluisse, Felyn. in cap. 1. col. 2. versic. fallit tertiò, de offic. deleg. idem Bald. in l. nihil, C. de vind. manu. Aegid. in cons. suo 15. in secundo quæsito ex Io. Fabr. idem dicente in l. meminisse, in princ. C. ad l. Iul. maiest. Ruin. in cons. 83. col. 1. vol. 1. & ideo dixit Angel. in l. 2. ff. de parricid. quem sequitur Felyn. in dict. cap. 1. & Marsil. in tract. de bannit. verbo, læsæ maiestatis, num. 16. & 18. & in singul. 164. in fin. quod si forensis sciat tractatum, aut conjurationem contra civitatem, & non revelet, minime quidem punitur tanquam quod commiserit crimen læsæ maiestatis, ex quo non est subditus, Gig. memor. in locis, potissimum cit. q. 3. num. 3. vbi de attentante facere rebellare Castrum à Principe, quod in hoc crimine haud incurrat, si non sit subditus, Gom. de delict. cap. 3. rubr. de crim. læsæ majest. num. 10. Henric. Bocer. de crim. læs. majest. cap. 1. num. 15. consentit Berb. cons. 81. ex R. Revert. dec. 80. vol. 1. Capan. in calce tract. de viga, & milit. in collect. decis. 35. num. 5. & iterum

ex

ex eod.Reg.dec.11.vol.5.idem Capan.dec.8.Thor. in supplem verbo crimen læsæ majest. Thom. Grammat.in vot. 10. num 33. Paris. cons. 101. num.33.vol.1.Cor.cons.96.col.1.in fin.vol.4.Alex. cons.13.col.1.vol.6.Aegi.in tit.de foro comp.num. 137.Caphal.consil.75.num.37.& 56.vol.1.Atque hanc esse communem opinionem, & ita semper fuisse judicatum, testatur Clar. in pract. §. læsæ majestatis, num.6. vers.vide quandoque, Roland. cons.4.num.1.& seq.lib.1.& cons.1.num.26. lib. 3.& cons.15. num.7. lib.4. citans Gravett.cons. 224.col.antepenult.& Luc.de Penn.in l. 1. col.2. vers.scilicet,C.de conduct. & procurat. lib.10. & nullam habere dubitationem, ait Menoch. cons. 99.num.97.lib.1.ex Bald.Bart. & Capoll. ibi citatis.

Ratio adducitur à Gig.cit.qu.68.num.6. quia non subditus fidelitatem minime debet Principi, cuius non est subditus, atque adeo haud potest dici læsisse majestatem, legibus cujus non astabatur. Præterea subditus naturali jure tenetur ad obedientia Principi suo, Paul. 1. ad Thessal.5.ibi: Rogamus autem vos, fratres, ut noveritis eos, qui laborant in vos, & præsunt vobis in Domino, & ad Titum cap. 2. ibi: Servos Dominis suis subditos esse; non sic non subditus, qui eam majestatem revereri non tenetur, cui subditus non est; ut inquit Bart.in extravag.ad reprimendum, in verbo rebellando, vers.quid si aliquis homo de Terris Ecclesiæ.

Neque obicem huic conclusioni fert illud dictum, quod non subditus fit ratione delicti subditus, ex text.in l.1.C.ubi de crim.agi oport. ibi: Quæstiones eorum criminum,quæ legibus, aut extra ordinem coercentur, ubi commissa, vel inchoata sunt, vel ubi reperiuntur,qui rei esse peribentur criminis, perfici debere, satis notum est: namque non adeo subditus efficitur, committere crimen læsæ majestatis; ut ait Martin. de Laud.in tractat.de crim. læs. majest. quæst. 22. cui adderem hanc ratione; nempe ad hoc ut quis sortiatur forum, & fiat subditus ratione delicti, necesse est, ut delictum præcesserit; non potest enim quis sortiri nunc forum pro delicto patrando; ergo fit subditos post commissum delictum.

Hinc patet, quod in committando delicto non fuit subditus, & consequenter in cognoscendo delicto non debet quidem addi qualitas, quæ quidem qualitas defuit in committendo; secus qualificaretur delictum post commissum delictum, quod nemo dixerit. Eruitur nitidissime, quod non subditus, ut supponitur, subvertens populos, aut conspirans in majestatem extraneam; cùm subditus non fiat, nisi post subversionem, aut conspirationem non debet affici in causæ cognitionem turpi nota, cum commisisse crimen læsæ majestatis: quando in ipsa commissione criminis non erat subditus: præterquam quod si semel concedatur, requiri hanc qualitatem, nempe debere esse subditum, ad crimen majestatis committendum: ratione delicti, nemo fit subditus; licèt tantùm sortiatur forum ob delictum in loco delicti; cùm multum intersit inesse subditum, & sortiri forum, ut post glos.in clemen.1.verb.subditos, de for.compet.docent plures, quos laudat Carleval. lib.1.de judic. tit.2.disput 2.qu.2. num.8. idem cum Gigante tenet Farin.dict. quæst.112. num. 248. Nec dici subditum, quamvis habeat in statu feudum, aliaque bona, punctuatim dixerunt Clar.cit. num.306. Menoch. cons 99.ex nu. 19.lib.2.Ann.cons.6.num.29. Decian. tract.crimin.lib 7.cap 8.num 5. cap.32. num.10.cap.38. sub num.7.cap.49.num.5.& cons.18.num.320. lib.1.

Et tam verum, est quod non subditus non committat crimen læsæ Majestatis: ut nec etiam illud committat, si sollicitet subditum ad illud patrandum contra suum Principem, Gigas pluries mem.quæst.68.ex num 6. occurrens juribus in contrarium,ac excitatis ab Igneo, duce asseclarum oppositæ sententiæ in l. 1. §.sed si quis putà veneno, ex num.26. & in l.necessarios, §. nam alias, num.417.ff.ad Syllanian. ostitque Gigas juribus ab Ign. laudatis hujusmodi restrictionem non probari, & contra ipsummet Ign. sentit etiam Decian.in cit. tract.crim. lib. 5.in fin.vers.fateor tamen, & scripsit Advocatus Jo. Baptista Montealvan. Veronensis, cujus responsum exscribit Dom.Capon.tom.4. discept. forens.255.& 257.

Has, atque alias authoritates ferebam annis superioribus ad favorem Julii Forte in Regia Juncta Status; Non quidem, ut Majestatis reis præberem se defendendi adminicula; sed ut in eo casu vis veritatis illucesceret, in quo Doctorum diffidentia tam dubiam reddiderat; atque ut pro viribus perfungerer officio mihi injuncto ab Excellentis.Prorege, qui maximo effectur studio justitiæ purioris, ac clementiæ: etenim atrocitas hujus peperit silentii necessitatem, nè quis læsæ Majestatis reo intercedat, Tacit.lib.3.annal. Coppen.lib.2. obser. pract.184. sub num.8.illoque crimine maculatos, sive Divino, sive humano defendere tanquam advocatus, seu procurator nemo potest, cui speciatim Princeps, vel Judex non indulserit, ita Suarez in thesaur.recept.sentent.lit.A num.95. Simanch.de Cathol.instit. tit.5. de advoc.num.1. Gayll.observ.88.num.21. lib.2. Mandos. in tract. signat.grat.verbo, absolutio, Isern in cap.1.verbo, satisfactionem, de statut. contra libertat. Eccles.Clar.§.hæresis, num.19. Reg.Rov. in prag. 1.de bon.prodit.ex num.26.Ann.singul.10. & ut plurimum eligi ad hoc solent Ministri perpetui, ut tutiùs procedatur, & nè res, quæ agitur, evulgetur: dum ad imperiale secretum (Cassiodorus var.lib.1. Epist.4. clamabat) tales eligi, in quibus reprehensionis vitium nequeat inveniri: maximè enim ad Rempublicam servandam confert secretum. Taciturnitas, inquit Didac.Saavedr.præcipuum est servandi instrumentum, in idea Princip.Chris.polit.symbol. 43. §. atque artibus, & idem Cassiodor. lib. 11. epist. 1. silentiose (scripsit) geritur publicum bonum, post alios Reg.de Philippo dissert.fiscal. 25.num 8.& ex num.37. & proinde apud Persas illa revelantes capitali pœna puniebantur, teste Amiano Marcellino lib.21.& Quintus Curtius lib.4.inquit: Lingua gravius apud Persas castigatur

castig-

constiguntur, quàm nullum probrum, nec magnum rem subfinueri posse credunt ab eo, cui tacere grave sit, quod homini facillimum volueris esse natura, & ego late in rit.3.lib.1.& rit.265.sub num.178. versic. quibus confert, hoc lib.3.

Julius itaque Fortia nullo prætextu, nulloque pacto vasallus nostri Regis, venit Neapolim; ut quoquo modo posset, tentaret transferre ad Gallorum Regem Neapolitanum Regnum; quod tam libentissime Hispan arum nostri invictissimi Reg s Caroli dicto est audiens; ut inter cætera, quæ à Deo accepit, beneficia, hoc potissimum, præcipuumque recenseat. Atque ut sibi ad id, quod peroptabat, aperiret viam, allocutus est Nobili cuidam ut induceret ad prodendum nostrum Clementissimum Regem, illi ex hoc facinore horrendo maximos honores, maximaque præmia promittens; Nobilis verò probatissimam suam fidem exercens, quam à Majoribus (verè in hac maxime hæres, hauserat; monuit duos ex suis famulis non infimæ conditionis, ut clanculum præberent aurea illius exteri dicta. Deinde hostiles dolos metuens retulit quæ audiverat Excell. Proregi, ut caveret ab isto, pervigilique cura incumberet, ne vulgum subverteret. Quamobrem comprehensus fuit, ac in vincula detrusus Julius: cùmque fuisset convictus ija duobus testibus, famæque attestatione, decreto Regiæ Junctæ, quæ in Castro Novo habebatur, fuit Julius damnatus capite, suffragia præstantibus Dominis Spectab.Præsid.S.C. D. Felice Ulloa, Reg.D.Stephano Carillo, Ill.Duce Diani Don Carolo Calà, ac Ill. Marchione Latertiæ D. Antonio Navarrete, Fisci Patrono in eadem Juncta Dom. Consil. Ignatio Provenzale, qui etiam Realis Patrimonii dignissimus erat Advocatus. Qua de causa tortus tanquam cadaver, in Foro demum Magno fuit super patibulum trucidatus.

Subditi visa est dominorum votantium sententia 83 aliorum II.CC auctoritatibus, qui oppositam aleam adversus *Gigantem* tuetur; duce *Io.Ignea*, quem secuti sunt *Menoch Io. Fab Ant Gom.* aliique quos refert *Farin.q.112. inspect 8. ex num. 192.* aientes, ipsos nequaquam terreri tanta Doctorum phalange, priorem sententiam tuentiū; nunquam iuraffe in multos, ac libentissime secuturos pauciorum vestigia: si pauciores magis juri consentanea edoceant: Veritatem enim non gignit numerus ita credentium, sed ratio numeri. Probabiliorem esse *Ignei* sententiam conantur ostendere contra *Gigantem*, quem sequuntur *Decian.& Farin.* Etenim *Decianus* dicunt, licèt fuerit forensibus in negotiis apprime eruditus, in hac quæstione parùm fuit sibi constans in locis relatis à *Farinac. qu.112. inspect. 8. num.129 Farinaceus* tametsi tot numero volumina, tamque ampla collegerit; adeo tamen cum ampliationibus, & limitationibus, ampliationibus limitationum, & limitationibus ampliationum, imò & sublimitationibus ampliationum in infinitum, scriptis suis lumen eripuit, vt quam pandere debuerat, obfuscare, & devenustare potiùs jurisprudentiæ dignitatem videatur. Ea pendunt primò pro hac sententia celebre illud juris responsum in *l. utrum, ad l. Pomp.de parricid.* vbi cùm quæreretur, vtrum qui occiderint parentes, an etiam conscii, pœna parricidii afficiantur, respondit *Martianus*, conscios etiam extraneos eadem pœna afficiendos, non solùm parricidas, sequitur *Justin. in §.alia instit.de publ.judic.* ibi: *Nec non is, cuius dolo malo id factum est, vel conscius criminis extiterit, licèt extraneus sit, pœna parricidii puniatur.*

Horum *textuum* intellectu sic posito, dicunt asse- 84 clæ huius opinionis, quod, licèt ipsi acquiescere velint, sententiæ substinentium, non devinci crimine majestatis, sed tantum puræ proditionis illum, qui molitur contra Principem extraneum per se, vel cum aliis illi non subditis, vt tradunt *Fab.lib 9.sui C.tit.6.desinit.11. Clar. lib.5.§.fin.qu.28.Dec.cit.in locis*, quamvis valide contrarium tueatur *Veronens.cons.156. num.19. vol.3.* Attamen aiunt, non esse dubitandum, quod efficiatur reus majestatis non subditus, si subditos sollicitet ad patrandam defectionem, iisque vtatur vt mediis. Non subditus enim irretitur eadem fæditate criminis, qua fædantur subditi deficientes: cùm non subditus, conscius criminis subditorum, sit eadem pœna afficiendus, ad *text.in d.l.vtrum ad l. Pomp. de parric.* quinimo dolo non subditi malo factum est, vt subditi in Principem molirentur; atque adeo non subditus venit eadem pœna subditorum afficiendus, ad verba *tex.in dict. §.alia, instit. de publ.judic.* quibus addo *l.1.ad l.Iul.maiest. l.nihil interest, ad l.Cornel.de sicar. l.qui opem, l. si quis servo, ff.de furt.l.qui domum, l.11, cujus ope, ff ad l.Iul.de adult.l.Neratius 11. ff.ne serv. corrupt.* vbi de sollecitatore servi, *l. ut tantum, §. his consequenter, eod.tit.l.un.C.de rapt.virgin.l.1. C.de fals.monet.l.si quemquam, C. de Episcop.& Cleric l.quamvis, C.ad l.Iul.de adult.l.jubemus, §. aconomus, C.de sacros.Eccles.de pœc.tenend.§.conventicula*, & ibi *Glos.*verb *ferientis, cap felicis, de pœn.in 6 clem.1.eod.tit.cum similibus, Foller.in pract.crim.*verbo *item quod commisit crim. lasmaiest.num 55.Reg.Capyc.Latro lib.1. consult.6. num.96.* Quod adeo est apud Jurisperitos receptum, vt in assignanda ratione, cur Imperator *in l.unica, C.de Nili aggerib.non corrumpen.* criminis consortes, non consortes, non eadem pœna, qua principales, sed mitiore affici jubebat, DD. crucientur, vt videre est apud *D. Francisc. de Amaya lib.3.observ.juris, cap.4.ex nu.43.* quam difficultatem, qua solet felicitate, solvit.

Tenetur igitur non subditus, sollicitans ad defectionem subditos, majestatis crimine; sicuti tenentur etiam extranei *lege Pompeja*; qui si absque filii participatione interemissent, *Cornelia* punirentur: filii namque interventus in aliam speciem facit transire delictum, vt fatetur *Decian. tractat.criminal lib 9.cap.13. num. 6.* ibi: *Plus peccat persuadens filio parricidium, quam si ipse occideret; quia si ipse occideret, teneretur tantùm de homicidio, persuadens autem teneatur de parricidio: cuius maior pœna, quàm homicidii est, vt inquit Gl.in d. l. vtrum: Hinc videmus, quod si extraneus det auxilium filio occidenti patrem bannitum, vel vxori volenti venare*

nare maritum, non excusabitur; & tamen si ipse propriis manibus interfecisset, excusaretur, ut consuluit Capell.cons.9.nu.29.30. & 31. Conspirans autem cum filio, certe eadem pœna parricidii tenetur, ut per Igneum in l.1.§. item si quis, ff.ad syllan. Hæc *Decian.* ex cujus verbis eruitur, quod extraneus, cui licita erat offensio banniti; si filium tamen adiuvet in occidendo, non excusabitur à pœnis. Itaque Julius Forte, cui vtpote non subdito non data fuisset crimini læsæ maiestatis machinatio in Regem; attamen, quia subditos sollicitavit in deficiendo, nullo modo potest à pœnis læsæ majestatis excusari.

85 Cùm gravius sit sollicitare, quàm ipsum exequi, teste *Vlpian.in d.l.1.ff.de serv. corrupt.* ibi: *Persuadere est plus, quàm compelli, atque cogi sibi parere;* innuitque idem *Vlpian.in l.1.§. deiecisse ff.de vi, & vi armat.* ibi: *Deiecisse etiam is videtur, qui mandavit, vel jussit, ut aliquis dejiceretur; parvi enim referre visum est, suisne manibus quis deiecerit, an verò per alium.* Dat namque damnum, qui damnum promovet dari, per *tex.in cap.mulieres §.illi verò, de sent.excomm.* ibi: *Cùm is committat verè, cuius authoritate, vel mandato delictum committi, probatur,* quod comprobat *Quintilian. declam.* 270. inquiens, *Nec enim gravius quidquam adversus eum, qui sua manu interfecerit, constituere potuit Legumlator, quàm adversus eum, qui causam præstitisset; Ergo, & similitudine pœna etiam crimen par exigere debetis.*

Nec quicquam refert, an filius sit mandans, vel mandatarius ad hoc, vt extraneus criminis particeps *lege Pompeia* plectatur, vt post *Capoll. Angel.Carrer, & lo.de Arnene,* tenet *Decian. lib.9. tract.crim.cap.23.num.19.*

Imò non modò particeps criminis, verùm etiam laudator eadem pœna multari debet, secundùm *Vlpiani* responsum *in d.l.1.ff.de serv.corrupt.* ibi: *Imò & si erat servus omninò fugiturus, vel furtum facturus; hic verò laudator huius propositi extitit, tenetur, non enim oportet laudando augere malitiam.*

Si autem bujusce secundæ opinionis tutoribus ob-
86 jiciatur, quod si casus expressus in *d.l. verum,* & aliis quas supra citarunt, extendi posset ad casum criminis læsæ majestatis non expressum; sequeretur, quod posset fieri extentio pœnæ de casu ad casum; quæ non potest extendi, cùm pœna sit odiosa.

Respondent audacter, ipsos vltrò concedere, non esse licitã pœnæ extensionẽ; quando in lege non est expressa ratio, & plures rationes possunt considerari, iuxta communiorem, & veriorem sententiam, quam laudat *Tho.Sanch. lib. 3. de matrim.disp.42. num.4.* Sed id non progigni, aiunt, ex eo, quia odiosa sit lex pœnalis absolutè loquendo. Cur enim appellent odiosam legem pœnalem, cuius finis est Remp. qnietam, ac pacificam conservare? sic ait *tex. in l. Provinciarum, C.de fer.* ibi: *Per quod Summi Numinis speratur venia, per quod multorum salus, & incolumitas procuratur:* & in *Novell.30. tit.9. in fin. Nec enim inhumanitas hoc, sed potiùs humanitas est, cùm multi paucorum animadversione salvantur;* quibus concinit *Augustin.* relatus in *cap.non est, 23.q.5. Non ut iniquitatis sed potiùs societatis humanitate devinctus, qui propterea est criminis persecutor, ut sit hominis liberator;* & *Hieron.in cap.legi, 23.qu.8* ibi; *Non est crudelitas crimina pro Deo punire, sed pietas.* Jure igitur optimo ait *Seneca lib.1.de ira in fin.* Quod *Nemo prudens punit, quia peccatum: sed ne peccetur:* & *Plat.lib.34.in Gorg.* ibi: *Non pro eorum vtilitate dant pœnas, sed in exemplum aliorum;* & demum *Quintilian. declam.* 274. ibi: *Omnis tamen pœna non tam ad delictum pertinet, quàm ad exemplum.*

Si ergò disciplinæ publicæ vigor exposcit, vt faci-
87 nora condigno supplicio plectantur, *l.licitatio, §.quod illi, ff.de publ.& vectig.* Si quod communiter omnibus prodest, semper est ob oculos habendum, *l.unica, §.tantum enim, C. de caduc. tollen.l.5.§.ult.ff.de iniur.Auth.res, quæ, C.communia de legat.l.vtilitas publica, C.de Primipil. lib.12. cap.bona de postulat. prælat.* consequens est; ut leges in flagitia, sceleraque animadvertentes, non quidem odium, sed favorem; non asperitatem, sed humanitatem redolere dicantur: cùm intersit vehementer Reipub. maleficia impunita non relinqui, *l.ita vulneratus, §. æstimatio autem, ff.ad l.Aquil.l.si operis, 14.C.de pœn.l.si longiùs, §.1. vbi quis ager. vel conveniri deb.l.in delictis, §.cùm dominus, de noxal.* [illegible] *cum, aut Pamphilum, de solut,* sublatis enim malis, boni tutiores vivunt, *l.capitalium, §.famosos, l.aut facta, §.fin ff.de pœn.l.Divus, ff.de custod.& exhibit.reor.l.1.C.ad l.Iul.repet.cap.non frustra, 23.qu.5.* ibi: *Non frustra sunt instituta potestas Regis, & Cognitoris ius, ungula carnificis, arma militis, disciplina dominantis, severitas etiam boni patris: habent omnia ista modos suos, causas, rationes, vtilitates: hæc cùm timentur, & mali coercentur, & quietiùs inter malos vivunt boni,* ac perlepide *Senec.lib.1.de Clem.cap.22.* ibi: *In vindicandis iniuriis hæc tria lex secuta est, vt aut eum, quem punit, emendet; aut vt pœna eius cæteros meliores reddat; aut ut sublatis malis securiores cæteri vivant.*

Licèt ergo vnaquæque lex publicum promoveat bonum, maxime tamen omnium id efficit lex pœnalis. Siquidem cùm præcipuum Reip. bonum situm sit in quiete, ac securitate populi, quas turbant, ac fugant homines facinorosi; in lege pœnali, quæ facinorosos arcet, depellit, plectit, extinguit, cùm vnius pœna metus sit multorum, *l.1.C.ad l.Iul.repetund.* nitidissime publicum relucet bonum. quod est privatæ præferendum vtilitati, vt ait *Arist.lib.1.Eth.Cic.3.de offic. l. unica, §.tantum etenim, Cod. de caduc.tollen.*

Germana igitur ratio, cur in pœnalibus non permittatur extentio, ea est: quia pœnæ impositio non pendet tantùm à ratione; sed ex *Legislatoris,* hanc fortasse pœnam, non illam volentis, placito: Ratio enim licet suadeat pœnam, non arctat tamen ad hanc, vel illam, vt advertit *Castro lib.1.de leg.pœn.cap.7.docum.3.* quem extollit *Sanch.lib.10.de matrim. disput.4 nu.3.* Hinc est, quod in pœnalibus non fit extentio à simili; si ratio non sit inibi espressa, cur huiusmodi pœna irrogetur. Si enim esset expressa ratio; vtique non extentio, sed comprehensio erit, quo-

ties

tics eadem ratio militaverit, *l.illud*, *ad l.Aquil. Castr.& Sanch.vbi supra.*

Itaque in casu applicationis *text.in cit. l. vtrum*,
ac io *d.§,alia*,ad crimen Maiestatis; aiunt, ipsos
non agere extentionem pœnæ de casu ad casum
simpliciter;sed quia ratio,vrgens in casu *tex.in
d.l. vtrum*, quæ alia quidem non est ; nisi quod
qualitas , quæ est in principali , inest etiam
in complicibus , militat absque vlla dubita-
tione in casu non subditi sollicitantis subditos
ad moliendum in Principem , adeoque est com-
prehensio, non extensio.

Conatur tamen *Baldus* prioris sententiæ propu-
88 gnator acerrimus,hæc supradicta *Doctorum* se-
cundæ sententiæ effugia occludere ; distinctio-
ne vtens in *l.non ideo minus.num.11.C.de accu-
sat.*quod aliud est, quod qualitas insit delicto ;
& hæc verè comprehendit complices ; aliud
verò, quod qualitas insit personæ delinquenti :
& hæc non comprehendit complices.Idque pro-
bat : quia, cùm *Iustinianus* pœnam peculatus ,
quæ ex *tit.tit.ff.ad l. Iul pecul.* erat deportatio ,
adauxisset contra Judices,& Magistratus,jussit,
quod complices eadem afficerentur pœna *in l.
vnica,C. eod. tit.* Cur autem id jussit ? nisi quia
rectè notat *Imperator* , quod qualitas non erat
in delicto ; sed in persona delinquentium, puta
judicum , & Magistratuum , in quorum odium
adauxit pœnam ; quæ non comprehendebat
complices ; Et vt comprehenderentur , id jussit
specialiter *Legislator*. In casu igitur *d. l. vtrum*,
qualitas non est in delicto , nempe in hominis
nuda internicione ; secus *lex Cornelia* puniret
etiam conscios,& fautores eadem pœna,ac prin-
cipales;sed inest in persona delinquentis,nempe
filii perimentis patrem; quare cum in hoc casu
d.l.vtrum,in quo qualitas inest in delinquente,
non comprehensi regulariter fuissent conscii,&
fautores , *Imperator* specialiter in odium parri-
cidii expressit ; quod non tam facillime nunc
est extendendum ad omnia delicta & præsertim
ad crimen Majestatis.

At II.CC. secundæ sententiæ parùm tutam pu-
89 tantes *Baldi* distinctionem, inhærentes mordi-
cùs sum opinioni , dicunt. Quod , vel admissa
Baldi distinctione , quod speciale sit in parrici-
dio,vt complices,tametsi extranei,iisdem pœnis
plectantur;idem igitur dicendum est,inquiunt ,
cùm offenditur Princeps, qui pater patriæ est ;
quamobrem nostrates vulgò afferunt. Majesta-
tis reos etiam parricidas esse , ac testatur aper-
tissime *Senec.lib.1.de Clemen.cap.*14.dicens : *Hoc
quod parenti , etiam Principi faciendum est ,
quem appellavimus patrem patriæ , non vana
adulatione adducti ; cætera enim cognomina ho-
nori data sunt : magnos, & felices , & augustos
diximus : & ambitiosæ Majestati , quicquid po-
tuimus titulorum , congessimus ; patrem qui-
dem patriæ appellavimus , vt sciret datam sibi
potestatem patriam , quæ est temperatissima li-
beris consulens.* Imò truculentius est patriæ pa-
rentem , quàm proprium offendere ; de qua re
perelegantes,ac venustè satis agit *D. Joanne de
Solorzan.lib.1.de parricid.cap.6.*

Accedit, longe,lateque patere in iure quod posita
90 aliqua re, poni debent omnia , sine quibus res
illa haberi minime potest,*l.v.de jurisd.omn.jud.*
cum concordantibus;imò & omnia ea,cum qui-
bus faciliùs , & commodiùs habetur;ita *Ias. in
d.l.2.nu.11.*Ponunt Principem , cui vel ipsimet
DD. primæ sententiæ regnorum custodiam, &
gubernationem hominum commissam volunt :
cùm deventum est ad media necessaria,ea pror-
sus abnegant : abnegant enim Principi potesta-
tem animadvertendi in eos , qui contra ipsum,
& ejus regnum moliuntur.Imò,& quod omni-
bus conceditur,pro propria tuitione , Principi
interdictum volunt pro publica vtilitate; quan-
do pro ea,etiam id,quod stricta disputandi ratio
oppugnat,concedendum esse,docet *Iulianus in
d.l.ita vulneratus , §.æstimatio autem , ff. ad l.
Aquil.*in illis verbis : *Multa autem iure civili
contra strictam rationem disputandi pro vtili-
tate communi recepta esse , innumerabilibus re-
bus probari potest*, *Bald.consf.*142. *lib.*1.

Denique hoc atteclas prioris opinionis prosequi-
tur dilemmate. Vel licet in alienos Principes
moliri ; vel non licet. Si primum ; hoc enimve-
ro ferendum non est ; cùm sit omni juri abso-
num. Si secundum; ergo moliri est crimen , &
quia in Principes: consequens est , vt dicatur ,
Maiestatis.Atque hoc pacto singulis totius Or-
bis rebus publicis consulitur . Vbique enim
gentium vivent populi fruentes tranquilla pa-
ce. Et his mediis jura fisci in simili hypothesi
tutatus fuit *D.Reg.D.Io: de Burgos , y Olivares*,
tunc M.C. criminum Iudex , & in causis læsæ
Maiestatis Fisci Patronus in *responso* edito con-
tra supra memoratum *Io.Baptistam Montalvan*,
quod transcribunt *Caponus cit. discept.* 255. &
257.& *Iudex de Angel. in comment. ad a. tom.
pragm.6.de abolit.ex num.*16.

Insuper fortasse considerarunt Domini de Iuncta
91 rationem illorum temporum : ea enim erant,in
quibus Messana è regione Calabriæ posita de-
fecerat à nostro Serenissimo Catholico Rege
ad Gallos , à quibus , ter fuisse barbare totam
Siciliam depopulatam, ac direptam , ait *Capyc.
decis.*130.*nu.* 37. quamque trinam miserrimam
cladem à Gallis viderat , & cuius pars magna
fuerat Messana,Immemor tamen, quamvis non
ignara mali,novissima defectione sibi,ac vniver-
sæ Siciliæ extremum prope exitium pepererat;
imò totum hoc Neapolitanum Regnum adeo
afflixerat , quod Regnicolæ fere omnes essent
in armis ; tum vt se se à subitis hostium invasio-
nibus tuerentur ; tum etiam , vt omnes vires
intenderent ; quò rebellem Messanam ad pri-
stinam Regi Catholico obedientiam redige-
rent.

In huiusmodi temporibus licuisset etiã propter fre-
quentiores tãti sceleris suspiciones, & ad terrorẽ
92 pervulgato uti,licèt usu periculoso, *Cassi Sena-
toris* verbo apud *Tacitum lib.*14. *ann. cap.* 44.
*Omne magnum exemplum habere aliquid ex ini-
quo , quod publica utilitate compensatur* , &
referuntur *Fab. in C. lib. 9. tit.6.definit.4.ad l.
Iul.Maiest.& de qu.defin.9.Marsia. Schookii de
sedition.seu discord.domestic.lib.2.cap.15.p.*595.

Hinc quoniam ego adhud perpenderam , rectè
hanc veritatem , ac pariter delicti atrocitatem,
93 ut pro viribus fungerer mihi demandato mu-

nere ad rei tuitionem; obtestabar, ubi prioris sententiæ proposueram authoritates, magis, magisque Principis clementiam: dicens tunc emicare potissimum Regiæ dignitatis fulgorem cùm lapsis, dignisque supplicio, impertiret veniam, juxta illud *Ovid. de Ponto lib.2.eleg.9.*

Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis;
Convenit & tanto, quantus et ipse viro.

nihil tam Regem decere, quam esse pium exẽplo apis, qui assumptus in Regem, deponit, vel perdit aculeum, ut dicit *Philosop.8.de Animal.*refert *Luc.de Penn.ad 9.lib.C.rub.de cond.& proc.num.1.* & dixi in *Rit.261. num. 21. hoc 3. lib.* Nihil esse, quod micantibus radiis exornet magis Regium diadema, quam clementiæ unio, ut ait *Senec. lib. unic. de consol. ad Mart. Nihil quicquam pulchrius existimo in fastigio collocatis, quam multarum rerum veniam; dare, nullius petere.* Et ideo inditum *Augusto* patris patriæ nomen, ait idem *Senec.de clem. cap.10.* quia ut verè pater augebatur intrinsecus, si quando meditabatur, sic ultionem in aliquem facinorosum redditurum: *Bene Augusto convenisse parentis nomen nullam aliam ob causam, quàm quod contumelias quoque suas (quæ Principibus acerbiores esse solent, quàm injuriæ) nulla crudelitate exequebatur; Quod dare illum pœnas apparebat, cùm exigeret.* Hoc sperari poterat à clementissimo nostro Rege, qui germen est, ac soboles Regiæ stirpis, Catholicæ à qua nonnisi clementissimi Reges processerunt ut notat *Ferd Loaz.in alleg.pro Marchione de los Velez, dub.1.§.& si dicatur, num.59.* junctis, quæ tradit *Simanch.lib.5. de Repub. cap.17. Redin. de Maiest. Princip.* verbo *ad clementiam pro num.*

Addebam, esse Julium hominem segnem, ineptissimum, ac vilem: loquutum esse quæ non
94 cogitasset; cur dixi, loquutum esse? excidisse potiùs casu ac temere, inconsultoque ex ejus ore quæ (ut ex fronte colligi poterat) ne somniarat quidem, ductum potiùs insania ad id patrandum, quam animi viribus fidentem; quis enim sanæ mentis auderet in tam fidelissimum Regnum accedere, ut tam fidelissimos subditos ad defectionem excitaret? qui quando nullum acre, sibique condignum vereretur supplicium oleum sane, & operam perderet; propterea que nullam de hujusmodi homine habendam esse rationem. ut ait apertissime *textus*, loquens in puncto læsæ maiestatis, in *l. famosi 7.ff.ad l.Juliam majest.*ibi: *Nam & persona spectanda est, an potuerit facere: & an ante quid fecerit, & an cogitaverit: & an sanæ mentis fuerit: nec lubricum linguæ ad pœnam facilè trahendam est: Quanquam enim temerarii digni pœna sint; ut in sanis tamen illis parcendum est.*

Repetebam subinde aurea verba *Imperatorum*
95 *Theodosii, & Arcadii* in maledicentes Principi, applicabilia, etiam in molientes in Principem, exarata in *l.unica, C.si quis Imperator.maledix.* ibi; *Si ex lenitate processerit, contemnendum est: si ex insania, miseratione dignissimum: si ab injuria, remittendum*, de quibus plura expendunt *Decian.2.tom.crimin. lib.7.integr.cap.50.Petr.Gregor.lib.33 syntagm.jur.cap.8. num.3. & 4. Petrus Herodius lib.7.rer.iudicat.tit.1.* & singulare est, quod *Senec.judic.lib.1. de clementia cap.10. Nonne Agricolæ Jovem maledicunt? nautæ convitiantur? Quid ergo? ignorat hoc Juppiter? imò scit, si omnes convitiatores supplicio afficere, quibus imperaret?* Sed meminisse oportet Principem etsi clementissimum non debere in hujusmodi delictis indulgere, *Larrea alleg.fiscal.66. ex num.76.lib.1.* notaos *num.77.* illum peccare, qui gloria clementiæ ductus exacranda crimina indulget, ex *Div. Anton.in summ.3 par.tit.9.cap.2.§ 5. & tit.29. cap.1.Banez.de just. & jur. quæst. 67. art. 4.* & aliis.

In hoc nefario facinore multa specialia in jure reperiuntur, de quibus *Petr.Gered. memorat. loc.*
96 *lib.8.tit.7.cap.8.& lib.9.tit.4.Petr. Gregor.*eodem loci *lib.35. cap.1. & seqq.* quorum sexdecim collegit *Capyc. decis.* 130. quæ succinctè, ipso relato, recenset *D. Francisc. de Alfaro in tract. de offic. fiscalis, glos. 20.§.10.de confiscation.num.330.Carpzov.pract.crim.par. 1, quæst. 41:& Capycij* memor nonnulla observat *Paul. Christin.decis.Cur.Belgic.196. sub num.8.& 13. tom.4.* singulare recensens, ut damnati ex hac causa non lugeantur, *l.liberorum, §.non solet, ff.de his, qui not.infam.* necnon *Capyc.*laudans *Ursill.ad Afflict.dec.21.num.9.* dicens in illa *decis.* involuere; vertendo se modo huc, & modo illuc,

Non esse itidem concedendum Reo inquisito præsenti ante litem contestatam copiam suæ depo-
97 sitionis, & capitula, quæ continentur in Monitus eidem depositionis, judicavit hoc mense Martii 1680.Regia Juncta Status coram Ill. D.Danese Casati Equite Mediolanensi, in Supremo Italiæ Areopago, & in hoc Regno Collateralis Consilij Regente, ac Visitatore Generali; Viro quidem omnibus ijs ornamentis insigniter decorato, quæ in summe nobili, probo, ac docto conveniunt, & hoc forsan in tam immanis criminis coercitionem, & ex causis à tantis integerrimis Senatoribus discussis, cum regulariter concedenda essent reo præsenti, sicuti transmittuntur, Reo absente, in citatione, dilucide, & clare, vigore *Const. edictorum*, necnon alterius *citationis literæ*, adeo ut nostrates illam citationem, quæ capita continet inquisitionis, vocant *citationem ad capitula*, in qua quasi totus processus informativus describitur, tenor inquisitionis, causa, & qualitas, quod juri consentaneum esse scripsere *Clar.§.fin. quæst.31. num. 6. Chartar.de exeq. sent.capit.bannit. cap.1.num.335. Farinac. qu. 11.num.40.*& proinde publicatur processus informativus reo absenti, ac contumaci, & ita decisum è Collat.Cons.Senatu; esse nempe concedendam copiam depositionis, recenset *Thor. in supplem.comp.*verbo, *reus*, & praxis M. C. confirmat.

Illud etiam adnotant Scribentes, de hoc facinore, quod licet communiter particeps criminis, de

se

98 ie confessus, de sociis ioterrogari non debeat, text. in cap. cum monasterium, 1. de conf. ff. ibi: cùm secundum utriusque iuris statuta, de se confessi super aliorum conscientiis interrogari non debeant, l. quoniam liberi, 11. C. de testib. ibi: si socii, & participes criminis non dicantur, l. in criminibus, 1. §. Divus Antoninus, ff. de quæstion. ibi: cùm servi pariter cum domino aurum, & argentum exportasse dicerentur, non esse de domino interrogandos, l. repeti quæstionem, 16. ff. de quæst. ibi: Is qui de se confessus est, in caput aliorum non torquebitur, l. fin. C. de accusat. cap. personas, de testib. Grammat. vot. 34. num. 12.

Hanc tamen regulam coarctant DD. in pluribus casibus, de quibus Gl. Cyn. Bald. & Salyc. in cit. l. fin. C. de accus. & Chart. in d. l. repeti quæstionem, §. 1. ff. de quæstion. præsertim verò in immanissimo flagitio læsæ majestatis, ex text. in cit. cap. cùm monasterium, 1. de confess. ibi: crimine læsæ maiestatis excepta, l. 1. §. divus, ff. de quæstion. DD. in d. l. fin. C. de accus. Jas. in l. 1. §. si tibi, ff. de condict. ob turp. caus. Hyppol. in l. de minore, in princ. ff. de quæstionib. Mascard. de probat. conclus. 1311. à num. 21. Anton. Fab. de. fin. 4. C. ad l. Jul. majest. Joan. Anton. de Nigr. in cap. Regni, incip. frequens, nu. 55. Afflict. in Const. Regni si damna clandestina, ex num. 50. Reg. Revert. decis. 42. num. 1. Capyc. cit. loc. nu. 47. Farin. quæst. 43. ex num. 56. Menoch. de arbitr. cas. 474. ex num. 27. Alphar. mem. loco, num. 333. Giaz. ad Capyc. Latra dec. 132. num. 8. lib. 2. In hoc enim admittitur socius criminis contra consocium, vt in hæresi crimine, per text. in cap. fidei favore, de hæret. in 6. ibi: participes, vel socii criminis ad testimonium admittantur, & generaliter vbicunque secus delicti probatio difficilis foret, cap. venerabilis frater, 11. de testibus cogend. Ant. de Butr. in cap. quoniam, de testib. Franch. Aret. in cons. 61. in fin. Bald. in l. quoniam liberi, C. de testib. Jas. in d. l. 1. §. si tibi, ff. de condict. ob turp. caus. dummodo confessio socii criminis sit habita cum iuramento, prout & in qualibet alia depositione, etiam in civilibus servatur, cap. tuis quæstionibus, 39. de testib. ibi: Monachi verò de suis fratribus, vel conversis, testes in causis propriis producere absque juramenti exhibitione non possunt, l. iusiurandi 9. C. de testib. ibi: Iusiurandi religione testes priùs, quàm perhibeant testimonium iam dudum arctari præcipimus, atque in tortura, Fulgos. cons. 173. tormenta enim testium maculam depurant in criminibus exceptuatis, l. ob carmen famosum, 21. ff. de testib. ibi: Si ea rei conditio sit, ubi arenarium testem, vel similem personam admittere cogimur: sine tormentis testimonia eius credendum non est. Auth. testium, § si verò ignoti de testib. ibi: inferant eis verberum experimentum quatenus propter hoc nihil celent veritatis, Glos. in l. 3. §. lege Iulia, verb. palam, de testib. verùm Affl. in const. Regni si damna clandestina, num. 50. cum seqq. & Io. Ant. de Nigr. in cit. cap. Regn. incip. frequens, post Salyc. in dict. l. fin. in fin. C. de accusat. Hyppol. singul. 209. Alex. cons. 89. lib. 3. dixerunt, necesse esse, quod alia urgeant indicia, ac præsumptiones contra eum, in quem socius criminis testimonium detulerit, ut dici possit habitum esse indicium ad torturam; secus depositio socij criminis, utpote qui non est is omni exceptione major, non posset dici probatio semiplena, quæ indicium pateret ad torturam, imò & per bonam famam elideretur, ut ex Alex. Dec. & Bertach. ait Gram. decis. 28. num. 18. licèt ea indicia, ac præsumptionem non requirant, dicant alii, ita Cyn. in d. l. fin. in fin. Abb. in d. cap. cum monasterium 1. de confess.

Verùm, an ex depositione sociorum criminis possit in hujusmodi delicto deveniri ad pœnam
99 ordinariam capitis infligendã consoci, magna exorta est difficultas in Regia Juncta Status. Quandoquidem Dominieus Novoranus cum quibusdam sociis, inter quos erat quidam Andræas Milone, statuerunt, perditissimam exulum vitam agere, grassarique per eampaneam, ut victum quærerent; cumque in hanc omnes sententiam convenissent, id re perficere nequiverunt carentes nummis, quibus sibi emerent arma. Andreas interea tentavit quemdam, quo familiariter vtebatur, militem, vt Regem nostrũ proderet, dederetque Gallorum Regi quandam Neapolitanam arcem, in qua agebat excubias; cui tam impiissimum scelus patrare detestanti, subiunxit Andreas, quod, quamvis nollet hoc miles moliri, simularet tamen maxime velle coram Dominico. Etenim attulisset secum Romam hac spe Dominicum ad Galliæ Legatum, à quo optatæ huius proditionis cupidine allecto extorsisset magnam auri vim, relicto ibi, ut major sibi adhiberetur fides, Dominico obside; sperans, se paulò post rediturum Neapolim refertum pecuniis; cæterum minimæ sibi curæ esse, quod Dominicus deinde à Gallis, ita deceptis, necaretur. Dominicus id totum, conventionemque eundi Romam, Regio Ministro detexit: dicens, se intrinsecùs id prorsus noluisse; & vultu duntaxat simulasse, quod libens vellet; ut fieret sibi copia revelandi. Tandem, cum propterea conscendissent cymbam, captus, detentusque fuit Andreas; captus deinde miles factum contestatus est.

Hinc Dom. Consiliarius Don Petrus Cortes Fisci patronus in eadem Regia Juncta institit pro
100 morte: nixus dictis duabus depositionibus, ex authoritate Anton. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 2. de probat. delict. num. 18. vers. sed his non obstantibus, quem ad hoc allegat Farinac. in tit. de indic. & tortur. q. 133. sub num. 39. ajentis, quod ad condemnandum duorum sociorum criminis depositiones sufficiant in casibus, in quibus de consociis interrogari potest; & sic servari in illo Regio Criminali Cathaluniæ Consilio ad compescendam delictorum frequentiam ibidem existentem; de qua videas per Lud. Peguer. decis. crimin. 5. nu. 38. & post eum Caball. resol. 185. num. 2. & in eadem q. nu. 69. Farinac. dicit, quod in casibus, in quibus veritas aliter haberi non potest, participes criminis sunt testes omni exceptione majores, per Dec. Mascard. & Gom. in supra cit. loc. qui generaliter loquitur in omnibus casibus exceptis; vt non modò indicium faciant ad torturam, sed plenè etiam

probent; vt per DD. quod sub *num.71.* adducit, & in specie *Decian.conf.19 num.61. lib.1.* vbi in conspiratione, etiam si socij non sint plures, sed vous, dum alijs tamen adminiculis plenam efficiet, ad condemnandum, probationem, etiam ex ijs, quæ in proposito, dicit, latè deduxisse *Aym.conf.278.per tot.lib.1.*

Ego ab Excellentissimo Domino Prorege in Andreæ patrocinium adscitus, Dominicum, aiebam, non facere fidem, vtpote denunciantem: cùm vnus, & idem nequiret, geminam denunciautis, ac testis simul vicẽ explere. Et depositionem ab huiusmodi homine factam, tanquam voluntariam, ideò suspicioni obnoxiam, debilitatam, nulliusque roboris appellat *Surd.conf.132.num.17.vers.quarto debilitatur;* non integram vocat *Aretin.in l. testamentu omnia, C. de testam.* atque indicem non haberi pro teste, ait *Ozasc.decis.79.num.55.*ex *Tacit.lib. annal.5.* qui in conjuratione Pisouiana, & sub Nerone de Ephicari loquens, à Proculo accusata: *Indiciũ* inquit, *irritum fuit; nam cum indice composito nullis testibus invisum facile confutavit.* Et infra contra Sceveninum: *indicium labuisse Milichi, qui se pariter indicem, & testem faceret.*

Id confirmat *Abb.in cap.omni, de testib.col.3.vers. pone ergo, num.4.* diceos, deoqnciatorem non computari in numero testium quando agitur de grevi præiudicio, ex iuribus ibi citatis, *Gemin.in cap. cupientes, §. si verò, de elect. in 6.* quem laudat *Afflict.in Constit.humanitate, n.30. Bertaz.conf.251.num.103.Iodoc.tractat.crimin. de reprob.test.tit.51. num. 22.* excaodescens in iudices, qui hos in testes recipiunt, *Gizz.conf.2.num.13.& conf.16.num.1.& 2.Mascard.*verò *de probat.concl.26.num.7.*qui *in concl.507.n.7.* hæc ait: *In qua quidem denunciatione, etiam denunciator potest esse testis; quoniam index procedit per inquisitionem propter denunciationem, si desint alii testes; secus si procedat super denunciatione secundùm Salyc. in l. eadem, C. de accus.* & *Bart.in L. Divus, post num. 14. vers, & ex hoc quod dicitur, de Custod.reor. Ang. Aret. in d. tr.de malef.divers.ad denuncian.col.5.vers. quæro, an index possit denunciatorem in testem cap.propterea,* vbi *Abb.* sequitur, & refert *Bar. num. 8. vers. sed forma hic aliud dubium, de testib.cogen.* tamen dicit, indistinctè non procedere, Sed quaodo coram alio iudice non vigore illius denunciationis procedatur; tunc in testes admittuntur per *d. c. propterea*; quod dicit notandum: & cum hoc temperomento dicit putare intelligenda notata *in c. in omni, & testib.* Quod postremum primo iotelliges vt procedat quò ad inquirendum, quia tunc ei creditur; secus quò ad coodemnandum, iuxtà sententiom *Spec. in tit. de accus.§.1.in fin. nu. 33. vers.hoc autem scias,* & *Bar.*docuit *in d.l Divus, num.6.vers.quantùm verò ad inquisitionem, & ibidem Salyc.* & coosulas *Angel.& Imol.*o quo non dissentit *Io.Emeric. in prax. crim. seu process.iudic.tit.4.cap.11. num.11.*

In Curia propterea Archiepiscopali admitti denunciatorem ad assistendum duntaxat, *Præsul. Ricc.*testatur *decis.227.par.2.* & videndi in hoc DD. supra adducti, *num. 34.*

Hinc mihi videtur aspera defensio, & magis aspera judicialis illa determinatio, de quibus memi-
101 nit ait *Fiscalis D. Franciscus de Afaro in tractat.de offic. Fiscal. glos.17.de fisc.accusant.n.24. & 25.* diceos, denuociantem Principi, vt ibi præcaveat, esse testem omni exceptione maiorem; licèt possit illa determinatio defendi ex alijs probatioo ibus, quæ supervenerunt, vt ipse ait ibi: *Sed postea, & alia etiam probationes pullularunt Divina misericordia: & tandem dicti delinquentes luerunt pœnas,* atque ex his, quæ tradit *Fab. in C. tit. de quæst.defin. 7 num.4.*

Nulla igitur fides habeoda est Dominico deouncioati: quando in delicto falsæ monetæ, quod non solùm æquiparandum crimini læsæ Majestatis, verùm magis etiam privilegiatum in probationibus, quippe quod istud plures testes exigit, illud autem, vel vnum testem sufficienter admittit, ut ait *Muscatell.in cap. Regni, lana Iapi*, oullam fieri fidem a denunciatore, nec inquirendum quidem, dixerunt *Bertaz.conf.crim. 251.num.103.vol.2.Trevis.decis.29.lib.2.Guazzin.defens.29.R.Capyc.Latr.decis.179. num.36. lib.2.*

Et quod Dominicus fuerit deounciator, prætorquamquod innotescit ex facti serie, optime tamen eruitur, quod reperitur primus testis examioatus, qui pro denunciatore habetur, idem *Reg.Capyc.Latr.loc.cit.n.38.*

Erat insuper Dominicus socius criminis, quia non revelavit in tempore: Teoetur enim vnus-
102 quisque simul, ac ad ejus aures pervenit aliqua huius immanitatis detestabilissimæ tractatio, eam quam ocijssime, in exordioque initæ factionis, iuxta *text.in l. quisquis, § sane, C. ad l. iuliam maiest.* prodere, ac detegere ita vt initam factionem pandere omittentes eadem pœna ordinaria teneri, doceat *Bart.* huius opinionis coryphæus io *l. verum num.3. de parricidio; Bartolum* verò acriter reprehendit *Bald.* ibidem, eousque vt dicat, se putare *Bartoli* animam ob vnam hanc tam barbarom, tamque inhumaoissimam opioionem cruciari in Inferno (quod de *Dyno Muxyllano* ob impium consiliũ dixerunt *Angel. in l. verba, C. de falsa cons. udiecta legat.num.4.de Bened. in cap.Raynutius de testam.* verbo *testamentum, il primo n.60. & Nigra de laudem, tom.2.q.1.num.68.* ac *q 36. num. 20.* à quorum morsu *Dynum* tuetur *D. Paul.Franc.Peremuto in confutatu II.CC. p.1.pag.* mihi 290.) contra *Bartolum* idem confirmat *Bald.* io quodam *consilio* incipiente *quanquam multa,* (quod noo reperiti hodie impressum omnea fateri, notat ex *Farinac quæst.51.num 72. Peremuto loco citato*, loquens de *Bartolo pag.* mihi 172. *vers.ad l. Pompeiam, de parricid.*) & observarunt priùs *Alex. ad Bar. in d.l. verum, Marsil.cit.singul. 164. Bald.* insequuntur *Salyc. in l.pluris, C. de rapt.virgin.Neguzant.in sylva resp.q.29.num.9.Afflict.in c.1.§ præterea, num. 7. in vsib.feud. tit.qua sit pr.caus. benef am.tt. Io.Harprecht. in §. publica, institutionib. de pu-
103 blicis judiciis.* Sed non mirum, quod tam impie, ac licenter de *Bartolo* suo Præceptore loqu-

cus

tus fuerit Bald, qui f m ... ius g o m ... g ... n vanis , ac etiam mordacibus ... neo, ut que ... vt ipse clat ... te Carav. it in rit. 166 num. 319. necnon Paulo Rubeo resol testament. cap. 54. num. 170. 71 & 175. Tiraq. de retract. conveat. § 4. gl. 6. a nu. 12.

Ipsum autem Bar. natalibus rest tutum putat Bodin. à Carolo IV. invida verò haec eum ler privitate, ait Iob Voelf tom. 2. lect. memor. pag. 315. inde, quod Bartolus asseruerit, Regem Galliae subesse Imperio Romano, & jure posse ... vendicare posse vrbes nonnullas Italiae jam libertatem, & exemptionem adeptas, & jam dixit in l. fin ff. solut. matrim § fin. inst. de assign. liber. tas. in l. debitorem, ff de pa ... in l. de 4. ff de novat. & prout de fidiur Stephanus Perez de Lara in tract. de ann verf. & Capellan. lib. 1. cap. 2 1. num. 70. prout allucinantur Paul. Rub. resol. testament. cap. 74. num. 161. & caeteri dicentes, illum fuisse expositum ipsumet (vt falso putant) attestatione in l. quidam, cum fil. uns, num. 8. ff. de verb. oblig vt observent Felyn. in c. inter caeteras, in princ. de rescript. Cassan. ad Consuet Burgun. rubr 8. tit de succes. sions des Bastards. §. 3. num. 9. vers. voluerunt, & aliqui, Thomas B ... vatius in vita Bart. conscripta in princ. 1. part. ff. vet. impressa Venetiis in juxta edit. Juntarum 1596. Graz ad Reg. Capyc Latro decis. 166. n. 7.

Etenim vidit Bar. Co ... s sapientiae apertus. & spiritum domini super eo manentem, dicit Cattelan. le indult. post cap. 31. limit. 3. in alleg. Io. Bapt. de Leonardis num. 7. & 25. Baldo multus ratioribus esse praeferendum, profert Flam. Rubeus consil. 16 ex num 77 ac omnium iudicio cunctis Scribentes m ... ritate, & aequitate praecessisse, iudicata Abb. in cap. cum vobis n. 11. de praescript. & omnium magistrum Cresti. Staib. cent. 2. resol. forens. 94. num. 78. in opinionum conf. ... hus non esse recedendum ab eius sententia, testantur Thesaur. decis. 96. num. 14 Reg. Capyc. Latro decis. 1 nu. 7 a lib. 1. ... nierum Regnis ... antepo ... hortat ... quamvis communi ... contrarium adsit Grass. decis. 3 num. 11. ... Coned. ... canonic, 8. num. 18 & iure lucis lucerna ... quicquid musitaverit Gauvan. lib. 2. var. lect. jur. cap. 23. qui tamen digna correctione corripitur apud Baratum decis. 95. num. 25. ac licet malum Canonistam, ac peiorem Theologum, & sententias substinuisse multi n placentes ... cis, ex Bellug in spec. prin ... ub. 14 nu. 6. ... tet Niger de laudem. tom. 1. q. 17. art. 5. num. 12.

Bald. alioquin authoritatis vir, vt omnes fatentur, potissimum Ant. Pigg. de tut. & cur. q. 8. num. 30. Lu. Tod. de Rom sed orig. c. 8 num. 18 & rep. Castal. de Imper. q 48. num 8. & iuris interpres subtilissimus, vt dicit Io. Licier. de primog. lib. 1. q. 25. num. 2 Tod. de subhast. cap. 4. num. 2. & qui annis septem, & quinquaginta legit, vt ait Petr. Rebuff. de privil. schol. req ait ... num. 4. & nihil ignoravit Carav. in rit 265 num. 29. Carlevat. de indic. tit. 3 disput. 4. num. 22. & in aetate quindecim annorum publice repetitione dictavit, teste August Barbos vot. decis. 146. nu. 142.

qu ... b ... Paulus ... asserere, vel negare ... lege, licet videretur ... d aequitate aliqua permoveri, Lotterius de re benefic. tom. 1. lib. 1. cap. 41 nu. 42. necdum fuit detract e doctrinae Bartoli ... mag ... prout Camerarius & inquisim. sub specie laudis in Iterum. omnium magistrum ... & proinde Temerarius, ac non Camerarius app ... tus, solitus quidem in hoc deloquere, nam Afflict. obiurgavit vocans somnian em, & hircum ce, bonum Senem. in suo respons. in dialog. post ... pag. 362. 366. & 367. col. ... sed Bald. Angel. Perusinum, & Sigismundum Loff ... terminos ignorasse, ibidem tradit, iure acriter reprehensus à Praes. D. Gregor. Gaguerro decis. 1. ex num. 167.) sed Bald. quam ... potius aliorum scientiae fuit invidus, qui in cap. 1. hic finit lex, sub num. 6. vers. unde videtur, invehit in Obertum de Orto, ac Girardum de Campagistris dictos, eos fuisse duo pecora, ipsumque laudans in Obertum eiusdem vtitur dicto Camer. in cap. Imperialem, fol. 25. in magnis lit. S. & immerito illa temeraria verba fuerunt in viros peritissimos prorupta quique feudalium legum compositores fuere, quas ipsemet Bald. & innumeri antea, & postea interpretati fuerunt, de quibus per Alvarum in princ. praefat. col. 3. & quas pro legibus ab omnibus allegari, & servari, est videre penes Franch. Cur. de feud. q. 1. num. 5. vers. praemissis tamen non obstantibus, vbi sic sententes allegat Odof. Iterum Alvar. Laud. & ipsum Bald. qui dicit defficiant a modo latrare pertinaces, qui aliud opus p r omnes observatur, & quod multa decretales Summorum Pontificum sequi videntur decisiones feudales in hoc volumine descriptas, vt in cap caeterum, de iud. cap. verum, ac cap. ex transmissa, de for. comp. & aliis, ac Alvar. col. 2. e dict. praefatione, dic t haec verba: Ex magistris ... quorum auctoritates pro tex. recepta sunt, hos infrascriptos tenemus Filibertum Episcopum, Gerardum de Campag ... , ac Obertum de Orto. Et de quaestione, an feudalis ... sit ab omnibus vbique servandus, ac praecipue verum in hoc Regno deficientibus aliis Regni iuribus, aut consuetudine scripta, est videndus post antiquiores, Reg. Io Ant. Lanar. in repet. cap. 1. de his qui feud. dar. poss à num. 2. per 24. col. vsque ad num 29 à quo numero quaerit, qui fuerunt auctores eorum, qui in libro feudali continentur: de qua etiam quaestione post ipsum satis docte differunt Reg de Pont. in lect. s f ud. num. Montan. in praelud. feud. ad repet. legis imperial. de prohib. feud. alien. per Federicum, num. 3 & Castill. Cotta memorab. iur. in verb. iurisperitus fol. 383. exclamat, Obertum de Orto fuisse magni nominis juris consultum, fol. 283. quam maximum Advocatum, Iuris peritissimi, necnon qui multa de illis feudorum vsibus viderat, in frequenti disceptatione causarum occupatus, teste Alvar. cap. 1. § ibi salutem, num. 1. in quib. caus. feud. amitt. & alias laudes enarrat in cit. 1. praefat. col. 3. & in tit. de feudi cognitione, vers. isti namque duo viri, necnon de praedictis haec verba: isti namque duo viri tanquam peritissimi in hac scientia consuetudinum feudalium fuerunt doctores plurimorum dubitatum. Par

Par sanè in virum egregium invidia, & calumnia est, *Christoph.Crusii de indic.par.1.cap 30. num.* 10.& ex celebrioribus scriptoribus, vel illustrioribus viris sine accusatore pauci sunt, ex *Nehem.de iustit.vulnerat. par.2. tit.3 cap.3. nu.3. & Guevar. in horologio Principum* indicat *D. Christoph. Crespi de Valdaura in epist. lectori in princ.observat.* cùm vnus alium increpet, etiam in nationes, vt *Accursius in Bononienses, in §. mulieres, auth. de lenon. contra Mutinenses in l. qui à latronibus, ff.de testam.* contra Papienses *in l.fin. ff de fals.* adversus Mediolanenses Advocatos *in l.universos, C.de decur.lib.*10. contra Tuscos *in l.generali, C.de tabul.eod. lib.*10. *Pisanos in l.capitalium, §.solent ff.de pœn. Genuens. in l.1.§.1.ff.de dolo,* contra Hispanos *in l.dolum, C.de dolo, Romanos, Lombardos, & Northmandos in l.4.ff.de usucap.* non autem contra suos Florentinos, quos laudat in *l. 1. C. de re militari, lib.*12. quos tamen carpit *Bar. in l.ut vim, ff. de just.& iur.* fortassis in vindictam tot nationum, vt festive observant *Franc.de Petr.festiv.lect.lib.3.cap.1.ex num.* 10. Quin nonnè contra ipsum *Bal.* multi scripsere, nempe, fuisse maximum Canonistam, sed multoties mendacem, *Baldax. de Angel.in prat. Cod. ad l. qui accusare, C. de edend.* sæpè allucinatum esse, advertit *Nigri de subhastat.cap.5.§.8.num.*29. ob mendacium, falsatumque textum ad candentes forcipes fuisse damnatum, testantur DD. relati à *Io: Fichar: in Chronologia Iurisconsf.de Petr.cit.tract.lib.2. cap. 9.num.*14. cujus memini in *rit.* 103.*num* 8 *to.*1. sed putam esse fabellam, dicit *Nigri ibidem cap. 6.§.1.num.*51. *& Mattiolus in Dioscoridem* scribit *Baldum* leviter morsum à canicula sua in labro, vt post quartum mensem rabiem conceperit, *& sic rabie* (subdit) *rabula periit, Ioan. Vuolff. tom.2.lect.mem.pag.*418.

At pro *Bart.* sententiæ tuitione *in cit. l. utrum*, clamem oportet, *Baldum*, vel non respexisse ad excidia, quæ ex perduellione exoriuntur, vel nulla eorum suo tempore expertum esse, ita perpendit *Menchac.lib.illustr. quæst. cap.*32. *in fin. Farinac.quæst.*51.*num.*70.*Clar. in §. fin.qu.* 87.*noster Carav.in rit.*4 *ex num.*4. concinnunt *tent.in l.5.§. penult & l.metrodorum,* 40. *ff. de pœn.* videndi sunt de hoc agentes *Capyc. decis.* 130.*num.*65.*& decis.*155.*num.*18.*Reg. de Pont. cons.*90.*num.*26. *Ant. Gabriel. lib. 7. commun. opin.concl.*37.*Abb.in cap.*1.*num.*5.*de offic.deleg. & in cap.*1 *num.*9.*de restit.spoliat.Martin.Laudens.de crim.læs.maiest.qu.*13.*Menoch.de arbitr. cas.*335.*num.*12. *Bertachin. in repert. vers.* 14. *verb scire, Gomez 3.tom.cap.1. num.4. Narbon. in l.*20.*tit.*1.*lib.*4.*Recopilat.Didac.Perez in l. 1. tit.7.lib,8.ordinamenti, Cassan. in Catal. glor. mund 5.par.consid.*24.*versic.*130. *& in consuet. Burgun.rubr.*1.*des Iustices,* verbo, *& dois dicelet, num.*32.*Carav.rit.*166.*num.*39. *Molin. tract.*3. *disput.*33.*membr.*5.*num.*7.*Promptuar.Iur.verb. rebellatio, num.*214.*& l.2.tit.*28.*p.*2. *Addit. ad Dyn.in regalia non est sine culpa,lib.6.addit.ult. Facchin.controv. lib.* 9. *cap.*86. quorum plurimi sentiunt, teneri scientem revelare; alioquin eodem teneri de crimine; quamvis nonnulli cum *Abb.* id sentierint, dummodo illud probare possit, *Gregor.in l.*33.*tit.*6.*par.*1.*glos.*2.*& finali, in princip 4.part.& glos.*9.*l* 5.*tit.*9.*par.*4. *Affl. in tit.quæ sint regal. §. & bona committentium, num.*103. *Natta cons.*620.*&* 668. *Cotta in memorab.verb.scientia sola, Vrsill.ad Affl. decis.*21. *num.*9.*in fin.Marc.Mantua singul.* 2. & hoc nè se talionis pœnæ submittat deficiens in probationibus, per *l.3.tit.2 p.7.* Hæc verò *Abb.*& asseclarum opinio refelli quoque debet, vtpote Principis. Reipublicæque tranquillitati adversans; licèt enim carens deinde probationibus, non teneatur revelare omnibus, & quibuscunque iuris solemnitatibus, nimirum submittens se ad inscriptionem, pœnamque talionis; in quo casu militaret *Abb.* opinio; tenetur tamen certè, minus solemniter, atque, vt ita dicam; extraiudicialiter Principem monere, vt cautiùs incedat, declinetque eas, quæ sibi parantur, insidias; ex quo, cùm denuncians nullam lubeat pœnam, non est cur se excuset, ita distinguunt optime *Ant.Gabr.loco nuper citato, Marta, Gerrat.Laud.in tract.de crim.læs. maiest. quæst.*13. *Plaza lib.1.in epitom.delict.cap.*92.*num.*17.*Reg. Revert.*& ad eum *R.de Marin. dec.*41. *lib.*1. qui alia nectit, *Pat.Dian.moral.*1.*par.tract.*4. *de denunciat resol.*1.*Menchaca lib.*1.*contr.illustr.cap.* 16 *ex num.*1.*Larrea lib.*1.*alleg.fiscal.*65.*ex num.* 53.& non dissentit *Consil.Campan.* qui hac in re responsum edidit in vnica post *tract. de forind. quæst* potissimùm *num.*47.*in fin.* & determinatum in Collaterali Consilio contra eum, qui non revelavit contra fratrem, testatur *Thor. p. 3.compend.dec. sect.*3. verbo *sciens tractatum*, quem insequitur *Reg.Capyc.Latr.tom.*1.*consult.* 6.*num.*109.*August. Bonfrancisc. Arum, ad Angel.de malefic.* verbo, *che hai tradito la tua patria, num.*11. refert, quod ipsius, uti Judicis, jussu fuit capite plexus potens dominus, quod suo Principi non revelasset conjurationem, *Martin.Schookii de sedition.& discord. domestic. cap.*15.*pag.*595.*& cap.*17. *pag.* 683. Hinc Themistocles, de quo *Dyodorus Siculus lib.*11. damnatus fuit ob non revelatam Pausaniæ coniurationem. Philotas ab Alexandro occisus, teste *Curt.lib.*7. quod conjurationem, quam præsciverat, non detulisset: alia etiam exempla vltra nostrates, recenset *Franc.Guicciard.lib.*3. *& lib.* 13 *histor.* Hancque asperitatem in minori casu expertus fuit Franciscus Augustus Thuanus, quum *sententia Tholosani Parlamenti* securi percussus fuit, cum Duce Cinemartio magni Galliæ Hippocomiæ Prefecto, nulla alia de causa, quàm quod non revelasset coniurationem (eam licèt detestando dissuasisset) quam suus intimus amicus inierat contra Cardinalem Richelium primum Regis Ministrum, & sic ipso Rege minorem, & in Thuanum hoc epitaphiũ inscripsit *Constantinus Hugenius lib.6.Epigrammatum.*

Qui iacet hic, hospes, praul sine crimine capet.
Conscius obtrusa relligione fuit.
Nec sceleri quidquam probitas contraria iuvit:
Commissum sceleri est, subticuisse scelus,

Cum

Cùm violata fides socios impune neguntet
Flectore nec posset sola, nec urguere.
Ob legum subtile nefas, quibus inter amicos
Nolle, fidem frustra prodere, proditio est!
De eiusdem crimine iocus

Garrula gens Galli est; sed quid ni garrula? Gallus
Suppressa meruit garrulitate necem.

Id tamen non procedere in Confessario, qui ex confessione id rescivit, decrevit *Curia Parisiensis apud Charon.lib.7.respons.178.* quem insequitur *Christin.cit. dec. 196. num.24.* & insectatur *Larrea cit.alleg fiscal.65.num.59.*

Qui quidem Dominicus Noveronus in hac hy-
104 pothesi quamvis deinde revelasset; attamen
non revelavit extemplo; quamobrem criminis socium se inficiari non debet, *text. in l.si quis fortè, ff.de pœn* ibi: *Magis esse puniendos eos, qui tamdiù conticuerunt quod pro salute Principis habent sedicere: neque enim debebant tam magnam rem tamdiu tacere*; ad quod facit perbelle etiam *tex.in cap.1.de frigid. & malif.* ibi: *Si proclamare voluit, cur tam diù tacuit*; ergo incurrit in pœnam *l.quisquis, §.fin.ff.ad l.Iul. maiest* ibi: *si vel serò consiliorum arcana patefecerit, absolutione tantùm, ac venia dignus habebitur*; ergo inquam est reus, ac criminis particeps. *Roland.cons.14.vol.4.Afflict.in terminis in constit. corruptelæ, num 7.ex tex in d.l.quisquis, & in l.instas, C.de iur.fisc.lib.10.in l.si tempora, C. de fid.instrum.Gram.decis.28. sub num.26.* Tarda enim revelatio semper dicitur suspecta, ex *Affl, citato loco* advertit *Avus meus ad cit. Gramm. decis.28.num.25.* necnon *Larrea decis.65. n.86.* memor, quod Maresciallus Bironeus tarde confessus, mortem non evitavit, qui ex *num.82.* dixerat huiusmodi in re motam purgari minime posse, illamque committi ex horæ transcurso, addit, ex *Dec.in l.vinum, num.10.ff si cert.pet, Menoch de arbitrar lib.2.cas.220.num.47.Negus. sant.respons.quæst.271.nu.32. Farinac.* late confirmat *qu.116.§.3.num.155.* necnon *Reg. Capyc. Latro consult.6.num.138.& 182.* ex quo pœna incurritur ipso jure, quamvis regulariter admittatur etiam in aliis atrocissimis, quod idem *Farinaceus* differit integra *quæst.124.par.3.* In nonnullis enim casibus plus damni afferre potest minima dilatio, quàm in aliis magna, *Tiraquel.de retract.lignag gl.2.§.8.nu.9. & in tract. de indic.in reb.exig.num.101. & 165.* ac in huiusmodi præsertim credenda, ut timeantur etiam vana, & falsa, ut saluti Principum consulatur, sic optime explicavit, qui vitam Ducis Bironii hispano sermone scripsit verbis, quæ exscripsit *Larrea cit.loco num.9.*

Et quando hæc hæsitationem saperent, nonne fuit
Dominicus, qui prior allocutus est cæteris,
105 ut paratis armis, grassarentur per campa-
neam dans illis animos, ut viriliter auderent? ab hac proinde denominatione socii criminis, nullo pacto eximendus est, maxime quia cùm assecutus fuisset Dominicus primo tractitui, quod per campaneam grassarentur, ansam dedit Andreæ, ut hoc immanius auderet flagitium; Hinc socius censetur in secundo delicto, *Franc.Pegn.in comm.ad Eymer.in direct.inquis. par.3.comm.113. §.quis autem*, ubi concludit, *socium criminis dici non solum eum, qui est socius ejusdem delicti numero, sed etiam eum, qui est socius in connexis, & annexis, ut puta si delicto aliquam causam præbuerit*, sequitur *Scacc.de iud.lib.1.cap.8. n.10.pag.* (mihi) *225.* & infamis quoque redditur, dum primi delicti tractatum grassationis per campaneam, sub secreto naturali revelavit fisco, *Anchar.cons.189. Pegasr.cap.5.num.4 Sot.de just.& iur.qu.6.art. 2.Menoch.cons 107. num 71. lib.2. & de arbitr. cas.474.qui num.19.verba text.in l.fin. C.de accusat.* quæ leguntur in *C. Theodosiano lib.9.tit. 10. secretis mandantis*, intelligit scilicet, secreta, socio commissa, non esse detegenda.

Proinde nequit admitti in testem, eo magis, quia
sponte; ultroque se obtulit ad examen. Hinc
106 succedit regula; quod, licèt in quibusdam
casibus confessio socii criminis faciat indicium, ac præsumptionem; nullius tamen penitus roboris censetur, si confessio est spontanea, ut concludunt *Salyc in l.fin.num.10.Cod. de accusat. Menoch.de arbitr. cent.5. cap.474.num.55. Mascard.de probat.concl.1317. num.43. Grammat.cons.35.num.12.& decis.28 num.11.Consil. Prat respons.crim.23.num.35.* Sicuti pariter dicitur de teste ultroneo *in l.post legatum, §.his verò, cum glos. ff. quib. ut indign.* & materia *Cap. Caroli I.Sed frequens, & effrænata*, quod confessio spontanea socii, nullam faciat fidem ait *Campagn.in eodem cap.sed frequens, Boss.in tract.crimin.tit.de opposit.contr.test.num.21.ex text.in l non omnes, ff.de re milit.*

Quod est absque controversia, quando confessio
non est habita in tortura, quæ quidem pernec-
107 cessaria est; tum purget infamiam, quia fa-
tetur proprium delictum: tum etiam, quia depositio redditur suspecta, & scrupulosa, *Bald. Salyc.& omnes in l.fin.C.de accusat.Peguer.dec. 5.Jul.Clar.§.fin.q.21.Boer.decis.319.num.17.Caball.resol.crim.185. Fab.lib. 9. tit. 6. def.5.ad l. Jul.Maiest.* dicens: *Socius criminis non facit indicium ad torturam, ne quidem in crimine læsæ Majestatis: nisi dictum suum jurejurando, & tormentorum patientia firmaverit*, modo cum tortura deponat, atque extra torturam ratificata sit, idem *Fab.in C.tit. de quæst. defin. 7.num.4 in add.* & vocato eo, contra quem testatur, vel eo præsente confrontante, vel in ejus contumaciam, *de Franch. decis. 570.* & ibi addentes post ssim in *D. Luca, Danz. de pugn.DD.lib.3.tit.de confess., & confess.cap. 9.ex num.49.Scialoy. in prax forjudic.cap.4. ex num. 80.* quæ quidem tortura non est leviter danda: tortus enim non dicitur leviter tortus, *Baiard.ad Clar.qu.21. num. 54. Bacor. de crim. læs.Maiestat.cap.4.*

Maxime in hoc themate, in quo Dominicus deposuit sub spe impunitatis; quapropter non est testis integer, at corruptus, *l. cum omnes, §. fin ff.de re milit.Boss.de oppos.contr.test.num.21. Farin.* videndus *q.43.num.192. Vermigl. cons.3. num.14.cons.15.num 20 cons.213. num.11.Baiard.ad Clar.quæst.21. num.33. Scacc de jud.lic. cap.36.*

cap.36. num.35. lib.1. Mascard. conclus. 1317. num.42. Corn.cons.324. Ricc. collect.3562. Et advertit Carolus II. in Capit. Regn, Multorum ad aures, dum inquit, quod in securitate videntes contra innoxios mentiuntur, Giurb. cons. 22 sub num.19 Guazz.defens.20.cap.24.n.2.Intrigl.decis.37.num.4.Ricc loco nuper cit.Cyriac. controv.488.num.44.ac scripsit Cornel.Tacit.lib. 5.annal. his verbis: Ex quibus Lucanus Quintianusque ex Senecio diu abnuere; Post promissa impunitate corrupti, quo tarditatem excusarent, Lucanus Atillam matrem suam, Quintianus Glicium, Senecius Annium Pollionem amicorum præcipuos nominavere, quin esset quoque torquendos, de Franc. decis.459. Bajard.ad Clar. cit. num.26. Caball.resol.29. ex num.3. Consil. Paschal.de patr.potest.par.4. cap.3. num.7. Thor.par.1.compend.decis. verbo, socius criminis, & post eos advertit D. Mariana in opopraxi crim.cap 6. ex num.74. possetque addi quod hic jactat, se tentatum ab Andræa ad hoc facinus patrandum, se autem subito hoc audito nefario conatu, tremore correptum; at tentato nulla debet adhiberi fides: quia libenter audit, alacriterque deponit, ac fusiùs; ut inde laus sibi major, perennisq; gloria in ævum efflorescat, Abb.in cap.cum delicto, nu.12.de elect. Mascard.concl.1357.n.1.Ozasc.decis.79.nu.40.

Patitur ergo hic particeps criminis pariter, ac 109 testis, plures defectus; ex quibus oboritur inhabilitas etiam in exceptis, Marsil. Cravett. & alii apud Avum meum ad Gramm. decis. 34.num.12.de Nigr.in Capit.Regn.Frequens, n. 56.Farinac.q 43.ex num.122.& q.44. num.25. Vermigl.cons.15.num.39.Cyriac.controv.80.n.9. & controv.150.num.78. cum seq. non dissentit Fab.in C ad l.Iul.Maiest.definit 6. Ciarlin. lib.1. contr.16.num.120. à quibus non rectè discedit Baiard.ad Clar.qu.24. num.128. in fin. dicens, de consuetudine omnes testes cum tortura admitti, etiam mille defectibus notatos, ne inulta remaneant delicta, & prosequitur Præsul. Ricc. dec.149 p.3. cùm contrarium servari in M.C. pluries viderim. Hinc fit, quod depositio Dominici, vt socii, ac testis inhabilis, non solùm non faciat indicium aliquod ad torturam, Corn. cons.324.num.3. Mars. Blanc. Fulgos. apud Menoch.de arb. cas.474. num. 49. etiam in crimine læsæ Maiestatis Vermigl. cons. 184. num.16. ex Farinac.quæst.43.num.178.& de testib. qu. 55. num.5.sed non posse ex inhabilium ob plures defectus depositione colligi, ne iodicia quidem, aut coniecturas, ait Franc.Burs.cons.369.num.6. 389.num.7. & cons. 439. num.22. vol.4. Gabr. comm.opin.tit.de test.concl 7.num 7.& 10.Mars. cons.102. vol.2.& sign. 378.& 385. Grammat. cons.civil.45.Cravett.cons.66.num.55.& 57. & cons.149.num.11. vbi, quod in casu, quo admittitur testis pauper: si pauper simul sit, & famulus, rejicitur: quod idem de paupere simul, & affine tradunt Rom.cons.382. Anch. cons. 64. & proinde socius si alias fuit perjurus nullum facit indicium, Alciat.de præsumpt.reg.2.præs.10. in fin. Menoch.de arbitr.qu.89.num.74.nec si fuerit socius criminis, & muneris, Gulielm. Redoan. de Simon.par.4.cap.5.num.28.Mascard.de probat. conclus.1317.num.42.& 43. in cap. veniens, il primo, de testib. Quod enim vnica nequiret operari suspicio, operantur multiplicatæ, l.non epistolis, l.non nudis, C.de probat.sicuti enim prosunt ad faciendas probationes plura invicem conjuncta, quorum vnumquodque per se ipsum satis validum non esset. l.spadonem, §. qui intra multa, ff.de excusat.tutor. ibi: quæ tamen si invicem coniuncta sint, iusta appareant: ita pariter plures defectus enervant probationes illas, quas hebetare defectus vnus nequiret; vt idem dicatur, operari oppositum in opposito, quod propositum in proposito, ex tex.in l.fin. §. fin. ff. de leg.3. si vt proponis, 2. Cod.de nupt. l.si ex toto, in princ. l.qui quartam, ff. de leg.1. l.Iulianus, §. si venditor, & §. si procurator, ff. de action. empt.

Quod adeo est verum, vt neque torturam mederi posse multiplici testis deponentis ineptitudini, asseveret Bertaz.& Claud. filius in add. cons. 71. lit.N.& in propriis terminis statuti testes inhabiles admittentis, nihil probare, si plures simul inhabilitates concurrant, ait Mascard.de probat. lib.3.conclus.1399.num.20. Rimin. ita communiter sustineri, asserens in consil 66.nu.38. lib.1. & cons.644.lib.6.Rot.decis.689.par.3. in noviss.

Et quamvis istorum plurium defectuum expers 110 omninò esset hic testis; eius tamen depositio, vti socii criminis, gignit, nisi aliqualem, ac tepentem præsumptionem, vt procedi possit ad inquirendum, contra socios à se nominatos, ex tex.in l.fin.C de accusat. In quo Imperator judicibus præcipit, quod nemo de proprio crimine confitentem super conscientia scrutetur aliena, vbi Glos. dicit: sed eius responsio non erit plena probatio, sed aliqua præsumptio, necnon ex tex. in l.quoniam liberi, C.de testib. & ita perpetuò fuisse servatum in perduellionis judicio ait Affl. in Constit.Si damna clandestina, num 34. prope fin. Mascard.concl.462.num.26.Boer. decis.319.à num.2.Gramm.vot.6.num.7.Clar.qu.21.num.9. Farinac.qu.43.num.147.cum seqq Bess.tit.de indit.à num.149.Scacc.de Iudic.qu.45.num.8.Gig. de crim.læs.Maiestat.tit.quomodo, & per quot, qu 7.& 24.Bertaz. cons.335. lib.2. Gramm.cons. crim.21.Menoch.de arbitr.iudic.lib.2.cent.5.cas 374.ex num.8.Barbos.in collect.ad text. in cit. l. quoniam liberi, & in cap.veniens, 10. eod. tit. de testib.cap.1. de confessis, vbi agitur de crimine læsæ Maiestatis, & subdit Glos. verbo, non ad convincendum, sed ad quamdam præsumptionem. Quandoquidem, licèt socii criminis non repellantur à testimonio perhibendo in hujuscemodi flagitiis; nemo tamen inficias ibit, esse diminutæ fidei, Reg.Sanfelic.decis.382. num. 3. Ricc.collect.3562.Et quamvis in eo Senatu, Antonius Fab in C.tit 6 defin.4.ad l. Iul. Maiest. dicat aliquando fuisse servatam opinionem huic contrariam: nempe, quod socius criminis fecerit iodicium ad torturam; vocat eam tamen sententiam valde duram, & à plerisque gravissimis Jurecoosultis improbatam; & idcirco Senatum eam esse secutum; quia potissimùm in ea incidissent tempora, ut propter frequentiores tanti sceleris suspiciones, & ad terrorem exemplo aliquo opus esse videretur; cùm fecissent sibi licitum ex dispositione tex. in l. aut

facta

facta,16.§.nonnunquam,ff.de pæn., maleficiorum læsæ Majestatis supplicia exacerbare, vt præberetur funestissimum exemplum multis personis temere ad tale crimen patrandum tendere audentibus, & cum *Fabro* convenit *Reg.Reverter. decis.43.num.1.lib.1.* & ibi *Reg.de Marin. mem. Fabri cit.loc.*quiquidem *Anton.Faber* idem confirmat *in eod.Cod. tit.de quæstion. definit.* 7. etsi contra sentiat *Iul.Clar.cit. qu.*81. *num.* 8. *& in add.num.*4. Hinc in delictis quoque exceptuatis socium criminis non sufficere ad torturam, repetit *Consil.Gramm.dec.*28. *num.*14. *&* 15.*& dec.*56.*num.*2. etiam si plures essent, *Andr. in consil.si damna*,& alii apud *Ricc.collectan.* 3561. *vers.quod si plures, Mascard. conclus.* 1317. *Conciol.*verbo,*mandatum,resol.*11.*Reg. Capyc. Latro dec.*132.*num.*13.*D.Maioran.in opoprax. crimin. cap.*8.*sub num.*106.conferuntque tradita à *Gizar.dec.*78.

Redolent & omnia hæc Inverisimilitudinem. Ni-
111 que ecquis erat Andreas, vt sibi tam facilem speraret aditum ad Galliæ legatum, ac tantam ab eo sibi polliceretur auri vim? Ecquis erat Dominicus Noveronus, vt eum idem Galliæ legatus acciperet obsidem? ac tandem non est verisimile, quod quando Andreas in hoc immanissimum ire scelus decrevisset, tam oscitanter vti voluisset, ad Regem prodendum, opera militis,qui Regi militat, & rem tam gravem, tam turpem,tam horrendam illi recenti amico palam facere, vt adamussim perpendit *Scipio Gentil.lib.2.de coniur. pag.* (mihi) 198. his verbis: *Neque enim consilia communicare potes cum quamquam alio, quàm,cum iis, qui, vel tibi sunt fideles, adeoque prompte pro te mortem obire* (& infeniùs) *nam insignem oportet eorum erga te amorem esse, ut timore periculi deterreantur.* Hic amor non potest subitò ortum ducere, sed opus est magna rerum experientia, idem *Gentilis* monet ibi; *Nunquam enim de illorum singulari amore erga te,certus esse potes, nisi per experientiam, eademque in hisce quidem rebus periculosissima est.* Atque adeo, cùm Inverisimilitudo imago sit falsitatis,*Bald.in l.1. nu. 3.C.de serv.fugitiv. Alex. cons.*27. *num.*4.*lib.*2. *Blanc.tit.de indic.num.*35. *Neviz. cons.*8. *num.* 68.*&* 69.*Catill.Cott.in memor.*verbo *verisimile*; nulla inverisimilibus habenda est fides à judice, *Grammat.cons.*45.*num.*8.*Anchar.cons.*57.incip. *ex ordine*,ex *tex.in cap quia verisimile, de præsumpt.l.*3.§.1.ibi:*Verisimilia,l.ab carmen,§.fin. ff. de testib.Tiraquell. in l.si unquam in præfat. num.*44.& dixi *in rit.*265.*num.*26.*hoc lib.*3.

Neque curandum quicquam est de opinione *Gom.*
112 ac *Peguer.in locis superiùs citatis*. Siquidem eorum opinionem de jure communi citra localem dispositionem non esse veram,optime fundat ibidem *Farinac.* qui ex *num.* 34. regulam nectit,quod dicta vnius; vel plurium sociorum contra nominatum per eos nullum ad quæstionem ei inferendam indicium faciunt; & quod hæc regula communiter est recepta,quando nulla alia adsunt adminicula; licèt subdat quod si tale indicium aliis fulciretur adminiculis, certum sit, quod viam sterneret ad torturam, vt late in pluribus locis ex innumeris DD.CC.ibi firmat *Farinac.* iuxta criminum distinctionem sub *num.* 9. opinionem *Ant. Gom.* & aliorum confutando, inquit, ipsos aperte loqui contra communem opinionem, de qua ipsemet *Gom.* cæterique DD. quos ipse laudat *in cit.num* 34.qui si indicium non oriri dicunt, eo magis negant insurgere probationem; & ex aliis Peritis ab ipso adductis *nu.*37.*&* 38. dum dixerunt, indicium ad torquendum oriri; ergo tacite, ad convincendum, & condemnandum negant; subiungens, non modò istam opinionem esse à veritate alienam, sed etiam irrationabilem; cùm absurdum sit, quempiam ex dictis infamium, & criminosorum convinci; & illam consuetudinem, quam in Cathalunia vigere dicit *Gomez*, localem esse dicit, neque aliò extendendam.

Igitur,cùm haud subsisteret fiscalis probatio, dicebam, quod, si nullum adhuc adesset indicium ad torturam,multò minùs instantia pro morte poterat sustineri; vt enim vendicet sibi locum
113 pœna hujus criminis ordinaria, requiruntur plenæ probationes: quia, cùm hoc crimen sit omni alio scelere immanius, atque adeo, cùm ejus labe adstrictis severissima supplicia parentur, bonorum confiscatio, mors naturalis, infamia etiam ad posteros transgressura, iisque præclusio aditus ad honores, ac dignitates, totiusque,pene dixerim,Reipublicæ nota; æquum est, vt plenissimas exigat probationes: cùm vbi periculum majus intenditur, ibi proculdubio sit plenius consulendum, vt ait *text.in cap. ubi periculum,3.de elect.in* 6. Quod si in huius flagitii odium jura testium infamium,atque inhabilium dicta, quæ in cæteris criminibus repellerentur, induxerunt; non inde inferendum est, quascunque levissimas licèt, probationes admittere: haec enim tantummodo vtuntur jura, tanquam mediis ad inquirendum, suspectos ad detrudendum in vincula; non quidem ad condemnandum, pœnamque ordinariam infligendam,ita *Farin.qu.*118.*num.*83. *Mascard. concl.* 855.*num.*9.*Gig.tit.quom.& per quos, qu.*3.7. *&* 24.*Clar.qu.*24.*num.*18.*Simanch. de haret. q.*31. *num.*10. *Decian. cap.*45. *num.*4. *lib.*7. *Martin. Schoockii Ultraiectinus de seditionib.seu discord. domestic.cap.*15.*vers.quinto quaeritur, pag.*602. *à t.* & est *text.in cap.per tuas,*32.*de Simon.* ibi: *Tales igitur contra tales taliter duximus admittendos, non secundùm rigorem juris, sed secundùm temperamentum æquitatis.*

Imò si in delicto læsæ Maiestatis Divinæ, quod gravius est crimine læsæ Majestatis humanæ, vt ait *tex.in cap.vergentis,*10.*de haret.*ibi:*cùm longe sit gravius æternam, quàm temporalem lædere Maiestatem*,& in *Auth.Gazaros,C.eod.* ita vt valeat consequentia à crimine læsæ Maiestatis humanæ ad crimen læsæ Maiestatis Divinæ,non autem è contra; nisi sit iure expressum, ut per *Gig.de crim.laes. Maiest.tit. de pluribus, & var. quaest.cap.*15.*ex num.*8.*Mascard.concl.*462.*nu.*2. debent esse probationes luce meridiana clariores nec satis sunt indicia, licèt vehementia, per *tex. in cap.accusatus,de haret.in* 6. & ita communiter receptum; ac errare contrarium sentientes; vel putantes,conjungi leves probationes, vt

sufficiant ad condemnandum pœna ordinaria, tradunt *Scacc.de indic.tom.1.q.59.num.6. vers. 4.& num.16.Farinac.qu.187. §.1. Simanch. de haref.tit.51. Zanchin.de haret. cap.13. num.34. Ludev.à Param.de origin.S.Inquisit.lib.3. qu 6. à num.*88.quod in qualibet causa criminali extendunt *Iaf.in l.admonendi,de jur.jur.Clar.§.fin, qu.67.in fin.de Franch.decis.539.num.16.Larr. alleg.fiscal.c.6.nu.67.* Multò minùs debent satis esse indicia vehementia,vel conjungi ad pœnam ordinariam in crimine læsæ Maiestatis humanæ, *Bart.in etravag.ad reprimendum,vers.summarie à num.7.usque ad* 14.*Gig.tit.quom.& per quos, qu.29.num.*14.vbi ait temperandam esse sententiam, quando fertur ex indiciis,*Farinac.q* 118. *§.4.num.23.* ducto argumento à majoritate rationis.

Et si in cæteris atrocibus non minùs, quàm difficillimæ probationis delicta, in quibus leves probationes admittuntur, nunquam eò eveniuntur indicia, ac suspiciones; ut per eas ordinaria pœna incutiatur, putà in crimine falsi,in quo suspiciones dicuntur pro veritate haberi; nunquam tamen,nisi forent præsumptiones violentissimæ,atque indubitatæ,pœnam ordinariam minantur, *Farin.qu.*152.*num.*26.*& per tot.*neque in delictis carnis. *Farinac. de delict. carn. qu.*136.*à num.*21.*& de indic. & tortur. qu.*36. *num.*124.neque in crimine veneni, *Faller. in prax.*verbo *quod suffocavit uxorem, num.* 24. *Farin.qu.*122.*par.*4.Consequenter,& in delicto læsæ Maiestatis, neque indicia, neque præsumptiones, nisi ea fuerint indubitata, pœnam poterunt ordinariam minitari, de quibus indiciis nonnulla dicemus inferiùs.

Unde nequaquam debet iudex, quasi titulo tantùm Inquisitionis inhærere, vt vel ex eo infligat pœnas in Majestatis venerationem; sed intime perquirendam veritatem,ait *Modestinus in l.famosi,7.ff ad l.Iul.Maiest.*ibi: *Hoc tamen crimen à Judicibus non in occasione ob Principalis Majestatis venerationem habendum est; sed in veritate rei.*

Veritas autem hæc non gignitur ab indiciis, aut coniecturis,quæ de sui natura sunt obscura, vt ait *Bald.in l.cives,in princ.C.de appellat.*ibi: *Vbi coniectura,ibi veritas non est per se nota.* & in *l.fin.C.de testib.num.*10.cùm tam difficilis sit probari, vt dubitent iura,an simplex,& nitida sit, ea etiam, quæ eruitur ex confessione in tortura. Hinc est, quod moneant iura iudicem, vt studiose observet quemlibet motum illius, qui vt veritatem exprimat,torquetur,vt *in l.de minore, ff.de quastion.* ibi: *Plurimumque in veritate excutienda, etiam vox ipsa, & cognitoris subtilis diligentia affert: nam ex sermone, & ex eo, qua quis constantia, qua trepidatione quid diceret, vel cuius astimationis est,qua ad illuminandam veritatem in lucem emergunt,* & dicam infra.

Confirmat, quod non quæcumque indicia ad convincendum læsæ Majestatis reum,sufficiant, *tex. in l.si quis alicui,3.C.ad l.Iul.Majest.*vbi *Constantinus Augustus* ait, quod, si quis alicui Maiestatis crimen intenderit, teneatur probare manifestis indiciis,ibi: *si aliis manifestis indiciis accusationem suam non potuerit comprobare.* Manifesta autem indicia sunt ea, quæ sunt indubitata, *Bald.in l.fur manifestus,ff. de furt. & in l.cives, C. de appellation.* ibi: *Manifestum debet probari per actus apertos, & indubitatos: non per coniecturas.* Et illud dici manifestum, quod nullam recipit interpetrationem, ait *Mascard. concl.*1013.*nu.*15.*ex Decian. Rimin. & Cephal.* explicatque manifestum manifestissimè *text. in cap.olim,de verbor.signific.*ibi: *Nos rescribimus intelligere manifestam, qua vel per confessionem, vel per probationem legitime nota fuerit, aut evidentia rei, qua nulla possit tergiversatione celari.*

Et tandem dicebam, absurdum quoque esse in
114 hoc crimine plura concurrere specialia, ex *Gig.cit.tract.lib.*2.*rub.quom.& per quos crimen lasa Maiest.prob.num.*10.& *Consil.Campan.quast, unic.num.*41.*de forindic.*& fiscum, admodùm exclamanti repetebam,quod deposita omninò fiscali felle, & acerbitate, id tantum peteret, quod judicare mallet *Cassiodor. lib.* 1. *var. epist.* 28.

Itaque non semel, aut iterum discussa causa domi
115 Domini Præsidis S. C. postabita ratione instantiæ fiscalis, fuit dictum, die quarta Octobris 1677.*Torqueatur acriter, etiam cum funiculis, citra prajudicium probatorum.*Verùm Andreas vix revinctus manibus post terga à Lictore, palàm confessus est à principio simpliciter tractatum prædictum, prout revelavit Dominicus; quamvis de intentione interrogatus postea dixerit, quod in vero, & effectivo tractatu per Dominicum proposito, nec ipse, nec miles consentierunt; sed tantummodò pro decipiendo tantum hostem ad pecuniam habendam: & cùm videretur aliquo modo varius, vel quod voluisset se excusare, & iterum torturæ exponi mandaretur, confirmavit,quod priùs simpliciter dixerat.

Libet hic exclamare: O admirandam Dei Omni-
116 potentis custodiam super Reges, ac Regna! Quis te dignis extollat laudibus? Quis tibi condigna possit congerere præconia? Quo laudum genere referemus grates? Quam citò perditissimos hic confessus est crimen, vix conspecto torturæ loco! Hinc iustè, pièque colligimus, quàm velit Deus huiusmodi crimen puniri.

Institit denuò Fiscus pro morte Andreæ, vti
117 confessi; At ipse negabam, dicens,nec quidem esse locum eius instantiæ: Nam, quamvis ex generali consuetudine in punitione scelerum nunquam puniatur affectus, nisi sequatur effectus, *Clar.§.fin.qu.*92.*Schenck. de feud. lib.*1. *tit.* 5.*& lib.*2.*tit.*24.*Petr de Ravenna.lib.*2.*de feud. tit.*53.*Menoch.de arbitrar.qu.*2. *cent.*4. *& cons.* 360.*Guttier.qq.pract.q.*7.*lib.*3. *Guazzin. ad defens.reor.defens.*33.*cap.*24. *num.* 5. vt scripsi *in rit.*270.*num.*35.extatque *Glos.in l. Fulcinius, §.quid si latitantem,ff. quib. ex caus.in poss. eat.* vbi *Glos.* quærit quomodo probetur animus, quem difficilis probationis esse, scripsit *Isern.in §.porro, num.*22 *qua sit prima caus.benef. amit.* & quamvis ex exterioribus ille judicetur; tamen ficta est probatio, ad pœnam criminalem impo-

imponendam minime sufficiens, ad tradita per *Maſ. conſ. crim.96.* risum proinde movit Judex quidam multare iotendens juris peritum eo prætextu, quod animum habebat divertendi inquisitionem adversus baronem de homicidio: cogitationis enim pœnam nemo meretur, *l.cogitationis, de pœn.c.cogitationis, 6.eod.tit. diſtin.1. Mich.Vl.de regim.mundi, 4.qu. princ. num.12. p.1.ex Bar.in tract. de Tyrann.* dicente, de hoc non pertioere ad iuristam; Non inficior tamen, quod peculiariter *Arcadius, & Honorius Augusti* jusserint *in l.quiſquis, C.ad l. Iul.Maieſtat.* puoiendam voluotatem hujus sceleris eadem severitate, qua effectum puniri enixe voluerunt; Vt enim prorsus tam impiissimum nefas eliminetur, nec parcendum quidem illi, qui duntaxat cogitavit de hoc crimine, expresse *cit. tex.* verba lanciunt ibi: *eadem enim ſeveritate voluntatem ſceleris, quàm effectum puniri jura voluerunt*, & *in §.emancipationis*, ibi: *qua primùm memorati de ineunda factione, ac ſocietate cogitaverint, l.Majeſtatis, 6.C.eod.tit.ad l.Jul. Maieſt.* ibi: *nam ex eo tempore, quo hanc cogitationem ſubiit, propter cogitationem dignus eſt pœna*, prout speciale est in cogitante, aliquem ab Ecclesia extrahere, *l.præſenti, C. de his, qui ad Eccleſ.confuger.* ibi: *aut nuda ſaltim cogitatione;* Attamen oemo unquam dixit, voluotatem ibi intelligi de nuda voluntate; sed de ea, quæ ad aliquem actum extrinseeum devenit, ut declarat ibi *Gloſ.* in verbo *eadem*, & *in l.præſenti, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* vel quod deveoerit ad aliquem actum, ordinatum ad ipsum factum, vt ait *Bald.in l.non eo minus, C.de accuſat.* & *in cap. 1.de probib.alien.per Frideric.* & *Farinac.* extricans præfatos duos speciales casus, *de carcer.& carcer qu.28.num.3.& in tit.de crim.laſ.Majeſt. qu.116.num.151.* in *eodem tit. qu.13. inſpect.8. nu.251.* nectit, desiderantem Principis mortem, vel statum mutationem haud in hoc crimen incidere, ex *Baiard.ad Clar.& Bertaz.ibi laudatis*, quod in crimioe læsæ Majestatis Divinæ admittit quoque, post alios, *Ia.Roias*, plura optima optime tradens *de haret.cap.1.ex num.33.* Actū hunc autem extrinsecum pesitivum esse debere, dicit *Reg.de Ponte conſ.90.ex num.27.* proximumque maleficio, tuetur *Gayll. de pac. publ. cap.14.à num.6. Ant.Fab.defenſ.2.C.de pœn.* in his verbis: *Quod plerique actitant in atrocibus delictis affectum puniri, etiam quod effectus non ſequatur: ita verum eſt, ſi delinquens ad actum proximum, & ut aiunt, immediatum deveniſſe proponatur; alioquin arbitrio judicis ſtatuenda pœna relinquitur*, clarius explicat *Foller. in prax.tit.commiſit crimen laſ.Majeſt. ãn. 89.* dicens *actum extrinſecum eum eſſe, ex quo appareat, reum feciſſe, quidquid potuit, ut è ſententia ſuccederet machinatio; ſecus ſi in verbalibus inſidiis reſtiterit, Conſ.Capyc.dec.155.n.16. & 21.* cuius dictum exornat *Carrer.in prax. tit. de homicid.cap.2.incip.Homicidii autem, nu.44. fol.104.in impreſſione Lugdunenſi. Clar. in § fin. qu.92.in fin.* Concinit *l.7. partit. Hiſpan. tit.2. lib.1.* ibi: *E la mayor è la que mal fuertemente deve ſer eſcarmentata eſſi ſe trabaja algun ome de muerte de ſu Rey, ò de faʒerle perder en vida la honra de ſu dignidad, trabajandoſe con enemiga, que ſea otro Rey*, quæ semper loquitur de verbo *trabajar*, quod magis, magisque elaborare, ac desudare significat, faciendo quantum in se est, vt suis optatis respondeat exitus; cui adhæret *Tacit.lib.1.Annal.prope fin.* ibi: *Si quis proditione exercitum, aut plebem ſeditionibus, denique mala geſta Reip.Majeſtatem Populi Romani minuiſſet, facta arguebantur, dicta impunè erant;* sequitur *Azeved.lib.8.tit.18. ex num.46.Valenz.conſ.162.à num.96.tom.2.*

Hoc ipsum asserere voluit *Grammat.in deciſ. 74. num.12.& conſ. crim.36. num.16.* dum nititur probare, quod illud, quod circumfertur; nimi-
118 rùm ex generali consuetudine puniri affectum, etiam si non sequatur effectus in criminibus quibusdam atrocioribus: intelligi debet, quod crimen illud atrox plecti debet eadem lege, at non eadem pœna, ad hoc citat *Andr. Iſern.in cap.1.§ ſi voluerit, num.7 de capit. qui cur.vendid.* vbi ait, quod si qui conveniant ad hostes pergere, ac ita statuant, imò & ad actum eundi processerint, si tamen non pervenerint ad hostes, oon puniuntur pœna mortis ita, ac si pervenissent, *Andræam* laudat *D.Reg.de Marin.ad Revert.* post alios, *dec. 43. ſub num. 2.* & ante ipsum *Caſar. Urſill.ad Afflict. deciſ. 11. num. 6. qui Cur. vendid.* aientem: quod profugiens ad hostes, si fuerit interceptus in itinere, non multetur huius criminis pœna, sed pes ei amputetur, ex *text.in l ſi fugitivi* ibi: *amputato pede, de ſerv.fugit.*

Et conferunt quæ tradit *Tiber. Decian.tract.crim. lib.7.cap.35. num. 10.* dicens, *quod hodiè, nequidem in atrociſſimis flagitiis ex communi conſuetudine punitur pœna ordinaria conatus, non ſecuto effectu, ſed alia mitiori*, ut loquitur *tex.in l.1 ff. de extraord. crimin.* ibi: *etſi effectu ſceleris potiri non poſſunt, propter voluntatem tamen pernicioſæ libidinis extra ordinem puniuntur*, *Bald.in l.1 C.de ſerv.fugitivis, Grammat.conſ.36 Nigr.in cap frequens* & in tentata seditione, ex qua maleficium non fuerit secutum, non esse locum pœnæ ordinariæ, scripsit *Luc.de Penn.in l.fin.num.33.verſ.tamen, ſi aliquis moveret ſeditionem, C.de publ.latit.lib.12.* cujus verba exscripsit *Capyc.cit.deciſ.130.num. 4.* confirmat *Carrer.in cit.prax.in repet.l.2.Cod. quor.appell.non recip.in 19. caſu, num.12.verſ. item præmiſſa intellige, pag.32.* Et usu, præsertim in crimine læsæ Majestatis, receptum à Serenissima domo Austriaca, quæ maxima semper clementia enituit, in multis casibus; præcipue io causa Equitis, qui cum confessus fuisset, se iniisse consilium cum Gallorum Rege, suam ei operam esse pollicitum, iodeque exquisivisse, & arma, & equos, quò ei invasuro hoc Regnum opem ferret, attamen ægritudine præpeditum rem non peregisse; fuit tantum damnatus extraordinaria pœna perpetui carceris in anno 1558. ut per *Reg.de Pont. conſ.90 à num.27.ad num.38.*, & *Reg.Capyc.Latra conſul. 6.à num 86.* in anno 1528. Comes de Morcone, cum fuisset declaratum per sententiam ipsum incidisse in crimen læsæ Majestatis, feudis licèt Fisco devolutis spoliatus, pœna hac

multatus fuit, quod perpetuò vitam degeret in quodam Castro. Et cum aliis usus est Rex invictissimus noster hac clementia, quos longa mora esset, referre,

Mitior autem est hujus *Andrææ* casus: nullum enim intercesserat cum hoste colloquium: nullus armorum, equorum nullus adfuit appara-
119 tus: nulla denique populi concitatio; Imò & nulla quidem voluntas, ut hostis hoc regnum invaderet. Hoc unum erat in ejus votis hoc unum duntaxat tentabat infelix: nempe, ut aliquam pecuniæ quantitatem lucraretur; hostemque deciperet, illuderetque prorsùs, relicto ibi obside quodam homine, de cujus vel vita, vel nece minimùm curabat; non totius populi excidium perduellione, sed privatum commodum condonabili dolo, enixe agitabat. Tantùm aberat Andræas à studio, quod Gallorum Rex rerum huius Neapolitani Regni potiretur, ut potius per astum eam quam posset, pecuniæ quantitatem ex ejus manibus surripere tentaret, omnes opes non posset; quo fortunis exutus, in quibus copiarum commeatus, militum arma, bellique tota vis consistit, nostro Invictissimo Regi Carolo II. prout Augusto Carolo V. Hispaniarum Regi Franciscus I. Galliæ Rex cessit, Aloysius ejus successor cederet devictus: Cessante enim dolo contra Principem, dispositio *mem. l. quisquis* cessat, de qua videndi *Robert. 2. sent. c. 22. Roland. cons. 95 ex num. 15. vol. 1.* conferunt iura *in l. 1.* necnon in *l. 3. 4. & 5. ff. eod.* ubi pluries id repetitum est, & docuit etiam *Andræas in constit. terminum vitæ, & in cap. 1. §. item si fidelis, quib. mod. feud. amitt. Reg. Tappia in cap. Regn. nuper apud Tranum, num. 29. tit. de crim. læsæ maiest. lib. 5. juris Regni, Gramat. cons. 21. & Farinac. q. 116. §. 4. num. 18.* notans, quod semper dolus malus requiritur ad pœnam mortis, & debet esse verus & non præsumptus, nec lata culpa sufficit, & quod quilibet titulus coloratus excusat, ac idem repetit, & tuetur *q. 123. num. 21. 35. ac seqq. & q. 117. ex num. 10. ad 20: Bertazol. cons. 47.* & tradit *D. Præs. Merlin. lib. 1. cap. 66. num. 19.* Propositum enim, & intentio distinguunt maleficia, *l. qui Reip. ff. de injur. l. qui injuriæ, in prin. ff. de furtis.* Et licèt tractatus ille cum hostibus, ex quacumque caula non sit licitus absque Principis licentia, *Upellius de tregua, & pace, quæst. 37. num. 3.* & profugium ad eos semper prohibitum sit, etiam si è carcere quis effugiat, ut fundat *Petrin. Belli de re milit. tit. unica, num. 25.* & hostes decipere, vel cum eis tractare, ad eos decipiendum privato non liceat, nisi pro patria, vel Rege id faciat, utpote, si pro explorandis viribus ad eos se transferat, vel quid aliud moliatur, dummodo non rumpatur fides, juxta *text. in cap. Dominus, 3. q. 2. Martin. Laudensis de bello, q. 44. & Petrin. Belli loc. cit. num. 47.* Attamen non erit crimen, quod morte omninò, & indiscriminatim, alijs circumstantiis non concurrentibus, plectendum sit: Et concinunt tradita ab *Aym. cons. 6.* quem insequitur *Ursill. ad Afff. decis. 21. num. 8.* quin propterea *Angel.* (si vera dicit) autumat *in l. 2. C. de seditios.* multam contra seditiosos gravissimam indictam *in l. 1. C. ead. tit.* tunc demum procedere, quando principaliter seditio spectat ad Reipublicæ detrimentum; non verò si per accidens tumultus aliquis excitatus si in Civitate, *l. 21. §. 1. ff. de pæn.* & non videntur dissentire *Boer. in tract. de seditios. §. 7. num 52. Martin. Schoocki. de seditian. seu discord. domest. cap. 12. pag. 563. Cons. Fab. de Anna cons. 67. num. 18. lib. 1.* qua de re *Randen. de analog. cap. 32. num. 3. Roland. cons. 40. vol. 1. & cons. 1. vol. 3. Menoch. cons. 99. lib. 1. Hieron. Fernandes de Otera qu. 1. num. 3. in par. 3. disput.* idem *Boer. decis. 178. num. 18.* excitans quæstionem, an mercatores unius Regni valeant ad aliud Regis hostis Regnum, in quo bellum geritur, merces extrahere, dummodo se actionibus bellicis non immisceant? quidve si reperiantur in itinere, & non dum pervenerant ad locum hostium? alteramque; decisionem succinctiùs ad hoc compilavit *Joachim Burgers Lipsiensis singul. observat. cent. 4. observ. 84.*

Regia tamen Juncta, re pleniùs trutinata, eum capitis damnavit sub die 9. Octobris 1677. suffragia Spectabilib. D.D. Præside S. C. D. Felice Ulloa, Reg. D. Stephano Carrillo, Ill. Duce Diani Ill. Marchione Latertiæ, & Ill. Consil. Comite Legardi Commissario, penes Julium Valente, in publicoque demum Foro fuit suspensus.

Consideravit fortasse Regia Juncta qualitatem Audrææ, qui erat pessimis moribus imbutus,
120 scelerumque machinator; ex quibus erat inquisitus per plures processus in M. C. Vicariæ, illiusque confessio fuit pro integro, atque effectivo tractatu proditionis. Ejus tantum detestabilem audentiam, ut suaserit ad tantum flagitium obeundum, vel militem, & quia consensum miles non præbuit, addidit temperamentum truffæ Militum enim integerrima opera indigemus, quibus arces trâduntur custodiendæ; Hinc optimè *Baiard. ad Clar. in §. læsa maiestatis, pag. 64. à terg. ex num. 36.* quadraginta quinque modos congerens, quibus probetur, magnum hoc facinus fuisse patratum, quos mutuos habuit ab *Affl. in tit. quæ sint regal.* verbo *bona committentium crimen læsæ maiestatis, à num 36. & à Baiard. Reg. de Marin ad Revert. decis. 67. num. 1. vers. decima committitur*, ait, quod si quis sollicitaverit, vel concitaverit milites, ut debellentur contra Regem, in crimen læsæ majestatis incurrat, ex *l. 1.* ibi: *quive milites, C. si quis Imp. maledix.* Maxime quod per Andræam non steterit; imo & devenit ad actum conscendens cybam, & ex *Anchar. cons. 439.* observat *Reg. Revert. decis. 67. num. 2. lib. 1.* solam voluntatem sufficere, per aliquem actum declaratam, affert *text. in l. 4. §. it, qui volens, juncta glos. ff. de re milit.* in quo est casus, quod volens ad hostem transfugere, si apprehensus fuerit, capite puniatur, & ibi *Glos.* verbo *volens* notat: *idest non perfugit, sed ad actum aliquem processit.* Conferuntque exarata à *Gaspar. Thesaur. quæst. forens. 25. lib. 2.* qui exornans *text. in cit. l. cogitationis*, binas constituit regulas: primam de cogitatione, alteram de affectu, quas inter se diversas ponit, quia cogitatio pœnitentiam admit-

tit,

tit, effectus vero, qui operationem habuit pœnitentiæ est incapax: multa ad hoc observans in variis criminibus potissimùm sententia meminit illius Senatus, morti tradentis scelestum, qui pestem in Civitatem immittere cogitaverat, præparando unguenda, & socios, quique non in puris cogitationis terminis remansit, nec à crimine destitit pœnitentia ductus; *Rota decis.lituan.* 3. *num.*60. loquens de veneno propinato, quo nemo perijt, *Portugal.de donat.reg.par.*2.*lib.*2.*cap.*25.*num* 77.

Andr. Iserm. verò ad illud effatum dicendum *in cit.cap.*1.*§.si voluerit*. pluribus adducitur iuribus, *textu*, nempe, *in l.*3. *C. de servis fugitivis*, *in l.si quis aliquid*, *ff.de pœnis*, *in leg qui falsam monetam*, *ff. de falsis*, in quibus hoc omnino minime probatur.

Dicit enim *textus*, *in cit.l.*3. quod servi fulgitivi ad hostes transeuntes, si in itinere deprehendantur; aut pede amputato deliberentur, aut metallo dentur; & *Glossa* subdit, *secus si ad hostes jam pervenerint*, ex *leg si quis aliquid*, *la secunda*, §. 1. *ff. de pœnis*; ubi irrogatur pœna mortis, & *auth.*sequens *ad l.*3.loco pedis, manus amputationem ponit, sed ad *dict. leg.*3. respondeti potest, quod aliud est, servos ad hostes, fugere, ut servitutem evadant, aliud ad hostes ad tractandum de proditione, & status perturbatione, committendo crimen læsæ maiestatis, de quo agitur.

Textus verò *in leg. qui falsam*, *ff. de falsis*, hoc tantùm dicit, quod qui falsam monetam percusserint, si totum formare noluerunt, suffragio iustæ pœnitentiæ absolvuntur, ubi *Glossa* dicit; *formare*, hoc est perficere, ex quo apparet, quod in hoc casu aderat pœnitentia, & actus retractatio (at in hoc themate in itinere fuerunt carcerati, in eadem voluntate perseverantes non autem penitentia ducti recesserunt. (Sed in delicto læsæ majestatis punitur voluntas, quæ venit ad actum sine opere perfecto.

Atque ex his omnibus deducitur, quod voluntas sola delinquendi non sufficit ad pœnam ordinariam infligendam, si ad actum non perveniat, sed bene sufficit tractatui sine opere perfecto in crimine læsæ Majestatis, ex *cit. l. quisquis*, *cap si quis cum militibus*, 16. *q.* 2. *cap.verum*, *quæst.*1.*Clement. pastoralis*, verbo *tractaverit*, *de re judic.cit.cap.*1. *§.si voluerit*, ac *Clarus loca cit.num.*15.testatur generali consuetudine receptum quod, quamvis generaliter affectus absque effectu non puniatur, tamen in delicto læsæ majestatis tantùm punitur affectus: si fuit perventum ad actum proximum, & *addentes* ad *Clarum ibidem in* 8. *speciali*, etiam voluerunt *num* 26. quod qui dixisset, velle committere crimen læsæ maiestatis & juratus fuerit, ac nihil aliud fecerit, non puniatur ille affectus; secus si cum alio dixisset, & citant *Afflictum in constit. asperitatem num.* 2. *fol.* 48. *ac Carerium in pract.* §. *homicidii*, *num.* 15. quod si cum alijs dixisset, & facta fuisset conspiratio, puniretur pœna ordinaria, nisi tractatus remansisset in nuda voluntate, verbis tantùm expressa, non facto.

Vnde *Angelus in l.*1. *ff. ad leg. Iul.Maiest.* dicebat, quod ex solo consilio, & tractatu de occidendo Potestatem Bononiæ,ac auferendi Castrum, dicitur, fuisse commissum crimen læsæ majestatis, vt habeat locum pœna mortis: quia non solùm propter actum auferendi Castrum; sed etiam propter ordinationem,& deliberationem, quæ facit actum, & committitur ex eo crimen læsæ maiestatis, vt habeat locum pœna capitis, quod etiam voluit *in leg.*1.*§.hac autem verba*, *circa finem*, *ff. quod quisque iuris*, quem ibi sequitur *Iason*: in finalibus *verbis*, vbi notabiliter inquit, quod, licèt per generalem consuetudinem mundi conatus non puniatur eo modo, prout punitur, quando factum est consummatum; id tamen non procedit in crimine læsæ maiestatis, & patriæ oppugnatione, in quibus non attenditur eventus, sed sufficit simplex conatus, nè sero pareatur vindicta, vt ait idem *Angel.in l.*1.*§.vult.ff.quod quisq.iur.* quē sequitur *Tiraq.tract. de pœn. leg.caus.*78. *n.*10. *Portugal.de donat.reg. par.*2.*lib.*1.*cap* 25.*nu.*78. innuitque *Cic.in oration.pro Milon.*dum ait: *Nisi quia res perfecta non fuit: quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicentur; minus dicendum fuit, re non perfecta, sed tamen puniendum certè*;quem locum in..ucens *Alex.ab Alex.lib.*2.*dier.Genial.* subdit:*pœna ordinaria*. Loquebatur enim *Cic.*contra Clodium,qui ausus fuerat, sicarijs quibusdam stipatus, Pompeium interficere, à quo totius Romanæ Rei, publicæ pendebat salus, ac ex *Rota Avenionensi decis.*92.*aliis*, atque advertit *R. Capyc. Latr. cit. consult.* 6. *ex num.* 117. licèt malè in eius sententia *Andr.loc.cit.* adduxerit, necnon integerrimus, & omni laude dignissimus D. Raphael de Villosa, Regiæ Cameræ in hoc Regno Locumtenens,ac Regens in supremo Aragonensi Consilio meritissimus in suo erudito *tract.de servo.fugitivis*, *cap.*8. *num.*22. qui notans semper reijciendum iudicium illud *Francisci I.* apud *Latr.cit.decis.*66.*num.*18.post *Petr.de Gregor.de Rep.lib.*56.*cap.*7. *num.*8. lepide materiam tractat, si solus animus, sive cogitatio, vel conatus punibilis sit pœna ordinaria in delictis;& præsertim læsæ majestatis,& agnoscit,quod in hoc solus conatus punibilis sit pœna ordinaria in delictis; & præsertim læsæ majestatis, & agnoscit, quod in hoc solus conatus, quod aliquid amplius est, quàm nuda voluntas, plectatur pœna ordinaria: nam & idem *textus in l. quisquis*, non solam voluntatem,& cogitationem requirit, sed factionem, ac quod vlteriùs progressum fuerit ad insidias, vt *Andreas* advertit necnō *Corradus Brunus in tract. de seditios.capit.*1.*par.*1. *quæst.*13. vbi explicat, quid sit factio, & observare etiam licet in *mem. cap.*1.*§ si voluerit*, *de cap.qui cur.vendid.ibi:laboravit offendere*, ac ita etiām per multos euneludit *Menochius de arbitrar.cas.*360.*ex nu.* 24. vbi dicit, solam voluntatem, & cogitationem non sufficere, nisi ad actum extrinsecum deducta sit; sed benè hanc puniri pœna ordinaria,ac si effectus fuisset sequutus, & allegat, præ cæteris, *Covarrupiam*, ita sentientem *in Clement. si furiosus*, *initio p.*2. *num.*7. *de homicid.* alios

lau:

laudat *de Luca ad Praf.de Franch.decis.*440,

Ex quibus omnibus dubia satis, & anceps videtur doctrina *Andr.de Isern.*& fortius stringit *Gram, indic.decis.*74.vbi de falsificatione monetæ non dum impressæ agit, non quia pœnituit delinquentem imprimere, ad *text.in l.qui falsam*,sed quia die sequenti imprimere debebat, & carceratione præventus fuit, & crimen monetæ non ambigitur, *l.Julia Majestatis* comprehendi, vt dicemus infrà,*n.*139.

Sed quicquid autumet *Thom.Grammat:mem.dec.*74. quod conatus non sufficiat ad pœnam ordinariam,non obstante,quod intervenerit actus ille proximus in fabricando monetam, non dum tamen impressam, sed quam imprimere debebat die sequenti; iam apparet in calce ipsius, contra eius votum fuisse iudicatum, & pronunciatam sententiam mortis:nam non pœnitentia ductus non perfecerat; sed quia mancipatione præventus & *Praf. de Franch. decis.* 446. qui iudicavit pro triremibus in fabricante monetam, quam non dum ad perfectionem deduxerat, loquutus est in moneta alterius Principis;ita declarāt *Gram.*distinguendo inter actū non dum perfecte consummatum pœnitentia delinquentis,ex qua non perfecit,& inter actum non perfecte consummatum ex impedimento aliquo, ex quo non potuit perficere; *Tiberius Baiardus ad Clarum*, & alii apud *Farinac. tit. de crim.L,M q.*115.*inspect.*1.*ex num.*92. *Portugal.loco cit.num* 76.*de Luc. mem. loco*, & ante ipsum *D.Reg.Carol.Tapia in constitut. adulterinam, num.*8.*tit.de fals.moneta, lib.*5.*iuris Regni*, vbi refert Collateralis Consilij scitum,quo pœna ordinaria fuere condemnati in itinere capti, dum ibant ad quandam gryptam ad cudendam. & perficiendam monetam, quam fort mare ceperant, sed socius non confessus, carceri per decennium damnatus fuit in Castro Civitatis Aquilæ:

Et erant demum, vt diximus tempora Messanensis defectionis, in quibus aliquando licet, sequi duriores II. CC. sententias, a gravissimis improbatas alijs temporibus;inconditè potest procedi, & non ordo meritò ordo nuncupatur,ad, *text.in l.si unis filio exheredato,quid tamen d.§.*9.*ff. de ininst.rup l.*1.*C. de prec. Imp. offer.* per quæ jura ita docuere *Hyppol. de Mars. in l. de vnoquoque, num* 101.*ff de re jud.in l. unius facinoris,§. cogniturum,num.*78.*ff. de quæst.& in pract.crim.§.diligenter, num.*159. *Par.de Put.de syndic.*verbo *inquisitio,vers. dicit,num.*12.*pag.* (mihi) 438. *in* verbo *condemnatio,vers. an potestas, num.*12. *pag.*285. *Gramm. cons. crimin.* 40. *num.*2.*Virgil.Pinzinger.quæst.saxon.*18. *nu.* 25. *Marquar.Freher.tract.de Fam.& infam. lib.* 3. *cap.*3. *num.*8.*vers. primò itaque generaliter*, *Middendorp.Comment. ad Quæst. Ptolomei Philadelphi, qu.*4.*pag.*(mihi) 36.*vers.atrocitas criminis*; *Gylman.tom.*2. *Sympho. par.*1.*vot.*6. *nu.*54. *Azebed.cons.*28.*num.*59.*Flamin.Paris.de Confid. benefic.qu.*66. *num.*16. *Cavalcan. de Bruch. Reg. par.*2.*num.*303. quamvis non esse generaliter verum in hoc judicio recedi posse à regulis juris autumet *Anton Matthæi de crimin lib.*48. *tit.*2. *de læs.majestat.cap.*4. *num.*2. Et in quibus metus erat incutiendus bonis, perditorum interitu, & omnis pœna non tam ad delictum pertinet,quàm ad exemplum, *Quintil.de clam.*274. *Div.Ciprian.*propterea *sermon.*5.*de lapsis*,clamat *plectuntur quidem,quò cæteri corrigantur, exemplo sunt omnium tormenta paucorum*, ad *tex.in l.capitalium,§ famosi, ff. de pœn.Farin.de delict.& pœn.* verbo *delictorum frequentia.*

Cùmque læsæ majestatis crimini æquiparetur illud
121 immaue assassinii, *Bar. in l.non solùm, §. si mandato ff.de iniur.Gramm.vot. crim.*9.*nu.*11.
*Guazz.ad defens.reor.defens.*33.*cap.*24. *num.*12.
necnon quæstio mox supra excitata, an scilicet sociis criminis integra, plenaque sit habenda fides in exceptuatis criminibus, vt possit pœna Reus multari ordinaria, ad libellam audacter fuerit revocata in Regia Juncta jussu S. M. selecta,de qua meminimus in *tit.*269.*nu.*50.*hoc* 3.*lib.*factumque enarrantes contra Franciscum Corrado R. C. Rationalem inquisitum de homicidio, mediante assassinio, in Franciscum Elephante, libet discussa in illa hòc loci differere. Institit itaque Dom. fisci Patronus nedum Sebastianum de Stephano, & Carolum
122 Casciale Sicarios mandatarios de medio tolli germanico more, sed & Francisci Corrado mandantis caput obtruncari.

Nec id injuria sese poscere ostendebat; Enimvero mandatarii ex ore suo judicati, ac multari non immeritò poterant, quippe qui ipsum scelus apertè confessi erant, *l.* 1. *ff. & C.de confessis*. *Giurba cons.*16.*num.*1.*Purpuratus Tusc. lit. D. concl,*171.*ex num.*3.*Macerat.lib.*3.*resol.*44. *sub num.*4.*Borrell.in summ.dec.tit.*3.*num.*10.*par.*2. aliique apud *Mari ad Gramm. dec.* 48. *num.*7. *Prat.respons.crim.*6.*num.*21.

Quoad Franciscum autem mandantem spectaret; asserebat,se probationibus validissimis non destitutum, tum agi de assassinii delicto, usque
123 adeo immani, ac execrando, vt jure meritò inter atrocissima recenseatur,*Roger.cons.*21.*n.*28. *Marc.Aut.Eugen.cons.*21.*n.*10.*lib.*1.*Rimin. iun. cos.*685.*lib.*6.*Pacirol.cos.*115.*n.*8.*Carol.deGrass. de effect.cleric.effect.*1.*n.*669.*Tusc lit.A. conclus.* 550.*num.*1.*&* 2. *Farinac. de homicid. qu.* 122. *insp.*1.*num.*6.*Decian.tract.crim.lib.*9.*cap.*30. *ex num* 4.Quocirca assassinus est perpetuò fide, ac societate humana expulsus, tanquam Christianæ Religionis hostis apud omnem populum Christi fidelem, & in quem lex aperte bellum constituit, vti statuitur in *c.pro humani, de homicid.in* 6.ex quo *capite* velut fonte dimanavit quidquid lex civilis vniversim hac in re ad hujusmodi facinus spectans, decernit; Quamvis in *laudato cap pro humani* nusquam decernatur pœna capitis, à canonicis legibus ignorata; nihilominus, cùm satis, superque declaret grassatorem indignum, qui humano consortio vtatur; Inde fit, vt impunè à quolibet interfici possit; etenim, ne inter ferissima quidem belluarum monstra reperias, quod altera ejusdem speciei individuo vitam adimere ausit, vt meritò proclamaret Poeta ille non ignobilis

. . . . *Parcit*

Cognatis masculis similis fera: quando Leoni

For-

Fortior eripuit vitam Leo? quo numero unquam
Expiravit Aper maioris dentibus Apri?

Itaque in grassatorem sine fuco, & fallacia; aceto perfusus dicas

Mitius inveni, quàm te, genus omne ferarum,

quapropter immitem in hunc esse, Pietas ea summa est, crudelitas verò summa esse pium, atque in humana Republica monstrum hoc immanissimum, in Hercyniam sylvam relegandum, tolerare, qua de re *Paul. Aemil. lib.6. de reb.gest.Franc.Covar.lib.6.var. cap.20. num. 10. Menoch.de arbitr.cas.360.num.4. Tholosan. syntagm.lib.36.cap.15.num.16. Decian.tract.crim. lib.9.cap.30.num.10.Duaren.lib.2.disp. cap.12. in fin.*

His itaque de causis huiusmodi crimen speciatim à legibus, atque Doctoribus excipitur, nec in modo, ac via procedendi tantùm; verùm etiam in probationibus exceptionem habet peculiarem: cùm ad ipsum probandum, nec rei confessione opus sit, nec eiusdem per testes convictione; imo verò ne argumenta quidem certa, atque citra omnem dubitationis aleam, posita, necessariò requirantur, ut Judex ad pœnam capitis progredi possit: cùm satis, abundèque sint argumenta, quæ probabilitatis teminos non prætergrediantur, unde in prudens judicium, prudentemque fidem inclinari Judex possit: in hoc enim crimine subtilitatibus haud est insistendum, *Franch.dec.176.Muscat in prax crim. tit.de homicid.mad.mand. num.63. Giurb. cons. 70.num 28.supra num.10.* Non rejiciuntur testes de auditu, quin de auditu auditus à DD. penes *Giurb.cons.42.num.30.* Quamobrem socii criminis, ac complices, etiam ad pœnam capitis ordinariam irrogandam admittuntur, ex *Gomes.& Peguer.decis.Senatus Catalunia, 5.* quos suprà laudavimus, & insequuntur post *Bossi.tit. de convict num.15.& de indic. num.201. Petr. Plas.in epit.delict.cap.19.num.6.Clar.* individualiter *in §.assassinium,nu.5. vers. præterea quamvis,Giurb.cit.cons.70. ex num.42.Intrigl.decis. 40.num.31.& Pras.Merlin.cap.64.in fin.tom.1.* ad rem *Ricc.dec.132.par.4.Catalan.de indultu cap.32.num.34.Muscatell.pract.crim.rubr.de homic.mad. mand. ex num. 74. Aasald. de jurisd. par.3.tit. unic. cap.2. num.111. Thor. in suppl. compend.verbo,indicia.*

Totus in eo Fisci Patronus erat, quod probatio, nem haberet, etiam longe excedentem, ac su-
124 perabundantem: quoniam cadaver in fundo præfati Francisci defossum repertum est, *Farinac.qu.52.ex nu.107. Maioran.in oportrac. crim. c.5.num.7.Bertazz.in* specie *cons.crim.248.lib.2.* duo autem ii mandatarii, geminum sicariorum monstrum, Sebastianus de Stephano, & Carolus Cascialc rem totam ab ovo luculentissimis verbis confessi sunt; eamque ab integro in tortura in caput laudati Francisci ratam habuere: constanter inhærentes iam semel dictis, ac ne latum quidem unguem discedentes ab ea confessione, omnibus omninò circumstantiis atque adiunctis convestita, affatimque verificata.

Præterea in medium afferebantur depositiones Joannis Baptistæ, vulgò *Tittone*, Salernitani, & Antonii Zoppo, contestantium, quod ante-
125 quam Rationalis mandasset homicidium patrandum à sicariis Sebastiano, & Carolo, illorum voluntatem explorasset, tentassetque ipsos ad id facinoris aggrediendum; quod tamen isti, recti tenaces, & æqui, facere renuerunt, qui integri sunt testes, *Bald.cons.429.vol.3. Dec.in cap fin.de testib.cogend.Aretin.cons.12. Grammat. cons.1.in fin.inter consil. criminalia*, & pleniùs *vota 11.num.3. Reg.de Pont. decis.16. num.24. Bertaz.cons.45.num.6.Giurb.consil.crim.64.n.1.* quos refert *Novar par. 1.qu.forens.134. Giurba indic. cons. 70. num. 29.* laudando *intrigl. dec. 40. num.23.* etiam si in eadem causa unus deponeret de una tentatione, vel uno loco alter, de altera, vel alio loco, ut *Grammat.* effatum *in dec.28.num.26.* declarando scribit *Avus meus in add. num.24.* credens, tunc conjungi ad torturam, accurate tamen ex *Cephal.cons.234.vol.2.Boer.decis.319.Clar.quæst.21. vers.sed pone.*

Itidem accedebat contestatio Felicis Calori villici ejusdem prædii dicti Rationalis: hic enim Pelix testabatur, post quatuor, vel quinque dies à scelere patrato, nunciatum sibi fuisse à dicto Sebastiano, se tandem è vivis Franciscum Elephantem sustulisse, & ne detegeretur cadaver, altè jam in fundo defossum, aratione super facta, providisse, eaque omnia se se confecisse Auctore, ac mandante Rationali. Idemque pariter testabatur, quod Rationalis octo exinde diebus ei dixerat domi suæ, se occidendum curasse Franciscum Elephantem à dictis sicariis Carolo, & Sebastiano.

Insuper addidit, quod Rationalis ei mandaverit, quod repertum per executissimam diligentiam cadaver è loco, in quo jacebat, aliò transferret, atque in alia eiusdem fundi parte sepeliret: ita enim fieret, ut per quamcumque operam à Vicariæ pervestigatoribus navandam, vix unquam inveniri cadaver posset in eo prædio, cæteroqui quadraginta quatuor jugerum. Atque idem testis ostendit ei locum, quem arandum mandaverat (quamvis, se ignorare, citra omnem formidinem, assereret, ubi cadaver iaceret) quibus de causis sibi imperatum ab eodem Rationali affirmabat, ut noctu iterum eundem exararet locum, quò incassum corpus telis confossum quis quæreret, ac sterili semen mandaret arenæ.

Item quod è vestigio miserit Januarium Calorum ejusdem testis filium, ut Sebastianum de Stephano admoneret, ne se trans gryptam transferret, sed aliò tutiùs aufugeret: in caupona enim aderant Curiæ Ministri, eum capturi, conjecturique in custodiam.

His accedit, quod eodem vespere, ad mediam noctis horam, bobus iam comparatis ad illius loci arationem faciendam à præfato suo filio, ac Joanne Veciero suo operario, fuit iterum admonitus per Dominicum Morranum, à Ra-
tio

tionali, , cujus sese Mandatis dicaverat, missum, ut eundem locum araret, quem postridie mane inviſuri, atque inſpecturi erant vectig.les; ſic autem ea verba interpretatus fuit, ut ſcilicet præſtitutum locum araret; vectigales verò eſſe Regios Curiæ Miniſtros, eò appulſos, ut de re diligenter inquirerent.

Quod quidem Felicis teſtimonium roborabat, coovalidabatque Dominici Mortsni id confirmaotis conteſtatio; itemque teſtimonium Ianuarii Calori, dicti Felicis filii, ſubſcribentis dictis genitoris, præſertim quod ad dicti Rationalis ſermonem ad genitorem habitum; attinet: cui ita interfuiſſe; dicebat, ut quod de re ille verba faceret parenti ſuo minime ſubaudire potuerit; ſciebat tameo, ſe nuncium tuliſſe, admonuiſſeque dictum Sebaſtianum, ut ſaluti conſuleret ſuæ.

Eas autem sddducit hujus inimicitiæ cauſas fiſci Patronus: videlicet, quod Franciſcus Elephante Rationalis miſerat ſchedulam, qua per minas pecuniam petebat, vulgò (*un cartello di ricatta*) ac propterea interfuerat, veneratque in partem furti commiſſi in laudatum Felicem ſuum villicum in ſuo itidem prædio.

Quibus probatiooum momentis permoti tres ex ſex Judicibus, qui ad cauſam judicaodam io
126 Selecta Juncta convenerant, in eam ſententiam pedibus ivere, qua morte plectendum Rationalem ſuadebatur; ſic apud ſe ſtatuentes ad huiuſmodi crimen adeò per leges exceptum ſatis eſſe argumeota probabilia, præſumptiones, ac conjecturationes, quæ in re præſenti oon modo concurrebant plurimæ; verùm etiam cum indiciis, & præſumptionibus maximè probabilibus, violentiſſimis, ac penè dixerim indubitatis, unà commilitabant, pœna mortis reum poſſe damnari voluere, præter alios, quoque *Falin.in cap aff-rte, num.* 10. *de præſumpt. Menoch.de arbitr quæſt.*97. *num.*38. *& conſ.* 31. *num.*25 *lib.*1 *Gandin.de maleſic. rubr. de indic. indub.in fin.Bellamer.deciſ.*689*.num.*23.

Quod ſi eorum opinionis ductum ſequi oporteret, qui autumant, ad crimina clanculùm patrata punienda, argumeotis opus eſſe certis, & quæ oullam ab iotellectu dubitationem extorqueant præſertim ſi de aſſaſſinio agatur; profectò pœna illa legitima, quam leges in odium ſceleris, adeo immanis, ſtatuerunt, nunquam poſſet jure infligi; adeoque leges, hac de re latæ, fruſtrarentur omninò, ad *text.in l.ſervi*, 7.*ff. de teſtib. l.penul.in fin.C.de hæret.l.quoties*, 12.*C.de quæſt.l. cum probatio*, 7. *ff. de probat.* quibus in caſibus præſumptio veritas dicitur, *Bal.in cap.*1.*§.conventicula*,3.*col.de pac.iur.firm.ex l. Lucius, ff.de cond.& demonſtr.*& indicia, ac præſumptiones vim probationum habent, *l.non omnis, §.à barbaris.ff.de re milit.* Dicebat propterea inſignis J.C.*Uldericus Zaſ.in l.Prætor ait. num.*12.*ff.de edend.Doctrina vulgaris eſt, ſed notiſſima, ſine qua non poteſt conſtare in poſitivis probandi copia. Ubicunque negotium naturaliter eſt ejus conditionis, ut conſueverit fieri ſemotis arbitris, & occulte, ut furta, adulteria, & alia clandeſtina; tunc probatio per coniecturas, & indicia dicitur evidens, & manifeſta, quæ nihil poteſt doceri ſalubrius*, & confirmat *Io.Lubrer. de incend.cap.*5.*num.*52.conſonatque *Auſon. in præcmatus.*

...... paululùm diſtare videtur
Suſpectus, veréque reus.

Accedit, quod ſi unius ſocii criminis conteſtatio innitens alicui coniecturæ, argumentum præbet ooo ioſufficiens ad torturam irrogandam; potiſſimum mandatarii in hoc crimine, *Carrer. tract.de indic verſ.nonum indicium, ex num.*3. *& tract.de homicid.cap.*22.*verſ. circa tertium, num.*11.*Paris de Put.de ſyndic.* verbo, *tortura*, *§.an ſtetur dicto ſocii,col.*9.*Blanc.de indic. num.* 328.*Boer. dec.*319. *num.*2.& alii apud *Martam* Neapolitanum *deciſ. Piſan.*238. quantò maius hac io re pondus habet conteſtatio non unius tantùm qui criminis particeps fuerit, ſed duorum, additis etiam duobus ad eandem rem laceſſitis, & impulſis; quorum conteſtatio tot roboratur teſtimoniis, atque adjunctis, ſibi in omnibus omninò conſtantibus, cum cadaveris repertione in proprio fundo; ac ſiquidem io, dubitata indicia abſtergunt omnem prorſus a Judicum mente dubitationem, itaut oullus ampliùs ulli in adverſam partem ioclinationi, aut hæſitationi locus relinquatur: ecquis hac io re non firmiter teneat, omnem penitus, ſeu formidinem, ſeu religionem procul abeſſe à Judicis animo, aut certè omnem omnino faceſſere hæſitationem intellectus actualem, quamvis fortaſſe ſubeſſe aliquatenus poſſet radicalis?

Neque verò cauſa, qua irritatus, ac impulſus fertur Rationalis., quicquam illi ſuffragari poteſt, aut ultimi ſupplicii pœnam removere: illa enim nec vera, nec veræ concolor fuit, ſed delirantis Rationalis phantaſma, atque figmentum; At eſto, fuerit ipſa nihil omnino à veritate aberrans; adeo tamen à crimine aſſaſſinii non excuſat, ut potiùs illud augeat, & II.CC. ex adverſo sdducti loquuntur, vel non ſequuta morte, ut penes *Gramm vot.*8.*&* 20. ſic advertente *Conſil.Campana de ſurind.cap.*16. *n.*38. aut interveniente ipſomet mandante, ut apud *Thor.par.*3.*compend.ſect.*1.verbo,*aſſaſſinium*; maxime, eùm ipſe Miniſter Regius eſſet, cui propterea facili negotio, atque opportuno jure illum perſequi, ac plectendum curare, integrum eſſet.

Altera vero pars mitiùs agens cum Reo, crimen
127 ultimi ſupplicii pœna excuſare, ceoſuit, accedens opinioni eorum, qui autumaot, nonniſi ex iodubitatis; certiſque argumeotis damnari quemquam poſſe in hoc crimine, nec ſatis eſſe argumenta intra probabilitatis fines circumſcripta; Hæc enim apud Eccleſiaſticum Judicem tantum videntur ſuum habere poodus, ad qualitatem probandam, ut procedi contra Reū poſſit, *Farinac.qu.*124.*inſpect.*3.*Caſtill. dec.Sicil.* 156.*num* 2.*tom.*1.*Reg .Sanfel. dec.* 137.*Giurb. conſ.*41.50.*&* 100. *D.Reg.de Marin quotid.reſol. cap.*51.*num.*6.*lib.*1.*D.Praſ. Merlin. controverſ. forenſ.lib.*1 .*cap.*40.qualitas enim tribuens juriſdictionem ſufficit, quod prima duntaxat facie appareat, *l.ampliorem, §. ſed enim ſcimus, C. de appellat.*

Quo circa videntur illæ probationes minime per-

tio.

tingere ad pœnam capitis , quandoquidem
mandatarii participes criminis non satis
sunt ad hoc , vt pœna huiusmodi inferatur
, *Farinac.* post alios, *quæst.43. num.2.& 10.
de indic.& tortur.* de duobus mandatariis agens,
& alii, quos adducit *Gizz.ad R. Capyc.Latro dec.
132.num.1. Ciriac. controv.* 485. *Cancieli resol.*
81. verbo *mandatarii depositio Vermigl.cons.* 105
*num 4. Vrsi de Valent.in part.litig. lib.2. cap.7.
num.3. Crusii de indic.par.1. cap.20. ex num.* 1
& dixi supra *num.* 110. quamvis Senatus Catalaunicus
ita decreverit ; animadvertendum est
ut supra observavi *num.* 12. *vers. neque carandum*,
quod in eo casu Senatus nitebatur quidē
in contestatione duorum sociorum criminis sed
tamen adeo adminiculata, ac roborata, vt probationem
meridiana luce clariorem redderet :
præsertim quia Reus erat famosus non in paucis,
& sic non uno tantum scelere coinquinatus ;
aliàs, ait *Peguera*, Regio Consilio insolens
est ad pœnam ordinariam progredi , Reumque
condemnare.

Quod adeo veritati consonum esse comprobatur ,
128 vt in nostro hoc Regno speciatim excipi
oportuerit, vt de latrocinio in publicis viis perpetrato,
nonnisi tres ad minimum latrones deponerent
, quod deinde ampliatum fuit ad furta ,
intra Urbis muros commissa , ex *pragm.* de qua
meminit de *Franch.dec.*580. *Reg.Sanfelic. decis.
37. lib.1. Gizzarell.dec.*78.

Quod si *memoratæ leges* in re quantumvis invisa ,
129 omnes consimiles casus complecti possent, vtique
ad fiscum spectaret Francisci Corradi jam
acti Rei , pessimam naturæ indolem , ac tetrum
eius famæ odorem, non subodorandum proponere
, sed rationum momentis pensitare probatumque
propalam demonstrare ; Etenim in huiusmodi
eventibus vsque adeo pessimum Rei
nomen probandum est a Fisci Patrono, vt S.C.
ex huius probationis defectu , nil moratus fuesit
, ac flocci pependerit trium testium sociorum
criminis contestationem , apud *Gizzarell.
decis.78.& Sanfelic.decis.*382. *num.4. lib.3. ex
Jo:Ant.de Ngr.in cit.cap frequens, num.*63. *Sebast.de
Neap.in cap. constitutionem divæ memoriæ,
num.*6.

Ecquis autem in hæsitationem revocet , quod leges
, quæ noxas aliquas ex leges voluere, atq;
in eorum progressu , ac probationibus præcipuas
statuere exceptiones , in malum Rei nomen
, ac non bene transactos anteactæ vitæ
annos non semper collinearint , itaut pessima
de Reo existimatio maximum præ testibus
apud Judicem pondus haberet ?

Hinc perspectum omnibus est, torqueri neminem
posse ex processu informativo , etiamsi enormitas
criminis cum gravissimo indiciorum pondere
130 concurrat , si aliud desit requisitum , videlicet
, non optimum Rei nomen , ac vitæ non
integræ obmurmuratio , ac levitas. Atque id
ex communiori, & æquiori sententia excerpta
ex *cap.* (à quo hanc præeminentiam desumunt)
si omnis sceleratis, ex alio *cap. provisa juris sanct.*
o., ac ex alio *crescit culpa* , & diximus *in rit.
54. num.9. lib.1.* cuius loci memor est *Dominic.
de Rubeis certam.*12. *num.*23. cuique opinoni

*Præs.de Franchis decis.*143. inhærere, ac subscribere
videtur (quamvis in hujus doctrina n tenentur
nonnulli , qui autumant , duo illa duntaxat
requisita ; videlicet , enormitas criminis, &
non leve indiciorum pondus satis esse ad torturam)
quandoquidem in ea *decisione* supponit
Præses, Collaterale Consilium pessimam jam de
Reo opinionem imbibisse, quando eum cruciari
, ac torqueri jussit , dispensatione facta in eo,
quod Civis esset Neapolitanus , yt explicando
præfatam *dec.de Franch.* videtur annuere *Avat
ment ad Gram n. dec.34. num.4.* atque hoc jure
vtimur, quicquid voluerit, duo sufficere, *D. Roccus
in tract.de offic rub.14 de off.commis.controban.*
§ 14. *num.30. ex Baiard. ad Clar. quæst.64.
num.38.* (qui attestari , vti Parmensis , haud
poterat de praxi M.C.) *Io:Grande de bello exul.
pag 23. num.13.* ad quem se remisit *Amend. ad
Franch.cit. dec.*143. prout *V sc.* & ad *Baiar.* &
ipsum *Jo: Grand.* qui sermonem habet de modo
procedendi ad modum belli , qui modus satis
distat ab huiusmodi præeminentia : cùm
dicatur modus militaris , seu palatinus, in quo
qualitas personæ minime est inconsideratione ,
vt idem *Grand.* advertit *quæst.91. nu.1. pag.*205.
de quo modo palatino procedendi , seu ex abrupto,
scribit *Barg ab eod.d.Rocca* adductus , *de
mod.proced.ex abrupt.quæst.64. num.*14. attentis
Siciliæ vltra Pharum Regni peculiaribus juribus
, quibus statutum est procedi hoc modo
etiam contra nobiles , ac magnates , necnon
Præsul Ricc.ad eandem de Franc. hanc tutatur
sententiam , hisce verbis : *Attamen prædicta
decisio nunc observatur pro practica , & ideo ,
quando quis appellat à decreto torturæ , discutiuntur
gravitas delicti , qualitas personæ , &
sufficientia indiciorum* ; nec contrarium dictum
*D.Reg.de Marinis ad Reverter.decis.*415. *tom.*2.
in illa hypothesi est intelligendum, nisi admirativo
modo, remittentis se ad *Trivls.decis.Venet.*
14. cùmque bis fuisset super hoc paritas , in M.
C. nempe in causa Ignatii de Sio, ad quam dirimendam
cùm accessissent tres D.D. Consiliarii
Franciscus Roccus, D.Sancius de Loxada ,
& D. Petrus Guerriero fuit contra torturam
pronunciatum , & tria exquiri requisita , in
Banca M. C.Ignatii Ciccavo , de quo decisione
meminit *Lec.in noviss. appendic. ad decis.de
Franc.691. pag.87. par.7.* & in altera Michaelis
Longobardo suffragia præstantibus ad dirimendam
paritatem DD. Consil.Ill. Duce Cælia-rum
D.Aloysio Sixto de Britto , D. Stephano
Padille, necnon D. Octavio Capycio Scondito,
die 21. Aprilis 1679. penes Iulium de
Marco.

Præterea *Pragm.de monetis*, vt pœna , quam leges
præscribunt, iure infligi possit , ita exigit , vt
malum Rei nomen comitetur indicia , atque
argumenta, adulterinæ monetæ fabricationem,
seu signationem suadentia , vt quamvis, mendax
huiusmodi , ac non benè signata pecunia
penes aliquem reperiatur , hunc tamen indemnem
relinqui præcidit , si benè audiat , bonaq;
polleat apud homines existimatione, *Prosp. Farinac.dec.401. num.3. & in addit. ad eius opera
impressa, qu.115. num.157. D.Marcellus Calà de*

*moda artic.num.*1066.*de Franch dec.*401. *num.* 4.*Viv.commun.opin.* verbo *monetam* , *Muta ad consuet.Panorm. cap.*77. *num.* 14. *Caball. resol. crim.cas.*199.*ex num.*27.*Præsul Ricc. dec. Archiep.Cur.*42. *par.* 2. similes tradunt II. CC. de illo, penes quem res reperitur furtiva, in *l. incivile,& l.civilem* , *C. de furt. Marsill. in l. qui falsa,num.*12.*ad l.Cornel.de fals.* Gramm. *cons.* 14.*num.*1.*Farinac.de furt.*77. *num.*2. *parte* 3. *Menoch.de præsumpt.lib.*5.*præs.*29.*nu.*4. *Decian. cons.*93. *num.*85. *lib.*2. *Avus meus ad* Gramm. *dec.*60.*num.*5.*&* *Capyc.decis.*104.*num.*4.Et sanè non solùm ad omnem præsumptionem criminis penitus abolendam, maximum momentum habet bonus vitæ odor; verùm etiam ad editos, ac præcelsos blandientis fortunæ gradus ascensum parat; vti ex adverso, perditæ, ac profligatæ vitæ nomen ad omnem omninò casum,ac lęvientis fortunæ baratrum, aditum aperit non exiguum; Omnes proinde bonum nomen vnice, atque ex toto animo diligere, ac divitiis multis,quibus ex *Sapientissimi* calculo præstat, anteferre deberent.

Nec quicquam refragatur dictis hactenus *pragm,* 6.*de receptatoribus malefactorum*,quæ statuit in causis ad latrocinia, ac prædationes publicis in
331 viis patratas spectantibus, satis esse ad pœnam iure infligendam, duas tantummodo in tortura nominationes, à duobus sociis criminis habitas, quæ instar contestationum proborum virorum habeantur, *Ricc. collect.*3562. *Scialoy. de foriudic.cap.*18. Siquidem ea *pragm.* limites propositi thematis non prætergreditur, neque ad alios eventus ad arbitrium est extendenda; præsertim, quia ibi verba facit de receptatione latronum, quæ pœnæ tantùm pecuniarię est obnoxia, nec subjacet pœnæ capitali; Ad hanc igitur pœnam lex vtpotè invisa, ac odiosa, extendi nequaquam debet; nec ex maioritate quidem rationis, vt perpendit noster *Muscatell.in prax crim.tit.de privil.crim. furt, n.* 48. quem refert *Luca ad Franch.dec.*577.*n.*3.

Rig. propterea *Capycius Latro decis.*138.*lib.*2. refert, quod cum tres fures ope, atque auxilio præstito à perfido Doctores Josephi de Angelis famulo, noctu ostio clavibus adulterinis reserato, jam scrinij trusatiles arcas aperirent, fragor laudatum Josephum è fumno excitavit; qui ingentem clamorem edens, subsidium à vicinia reportaturus, à nocturnis furibus vnà cum vxore, ac famula lethalibus vulneribus exceptus est. Interim in carcerem coniectus Aemilius Taurella, quem Iacobus Paruta, & Joannes Dominicus Costa criminati sunt. Fisci autem Patronus, & læsæ partes crimen affatim probatum rotunde fatebantur contra Taurellam, ex duorum sociorum contestatione, alijs etiam argumentis roborata, videlicet, & consuetudine, quam cum dictis Paruta, & Costa hic Taurella vtebatur, & nota vagi, qua Reus erat iniustus, & abscessione ab eodem Taurella facta; nihilominus tortorio fune priùs tortus; deinde non alia multatus est pœna, quàm vt Regiæ Classi inservirēt.

Verumenimuerò, vt ad probationes, ac testimonia, quæ in hac hypothesi habebantur, gradus
132 aperiatur. Dato, quod in huiusmodi crimine assassinij testes, cæteroqui insufficientes, sint valide testandum pares. At non omnes,at non ij, qui pluribus defectibus & sceleribus sunt coinquinati, *Bursat. cons.* 369. *Gramm. consil.*45. *civil.Bertaz.consil.crim.*71. & 101 *add. lit.* N. & diximus supra *num.* 109. Atque vti ad probationem rite faciendam, non prosunt quoties singula, multa iuuant, si scilicet, quæ singillatim accedunt, simul omnia, ac veluti facto agmine concurrant; ita ad probationis vim eludendam, ac robur omne enervandum, quoties singuli defectus, impares omninò sunt si tamen coacervatim plurimi confluant,ac convolent, erunt omninò pares, ac sufficientes; Et quæ non obstant singula, multa nocent; Etenim quod propositum in proposito,idem in opposito oppositum operatur; Adeoque extorsio, quę in similibus eventibus nonnullam testium insufficientiam,sufficientem reddere posset;multas tamen simul confluentes insufficientias,sufficientes, & aptas reddere nequaquam potest, vt lepide perpendit *Avus meus ad Gramm.dec,* 34.*sub num.*17.

Testes propterea sicarij, & mandatarii, præterquam quod participes sunt criminis,fuere etiam furti Rei, & quamvis pro illo crimine falsi non fuissent, fuerunt tamen consignati.

Duo alij testes ad scelus priùs lacessiti, atque impulsi, homines sunt triobulares, olim exules, ac è patria eiecti;ac demum capitali odio Franciscum Corradum prosequebantur; ij enim in sua contestatione asserunt, quod cùm sermonem simul cum Rationali commiscerent, hic eis innuerit à se apud Judices ipsos postulatos; atque idcirco à M. C. sibi iniunctum, vt eos omni via comprehendendos, ac in carcerem detrudendos curaret; etiamsi locis vsuram eis eripi oporteret, ne dilabantur. In hac autem criminali postulatione quis non intueatur internecinum horum odium in Rationalem?

Nec excogitari, aut effingi à quoquam potest, Franciscum Corradum, navum cæteroqui, atque industrium virum, & Rationalis munere; quo fungebantur, non indignum, usque adeo id temporis hallucinatum, aut mentis impotem ut voluerit, rem tanti momenti tunc suis hostibus aperire, cum maxime ab iis sibi cavendum esset: propterea, quia mandatum sibi iniunctum asserit, ut comprehendendos curaret, etiamsi eos eatenus interfici oporteret.

Felix Carolus Villicus, qui & nuncium deponit, & verba clanculum sibi facta, & ad fundum itionem, Reus pariter est latrocinii in triviis commissi. Imò fortasse non aberrat à veritate, qui asserit eum, utpote dicti prædii villicum, propriis manibus vitam Elephanto sustulisse, ac tum ibidem humasse, præsertim quia inimicitiam cum ipso gerebat, à quo sublata sibi furtim nonnulla fuerant, & saltem, ille rationem quidem certè cadaveris, in eo prædio reperti, erat redditurus. Verùm, utut hæc se habeant firmissimum atque inconcussum est, dict. Felicis contestationem nullo præditam pondere auctoritatis, quippe hominis perditæ, ac profligatæ vitæ, ac Rei aperti latrocinii. Eodemque

mor-

morbo coinquinatur Ianuarius filius.

Itaque videtur, ex hujuſcemodi probationibus, certa atque indubitata, non progerminare in,
133 dicia, quibus meos Judicis acquieſcat, atque ad firmum de delicto patrato aſſenſum in, ducendum ſint ſatis, inſtar videlicet liquidiſſimæ probationis, cui finitima, ac contermina debent eſſe indubitata argumenta; quippe ab his Reus convictus dicitur, perinde quaſi in luce, atque oculis omnium poſitum delictum foret.

Nec juvat *Barboſæ* doctrina, ac diſtinctio, uno fere calculo omnium linguis uſurpata, *in l.2, in princ.num.89. verſ.& ideo, ac num.90 ff ſolut.matr.* quam extollit *Reg.Rovit.dec.63. num.20.* & meminit *P.Fragoſ.de reg. Reipub. part.1. lib.5.de oblig.moder.Reipub.diſp.12.de reo certo, & condemn.§.13.num.56.* inter actualem & virtualem formidinem; quòd videlicet in clandeſtinis delictis non ſit opus indiciis, quæ omnem omninò dubitationem abſtergant; ſed ſatis ſint argumenta, quæ actualem ab intellectu aſſeoſum præbente, hæſitationem explodant; quamvis nonnulla virtualis formido locum habeat ſuum. Cui convenit dictum doctiſſimi *Corrad.de Hart.de Reor.venefic.Inquiſit.concluſ.2.num.20.in fin.verſ.deinde: Deinde in criminibus exceptis conceſſum eſt judici, ut ſecundum ius naturale procedat: crimina enim excepta à legibus iuris poſitivi ſunt exempta. Atqui ius naturale à teſtimonio ſocium criminis non repellit, & ſi enim infamia crimioſum iure poſitivo inhabilem reddat; non tamen ius naturale idem facit: nam qui jure naturali, etiam crimioſiſſimis nihil unquam credendum obſervant, helleboro potiùs, quam igne purgandi ſunt, juxta adſertum acutiſſimi I. C. Del Rio Diſquiſit.Magic.lib.5.q.1.lit.M.* Aſt in themate præſenti dicebatur, adeo infirma indicia militare, ut etiam actualis hæſitatio videretur in eſſe, locumque habere in aſſenſu, ſi minùs principem, certe non poſtremum.

Præterquamquod, etiamſi inter actualem, & radicalem, animi fluctuationem interſit, neque huiuſmodi diſtinctio hic ſuffragari quicquam poteſt; Etenim ex indiciis indubitatis inducendus Iudex ad firmum præſtandum aſſenſum rei, quæ ſuadetur, itaut illius veluti in ſuo centro, ſcilicet in vero conquieſcat, nec ulterius progrediatur ad aliorum argumentorum perveſtigationem; id autem fieri nequaquam poteſt, ſi quis vel virtuali dubitatione angatur: Fides nanque, ſive aſſenſus auctoritati dicentis nixus, utpote obſcurus, ac veritatem perſequens ſub luce maligna, liber eſt, ac per voluntatis arbitrium præſtitus voluntas autem intellectum inducere nequit ad aſſenſum rei, cuius in mentem non venit; inde enim ſit, ut per aſsenſum nonniſi in propoſitis obiectis, ac ſimplici priùs intuitu cognitis intellectus acquieſcat; Itaque tunc temporis actualem trepidationem ab intellectu abeſse oportet, quando hic in partem tutiorem inclinatur, quæ actualem hæſitationem amandat: quod ſi tutioris partis non fieret optio, integrum non eſset intellectui actualem animi fluctuationem ſedare, quam propterea *Barboſ.* diſtinctionem acriter oppugnat *Hyeronim.Baſilico dec.1.* & non diſsentire videtur *Sarmiento ſelect.interp.lib.1.cap.1.pag.(mihi)602. col.2.lit.F.* Quare, cùm impræſentiarum pars tutior neque intellectui occurrat, neque præligatur, liquidò conſtat, nec virtualem quidem trepidinem in caſu quicquam ſuffragari; quando quidem virtualis hujuſmodi trepidatio actualem etiam involvat, oportet: cùm pars tutior nec objiciatur quidem intellectui contemplanda, nedum præligenda: quin idem *Martin, del Rio à Corrado* adductus, illa in theſi nil aliud aſſerit, niſi, & ſunt ejus verba) *unius ſocii teſtimonium adverſus ſocium in criminibus exceptis, in quibus ſocius de ſociis interrogari poteſt, indicium ad torturam præſtare poteſt.*

At dicendo, ſupervacaneam omninò fore in aſſaſſinij flagitio exceptionem à legibus inductam, ſi in eo etiam indicia indubitata requirantur. Verùm fruſtraneum nemo dicet graſſationis privilegium, quando ex indubitatis argumentis in graſſationis. & ejuſdem farinæ ſcelerum Reos pœna etiam capitalis citra religionem iure infligi poteſt: Cum cæteroqui reliquorum delictorum Reus ex indiciis pariter indubitatis, extremo ſupplicio affici nunquam poteſt, ſi opinionem probatam magis, magiſque ſpectatam ſequamur. Quare ut quis morti addiceretur ex indiciis indubitatis, ſpeciali pragmatica opus fuit, de quibus *Nis inſra*, atque in terminis huius criminis, quoad capitalem pœnam probabilia indicia, & argumenta debere eſſe indubitata, prout iy verbum, *probabilibus, in cap. 1. de homicid. in 6.* exponit *Felin.in capit.aſſerte, lim 3. de præſumpt* quem ſequuntur *Grammat.conſ 1 poſt dec. num 3. & vot.11, num.22. Reg Tap.de iur. regn. lib.1.tit.de Epiſc.& Cler.num.18. Praſ.Mer.lin.cit.cap.54. ex num.16. Giurb conſ. crim.70. num.23. Ameſcu. tract.de poteſt.in ſe ipſ.lib.1.quæſt.19.num.9 Baiard.ad Clar.* expreſse loquens *in §.aſſaſſinium. num.42.* contra *Clar.in § fin.quæſt.21.verſ.& dictum*, qui *num 9 verſ.ſed pone, quod unus*, dicens ita ſervari in hoc Regno, voluit intelligere, attenta *mem.pragm.6.de recept.delinquent.* ut obſervat *Gias ad citat.decif.132. Reg Capyc.Latro, num.2.lib.2.Concioli reſol. crimin.* verbo, *aſſaſſinium, reſol.6.nu.5. Matth Brun.conſil. crim.115. tom.2.Thor.in ſupplem,compend.decif.*verbo, *indicia*, poſt *Farinac.qu.124.inſpect 3 num.46.* & indiſtincte loquitur *Grammat.decif 95.ex n.4.*

Accedit, quod flagitii cauſa, flagitii turpitudinem elevat, extenuatque maximopere. Franciſcus
134 enim Elephantus de medio ſublatus, non ſemel ſchedulam Rationali miſit, qua per minas pecuniam flagitabat, Villicum ejus non modò per furtum rebus privavit ſuis; verùm etiam fuſtibus cæſum ad Rationalem miſit, qui nunciaret, ſe ipſius nomine verbera illa ſuſcepiſſe, atque ea eſse ad pulchriora, ſeu verius, ad acerbiora apparatum, ni ſi reſipiſceret. Quapropter etiam ſi Rationalis homicidium mandaſset, connivendum tamen, atque illius cauſa accipienda eſt, & à pœna capitis ordinaria liberandus,

Clar. §. fin. quæst.60. vers. nunc quæro, *Gomes de delict.tit.de homic. num.24. Farinac. de pæn. temper.quæst.91. num.7. Avus meus ad Capyc. decis.58.à num.1.& ad Gramm.decis.98.num.3. Præs.Merlin.lib.1.controv forens.cap.66 Coppen. observ.11.lib.1.Francisc.de Petris cons.29 nu.8.* Enimverò si quando iniuria viro in paucis egregio irrogatur, ac is jus suum prosequi, ac pœnas ab hoste petere non potest, vtpotè non virili præditus animo, aut aliis de causis; Utique læso, cui vltio à lege permittitur integrum est, conducere homines pecunia, & iniurias vlcisci suas, *Affl.in Constit.Regn.pacis cultum,num.40. in 5.quæst.& in const si maritus,num.3. ex Bal. in l. Gracchus,C. de adulter.* loquente in viro, volente occidere vxorem adulteram, vt valeat homines convocare, probat *Trevisan. dec.22. p.2* etiam pecunia, *Cepoll.de serv.urban.præd.cap. 23.num.10.Reg.de Ponte cons.98. num.3. vol.1. Clar in §.homicidium, vers. dubium est, in fin. Masull.ad Capyc.decis.112.Ambros. in tract. de immunit.eccles.cap.2. num.* 10. quin expresse *Paul.de Castr.in l.refectionis gratia,ff.comm.prædior.* voluit licere fieri facere per alium, quem laudat *Hippol.singul.175.& in l vnic. num.11, C.de rapt.virgin.Paris. de syndic. cap.1. num.2.* provocatis enim iura favent, *Jo.de Anan.in cap. significasti,in col.fin. extr. de homicid. de Marsil. cons.25.*

Id audacter advertit *Cons. Thom. Grammat. vot. crim.8.& vot.* 20. vt pœnam capitis à Reo, mandante assassinium, averteret, videlicet, & injuriam Reo, quantumvis humili loco nato, irrogatam, & irritationem. Quibus rite perspectis, licet pro fisco pleraque aliorum suffragia reclamarent; tamen illius suffragio Regens de Colle subscripsit, quod veritati magis, ac æquitati consonum videbatur. Quare Prorex, qui Regni clavum ea tempestate moderabatur, Excell. D. Raymundus de Cardona his duobus mitioribus suffragiis acquievit, & calculum addidit suum, posthabitis aliis durioribus, quantumvis plurimis; *Grammat.* isthæc perpendens insectatur *Consil.Campan.mem. resol.16. num 38.* & non dissentit *Thor.cit.p.3.compend.decis.sect.1.* verbo *assassinium.*

Itaque cùm de vitæ, aut honoris defensione agitur, quævis levissima, etiam fucata, ac bracteata causa accipienda videtur, *l. igitur, vers. & generaliter, ff.de liber.caus.Gl.in l.plagii, la seconda, ad l. flav.de plagiar. Hondod. cons. 105. num.29 & Farinac.quæst.90.num.19.* loquentes in homicidio; & à pœna capitis continuò absolvendus, qui eo duntaxat nomine facinus aggressus est, ut scilicet vitæ, aut honori consulat suo; ne huius labefactionem patiatur: quippe non sponte sua, sed veluti per vim, atque animo renuente, ac reluctante inductus præsumendus est, *Gramm dec.5.* loquens, minorandam pœnam occidenti eum, qui priùs minatus erat gravem iniuriam inferre, *Boer. decis. 169 num.9.Paschal.de patr. potest par.3. cap.6. num.25.* idem *Gramm.decis.23.Gizzarell. decis. 18.Palaez de maiorat.par.1. quæst.51. num.53. Farinac.3.tom lib.4.quæst.121.num.116. & qu. 125.num.4.Cassan.in consuet.Burg rub 6.§.4.nu. 17.Escob.de purit.prob. par.1.qu.2. num.9. Bertaz.consil.crim.341.433.& 434.* cùm honor vitæ comparetur, *Reg Valenz.cons.92.ex nu. 6. lib.1. cons.128.num.59.& cons.152.nu 35.lib.2. Prat. in Nicandr.ex num. 36. cum seq. & num. 496. Mari ad Gramm.decis.97. num.10. Ego in rit. 5.ex nu.16.lib.1.* & parcendum, honorem suum redimere curanti, *R.Valenz.cons.2 num.136.lib. 2. Ad decus* (dicebat *M.Tull.Philippica 3.*) *& libertatem nati sumus, aut hæc teneamus, aut cum dignitate moriamur.* Quare huiusmodi Reo vita de rigore iustitiæ concedenda videbatur, seu quod vocant, gratia justitiæ, *Anton. Fab. in C.ad l.Cornel. de fals. defin.5.* quod servasse Senatum Aulicum Bruzzellæ residentem, atque Brabantiæ, observat *Petr.Christ.dec.Belgic.198.num.22.p.4.*

Atque hinc aliorum trium Judicum duo in ea causa Reum ipsum veluti Judicem contendebant, decernere; nimirum in ea erant opinione, ac sententia, vt Rationalis fune tortorio acriter torquendus esset; tum si minùs tormentis succumberet, nec delictum aperiret, pœna extraordinaria damnandus esset ad tempus; sin crimen fateretur, iam Reus mortis suo veluti ore damnatus, vltimo supplicio esset afficiendus.

Unus vero nec huic quidem suffragio subscribebat: Primo etenim, cùm causæ minuenti, ac elevanti crimen suus dandus esset locus, etiamsi Rationalis luculentissimis verbis crimen aperiret, nec tamen dari non poterat, adeoque & incassum, ac injuria ille torqueretur. Deinde Reus tortorio funi sustinendo non erat; quippe cujus altera manus pessimè erat affecta. Quod si supplicio vecticularum, vulgò *delle stanghette*, afficeretur, is, proculdubio, facili negotio leve illhuc tormenti genus, ac delicto longe impar, sustineret.

Tum etiam, quia torturæ passim eluduntur, &
135 quamvis acerrime torqueatur Reus, vix tamen vllum confessionis verbum extorquetur; itaut id temporis fere omnes taciti, atque veluti elingues torturæ tempus transigunt; seu id schedulæ, quam Rei superstitiose retinent, adscribatur, de qua loquitur *Reg. Sanfelic. dec. 265.lib.2.*& ante *Gramm.* ipsu non citato *dec. 42 sub num.1.Franc.Casoni tract.malefic. tract. 10.de indic.indicant.de Reo,cap. 10. de sortileg. & Paul.Grillandi de quæst.& tortur. c. quartò nunc videndum,pag.383.ex num.12.* qui remedia contra torturam, quibus sagacissimus fur Romæ vsus fuit, recenset. Seu Catapotiis quibusdam ex opio, quæ penes Rationalem iam inventæ fuerunt; seu demum ex eo, quod Tortor pecunia corrumpatur, ne suo rectè fungatur munere, prout oportet.

Postremò, & quoniam hæc causa fuit ad calculos vocata, sedulòque perpensa, atque excussa tum hic Neapoli, tum in Madritii Regia, vbi decretum fuit, vt selecta Iuncta convocaretur, iam mentes omnium, animosque ad sese converterat intentissimos, itaut eius exitum omnes sollicite, atque attente expectarent. Quamobrem vbi duo sicarii duntaxat, infelici suspenderentur arbori, atque scinderentur in frusta;

Ra-

Rationalis verò, grassationem mandans, non
nisi tortorio fune, ac carcere multaretur, certè
quidem plebs omnis, summum inde scandalum
accipeset, ansamque arriperet ob murmurandi,
ex magnatum videlicet noxis pauperes tantùm
pœnas reportare; & Damoclis Veteris Philo-
sophiæ Antesignani verbum, in rem nunc col-
latum diecerent; Leges, scilicet, aranearum telis
non esse absimiles, quippe hæ filis suis laqueum
animalculis tantùm parant, atque injiciunt; ab
aliis verò non minimis animantibus, etiamsi
carptim, cursimque tangantur, divelluntur,
dilacerantur, de quo scripsimus in *rit.46. sub num.2.lib.1.* Haud aliter: Leges nonnisi in ple-
beculam sæviunt; ab iis autem, qui vel pecu-
nia, vel auctoritate tantillùm polleant, nemine
oblatrante, legum omnium iura dissolvuntur.
Verum enim verò cùm Reum morti dare,
136 Alter admodum anceps existeret, & torto-
rium acrem funem supervacuum, & à iustitia
aliquantulum alienum agnosceret, & ne indi-
cia, ex illo evacuarentur; illud statuit, illud
censuit, necnon executioni dandum proposuit.
Videlicet, Rationalem vita quidem donandum,
sed tamen pessime, ac moleste transigenda, jux-
ta illud: *Vivat diu, sed malè vivat*, & relegan-
dum, vita durante, in Oranum: quapro-
ptes antequam pelleretur, ac perpetuò
privaretur domo sua, duos illos sicarios iam in
furcas agendos, ac trucidandos propalam per
Urbem comitaretur, atque vbi locii assassini
scelerum pœnas dederint, spectante Rationali
in Chiaiæ Suburbio, hic in luce, atque oculis
omnium cymbæ crederetur, ad præstitutum lo-
cum transvehendus.
His peractis, dum ad trutinam deduceretur, an
mortis sententia exequenda foret, ad tradita
137 à *Gell.lib.9.cap.15.Robert.Tit.Bergens. lib.1. locor.controvers.cap.1.Thesaur. decis.1.num.12. in fin.& Fab.in C.lib.2.tit 7.de Senat.definit.3.*
& de omnibus certior factus esset Excellent.
Dominus, è cujus singulari, eximiaque ani-
mi pietate, ac clementia vitæ beneficium in
opinionum conflictu sperari poterat; miseri-
138 mus Reus controversiam omnem, veneno
absumpto, se ipsum interimendo, diremit,
execrandum sanè facinus, non minùs, ac exe-
crandæ illius conscientiæ validum testimo-
nium, de quo in *l. fin. §. sic autem, ff. de bon. eor. qui ant sent.mort.sibi conscin. ac in cap.de occidendis, & cap.su duxisti, 23. q.5.* qui enim
sibi non pepercit, & quid in alium non erit au-
surus? mens enim perversa desperabunda,
sicuti ait *Sophocl.in Antigon. pag.*(mihi) 107. ad
exitium seiplam impellit; quod *Alphons.Tostat. in Matth. tom. 4.* sic explicat: *Deus ea aufert homini malo, quibus possit resipiscere, & redire ad actus saviores, ut sunt rectum iudicium, & bonū desiderium circa agenda; at permittit sapè Deus homini aliquid, unde puniatur proprio suo facto*: cui concinit *Pinst. tom. 2. pag.* (mihi) *107. & 1078. non mirum* (inquiens) *itaque ex lumine fieri umbras, ex die tenebris &c. quæ malorum mentes obfascinant; ut quicquid agant vel statuant, prorsus tandem ignorent*. Putavit forsan Rationalis (si tamen hoc
nomen competit, cui deficit ratio) putavit, in-
quam, prout & cæteri perditissimi homines,
de quibus sermonem habent *Ann. Rober.1. rer. judicatar. cap.12. L. Annæus Seneca lib. 8. controvers.4. & Cyprian. 2. epist. 8.* quod evasis se
pœnam, sic prævenisse sententiam immemor,
quod, infamem exitum infamis criminum cau-
sa notat: & maculosæ conscientiæ turpitudi-
nem inhonestæ dedecus audaget; meritò pœ-
nam ejus cadaver quoque luit, ut diximus in
rit.269. num. 50. & 51. hoc 3.libro. Addimus
Petr. Reia decis.Lituan.1 Roman.sing.164.Christoph.Crusii de indiciis, par.1.cap.102.& par.2. cap.30.Alex.ab Alex.lib 1.dier.genial.cap fin. in fin Jacob.de Sanct.Georg.de feud. §. dictique vasalli, num.19 Guttier.lib.2.Canon. quæst.cap.3. Caball.in resol.crim 137.Gig.de crim.læs.majest. quæst.33. Annot.num ad Gramm.decis.44.nu. 6.Carol.Rot.in floril.pract. concl.9.num.94. Ma. Brill.decis.123.par.2.Paul.Rub. de validitat.legal.controv.forensl.cap.40.ex num.91.& cap.53. à num.109. Ansc. de potest. in se ipf.lib.1.cap. 21.Petr.Cinel.in collect. Jur.Canon par.1.collect. 30. & sic servari suis temporibus in Reo crimi-
nis læsæ majestatis, scripsere *Cicer. lib.2. de legib.Plin.lib.7.natur.histor.cap.54.Meyerus lib.12 annal. Flandriæ ad annum 1349.* & in Anglia
Martin.Schookii dict.tract.de sedition seu discord. domest.cap.12.pag. (mihi) *571.Io: de Arnon. epit. 49.* qui advertit, plus esse occidere veneno,
quàm gladio, & *epit.50.* consanguineos vene-
nantes coniectus vinculis, vti parricidas mul-
tari.
Deterrimo læsæ maiestatis item crimine se astrin-
139 git monetam tondens, vel adulterans, *tex.in l.si quis,2.C de fals.mon.* ibi: *cujus obnoxii maiestatis crimen committunt*, & ibi *Bald.Bart.in l.lege Cornelia,num.2.ff ad l.Cornel.de fals. Jacob. Gothofr.in C.Theod.de fals monet. tit.21. Cod Justin.Solorz emblem.81.nu.3.Gig.in tract.de crim. L.M sub tit.qualit.& à quib.qu.62. Capoll. cons. 17.in 4.col.Roland.cons.29 num.6.lib.3.Gramm. cons.6.num.7.Decian.in tract.crim.lib.7. c.23. à num.1 Viv.opin.519.num.1. Andr.Sicul.cons.70. col.13.vers.& si ita videantur. Covarruv. in tr. numism.cap.8.num.3.vers.& ideo huius criminis Reus Jodoch.in pract.cap.65.rubr.de non adulterat.num.1.Carpzov.pract. rer. crim. p.1.quæst. 42.Reg.Sanfel.dec.53 nu.7.Reg. Capyc.Latro dec. 179.num.11.* cùm enim monetam procudere sit
de regalibus, quæ solius Principis sunt, *capit.1*
verbo, *moneta, quæ sint regal. in vsib. feudor. Martin.Laudens.de monet.lib.1.num.1. Mastrill. de magistr. lib.3.cap 1.nu.139.Montan. de regal. verbo Moneta, num.1.Borrell.de præst.Reg.Cath. cap.12.num.2.Cabed.2.p.dec.45. Arisna de iur. maiest.lib.2.cap.7 ex num.2.Reg.Valenz. cons.30. num.10.Io:Hering.de molend. quæst.1. num.14. Solorz.cit.emblem.81.num.2.Larrea decis.12. ex num.6.* verè monetam cudentes, vel tondentes,
Regiæ Maiestatis amplitudinem comminuunt;
cuius vehementer interest, quod sua moneta
non dicatur adulterina; imò & quod dicatur
omni prorsus carens doli suspicione. An autem
possit solus Princeps sine consensu populi mo-
netæ

netæ valorem mutare ? vide *Beer.dec.327.num. 6.& 7.Duaren.lib.1.dispunct.cap.6.de veter. numismat.collat.c 7.Arisma loc.superiùs memorat. ex num.7.Corsil.Affl.in proam.const.qu.16.*

Hoc delictum quadrifariam committitur. Primò
140 nimirum cudendo; secundò adulterando; tertiò diminuendo, vel tondendo, quartò sic falsatam, adulteratam, tonsam, diminutamvè expendendo; notant *Menoch.de arbitr.Iudic.cent. 4.cas.316.Mascard.de probat.concl.1070.Decian. tom.2 tract.crim.lib.7.à cap. 23. ad 28. Clar. in pract.crimin.§.falsum, versic. dixi etiam*, & ibi *Baiard.Catalan.de indult.cap.28. Muscatell. pr. crim.tit.de fals. monet.* Alii addunt quintum modum, hoc est, eam tingendo, *Dans. tit.1. de pugn.DD.tit.de fals.monet.cap.1.à num.11.*

Inter atrocissima hoc scelus recensetur, estque de reservatis Principi, post alios, *Antun. Portugal.de donat.Reg.part.2.lib.1.cap.25.ex num.10.*
141 qui sicut Deus maxime offenditur, *Doctores omnes in cap.1.*verbo *moneta*, *in tit. qua sint regal.in cap.quanto, de iure iur.& in l.a.& ult. C.de fals.monet.Glos.in Constit. Regn. Adulterinam monetam, Bald.in l. si quis nummos, C.de fals.monet,Hyppol. cons. 74. num. 1.* Læduntur etiam homines; neque iis solùm scandalum grave gignitur, vt ait *tex.in cit. cap. quanto, 18.de jure iur.*; sed & iniuria, ac damnum infertur: siquidem, vel sit moneta legitimo pondere defraudata, & ex ea decipiuntur homines, credentes prò re sua, quam tradunt, accepisse justum pretium: quod non est, si moneta est diminuta pondere legitimo, vel sit moneta falsa effusione, vel metallo formata; & quis neget hoc nihil aliud esse, quam decipere accipientes: datur enim Alchimia pro argento, aurichalcum pro auro obrizo?

Ex hoc autem publica quies perturbatur, commercia eliminantur, ac Respublica paulatim ad exterminium reducitur.

Vidimus hac nostra tempestate, (proh scelus!)
142 eò vsque excrevisse hoc pessimum hominum genus; quà radentium, quà fundentium, vt vix reliquerint monetam in moneta. Etenim, vt omittam monetam iam pene ad nihilum, & ad vix fere palpabilem figuram, redactam assiduo forbice; tanta falsæ monetæ quantitas fuit in hoc Regno nuper reperta, quod rerum venditores, metu falsæ ægrè accipiebant bonam; quis tunc non miseratur pauperis, qui cùm desudaverit tota die, vel hyeme in media laboraos, vt lucretur denarium, cùm acceptum vult expendere, falsum reperiat? Quis non misereatur militis, qui, cùm accepisset denarium diurnum stipendii militaris, vt ad victum necessaria sibi emat, serò falsum esse intelligat? Quis non misereatur divitis; qui collectam ex patriis suis redditibus pecuniam, cùm vult, vel soluturus mercedem famulis, vel ad statum decentia empturus, expendere, falsam, atque adulterinam sentiat? Vidimus plerosque habentes manum refertam pecuniis (ehu quot laboribus, quot vigiliis, quot sudoribus partam!) velle panem, ac vinum emere; atque iis penè panem, ac vinum denegari ob difficultates maximas, quæ fiebant ad invicem in dandis, recipiendisque monetis; novusque Midas quilibet ex istis agebat in medio nummorum. Vel ipsamet moneta suum casum ingemit, suamque adnihilationem his versibus.

Distichon.

Et secor, & cudor: sit sectò è corpore corpus
Viscera visceribus sunt geminata meis.

Aliud.

Ut magè per terras curram, mihi pondera tollunt:
At magè quò levior, currere visa minùs.

Aliud.

Nulla per ora mihi nascuntur signa pilorum:
Ergò cur toties barba resecta mihi est?

Aliud de moneta argentea.

Filia sum Phœbes: crescit, decrescit eundo
Mater; ego fio semper eundo minor.

Aliud in monetam
Ex cuius segmentis alia recuditur.

Crevit amor nummi, te decrescente: recisa
Crevisti numero, pondere facta minor.

Aliud.

Argenteæ, & non aureæ monetæ fit injuria.

Luna est argentum, Sol aurum, Chymicus, inquit:
Sol sine labe micat: non sine labe feror.

Angebatur totus populus; nesciebatque in reci-
143 piendis pecuniis, quodnam mallet monetæ genus accipere, vt tutiùs acciperet. Quem, non commiseratio populi gementis attigerat, is propriam in argento inopiam deplorabat. Cui falsæ monetæ malo vt occurrerent, superioribus temporibus Excellent. Proreges, diversas promulgarunt *Prag.*sub *tit.de monet.* sicuti hac in re mirum effulsit Excell. Dom. Marchionis de los Velez Proregis ingenium. Vix enim ei denunciatum fuit de statu totius populi ex tanta vi falsæ monetæ, Extemplo sub die 12. mensis Julii 1677. Pragmatica sanctione cavit, quod nullo penitus pacto curreret moneta tarenorum, falsa vel cuneo, vel liga; statuitque quosdam delegatos, qui vnà cum Gubernatoribus Bancorum, cujuslibet Banci monetas accuratiùs inspicerent, falsamque, quam adinvenissent inductam in Bancis, monetam secarent; præpositis quibusdam expertis in qualibet hujus Civitatis regione, atque Regiis Perceptoribus in Provinciis, quibus festinanter tarenos omnes adulterinos darét, si quis haberet; reddita vnicuique eodem tempore pro tarenorum falsorum valore, moneta currenti, atque vsuali. Quibus præmissis, iussit neminem in posterum audere monetam, quæ bona jam præsume-

mebatur post tot diligentias, recusare.

Inter cæteras autem dispositiones, quæ de hoc
145 crimine delendo in Regiis Pragmaticis statutæ sunt, præsertim est, quod probatio in hoc facinore sit privilegiata, vt in *Pragm. 2. §. 12. & 13. de monetis*; in quibus præcipitur, quod habita ratione, quoniam adulterina moneta clandestinis sceleribus exercetur, vt in *l. quoniam, 2. C. de fals. monet.* quoties inquiri contingerit homines, aliàs huius immanissimi facinoris inquisitos, ac penes eos iterum reperiantur cunei, vel alia instrumenta fabricando monetam, seu forfices, segmenta, aut instrumenta tondendu apta, etiam si in flagranti crimine non deprehendantur: attentis mala anteactæ vitæ fama, & qualitate, tortora, vel condemnatione ex præterita inquisitione habitis, in arbitrium sit Tribunalis, seu Judicis competentis, ob dictam malam qualitatem, vel indicia, eo plectere pœna mortis naturalis, quamvis in secunda vice non adsint testes de visu: cùm habeantur tanquam confessi, & convicti ob inquisitionem præteritam.

Respectu verò aliorum, qui aliàs non fuissent inquisiti de hoc crimine, præcipitur: quod concurrentibus contra ipsos mala vita, fama, qualitate, ac vnico teste de visu fide digno, servetur dispositio *cap. Regni jam sæpè.*

Si verò testis de visu fide dignus deesset; at eum dicta mala vita, ac fama vrgerent vehementiùs indicia de hoc crimine, quod arbitrium sit iudicis competentis, in eo casu posse damnare vltimo supplicio eos ita, ac si essent confessi, & convicti.

Igitur quoad *cap. jam sæpè* confirmatum *in d. §. 13. prædictæ pragm.* exorta est quæstio in M.C.V. in causa Sabbati de Leo; in qua Fisci Patronus institit pro morte, dicens: quod habebat indicia valde vrgentia, & vnum testem de visu; præsertim ex inventione monetæ penes ipsum Reum. Etenim, vt ait *Foller. praxi crimin. rubr. cap. informat. num. 12.* optime dicitur, probatum esse corpus delicti in hoc crimine, quan-
144 do liquet de inventione, seu fabricatione monetæ, quæ sit falsa in argento, liga, vel imagine impressa. Hinc si dirigantur obtutus ad dispositionem *d. cap. jam sæpè*, reus convincebatur vtique ex mala fama jam probata, ac vno teste, ad dicta per *D. Marcell. Calà de mod. articul. gl. vnic §. 2. num. 761.* quæ satis sunt, vt dicatur probatum hoc crimen, ait *Gagliar. in tract. de delict. lib. 5. num. 98.* Sin autem habeatur ratio dispositionis ipsius *Pragm.* concurrebant in casu nostro, cum mala fama, vt aiebat Fisci Patronus, indicia valde vrgentia, præsertim, depositio testis de visu affirmantis, se vidisse illum cudentem monetas, ac eas alijs dispensantem, ex quo manifestum erat, vt ex *Campagn. in cap. 31. num. 14. Franch. decis. 351. nu. 2.* & *Macerat.* probat *Burg. in tract. de mod. procedend. ex abrupto, cap. 23. num. 139.* quibus accedebat *dec. de Franch. 402.* vbi ait, quod, cùm fuisset reperta in posse cuiusdam quædam adulterinæ monetæ quantitas; adfuissetque mala fama, ipsum consuevisse eiusmodi monetas expendere, concurrentibus duorum sociorum depositionibus in tortura, ita quod nullus foret locus excusationi, ipsum esse illarum monetarum artificem: fuit vltimo supplicio affectus, cuius *dec.* memores sunt, præ cæteris, *Conciol. resol. crim. 2.* verbo *moneta falsa, ex num. 1. Antunez Portugal de donat. Reg. part. 2. lib. 3. cap. 25 num. 66. Consil. de Xarz. dec 60.*

Afferebatur pro Reo, quod corpus delicti num erat legitime probatum; cùm haud sufficiant falsarum monetarum inventio, præsumptiones, indicia, & coniecturæ; sed debet esse probatio evidens, ita vt de illa nihil penitus dubitari possit. Quamobrem si quis fateatur, se falsam cudisse monetam, nequit ob hoc damnari capite, nisi de eo, quod confessus est, evidenter appareat, vt ex *Brun. à sole in cons. vnic. crimin. num. 176. & Cephal. cons. 230. num. 11. vol. 2. probat. Farin. in prax. crimin. quæst. 2. num. 22. cui adhæret Guazzin. in tract. ad defens. reor. in 4. defens. cap. 9 sub num. 8 Honded. cons. 90. num. 31. vol. 2,*

Et sicuti instrumenta ad exercendam adulterinam monetam, inventa in ædibus alicuius, etiam non demonstrata scientia Domini, faciunt indicium ad habendam de eo quæstionem, præsertim si collaboret mala vita, & fama, *Paris. cons. 169. nu. 30. lib. 4. Menoch. de arbitr. cas. 316. num 64. Mascard. de probat concl. 1070. num. 9. Marsil. in l. qui falsam, num. 106. C. ad l. Cornel. de fals. Ant. de Ball. in tract. crimin. lib. 3. tit. de liter. dispens. casu 8. num. 10. Boss in tit. de monet. num. 7. Burg. loc. cit. num. 137. Guazzin. loc. cit. num. 6. Farin. cons. 161. num. 6. & 7. & cons. 175 num. 3. to. 2. & de crimin. læs. Majest. quæst. 133. num. 120. Muscatell. in prax. crimin. tit. de fals. monet. num. 11. Honded. memor. cons. 92. nu. 29. Decian. in tractat. crimin. sa. 2. lib. 7. cap. 26. num. 6.* ita pariter moneta adulterina, vel detonsa in posse alicuius reperta, indicium facit ad torturam, *Farin. d. cons. 475. num. 1. Decian. loc. nuper cit. nu. 5. Dauz. de pugn. doct. tit. de fals. monet. ex num. 16* docens de hoc praxim: nam præsumitur ab eo fabricata, *Marsil. cons. 47. Honded. loc. cit. num. 2. Carrer. in eius prax. crim. cas. 26. num. 7. Farin. dict. quæst. 113. nu. 116. Massin. de confisc. q. 7. n. 52 Conciol. resol. 3. Guazz. defens. 4. cap. 9. num. 6. Reg. Capyc. Latro decis. 179. n. 91. Vermigl. cons. 218. & 219. Giurb. cons. 85. ex num. 9.*

Itaque ad huiusmodi delicti probationem videtur requiri, quod non modo inveniantur monetæ falsæ, sed necesse est etiam, ut ibidem reperiantur instrumenta, apta ad falsandum, seu tondendum, ad tradita per *Muscatell. in prax. crim. de cogn. seu probat. delict. tit. de fals. monet. nu. 16. Dauz. loc. cit. num. 57.* Imo, vt liquidò per inspectionem oculorum probatio innotescat, oportet, vt superiùs ex *Brun. Cephal. Farin. Guazz. & Honded.* adnotavi. Hinc est, quod Judices cauti conentur, ex insperatò monetario in flagranti crimine deprehendere, vt plenissimè dici queat constitisse.

Igitur, cùm constitum non fuisset plenè de corpore delicti, dicebatur pro Reo, quod nulla erat depositio testis de visu, vt tradit *Muscatell. in d. tit. de fals. monet. n. 31. 32. & 33.* pos-

let

ſet enim præſumi illius teſtis impoſtura, moti potius ad præmium & impunitatem conſequendum, quàm ad veritatem dilucidandam, *Io.Iacob.Anichin.apud Ricc.collect.3562.p.8.*

Maxime quia ex *cit. cap. in iam ſæpè* exquiritur depoſitio vnius teſtis bonæ vitæ, & famæ, fide
145 digni, vt advertit *Maſcatell.loc. cit.nu.* 27.
At inter cæteros, quos patiebatur, defectus, teſtis erat Apoſtata; qui non admittitur ad perhibendum teſtimonium, ex triplici ratione: quia eſt infamis, vti ſacrilegus, *cap.3. extr.de Apoſt.* quia periurus: dum publico iuramento obedientiæ, & religionis, per eum in profeſſione præſtito, non ſtetit; denique quia eſt excommunicatus, *cap.2.ne Cler. vel Monach.* ſic *Mozicell. & Aemil. de teſtib.* verbo *Apoſtata*, *Maſcard. concl.112.à num.12.Farinac quæſt.56. à n.* 444. Item per *Conſt.Regn.incip. Apoſtatis*, æquiparatur ſervo, & mortuo: dum privatur etiam omnibus iuris civilis beneficijs, ibi: *A profeſſione, vel voto naufragantes legibus coarctamus ſucceſſionem tollimus, & omnio jus legitimum abdicamus*; & pro nihilo habetur, *l. quod attinet, & l.ſervitutem,ff.de reg.jur.*

Et *deciſio de Franch. cit.* 401. huic caſui adaptari non poterat: Siquidem præter ea, quæ reſpondet *Farinac.d.quæſt.115.inſpect.3.num.*118. optime occurit *Maſcatell.loc. cit.* quod in eo caſu aderāt convictio, tum ob malam qualitatem, & famam, addita maxima monetarum falſarum quantitate, in eius perſona, cum mendacio, reperta: tum ob depoſitionem duorum ſociorum criminis; quapropter poterat etiam citra quæſtionem ad condemnationem deveniri, ex quo patebat dolus in ipſo Reo, *Marſ. in l. qui falſam, num.33. in fin.C.ad l.Cornel.de falſ.Guazzin.loc.cit. nu.4.* at in enarrata hypotheſi, licèt contra militaſſet mala fama; non aderat, niſi depoſitio vnius teſtis indultati, & exigua monetarum quantitas, quæ potiùs vrget pro delicti excuſatione, *Caball.reſol.crimin.caſ.* 199. *Farin.d.q.115. n.*111.

Hos inter anfractus, Reus in viſitatione D. Regentis viſitantis, vt moris eſt, ſingulis diebus Saturni M. C. V. obtulit ſe vltrò remigem per decennium ad triremes, & fuit eius oblatio admiſſa: perpenſumque fuit, abunde fuiſſe delictum in genere probatum ex reperta argentea
147 pecunia domi illius, quod eſt, quod principaliter requiritur: inſtrumenta enim, quamquam non reperta, præſumuntur tamen in poſſe illius, in cuius invenitur pecunia procuſa, *Hended.dict.conſil.92.num.29.* nam non ſupponitur conſequens abſque antecedente, ex quo proficiſcatur, *l. ad rem mobilem, l.ad legatum ff.de procurat.cum concordant.* apud *Barboſ. in princ.iur.lit.C num.* 47. inſtrumenta enim ferè occultantur diligentiſſime, ne inveniantur à iudice; nec eſt curandum quicquam de inſtrumentis, ut nec curandum de inveniendis armis pro corpore delicti hominis occiſi. Inde eſt, quod debet haberi ſumma ratio perſonæ, eiuſq; qualitatis, ut ait *Decian.dict.cap.26.nu.5.* adeo quod ſi moneta inveniretur penes hominem bonæ famę, non eſſet malè præſumendum, ut advertit *Hended.loc. cit.* prout foret malè præſumendum de reperta penes hominum pravæ conditionis, itaut quæſtionibus ſubijci debeat, & dixi pluries, præſertim ſupra *ſub nu.* 145. *afferebatur*, maxime quando moneta reperiretur nondū pro cauſa, ſeu nō in arca, ſed in later bus

Fuit etiam hæſitatum de altero caſu, ſtatuto in eodem §. 13. Quænam indicia ab eo require-
148 bantur, & quæ probationes malæ vitæ, famæ, & qualitatis, vt ſupplicium poſſet mortis irrogari; Idque tum in cauſa Ioſeph Sanzone, tum in alia Iacobi Schinech, inquiſitorum de tonſione monetæ.

Aderant enim contra Joſeph indicia, Siquidem, cum acceſſiſſet ad ejus apothecam, & domum, Iudex cauſæ Commiſſarius cum Scriba Fiſcali, pluribuſque teſtibus de platea, in palmento eiuſdem apothecæ reperta fuerunt prope Bancum, & ſimiliter in cella vinaria, loco eius domus ſecreto, ſegmenta quædam regiarum monetarum incluſa in quadam cartha: quamobrem, habita ratione loci ſecretioris, dolus præſumitur, *l. fin.ff.de rit.nuptiar. l. adulterium cum inceſtu, §.inceſtum autem*, juncta *Gloſ. ad l. Jul.de adulter.Caball.reſol crim.caſ.* 199. *nu.*79. necnon in vna forbice magna repertæ fuerunt Rebavæ argenti, vulgò *i Rebavi*. In domo ſuperiori reperti nonnulli lateres, & parva tabula, cum expolituris argenti, & ſuper lapidem preſertim feneſtræ aliæ expolituræ argenti, factę expoliendi cauſa monetas detonſas, cum quadam quantitate monetarum regiarum, aptarum tondi per monetarios.

De quibus rebus repertis capta fuit informatio etiam per teſtes expertos Regiæ Siclę, *Maſcat. cit.loco num.18.Guazz.defenſ.4. cap.9. num. 6. Concioli reſol.1.num.2.Reg.Capyc.Latro add.dec.179.num.29.& 56. Vermigl conſ.218.num.6.* & videndus *conſil.220.n.3.* in quo non poterat dubitari, & debet animos iudicantis acquieſcere, ad tradita per *cit.D.R.Capyc.Latr.in ead.deciſ. verſ.dicebatur, num.*46. Accedebat pro Fiſco vnus teſtis de viſu famulus dicti Ioſeph, licèt minor, qui depoſuit à ſe per rimas hoſtij viſum fuiſſe dictum Ioſephum noctu, accenſa face, regias tondentem monetas; quamvis famulus, vt deponens factum domi, & in ſecreto, erat admittendus, iuxta doctrinam *Salyc.* & aliorum *in l.conſenſu, C.de repud.* Neque de eius minori ętate erat habenda ratio: quia erat doli capax proximus ætati 18. annorum: in hoc præſertim crimine, quod eſt lęſæ maieſtatis, in quo admittitur in teſtem etiam pupillus, *Gloſ. in l. inviti, 18. in ordine, verſ. ſed nec pupillus, ff. de teſtib.*

Nec defuerunt alij teſtes, habitantes è regione domicilij dicti Ioſeph, qui depoſuerunt, ſe pluries audiſſe rumorem quendam forbicum ſuper lapidem feneſtrę dicti Ioſeph, dum ipſe erat in ea, ex quo iudicaverant Ioſephum in eo loco monetas tondere. Et facto acceſſu per totam M.C. fuit viſum, potuiſſe famulum cernere per rimas hoſtii, quod auget judicium, *Gratian. tom.5.diſcept.foreuſ.cap.849.num.49. & 50.* & pariter ſupradictos viſinos potuiſſe rumorem forbicum audire; poſuit enim M.C. quendam conſultò tondentem monetas in ea feneſtra, &

ex

ex vicinorum fenestris audiebatur fragor.

Examinavit præterea Fiscus plures testes deponentes de fama, qua laborabat dictus Josaph, quippe habebatur, vt detonsor regiarum monetarum, & vrgebat quodam processu inquisitionis, habitæ in eadem M. C. contra eundem inquisitum de vsuraria pravitate, quæ rapinæ, & furto æquiparatur, *Glos. in princip. Rubr. cap.1. de vsur. cap. si quis usuram*, 14. *quæst.4.* ob id *in decis. mem. de Franch* 401. fuit confirmatum per S. C. decretum, à M.C. latum contra inquisitum de hoc delicto, adversus quem pro mala vita, & qualitate fuit per Fiscum adducta inquisitio furti; & demum quia ipse Ioseph, dum esset Frater cujusdam Religionis, fuit ab illa expulsus tanquam incorrigibilis.

Erat insuper probata eius mala vita, fama, & qualitas pluribus testibus. Unde Dom. Ioseph Colentinus tunc Fisci Advocatus in M. C. instetit pro morte præfati Iosephi, & Dom. Ianuarius de Andrea, deinde Fisci Patronus, illius inhæsit petitioni in dictum Iacobum Schinech dispositione *dicta Pragm.* dicens.

Quod in re dubia judici potest veritas innotescere, ac probari per Rei confessionem, per testes, per scripturas, ac per præsumptiones, atque indicia vrgentia.

Confessio Rei meritò à plerisque DD. non recensetur inter probationes; vbi enim est confessio, ibi procul est dubitatio.

149 Remanent ergò testes, scripturæ, & conjecturæ, seu indicia; inter quæ debilior, quippe quæ magis suspicioni obnoxia, est probatio per testes, qui possunt vel decipi, vel corrumpi, ut diximus in *rit.* 265. *num.* 28. *hoc lib.* 3. *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.3. §.7. num.* 12. & ingemit *Consil. Carleval. tom.2 disp. iur. lib.1. tit.2. disput.3. num* 28. & tutior censetur probatio per indicia, *Cujac. in repet. tit. C. de testib.* ibi: *In omni lite maximi indicia momenti; quod testes pecunia corrumpi possint, indicia non item. Donell. in rubr. C. de testib.* ibi: *Proprie res probantur rationibus, & argumentis; testimonia autem non necessaria: quia potest testis, aut scriptura mentiri, & errare*, adducit eam illud *Ciceron. Argumenta esse rerum, testimonia voluntatum; quæ voluntates mutari possunt, & falli, atque alios fallere*, nam indicia majorem authoritatem, & fidem probatam, quàm testes, & instrumenta, videntur continere, *l. ad probationis, C. de probat.* vnde ex *Francisc. Cason. in tr. malef. vramedit. tract.* 11. *Ne Reus per aliqua indic. convinc. ut pæn. capital. damnet.* inquit; Et dixerunt Oratores, plus oportere signis, ac argumentis credi, quàm testibus; hæc; .n. eo modo res exponunt, quo modo revera sunt gestæ, testes corrumpi posse, vel pretio, vel gratia, vel metu, vel simultate; Inde est, quod à II. CC. maximi habentur indicia, seu argumenta in rebus dubiis, atque in quæstionibus voluntatis discernendis; itaut nihil tam veritati, atque evidentiæ accedat per ipsos, quàm indicia, & coniecturæ.

Perpendunt ad hoc DD. *text. in l. licet Imperator, de leg.* 1. vbi proposita regula, quod legata relicta ab instituto, censeantur repetita à substituto, punitur exceptio; dummodo non refragetur evidenter defuncti voluntas, ibi: *Nisi fuit evidens diversa voluntas*; & subnectit, quod hæc evidens voluntas *ex multis colligetur*; referens plerasque coniecturas, ex quibus evidentem hanc contrariam voluntatem colligit.

In causis autem criminalibus perpendunt *text. in l. si qui adulterii*, 34. *C. ad l. Iul. de adulter.* vbi ii, qui accusati de adulterio, absoluti sint propter sanguinis coniunctionem, quæ inter eos intercesserat; si deinde nuptias contraxerint, emerget ex hoc vehementissima coniectura de adulterio antea patrato; ibi: *facinus illud, in quo fuerunt accusati, manifesta fide, & evidentibus indiciis publicabunt*; & iubet *text.* quod contra eos tanquam contra confessos, & convictos procedatur. Ideo *tex. in l. indicia, de sep. viol.* dicit. *indicia, quæ à iure non respuuntur, non minorem, quàm instrumenta, continent fidem*, æquæ habens probationem, quæ nascitur ex indiciis, ac eam, quæ ex instrumentis, & in *l.2. C. quor. appell. non recipi*, ibi *argumentis convictus, testibus superatus*, supponens, quod vel ab argumentis duntaxat possit quis convinci; & in *l. non omnes, §. à barbaris, de re milit.* vbi volens verificare, an miles transfugerit vltrò ad hostes, an verò fuerit captus, inquit *text. Quod si hoc liquidò probari non possit, argumentis cognoscendum est*, supponens, liquidum, & clarum facillime posse ex argumentis haberi.

Ex his *tex.* DD. concludunt, probationem, quæ oritur ex præsumptionibus, esse veram, certam, liquidamque.

Quod autem isthæc conclusio locum sibi vendicet

150 in causis etiam criminalibus, atque in iis, vbi agitur de imponenda pœna corporali, probant latissime *Barbos. in l.2 solut. matrim. p.* 3. *Larr. alleg.* 66. *Io: Roias, Simanch. in tract. de haret. Merend. lib.5. controv. c.39. Caren. de offic. S. Inquis. p.3. tit.10. num.5. Grasset. anatom. nec. prodis. §.29. num.* 195. Et colligitur ex *text. in d. l. si quis, l. non omnes*, & singularissime *text. in l. excipiuntur, ad Syllan.* vbi per geminam conjecturam infligitur pœna capitalis minori, vti conscio mortis Domini, quia ad pedes Domini cubabat, & tacuit necem; Vnde *Bald.* ait: *ex multis indiciis resultat plena probatio, etiam ad condemnationem capitalem, etiam contra impuberem.*

Et in crimine falsi ex pluribus duntaxat indiciis potest veritas induci, *l. vbi falsi*, 22. *C. ad l. Cornel. de fals.* ibi: *vbi falsi examen inciderit, tunc acerrima fiat indago argumentis, testibus scripturarum collatione, aliisque vestigiis veritatis.* Idque magis habet locum, quando facinus ex sua natura est difficillimæ probationis, *Azevad. super ll. Hisp.* apud *Larream cit. loc. num.5.* ibi: *In his, quæ sunt difficilis probationis, qualibet informatio indicis habetur pro plena probatione*: adhærens vestigiis *Bart. in l. in illa stipulatione si Kalendis, de verb. obligat. in fin.* In prædictis enim casibus, vbi non potest, liquidò probari, sufficere aiebat, quod ex vehementi opinione se informet. Ideo *Duaren. in tit. de probat. c.10.* ait: *Quare multum dissentio ab iis, qui putant, non posse quemquam condemnari ex coniecturis quantumlibet urgentibus.* Non debet ergo videri insperata, atque exorbitans dispositio *Pragm.*

In hac autem thesi habentur omnia *Pragmatica* sequi-

requisita, diffamatio nimirum, atque indicia vrgentia.

Diffamatio, inquam, est, vt eam requirit rigorosior opinio *Bart. in l. de minore, § plurimum, de quæstion.* vbi vult quod ea proficiscatur à motivis probabilibus, & rationalibus; Talis autem est ista,

Reliquum fuit igitur revocare ad trutinam, an
151 hæc indicia essent valde vrgentia, itaut sufficerent?

Ait *text. pragm. Et à rispetto de gli altri, che non fossero stati ancora inquisiti di simili delitti, ordiniamo, che sempre contro di loro concorrono la mala vita, fama, e qualità, & un testimonio di viso degno di fede, s'osservi la dispositione del capitolo di questo Regno* jam sæpè. *E quando non vi fosse detto testimonio de visu degno di fede e vi fossero con detta mala vita, e fama altri indicii molto vrgenti, che resti similmente ad arbitrio.*

Ea igitur vult indicia *pragm.* quæ in defectum testis de visu subrogari possint. Quamobrem tantam efficaciam debent habere indicia, quantam habet testis de visu fide dignus; secus esset absurdum, velle maiorem vim in subrogato, quàm in eo, cui subrogatur. Nunc sic: testis de visu non facit, nisi semiplenam probationem; ergo vis, quæ requiritur à *pragm.* in indiciis, est, vt faciat semiplenam probationem.

Neque huius *Pragmaticæ* menti repugnant verba illa: *molto vrgenti*: vtitur enim *Pragm.* eo loquendi modo quo *Iul. Clar.* qui *in §. fin. qu. 20.* tria indiciorum genera distinguit, levium nempe, gravium, & gravissimorum: ea dicens, esse levia, quæ sufficiunt ad capturam, non ad constituendum quem inter Reos, aut cum examinandum ad capiendam informationem, non ad expediendam citationem, vt subdit: *Et huiusmodi indicia si non sint multum vrgentia, ego puto, rectè appellari suspiciones; si verò magis vrgeant, crederem, posse dici præsumptiones, & argumenta.*

Nemo autem ibit inficias, gravia, & gravissima multum vrgere: Igitur *Pragm.* illas indiciorum species voluit, quæ ita multùm vrgeant, vt non sint suspiciones, sed veræ præsumptiones, & coniecturæ.

In hoc casu præter corpus delicti, est inventio domi, cum fuit captus: depositio, seu denunciatio Salvatoris Bruni, creberrimum depositum nummorum in Bancis, & mox acceptio, quando ipse non fungitur officio negotiantis; prætermissis mendaciis in eius depositione, virgarumque argenti venditione ab ipso facta.

Quæ omnia sufficere ad semiplenam probationem audacter Fiscus contendebat, ex quo *Didacus*
152 *à Cantera in 2. de probat. per test. quæst. 1.* definit quodnam indicium semiplenam gignat probationem, ibi: *Et non erit abs re, quando indicium & quale æquiparetur, & valeat tantum quantùm semiplena probatio. In hoc ego considerabam, quod semiplena probatio attrahit vehementer animum iudicis ad credendum illud, de quo agitur. Eodem modo illud indicium æquiparabitur semiplenæ probationi, quando illud indicium attrahit vehementer animum iudicis ad credendum illud, de quo agitur, & tale indicium erit sufficiens ad torturam. Et quod indicium attrahat vehementer animum iudicis ad illud credendum, vel nquitur arbitrio iudicis & arbitrabitur, pensatis qualitatibus delinquentis, & delicti, & aliis qualitatibus; ex his videbit, an attrahat vehementer animum iudicis ad credendum illud, de quo agitur, vel ad non credendum,* juxta theoricam *Bart. in l. admonendi, ff. de iur. iur.* in themate presenti monetarum inventio recenter incisarum, penes omnes Doctores sequentes doctrinam *Hyppol. de Marsil.* semiplenam probationem progignit, & vno omnes ore fatentur esse hoc indicium ad torturam. Ecquis dubitat, quantitatem monetæ recenter incisam, repertam penes hominem, qui cùm profiteatur artem funditoris metallorum, omnia habet instrumenta, quibus & illa facillimè procudi potuit, vehementer attrahere animum iudicis ad credendum quando aliundè non patet, vnde hæc emerserit moneta?

Monetæ inventio est indicium reale, non dependens à testium voluntate, sed ab ipsamet re, quę repetitur, obvenit.

Larr. in alleg. 96. num. 16. refert locum *Magistri Marquez* super Achan Iosuè: qui, vt patefaceret furtum, non satis habuit Inquisiti confessionem, sed perquiri jussit in eius tabernaculo, ibique partem furti reperiit, pluris habens hoc indicium, quam confessionem, & testes; *Testes* (inquit *Larr.*) *possunt esse inimici, aut aliter improbe ad testificandum inducti, ideo manifestè populo authorem furti ostendere; validiùs quàm testes, & confessionem, indicium indicavit, Nam ex se ostendit nec patitur calumniam.*

Ioan. Chrysostom. homil. 2. David. & Saul. de Davide, qui in antris partem vestis Saulis secuit: *Mutus quidem ait, testis, sed omnibus vocem habentibus evidentior.* Itaque hæc inventio efficacior est, quam testis de visu.

Decian. lib. 7. cap. 26. num. 6. ait, quod instrumenta cudendi monetam, reperta penes aliquem, indicium faciunt ad habendam de eo quæstionem, nisi bona fama ei suffragetur, subditque: *Quam quidem limitationem admiserim, si talis bona fama inquisiti, vel accusati sit notabilis, & non vulgaris: Nullus enim est tam vilis, & infimæ conditionis, ac etiam perditæ vitæ, qui aliquos non reperiat testes, qui deponant de eius bona fama, & earum rationes; & præsertim si ille, penes quem reperta sint ista instrumenta nesciat aliquam rationem reddere, qua potuerint dicta instrumenta ad manus eius pervenire. Item considerandum erit, ille, penes quem reperta sunt illa instrumenta, potuerit scire, quod apud se forent, vel non,* quod alii DD. confirmant.

Salvator Brunus testis, vel consideretur, vt socius criminis; & nulli dubium erit, quod probet in hoc flagitio, ut communiter aiunt *DD.* per *text.* expressum in *l. 1. C. de fals. monet.* ibi: *Facti conscios per tormenta illicò proditurі.* Vel consideratur ut zelo ductus, & hoc nec fidem ei quidem poterit minuere. Ille enim duntaxat denuncians non probat, qui accedens sponte ad iudicem videtur subire vicem accusatoris; ille erò, qui coactus à iure, denunciat, eùm id faciat ex necessitate, probat maximè, integrum æque est fidei. Ita decisum in crimi-

ne

ne falsæ monetæ à M. C. V. comprobatumque in Collaterali, refert *Thor.in 3. par.* verbo *moneta falsa.* De persona denunciantis: *Etenim certum erat, quod ipse conscius tenebatur revelare, aliàs in eandem pœnam incidisset. Et in hoc nullum eius interesse versabatur, nisi impunitas delicti, quæ solet eis indulgeri*, & perpendit post *Thom.Trivis.dec. Palat.Apost. Venet.29. part.2.Marta in compil.dec tom.1.tit.testis, cap. 31.* Si consideretur, vt inquisiti inimicus rationa minarum, quas in defensionibus conatus est probare, hoc est magis, magisque inverisimile dum Jacobus eo familiaritatis vinculo cũ Salvatore vtebatur, vt ab ipso, vel usque ad capturæ diem fides crediti giratas in albo acciperet. Et clamat *text.in l.1 §.præterea, ff. de qu.* ibi: *Nec tamen sub prætextu inimicitiarum detrahenda erit fides quæstioni; causaque cognita habenda fides, aut non habenda.* Si demum consideretur, vtpote qui impunitatem sperat, neq; in hoc aliquid illucescit, quod fidem moueat, quasi dixerit, vt sibi consuleret, *textus est in l. 1.§ cùm quis latrones*, agens de depositionibus latronum contra eos, à quibus fuerunt vinculis mancipati; in quo casu manifesta videbatur supponi inimicitia, eaque maxime capitalis; attamen *Iure Consultus* non omninò fidem iis detrahit; sed vult, quod *causa cognita existimetur, habenda fides sit necnè*. Et ratio est, quia quandoque verum deponitur, & delinquentes ad hoc latronem capiunt putantes, eius confessioni contra ipsos non habendam facilè à iudicibus fidem: Plerique enim dum metuunt, nè fortè apprehensi eos nominent, prodere eos solent: scilicet impunitatem sibi captantes, quia non facilè eis indicantibus proditores suos creditur.

Debet igitur perpendi factum, & quando illud; quod deponitur à denunciante, verificatur in circumstantiis, tunc accipit vires, & cum viribus fidem denunciantis depositio. Inimicitia enim, vt repellat testes, debet esse capitalis, *Farin.* post innumeros fere DD. *de testib.qu.53. num.52.* In indiciis autem sufficit moralis certitudo; quicquid sit, quod res aliter fuerit peracta, vt ait *Divus Thomas 2.2.quæst.70* relatus à *P.Grassett.anatom.§.29.num.236.* ibi: *In actionibus enim humanis, super quibus constituuntur judicia, & exiguntur testimonia, non potest haberi certitudo demonstrativa, eo quòd sunt contingentia, & variabilia: & ideo sufficit probabilis certitudo, quæ ut in pluribus veritatem attingat, & sic in paucioribus à veritate deficiat.* Addebat postremò Fiscus, quod arbitrium certè in hoc casu debebat sibi concedi ob criminis frequentiam, temporumque calamitatem.

Peracta causa Iosephi Sanzone in M. C. referente Illustr. Marchione Oliveti Dom. D. Dominico Emanuele Cioffi, tunc illius Judice, nunc meritissimo Regni à Secretis, viro quovis summo Magistratu dignissimo, quod ipse prædixi ob eius pueritiam in *rita 15. sub num.10.lib.1.* fuerunt scissa vota; tandem prævaluit maior pars, quod moreretur, & torqueretur tanquam cadaver, sub die 16. Octobris 1675. Quæstionibus tamen subditus nihil confessus est; & obtenta reclamatione, factoque verbo per eandem M. C. in Collaterali Consilio loco reclamatio-

153 nis in eodem scissa fuerunt similiter vota, & orta est paritas. Tres enim Spect.b. Regen. fuerunt voti pro morte, cohærentes decreto M. C. alij tres, quod regijs inserviret triremibus, donec viveret, & vnus, quod torqueretur acriter. At quia in dicto supremo Reg. Collater. Cons. servatur dispositio *text. in l. inter pares, ff. de re jud.* fuit explicatum decretum in beneficium dicti Ioseph Sanzone, quod remiget vita durante; & sic fuit exequutum, sub die 19. ejusdem mensis, suffragia ferentibus D. D. Regent b. D. Iacobo Capycio Galeota, D. Felice Vlloa S. C. Præside, D. Stephano Carillo, D. Rafael Vilosa Locumtenente Regiæ Cameræ, Don Petro Valero, D. Carolo Calà Duce Diani, & D. Didaco Soria Marchione Crispani, penes Calistum.

Eadem die, cuidam ex D. D. Iudicibus interroganti, an posset Prorex in decisionibus causarum, si vota sint paria, inclinare ad partem

154 quam mallet respondi, licere, *Præs.de Franch. dec. 252.n. 9.* subdens, quod rarò hoc faciunt Dom. Proreges; Tunc enim tres Adjunctos dare solent. Verùm quando votum suum vellent dare, in mitiorem partem debent inflecti, prout huius rei exemplum dedit Ioannes III Rex Portugalliæ, qui propendit ad absolutionem inquisiti, nè dicatur, quod ex voto Regis mortuus, vt refert *Gubernat. Christian. F. Io: Marquez lib.1.c.19.col.14.pag.115.* quem laudat *Tasson.de anteph.vers.2.obser.2.num.43.* qui *vers.3.obser.3.num.250.* verbo *adverte*, notat, quod animus Principis ex ministris delegatis, vel adjunctis agnoscitur, & refert verba *Ant. Perez: Es gran señal del animo de vn Principe la election, que hase, de Consejos para la resolution de vn negotio, & d.Io.Marq.lib.1.c.10.col. 6. in princ. Que los Principes no executen por manos de los que no sienten lo mismo, que ellos*, ad rem, *Dom.Reg.Vilos.post tract. de serv.fugit. dissert.3. ex numer. 59 Præs.* tamen *de Franch.in cit.dec. 252.* effatum procedit in paritate causarum civilium, quæ aguntur in Collaterali: nam in criminalibus dirimit citatus *tex.in l.inter pares*, vt vidi pluries practicatum. Imò in causa Rugerii Cavafelice inquisiti, cùm opposuisset indultum, decretumque per M. C. *terminus super illius validitate*, facta reclamatione in Collaterali, ortaque paritate, quia nonnulli decretum M. C. confirmarunt, reliqui quod *gaudeat indultu*; pro inquisito fuit publicatum decretum.

Excussa insuper causa Iacobi Schinech in Collater. coram Excell. Domino, votante duntaxat M.C. vigore diplomatis S. E. vnanimiter fuit decisum, quod torqueretur acriter, vno tantum contradicente, qui fuit voti, quod damnaretur capite.

At cùm fuisset acriter tortus, & in tortura siluisset crimen, fuit per septennium damnatus ad

155 triremes à M. C. ad tradita à *de Franch. dec.538, in fin.* me tamen non votante, qui jam completo biennio in M.C. ad S.C. redieram.

Et sanè decretum mortis in neutro casu poterat sustineri: Etenim in criminalibus nemo ex præsumptionibus debet damnari, *l. absentem ff. de poenis*, maximè capitis supplicio, *cap. afferte, extr. de præsumptionib.* vbi *Io. Andr.* cùm debeant in re criminali probationes esse luce meridiana nitidiores, *l. vult. C. de probat. Thor. in C. rer. iudic. crim. casu 44. num. 12. & 13. R. de Marin. lib. 1. quot. resol. cap. 83. num. 4. Gizz. ad Reg. Capyc. Latr. decis. 179. num. 4.* Hinc effluxit indubitata iuris communis conclusio, pœna delicti ordinaria condemnari posse neminem, nisi legitime, vel per confessionem, vel per testes convictus existat, *l. qui sententiam, C. de pœn.* subsecutaque est praxis in Regno, in quo nunquam, vel semiplenas probationes, vel quælibet alia indicia coniunguntur, ad plenam probationem inducendam, vt testatur *de Franch. decis. cit. 538. num. 16.* quem laudat *Thor. in C. rer. indic. in alleg. divers. 28. num. 2.*

Quin II. CC. communiter asserunt, non posse quem condemnari pœna ordinaria vltimi sup-
156 plicij, nec indubitatis quidem indicijs, *Grammat. decis. 8. & 42. Grivell. decis. Dolan. 93.* quem laudat *Novar. in Summ. Bullar. tom. 1. tit. de monetar. Tapp. lib. 5. Iur. Regn. tit. 49. pragm. 1. de quæst. Fab. def. 6. C. de pœn.* itaut servari in suo Senatu, ait *Caball. resolut. criminal. cas. 288. n. 2.* neque ab hac opinione vnquam dissentire praxim Regni, dicit *Gramm. dec. 42.* licet quæratur in *decis. 56. vers. quo toto*, quod in quadam causa fuerit, ipso tamen reclamante, iudicatum contrarium, *Giurb. cons. 43. Reg. Revert. decis. 63. num. 6.* nectens ad hanc propendere sententiam *Præs. de Franch. decis. 372.* ac decisum in S. C. testatur *R. Sanfelic. decis. 47.* dicens, mitiori debere, non pœna ordinaria plecti Reum, & M.C.V. decrevisse, quæstionibus supponendum Reum ex indubitatis indicijs, *Reg. Capyc. Latr. dec. 163. num. 9.* notans ita servari in Regno, Senatibus Sabaudiæ, ac Dolani; & primam opinionem olere maximam iniquitatem, clamat *Vermigliol. cons. 381.* Nam indicium, sit licèt vehementissimum, est semper quid minus veritate, & scientia illa, quæ habetur à depositione legitimorum testium, & omnium exceptione maiorum, *Boss. tit. de convict. num. 34. Boer. decis. 164. nu. 6.* quem refert *Consil. de Xart. decis. 39. Clar. §. fin. q. 20. num. 6. Farinac. quæst. 86. à num. 62. & nu. 110. ac 113.* Neq; possunt aut dari, aut excogitari indicia, vel præsumptiones quantumvis indubitatæ, ex quibus debeat, aut possit qui, ordinaria pœna affici, *Farinac. cons. 100. num. 10. & in add. ad cons. 55. lit. F. vers. secunda, Cabal. tract. crim. resol. 288. num. 15. Scacc. de indic. lib. 1. cap. 97. nu. 1. Guazzin. ad defens. reor. 5. defen. 33. ex num. 14. Alment. Giuas. discept. crimin. ad reor. defens. discept. 2. num. 121. Vermigliol. cit. consil. 381. n. 7. Ciarlin. controv. forens. cap. 151. Grasset. Annot. §. 29. n. 202.*

Dirempta fuit controversia hæc in Regno ex *Pragm. 12. de offic. iudic.* qua fuit cautum, quod ob delictorum frequentiam, in delictis atrocioribus Regia Regni Collegiata Tribunalia tantùm, & non cætera adhærere possint opinioni affirmativæ. Postmodum in anno 1622. fuit provisum, quoad Iudices delegatos ex delegatione procedentes; qui, si viderint quem pœna ordinaria ex indicijs dignum; tunc prolata sententia, antè executionem, si fuerint in Civitate, tenentur relationem oretenus facere in Collaterali Consilio; sin fuerint in partibus, obstringuntur in scriptis referre indicia; vt, ijs, æqua lance trutinatis, possit sibi iniungi, quod videbitur æquius, vt in *Pragm. 13. eod. tit. Rov. decis. 63. num. 8. Capyc. Latr. decis. 163. Reg. Sanfelic. mem. dec. 47. n. 8.*

Certum est igitur, quod quando *cit. pragm. 1. §. 13. de monet.* loquuta est de indicijs, non efflagitavit indicia indubitata, vt disposuit *indicata pragm. 12.* sed iudicia multùm vrgentia; nisi fuerint manifesta, & evidentiora quasi indubitata, *Bart. in l. vnius, §. Reus, num. 2. ff. de quæst. Alex. cons. 5. vol. 1. Grammat. cons. 22. n. 25.* & alij apud *Farin. quæst. 38. num. 79.* & quæ à nostratibus gravissima, & quasi convincentia appellitantur, *Præs. de Franch. decis. 538. n. 17. Reg. de Ponte dec. 24. num. 1. Reg. Capyc. Latro decis. 163. num. 54.* inferuntque propterea II. CC. quod ex vrgentibus semel Reus torquetur, ex vrgentioribus, sive multùm vrgentibus, possit repeti tortura, *Blanc. de indic. num. 2.* & inter hæc discrimen, inspecto iure communi ex *Bart. in l. fin. de quæst. num. 2. Specul. tit. de not. crim. §. vt autem*, recenset *Carrer. in pract. tit. de indic. vers. dubitatum, num. 3. pag. 38.*

Quin duplici genere sunt indubitata indicia, de
157 quibus eloquuti sumus supra *hoc tit.* Quæ enim indubitata sunt simpliciter, propriè, atque in primo gradu, sunt quæ nullam prorsus habent hæsitationem, neque actualem, neque virtualem, vel quæ tam præclare rem indicant, vt res aliter se habere non possit, de quo *Paul. de Castr. in l. sciant cuncti, C. de prob.* proponit exemplum in eo, qui exire visus est primo à domo, vnicum exitum habente, cum ense evaginato, & cruore recenter aspersо, ac deinde in eadem domo homo occisus reperiatur, *Farinac. quæst. 36. num 26. qu. 52. num. 50. & quæst. 86. Conciol. resol. crim. 2. rubr. indicium ad torturam, num. 4.* de quo dubium fuit apud *Cajan. de indic. tract. 11. num. 4. Menoch. de arbitr. cas. 270. num. 29. Guazzin. def. 33. cap. 15. num. 15. Boss. de indic. num. 45. Loff. de ind. & jur. lib. 3. cap. 49. num. 169. Giurb. cons. 71. num. 3. Vermigl. consil. 381. num. 6.* quicquid *Giurb. & Vermigl.* dictum refellens dicat *Grasset. de nece prodit. §. 29. nu. 202.* & de indicijs simpliciter, propriè, atque in primo gradu indubitatis, intellexit cit. *prag. 12. Thor. par. 3.* verbo, *Sodoma*, prout colligitur, ex eiusdem *Pragm.* verbis, ibi: *Fermamente.*

Alia sunt in secundo gradu, & sunt, duæ aliquam, habent admistam hæsitationem, saltem virtualem; quæ, licèt videantur rem ponere apertè, & clarè; ita tamen ponunt, vt res aliter se possit habere. Hæc verò sunt, quæ multum vrgentia dicuntur; & de quibus loquitur *cit. pragm. 1. §. 13. de monet.* Si enim indicium vrgens illud dicitur, cui non facilè, neque frequenter contingat veritatem abesse, *Carrer. in pract. tit. de indic. §. sed nu vnum indubitatum, nu. 5.*

num.5.pag.94. quem laudat *D. Maioran. in ope. prax.crim.cap.8.num.11.* multùm vegentia, quæ requiruntur à *cit.pragm.2.§.13.de monet.* debent esse indicia indubitata admissa cum aliqua hæsitatione, quæ diximus sub secundo genere militare. Et sicuti plura requiruntur indicia indubitata primi generis, ita plura requiruntur indicia indubitata secundi generis, seu multùm vegentia; ex pluribus etiam dubitatis indiciis nunquam prorsus resultat vnum indubitatum, *Farinac.qu.36.num.41.& q.86.n.14.& conf.108.Grasset.memor.loc.num.174.*

Et quoniam hæc indiciorum materia valde est in-
158 certa, & deceptionibus obnoxia; idcirco ipsamet *Pragmat.* in arbitratum Judicis remisit pœna ultimi supplicii damnare, quando concurrunt indicia valde vegentia; prout in Iudicis etiam arbitrium à iure communi remissa est indiciorum qualitas: cùm dari nequeat certa regula de iis ob varias rerum circumstantias, delictorum, & personarum qualitatem, *Conciol. verbo, tortura, resol 9 num.4.Farinac. qu. 37. ex num.192.Godef. à Bavo in tract. vel quæst.19. num.12.Laganar. ad Rovit. in pragmat. 37. de offic.mag.iustit.num.3.Reg.de Marin.ad Revert. decis.43.num.1.* Arbitrium autem non debet esse vælanus motus, aut affectatum, & tunc in cerebro confictum, sed juridicum, moribus legum præscriptum, rationisque dictamini, consentaneum, *Farinac.cit. quæst.37.ex num. 196. Ernest.Coth m.vol.3.respons.29. num.147.* vel saltem doctissimorum iuris interpretum communi suffragio conformatum, *Mynsing. cent.6. obser. 97.num.8.Tilemun.de Bening.decis Cameral.syntagm.1.vol.3 decis.5.num.12.D.Maioran.ad dict. cap.8.sub num.29.* Quamobrem probe perpendant judices indicia, etiam quando velint ex his quæstionibus aliquem subjicere; multoties enim quis fatetur delictum, non modò non commissum, sed nec à se cogitatum quidem, vi torturæ coactus, *Reg. Tap.super rit. 259* quem refert *Avus meus ad Gramm. decis.34. sub num. 38.* Terrentur ex casibus apud *Bald.consil.590. num.5.lib.5.Daniel. Miller. Semestr. lib.3. c.40. Conrad.de Herta.de inquis.reor.conclus.2. nu.1, Gilman.tom.2.Supp.Cum.1.vo.vot.6.num 64.pag. 80.Besold.Thesaur.pract.lit.P.num 7. cons. 177. num.8.part.4.Kitzel.de monet. class. 5. quæst. 2. sect.5.num.4.Coler.decis.Germ. 108. num.13 Vigel.ad const.Carol.cap.4.caus 1.except.1.* refertque *Annæus Robert.cap.4.lib.1. rer. judicatar.* quod cùm captus fuisset quidam ob quædam indicia, qui credebatur interfector cuiusdam mulieris, quæ non visebatur ampliùs in viciniis, & seri vi tormentorum confessus fuisset, se patrasse homicidium, fuit laquei supplicio eductus; Suspensi verò innocentiam docuit eventus. Rediit enim post biennium mulier, quæ credebatur extincta, dicens se abfuisse ab illa Civitate, ob nonnulla sua negotia. Atque vt exteris exemplis, quæ Neapoli successerint, adnectam, refert *Constant.Cafar.in specul. peregr. quæst.17. num.52.* quod quidam raptor cum rapta muliere arripuit fugam anno 1650. de qua accusati fuerunt tres Nautæ, qui supponebantur raptorem, & raptam in portum cymba transvexisse. Acerrime torti Nautæ, vi tormentorum non modò confessi fuerunt, à se illos transvectos, sed insuper occisos, & in vndis proiectos, vt nummis, quos raptor, & rapta à patriis laribus sustulerant, potirentur. Quapropter fuerunt Nautæ suspensi. Post annum autem viderunt multi raptorem, & raptam simul viventes.

Igitur indicia in causa Josephi Sanzone evacua-
159 bantur; cùm deductum fuisset, esse eius inquisitionem imposituram, dolumque, ac machinationem Sebastiani Ripoli, qui cùm esset anacliotheriorum, & stragulorum venditor, ægre ferens, quod Ioseph eandem etiam artem aggredi intenderet, minatus fuerat; se in Iosephi perniciem nihil intentatum relicturum, donec ipsum Josephum inspexisset ad deterrima quæque redactum, idque quia ex hac lite, ac differentia artis ad contumelias, & iurgia devenerant. Depositio famuli videbatur non vera, & affectata pluribus causis, in actis deducta.

Inquisitio de vsuraris labe, contra Josephum concepta, jam evanuerat, vt procurata ab eiusdem Sebastiani perditissimis dolis; imò illa ramenta, seu minutissimæ reliquiæ argenti, vulgo, *I Rebuvi*, reperta in forbice, potuerant facillime in ea derelinqui à ligulis argenteis, quas quotidie vendens, (venditor enim ligularum argentearum erat) recidebat. Casu in manibus vtriusque poterant supponi ex artis vniuscujusque exercitatione; ille enim venditor, vt superiùs tetigimus argentearum ligularum erat Jacobus verò argentarius faber, hinc meritò se hic excusabat, quod fuerint penes ipsum reperta instrumenta; illa nemque palàm tenuisse, vtpote ad argentarii artem pernecessarie, aiebat sicuti etiam dixit *Pros.de Franch. cit.decis.401.in fin.*

Etiam inquisitio Iacobi Schioech supponebatur machinatio facta à Salvatore Bruno, qui adulter erat, & amasius vxoris dicti Iacobi; eamque jampridem, diuque cognoverat, & dolose occulerat monetas tonsas in domus angulis; vt sublato, effectoque mortis supplicio Iacobo, tutiùs Salvator cum eius vxore concuberet. Omnia confirmantur; verum est enim, quod huiusmodi delicta sunt imposturis subiecta, vt in crimine læsæ maiestatis consideravit *Gig.cit. tract.par.1.§.vidimus, qu.16. num.2.* his verbis *Sæpe ab æmulis, & inimicis falso hujusmodi crimen impingitur, dicens; ita vidisse in anno 1551.in Persona Io: Pauli de Pompeiis, & Fratrum Nobilium Veronensium; contra quos Presbyter Veronensis confinxit quasdam fictas literas, quæ manu Comitis scriptæ videbantur; & accusationis falsitate comperta, fuit laqueo suspensus. At Comes, & fratres, nedum absoluti, sed muneribus donati.* Et vt plurimum solent huiusmodi crimina insontibus attribui, *Decian. tom.2.lib.7.cap.4.num.17.* imò quò detestabilius est flagitium, hoc minùs à iure præsumitur commissum; & pleniora argumenta, & probationes requiruntur, *Gizar.de scop.crim.23.num. 67.cons.2.num.51.& cons 6.num.109 Paul.Rub. de validit.legal.controv.forens.cap.24.num.162. Reg.Falcon.cons 163.num.67.lib.2.*

Insuper indicia in neutro casu erant plene proba-

ta;

Clar. §. fin. quæst.60. vers. nunc quæro, *Gomez de delict.tit.de homic. num.24. Farinac. de pæn. temper.quæst.91. num.7. Avus meus ad Capyc. decis.58.à num.1.& ad Gramm.decis.98.num.3. Prass.Merlin.lib.1.controv forens.cap.66 Coppen. observ.11 lib.1.Francisc.de Petris cons.29 nu.8.* Enimverò si quando iniuria viro in paucis egregio irrogatur, ac is jus suum prosequi, ac pœnas ab hoste petere non potest, vtpotè non virili præditus animo, aut aliis de caussis; Utique læso, cui vltio à lege permittitur integrum est, conducere homines pecunia, & iniurias vlcisci suas, *Affl.in Constit.Regn.pacit cultum,num.40. in 5.quæst.& in const si maritus,num.3.ex Bal. in l. Gracchus,C. de adulter.* loquente in viro, volente occidere vxorem adulteram, vt valeat homines convocare, probat *Trevisan. dec.22. p.2.* etiam pecunia, *Capoll.de serv.urban.præd.cap. 23.num.10.Reg.de Ponte cons 98. num.3. vol.1. Clar in §.homicidium, vers. dubium est, in fin. Masull.ad Capyc.decis.112.Ambros. in tract. de immunit.eccles.cap.2. num. 10.* quin expresse *Paul.de Castr.in l.refectionis gratia,ff.comm.prædior.* voluit licere fieri facere per alium, quem laudat *Hippol.singul.175.& in l unic. num.11, C.de rapt.virgin.Paris. de syndic. cap.1. num.2.* provocatis enim iura favent, *Jo:de Anan.in cap. significasti,in col.fin. extr. de homicid. de Marsil. cons.25.*

Id audacter advertit *Cons. Thom. Grammat. vot. crim.8.& vot. 20.* vt pœnam capitis à Reo, mandante assassinium, averteret, videlicet, & injuriam Reo, quantumvis humili loco nato, irrogatam, & irritationem. Quibus rite perspectis, licèt pro fisco pleraque aliorum suffragia reclamarent; tamen illius suffragio Regens de Colle subscripsit, quod veritati magis, ac æquitati consonum videbatur. Quare Prorex, qui Regni clavum ea tempestate moderabatur, Excell. D. Raymundus de Cardona his duobus mitioribus suffragiis acquievit, & calculum addidit suum, posthabitis aliis durioribus, quantumvis plurimis; *Grammat.* isthæc perpendens insectatur *Consil.Campan.mem. resol.16. num 38.* & non dissentit *Thor.cit.p.3.compend.decis.sect.1.* verbo *assassinium.*

Itaque cùm de vitæ, aut honoris defensione agitur, quævis levissima, etiam fucata, ac bracteata causa accipienda videtur, *l. igitur, vers. & generaliter, ff.de liber.caus.Gl.in l.plagii. la seconda, ad l.flav.de plagiar. Hondod. cons. 105. num.29 & Farinac.quæst.90.num.19.* loquantes in homicidio; & à pœna capitis continuò absolvendus, qui eo duntaxat nomine facinus aggressus est, ut scilicet vitæ, aut honori consulat suo; ne huius labefactionem patiatur: quippe non sponte sua, sed veluti per vim, atque animo renuente, ac reluctante inductus præsumendus est, *Gramm dec.5.* loquens, minorandam pœnam occidenti eum, qui priùs minatus erat gravem iniuriam inferre, *Boer. decis. 169 num.9.Paschal.de patr. potest par.3. cap.6. num.25.* idem *Gramm.decis.23.Gizzarell. decis. 58.Palaes de maiorat.par.1. quæst.51. num.53. Farinac.3.tom lib.4.quæst.121.num.116. & qu. 125.num.4.Cassan.in consuet.Burg rub 6.§.4 nu. 17.Escob.de purit.prob. par.1.qu.2. num.9. Bertaz.consil.crim.341.433.& 434.* cùm honor vitæ comparetur, *Reg Valeas.cons.92.ex nu. 6. lib.1. cons.128.num.59.& cons.152.nu.35.lib.2. Prat. in Nicandr.ex num. 36. cum seq. & num. 496. Mari ad Gramm.decis.97. num.10. Ega in rit. 5.ex nu.16.lib.1.* & parcendum, honorem suum redimere, curanti, *R Valenz.cons.2 num.136.lib. 2. Ad decus* (dicebat *M Tull.Philippica 3.*) *& libertatem nati sumus, aut hæc teneamus, aut cum dignitate moriamur.* Quare huiusmodi Reo vita de rigore iustitiæ concedenda videbatur, seu quod vocant, gratia justitiæ, *Anton. Fab. in C.ad l.Cornel. de fals. defin.5.* quod servasse Senatum Aulicum Bruxellæ residentem, atque Brabantiæ, observat *Petr.Christ.dec.Belgic.198.num.22.p.4.*

Atque hinc aliorum trium Judicum duo in ea causa Reum ipsum veluti Judicem contendebant, decernere; nimirum in ea erant opinione, ac sententia, vt Rationalis funi tortorio acriter torquendus esset; tum si minùs tormentis succumberet, nec delictum aperiret, pœna extraordinaria damnandus esset ad tempus; sin crimen fateretur, iam Reus mortis suo veluti ore damnatus, vltimo supplicio esset afficiendus.

Unus vero nec huic quidem suffragio subscribebat: Primo etenim, cùm causæ minuendi, ac elevandi crimen luus dandus esset locus, etiamsi Rationalis luculentissimis verbis crimen aperiret, neci tamen dari non poterat, adeoque & incassum, ac injuria ille torqueretur. Deinde Reus tortorio funi sustinendo non erat; quippe cujus altera manus pessimè erat affecta. Quod si supplicio vecticularum, vulgò *delle staughette*, afficeretur, is, proculdubio, facili negotio leve illhuc tormenti genus, ac delicto longe impar, sustineret.

Tum etiam, quia torturæ passim eluduntur, &
135 quamvis acerrime torqueatur Reus, vix tamen vllum confessionis verbum extorquetur; itaut id temporis fere omnes taciti, atque veluti elingues torturæ tempus transigunt; seu id schedulæ, quam Rei superstitiose retinent, adscribatur, de qua loquitur *Reg. Sanfelic. dec. 265.lib.2.* & ante *Gramm.* ipsu non citato *dec. 42 sub num.1.Franc.Casoni tract.malefic. tract. 10.de indic.indicant.da Reo,cap. 10. de fortileg. & Paul.Grillandi de quæst.& tortur. c. quarto nunc videndum,pag.383.ex num.12.* qui remedia contra torturam, quibus sagacissimus fur Romæ vsus fuit, recenset. Seu Catapotiis quibusdam ex opio, quæ penes Rationalem iam inventæ fuerunt; seu demum ex eo, quod Tortor pecunia corrumpatur, ne suo rectè fungatur munere, prout oportet.

Postremò, & quoniam hæc causa fuit ad calculos vocata, sedulòque perpensa, atque excussa tum hic Neapoli, tum in Madriti Regia, vbi decretum fuit, vt selecta Iuncta convocaretur, iam mentes omnium, animosque ad sese converterat intentissimos, itaut eius exitum omnes sollicite, atque attente expectarent. Quamobrem vbi duo sicarii duntaxat, infelici suspenderentur arbori, atque scinderentur in frusta;

Ra-

Rationalis verò, grassationem mandans, non
nisi tortorio fune, ac carcere multaretur, certà
quidem plebs omnis, summum inde scandalum
acciperet, ansamque arriperet ob murmurandi,
ex magnatum videlicet noxis pauperes tantùm
pœnas reportare: & Damoclis Veteris Philo-
sophiæ Antesignani verbum, in rem nunc col-
latum dicerent; Leges, scilicet, aranearum telis
non esse absimiles, quippe hæ filis suis laqueum
animalculis tantùm parant, atque injiciunt; ab
aliis verò non minimis animantibus, etiamsi
carptim, cursimque tangantur, divelluntur,
dilacerantur, de quo scripsimus in rit.46. sub
num.2.lib.1. Haud aliter; Leges nonnisi in ple-
beculam sæviunt; ab iis autem, qui vel pecu-
nia, vel auctoritate tantillùm polleant, nemine
oblatrante, legum omnium iura dissolvuntur.
Verum enim verò cùm Reum morti dare,
136 Alter admodum anceps existeret, & torto-
rium acrem funem supervacuum, & à iustitia
aliquantulum alienum agnosceret, & ne indi-
cia, ex illo evacuarentur; illud statuit, illud
censuit, necnon executioni dandum proposuit.
Videlicet, Rationalem vita quidem donandum,
sed tamen pessime, ac moleste transigenda, jux-
ta illud: Vivat diu, sed malè vivat, & relegan-
dum, vita durante, in Oranum: quapro-
pter antequam pelleretur, ac perpetuò
privaretur domo sua, duos illos sicarios iam in
furcas agendos, ac trucidandos propalam per
Urbem comitaretur, atque vbi socii assassini
scelerum pœnas dederint, spectante Rationali
in Chiaiæ Suburbio, hic in luce, atque oculis
omnium cymbæ crederetur, ad præstitutum lo-
cum transvehendus.
His peractis, dum ad trutinam deduceretur, an
mortis sententia exequenda foret, ad tradita
137 à Gell.lib.9.cap.15. Robert.Tit.Burgens. lib.1.
locor.controvers.cap.1. Thesaur. decis.1.num.12.
in fin.& Fab.in C.lib.1.tit 7.de Senat.definit.3.
& de omnibus certior factus esset Excellent.
Dominus, è cujus singulari, eximiaque ani-
mi pietate, ac clementia vitæ beneficium in
opinionum conflictu sperari poterat; miserri-
138 mus Reus controversiam omnem, veneno
absumpto, se ipsum interimendo, diremit,
execrandum sanè facinus, non minùs, ac exe-
crandæ illius conscientiæ validum testimo-
nium, de quo in l.fin. §. sic autem, ff. de bon.
eor. qui ant.sent.mort.sibi conscii. ac in cap.de
occidendis. & cap.in dixisti, 23.q 5. qui enim
sibi non pepercit, & quid in alium non erit au-
surus? mens enim perversa desperabunda,
sicuti ait Sophocl.in Antigon. pag.(mihi) 107. ad
exitium seipsam impellit; quod Alphons.Tostat.
in Matth. tom. 4. sic explicat: Deus ea aufert
homini mala, quibus possit resipiscere, & redire
ad actus saniores, ut sunt rectum iudicium, &
boni desiderium circa agenda; at permittit sæpè
Deus homini aliquid, unde puniatur propria
suo facto: cui concinit Pinet. tom. 2. pag.
(mihi) 107. & 1078. non mirum (inquiens)
itaque eo luminis fieri umbras, ex die tenebris
&c. quæ malorum mentes obfascinant; ut quic-
quid agant vel statuant, prorsus tandem igno-
rant. Putavit forsan Rationalis (si tamen hoc
nomen competit, cui deficit ratio) putavit, in-
quam, prout & cæteri perditissimi homines,
de quibus sermonem habent Ann. Rober.1. rer.
judicatar. cap.12. L.Annæus Seneca lib. 8. con-
trovers.4. & Cyprian. 2. epist. 8. quod evasis se
pœnam, sit prævenisse sententiam immemor,
quod, infamem exitum infamis criminum cau-
sa notat: & maculosæ conscientiæ turpitudi-
nem inhonestæ dedecus audaget; meritò pœ-
nam ejus cadaver quoque luit, ut diximus in
rit.269. num. 50. & 51. hoc 3.libra. Addimus
Petr. Reia decis.Lituan.1 Roman.sing.264. Chri-
stoph.Crusii de indiciis, par.1.cap.102.& par.2.
cap.30. Alex.ab Alex.lib 1.dier.genial.cap fin. in
fin Jacob.de Sanct.Georg.de feud. §. dictique va-
salli, num.19 Guttier.lib.2.Canon. quæst.cap.3.
Caball.in resol.crim 137. Gig.de crim.læs.majest.
quæst.33. Annum meum ad Gramm.decis.44.nu.
6. Carol.Rot.in floril.pract. cancl.9.num.94. Ma-
strill.decis.123.par.2. Paul.Rub. de validitat. le-
gal.controv.forens.cap.40.ex num.91.& cap.53.
à num.109. Amisc. de potest. in se ipsl.lib.1.cap.
21. Petr.Cine l.in collect. Jur.Canon par.1.collect.
30. & sic servari suis temporibus in Reo crimi-
nis læsæ majestatis, scripsere Cicer. lib.2. de le-
gib. Plin.lib.7.natur.histor.cap.54. Meyerus lib.12
annal. Flandria ad annum 1329. & in Anglia
Martin.Schookii dict.tract.de sedition seu discord.
domest.cap.12.pag.(mihi) 571. Io: de Arnon. epit.
49. qui advertit, plus esse occidere veneno,
quàm gladio, & epit.50. consanguineos vene-
nantes connectos vinculis, vti parricidas mul-
tari.
Deterrimo læsæ maiestatis item crimine se astrin-
139 git monetam tondens, vel adulterans, tex.in
l.si quis, 2.C de falsmon. ibi: cujus obnoxii ma-
iestatis crimen committunt, & ibi Bald.Bart.in
l.lege Cornelia, num.2.ff ad l.Cornel.de fals. Jacob.
Gothofr.in C.Theod.de fals.monet. tit.21. Cod Ju-
stin. Solorz emblem.81.nu.3. Gig.in tract.de crim.
L.M sub tit.qualit.& à quib.qu.62. Capoll. cons.
17.in 4.col. Roland.cons.29 num.6.lib.3. Gramm.
cons.6.num.7. Decian.in tract.crim.lib.7. c.23. à
num.1 Viv.opin.519.num.1. Andr.Sicul.cons.70.
col.13.vers.& si ita videantur. Covarruv. in tr.
numism.cap.8.num.3.vers.& ideo huius crimi-
nis Reus Jodoch.in pract.cap.65.rubr.de non adul-
terat.num.1. Carpzov.pract. rer. crim. p.1.quæst.
42. Reg.Sanfel.dec.59 nu.7. Reg. Capyc.Latro dec.
179.num.11. cùm enim monetam procudere sit
de regalibus, quæ solius Principis sunt, capit.1
verbo, moneta, quæ sint regal. in usib. feudor.
Martin.Laudens.de monet.lib.1.num.1. Mastrill.
de magistr. lib.3.cap.1.nu.139. Montan. de regal.
verbo Moneta, num.1. Borrell.de præst.Reg.Cath.
cap.12.num.2. Cabed.2.p.dec.45. Arisma de iur.
maiest.lib.2.cap.7 ex num.2. Reg.Valenz. cons.30.
num.10. Io:Hering.de molend. quæst.1. num.14.
Soloro.cit.emblem.81.num.2. Larrea decis.12. ex
num.6. verè monetam cudentes, vel tondentes,
Regiæ Maiestatis amplitudinem comminuunt;
cuius vehementer interest, quod sua moneta
non dicatur adulterina; imò & quod dicatur
omni prorsus carens doli suspicione. An autem
possit solus Princeps sine consensu populi mo-
netæ

netæ valorem mutare? vide *Boer.dec.327.num.6.& 7.Duaren.lib.1.dispunct.cap.6.de veter. numismat.collat.c 7.Aris.ua loc.superiùs memorat. ex num.7.Carsil.Affl.in proœm.const.qu.16.*

Hoc delictum quadrifariam committitur. Primò
140 nimirum cudendo; secundò adulterando; tertiò diminuendo, vel tondendo, quartò sic falsatam, adulteratam, tonsam, diminutamvè expendendo; notant *Menoch.de arbitr.Judic.cent.4.cas.316.Mascard.de probat.concl.1070.Decian.tom.2 tract.crim.lib.7.à cap. 23. ad 28. Clar. in pract.crimin.§.falsum, versic. dixi etiam*, & ibi *Baiard.Catalan.de indult.cap.28. Muscatell. pr. crim tit.de fals. monet.* Alii addunt quintum modum, hoc est, eam tingendo, *Dana. tit.1. de pugn.DD.tit.de fals.monet.cap.1.à num.11.*

Inter atrocissima hoc scelus recensetur, estque de reservatis Principi, post alios, *Antun. Portugal.de donat.Reg.part.2.lib.1.cap.25.ex num.10.*
141 qui sicut Deus maxime offenditur, *Doctores omnes in cap.1.*verbo *moneta, in tit. quæ sint regal.in cap.quanto, de iure iur.& in l.2.& ult. C.de fals.monet.Glos.in Constit. Regn. Adulterinam monetam, Bald.in l. si quis nummos, C.de fals.monet, Hyppol. cons. 74. num. 1.* Læduntur etiam homines; neque iis solùm scandalum grave gignitur, vt ait *tex.in cit. cap. quanto, 18.de jure iur.*; sed & iniuria, ac damnum infertur: siquidem, vel sit moneta legitimo pondere defraudata, & ex ea decipiuntur homines, credentes prò re sua, quam tradunt, accepisse justum pretium: quod non est, si moneta est diminuta pondere legitimo, vel sit moneta falsa effusione, vel metallo formata; & quis neget hoc nihil aliud esse, quam decipere accipientes: datur enim Alchimia pro argento, aurichalcum pro auro obrizo?

Ex hoc autem publica quies perturbatur, commercia eliminantur, ac Respublica paulatim ad exterminium reducitur.

Vidimus hac nostra tempestate, (proh scelus!)
142 eò vsque excrevisse hoc pessimum hominum genus; quà radentium, quà fundentium, vt vix reliquerint monetam in moneta. Etenim, vt omittam monetam iam pene ad nihilum, & ad vix fere palpabilem figuram, redactam assiduo forbice; tanta falsæ monetæ quantitas fuit in hoc Regno nuper reperta, quod rerum venditores, metu falsæ ægrè accipiebant bonam; quis tunc non miseratur pauperis, qui cùm desudaverit tota die, vel hyeme in media laborans, vt lucretur denarium, cùm acceptum vult expendere, falsum reperiat? Quis non misereatur militis, qui, cùm accepisset denarium diurnum stipendii militaris, vt ad victum necessaria sibi emat, serò falsum esse intelligat? Quis non misereatur divitis; qui collectam ex patriis suis redditibus pecuniam, cùm vult, vel soluturus mercedem famulis, vel ad statum decentia empturus, expendere, falsam, atque adulterinam sentiat? Vidimus plerosque habentes manum refertam pecuniis (ehu quot laboribus, quot vigiliis, quot sudoribus partam!) velle panem, ac vinum emere; atque iis penè panem, ac vinum denegari ob difficultates maximas, quæ fiebant ad invicem in dandis, recipiendisque monetis; novusque Midas quilibet ex istis agebat in medio nummorum. Vel ipsamet moneta suum casum ingemit, suamque adnihilationem his versibus.

Distichon.

Et secor, & cudor: fit secto è corpora corpus
Viscera visceribus sunt geminata mais.

Aliud.

Ut magè per terras curram, mihi pondera tollunt:
At magè quò levior, currere visa minùs.

Aliud.

Nulla per ora mihi nascuntur signa pilorum:
Ergò cur toties barba resecta mihi est?

Aliud de moneta argentea.

Filia sum Phœbes: crescit, decrescit eundo
Mater; ego fio semper eundo minor.

Aliud in monetam
Ex cuius segmentis alia recuditur.

Crevit amor nummi, te decrescente: recisa
Crevisti numero, pondera facta minor.

Aliud.

Argenteæ, & non aureæ monetæ fit injuria.

Luna est argentum, Sol aurum, Chymicus, inquit:
Sol sine labe micat: nam sine labe soror.

Angebatur totus populus; nesciebatque in reci-
143 piendis pecuniis, quodnam mallet monetæ genus accipere, vt tutiùs acciperet. Quem, non commiseratio populi gementis attigerat, is propriam in argento inopiam deplorabat. Cui falsæ monetæ malo vt occurrerent, superioribus temporibus Excellent. Proreges, diversas promulgarunt *Prag.*sub *tit.de monet.* sicuti hac in re mirum effulsit Excell. Dom. Marchionis de los Velez Proregis ingenium. Vix enim est denunciatum fuit de statu totius populi ex tanta vi falsæ monetæ, Extemplo sub die 18. mensis Julii 1677. Pragmatica sanctione cavit, quod nullo penitus pacto curreret moneta tarenorum, falsa vel cuneo, vel liga; statuitque quosdam delegatos, qui vnà cum Gubernatoribus Bancorum, cujuslibet Banci monetas accuratiùs inspicerent, falsamque, quam adinvenissent inductam in Bancis, monetam secarent: præpositis quibusdam expertis in qualibet hujus Civitatis regione, atque Regiis Perceptoribus in Provinciis, quibus festinanter tarenos omnes adulterinos daret, si quis haberet; reddita vnicuique eodem tempore pro tarenorum falsorum valore, moneta currenti, atque vsuali. Quibus præmissis, iussit neminem in posterum audere monetam, quæ bona jam præsu-

me.

mebatur post tot diligentias, recusare.

Inter cæteras autem dispositiones, quæ de hoc
144 crimine delendo in Regnis Pragmaticis statutæ sunt, præsertim est, quod probatio in hoc facinore sit privilegiata, vt in *Pragm.2. §.1 2. & 13.de monetis*; in quibus præcipitur, quod habita ratione, quonam adulterina moneta clandestinis sceleribus exercetur, vt in *l. quoniam, 2.C.de fals. monet.* quoties inquiri contingerit homines, aliàs huius immanissimi facinoris inquisitos, ac penes eos iterum reperiantur cunei, vel alia instrumenta fabricando monetam, seu forfices, segmenta, aut instrumenta tondendo apta, etiam si in flagranti crimine non deprehendantur; attentis mala anteactæ vitæ fama, & qualitate, tortura, vel condemnatio ne ex præterita inquisitione habitis, in arbitrium sit Tribunalis, seu Iudicis competentis, ob dictam malam qualitatem, vel indicia, eo plectere pœna mortis naturalis, quamvis in secunda vice non adsint testes de visu; eùm habeantur tanquam confessi, & convicti ob inquisitionem præteritam.

Respectu verò aliorum, qui aliàs non fuissent inquisiti de hoc crimine, præcipitur: quod concurrentibus contra ipsos mala vita, fama, qualitate, ac vnico teste de visu fide digno, servetur dispositio *cap.Regni jam sæpè.*

Si verò testis de visu fide dignus deesset; at cum dicta mala vita, ac fama vrgerent vehementiùs indicia de hoc crimine, quod arbitrium sit iudicis competentis, in eo casu posse damnare vltimo supplicio eos ita, ac si essent confessi, & convicti.

Igitur quoad *cap.jam sepè* confirmatum *in d.§.13. prædictæ pragm.* exorta est quæstio in M.C.V. in causa Sabbati de Leo; in qua Fisci Patronus instetit pro morte, dicens: quod habebat Indicia valde vrgentia, & vnum testem de visu; præsertim ex inventione monetæ penes ipsum Reum. Etenim, vt ait *Foller.praxi crimin.rubr.cap.informat.num.12.* optime dicitur, probatum esse corpus delicti in hoc crimine, quando
144 do liquet de inventione, seu fabricatione monetæ, quæ sit falsa in argento, liga, vel imagine impressa. Hinc si dirigantur obtutus ad dispositionem *d. cap.jam sæpè*, seu convincebatur vtique ex mala fama jam probata, ac vno teste, ad dicta per *D.Marcell.Calà de mod.articul.gl.vnic §.2.num.761.* quæ satis sunt, vt dicatur probatum hoc crimen, ait *Gagliar.in tract.de delict.lib.5.num.98.* Sin autem habeatur ratio dispositionis ipsius *Pragm.* concurrebant in casu nostro, cum mala fama, vt aiebat Fisci Patronus, indicia va'de vrgentia, præsertim, depositio testis de visu affirmantis, se vidisse illum eudentem monetas, ac eas alijs dispensantem, ex quo manifestum erat, vt ex *Campagn.in cap.3 t.num.14.Franch. decis. 351. nu.2.* & *Macerat.* probat *Burg.in tract. de mod. procedend.ex abrupta, cap.23.num.139.* quibus accedebat *dec. de Franch. 401.* vbi ait, quod, cùm fuisset reperta in posse cuiusdam quædam adulterinæ monetæ quantitas; adfuissetque mala fama, ipsum consuevisse eiusmodi monetas expendere, concurrentibus duorum sociorum depositionibus in tortura, ita quod nullus foret locus excusationi, ipum esse illarum monetarum artificem; fuit vltimo supplicio affectus, cuius *dec.* memores sunt, præcæteris, *Con. ciol.resol.crim.2.* verbo *moneta falsa, ex num.1. Antunes Portugal de donat.Reg.part.2.lib.3.cap. 25 num.66. Consil.de Xars.dec 60.*

Afferebatur pro Reo, quod corpus delicti num erat legitime probatum; eùm haud sufficiant falsarum monetarum inventio, præsumptiones, indicia, & coniecturæ; sed d.bet esse probatio evidens, ita vt de illa nihil penitus dubitari possit. Quamobrem si quis fateatur, se falsam cudisse monetam, nequit ob hoc damnari capite, nisi de eo, quod confessus est, evidenter appareat, vt ex *Brun. à sole in conf. vnic. crimin. num.176. & Cephal.cons.230. num.11. vol. 2.probat.Farin.in prax.crimin.quæst 2.num.22. cui adhæret Guazzin. in tract. ad defens.reor.in 4.defens.cap.9 sub num.8 Handed.cons.92. num. 11.vol.2.*

Et sicuti instrumenta ad exercendam adulterinam monetam, inventa in ædibus alicuius, etiam non demonstrata scientia Domini, faciunt indicium ad habendam de eo quæstionem, præsertim si collaboret mala vita, & fama, *Paris. cons.169.nu.30.lib.4.Menoch.de arbitr. cas. 316. num 64. Mascard.de probat concl.1070.num.9. Marsil.in l. qui falsam, num.106.C.ad l.Cornel. de.fals. Ant.de Ball.in tract. crimin.lib.3. tit.de liter.dispens.casu 8.num.10.Boss in tit.de monet, num.7. Burg.loc.cit.num.137.Guazzin. loc. cit. num.6.Farin.cons. 161. num. 6. & 7. & cons. 175 num.3.to.2. & de crimin.laes.Majest.quæst. 133.num.120. Mascutell.in prax. crimin.tit.de fals.monet.num.11.Handed.memor. cons.92. nu. 29.Decian. in tractat.crimin.to.2.lib.7. cap.26. num.6.* ita pariter moneta adulterina, vel detonsa in posse alicuius reperta, indicium facit ad torturam, *Farin.d. cons.475. num.1.Decian. loc.nuper cit.nu.5.Dauz.de pugn.doct.tit.de fals. monet.ex num.16* docens de hoc praxim: nam præsumitur ab eo fabricata, *Marsil.cons.47.Handed.loc.cit.num.2.Carrer. in eius prax.crim.cas. 16.num.7.Farin.dict.quæst.113.nu.16.Massin. de confess.q.7.n.52 Conciol.resol.3. Guazz.defens. 4.cap.9.num.6.Reg.Capyc.Latro decis.179.n.91. Vermigl. cons. 218. & 219. Giurb. cons.85. ex num.9.*

Itaque ad huiusmodi delicti probationem videtur requiri, quod non modo inveniantur monetæ falsæ, sed necesse est etiam, ut ibidem reperiantur instrumenta, apta ad falsandum, seu tondendum, ad tradita per *Mascatell.in prax.crim. de cogn.seu probat.delict tit de fals. monet. nu. 16. Dauz. loc.cit num.57.* Imo, vt liquidò per inspectionem oculorum probatio innotescat, oportet, vt superiùs ex *Brun.Cephal.Farin.Guazz.& Handed.* adnotavi. Hinc est, quod Iudices cauti conantur, ex improvisò monetario inflagranti crimine deprehendere, vt plenissimè dici queat constitisse.

Igitur, cùm constitum non fuisset plenè de corpore delicti, dicebatur pro Reo, quod nulla erat depositio testis de visu, vt tradit *Mascatell.in d.tit.de fals.monet. n.31. 32. & 33.* posset

set enim præsumi illius testis impostura, moti potius ad præmium & impunitatem consequendum, quàm ad veritatem dilucidandam, *Io.Iacob.Anichin.apud Ricc.collect.3562.p.8.*

Maxime quia ex *cit. cap. in iam supè* exquiritur depositio vnius testis bonæ vitæ, & famæ, fide
145 digni, vt advertit *Muscatell.loc. cit.nu.* 27. At inter cæteros, quos patiebatur, defectus, testis erat Apostata, qui non admittitur ad perhibendum testimonium, ex triplici ratione: quia est infamis, vti sacrilegus, *cap.3. extr.de Apost.* quia periurus: dum publico iuramento obedientiæ, & religionis, per eum in professione præstito, non stetit; denique quia est excommunicatus, *cap.2.ne Cler. vel Monach.* sic *Moticell. & Aemil. de testib.* verbo *Apostata*, *Mascard. concl.112.à num.12.Farinac quæst.56. à n.* 444. Item per *Const.Regn.incip. Apostatis*, æquiparatur servo, & mortuo: dum privatur etiam omnibus iuris civilis beneficijs, ibi: *A professione, vel vota naufragantes legibus coarctamus successionem tollimus, & omne jus legitimum abdicamus*; & pro nihilo habetur, *l. quod attinet, & l.servitutem ff.de reg.jur.*

Et *decisio de Franch. cit.* 401. huic casui adaptari non poterat; Siquidem præter ea, quæ respondet *Farinac.d.quæst.115.inspect.3.num.*118. optime occurit *Muscatell.loc. cit.* quod in eo casu aderat convictio, tum ob malam qualitatem, & famam, addita maxima monetarum falsarum quantitate, in eius persona, cum mendacio, reperta: tum ob depositionem duorum sociorum criminis; quapropter poterat etiam citra quæstionem ad condemnationem deveniri, ex quo patebat dolus in ipso Reo, *Mars. in l. qui falsam, num.33. in fin.C.ad l.Cornel.de fals.Guazzin.loc.cit. nu.*4. at in enarrata hypothesi, licèt contra militasset mala fama; non aderat, nisi depositio vnius testis indultati, & exigua monetarum quantitas, quæ potiùs vrget pro delicti excusatione, *Caball.resol.crimin.cas.* 199. *Farin.d.q.115. n.111.*

Hos inter anfractus, Reus in visitatione D. Regentis visitantis, vt moris est, singulis diebus Saturni M. C. V. obtulit se vltrò remigem per decennium ad triremes, & fuit eius oblatio admissa: perpensumque fuit, abunde fuisse delictum in genere probatum ex reperta argentea
147 pecunia domi illius, quod est, quod principaliter requiritur; instrumenta enim, quamquam non reperta, præsumuntur tamen in posse illius, in cuius invenitur pecunia procusa, *Honded.dict.consil.92.num.29.* nam non supponitur consequens absque antecedente, ex quo proficiscatur, *l. ad rem mobilem, l.ad legatum ff.de procurat.cum concordant.* apud *Barbos. in princ.iur.lit.C num.* 47. instrumenta enim ferè occultantur diligentissime, ne inveniantur à iudice; nec est curandum quicquam de instrumentis, ut nec curandum de inveniendis armis pro corpore delicti hominis occisi. Inde est, quod debet haberi summa ratio personæ, eiusq; qualitatis, ut ait *Decian.dict.cap.26.nu.5.* adeo quod si moneta inveniretur penes hominem bonæ famę, non esset malè præsumendum, ut advertit *Honded.loc. cit.* prout foret malè præsumendum de reperta penes hominum pravæ conditionis, itaut quæstionibus subijci debeat, & dixi pluries, præsertim supra *sub nu.* 145. *afferebatur*, maxime quando moneta reperietur nondũ pro causa, seu nõ in arca, sed in lateribus

Fuit etiam hæsitatum de altero casu, statuto in eodem §. 13. Quænam indicia ab eo require-
148 bantur, & quæ probationes malæ uitæ, famæ, & qualitatis, vt supplicium posset mortis irrugari; Idque tum in causa Ioseph Sanzone, tum in alia Iacobi Schinech, inquisitorum de tonsione monetæ.

Aderant enim contra Joseph indicia, Siquidem, cum accessisset ad ejus apothecam, & domum, Iudex causæ Commissarius cum Scriba Fiscali, pluribusque testibus de platea, in palmento eiusdem apothecæ reperta fuerunt prope Bancum, & similiter in cella vinaria, loco eius domus secreto, segmenta quædam regiarum monetarum inclusa in quadam cartha: quamobrem, habita ratione loci secretioris, dolus præsumitur, *l. fin.ff.de rit.nuptiar. l. adulterium cum incestu, §.incestum autem*, juncta *Glos. ad l. Jul.de adulter.Caball.resol crim.cas.* 199. *nu.*79. necnon in vna forbice magna repertæ fuerunt Rebavæ argenti, vulgò *i Rebavi*. In domo superiori reperti nonnulli lateres, & parva tabula, cum expolituris argenti, & super lapidem præsertim fenestræ aliæ expolituræ argenti, factę expoliendi causa monetas detonsas, cum quadam quantitate monetarum regiarum, aptarum tondi per monetarios.

De quibus rebus repertis capta fuit informatio etiam per testes expertos Regiæ Siclę, *Muscat. cit.loco num.18.Guazz.defens.4. cap.9. num. 6. Concioli resol.1.num.2.Reg.Capyc.Latro add.dec.* 179.*num.*29.& 56. *Vermigl.cons.*218.*num.*6. & videndus *consil.*220.*n.*3. in quo non poterat dubitari, & debet animus iudicantis acquiescere, ad tradita per *cit.D.R.Capyc.Latr.in ead.decis. vers.dicebatur*, *num.*46. Accedebat pro Fisco vnus testis de visu famulus dicti Ioseph, licèt minor, qui deposuit à se per rimas hostij visum fuisse dictum Iosephum noctu, accensa face, regias tondentem monetas; quamvis famulus, vt deponens factum domi, & in secreto, erat admittendus, iuxta doctrinam *Salyc.* & aliorum *in l consensu*, *C.de repud.* Neque de eius minor ętate erat habenda ratio: quia erat doli capax proximus ætati 18. annorum: in hoc præsertim crimine, quod est lęsæ maiestatis, in quo admittitur in testem etiam pupillus, *Glos. in l. inviti*, 18. *in ordine*, *vers. sed nec pupillus*, *ff. de testib.*

Nec defuerunt alij testes, habitantes è regione domicilij dicti Ioseph, qui deposuerunt, se pluries audisse rumorem quendam forbicum super lapidem fenestrę dicti Ioseph, dum ipse erat in ea, ex quo iudicaverant Iosephum in eo loco monetas tondere. Et facto accessu per totam M.C. fuit visum, potuisse famulum cernere per rimas hostii, quod auget judicium, *Gracian. com.5.discept.forens.cap.*849.*num.*49. & 50. & pariter supradictos vicinos potuisse rumorem forbicum audire; posuit enim M.C. quendam consultò tondentem monetas in ea fenestra, &

ex

ex vicinorum fenestris audiebatur fragor.

Examinavit præterea Fiscus plures testes deponentes de fama, qua laborabat dictus Josaph, quippe habebatur, vt detonsor ragiarum monetarum, & vrgebat quodam processu inquisitionis, habitæ in eadem M. C.contra eundem inquisitum de vsuraria pravitate, quæ rapinæ, & furto æquiparatur, *Glos. in princip. Rubr. cap.1.de vsur.cap. si quis usuram*, 14. *quæst.*4. ob id *in decis. mem. de Franch* 401.fuit confirmatum per S. C. decretum, à M.C. latum contra inquisitum de hoc delicto, adversus quem pro mala vita, & qualitate fuit per Fiscum adducta inquisitio furti; & demum quia ipse Ioseph, dum esset Frater cujusdam Religionis, fuit ab illa expulsus tanquam incorrigibilis.

Erat insuper probata eius mala vita, fama, & qualitas pluribus testibus. Unde Dom. Ioseph Colentinus tunc Fisci Advocatus in M. C. institit pro morte præfati Iosephi, & Dom. Ianuarius de Andrea, deinde Fisci Patronus, illius inhæsit petitioni in dictum Iacobum Schinech dispositione *dictæ Pragm.* dicens.

Quod in re dubia judici potest veritas innotescere, ac probari per Rei confessionem, per testes, per scripturas, ac per præsumptiones, atque indicia vrgentia.

Confessio Rei meritò à plerisque DD. non recensetur inter probationes; vbi enim est confessio, ibi procul est dubitatio.

149 Remanent ergò testes, scripturæ, & conjecturæ, seu indicia; inter quæ debilior, quippe quæ magis suspicioni obnoxia, est probatio per testes, qui possunt vel decipi, vel corrumpi, ut diximus in *rit.* 265. *num.*28. *hoc lib.* 3. *Reg.de Ponte de.potest.Proreg.tit.*3.§.7. *num.* 12, & ingemit *Consil.Carleval.tom.*2 *disp. Iur. lib.*1. *tit.*2.*disput.*3.*num* 28.& tutior cenfetur probatio per indicia, *Cujac. in repet. tit. C. de testib.* ibi: *In omni lite maximi indicia momenti; quod testes pecunia corrumpi possint, indicia non item.Duarell.in rubr.C.de testib.*ibi: *Propriè res probantur rationibus, & argumentis; testimonio autem non necessario: quia potest testis, aut scriptura mentiri, & errare*, adducit eam illud *Ciceron. Argumenta esse rerum, testimonia voluntatum; quæ voluntates mutari possunt, & falli, atque alios fallere*, nam indicia majorem authoritatem, & fidem probatam, quàm testes, & instrumenta, videntur continere, *l.ad probationis,C.de probat.*vnde ex *Francisc. Cason.in tr. malef præmedit.tract.*11. *Ne Reus per aliqua indic.convinc.ut pæn.capital.damnet.* inquit; Et dixerunt Oratores, plus oportere signis, ac argumentis credi, quam testibus; hæc; n. eo modo res exponunt, quo modo revera sunt gestæ, testes corrumpi posse, vel pretio, vel gratia, vel metu, vel simultate; Inde est, quod à II. CC. maximi habentur indicia, seu argumenta in rebus dubiis, atque in quæstionibus voluntatis discernendis; itaut nihil tam veritati, atque evidentiæ accedat per ipsos, quàm indicia, & coniecturæ.

Perpendunt ad hoc DD. *text.in l licet Imperator, de leg.*1.vbi proposita regula, quod legata relicta ab instituto, censeantur repetita à substituto, punitur exceptio; dummodo non refragetur evidenter defuncti voluntas, ibi: *Nisi fuit evideus diversa voluntas*;& subnectit, quod hæc evidens voluntas *ex multis colligetur*, referens plerasque coniecturas, ex quibus evidentem hanc contrariam voluntatem colligit.

In causis autem criminalibus perpendunt *text. in l si qui adulterii*,34.*C.ad l.Iul.de adulter.* vbi ii, qui accusati de adulterio, absoluti sint propter sanguinis coniunctionem, quæ inter eos intercesserat; si deinde nuptias contraxerint, emerget ex hoc vehementissima coniectura de adulterio antea patrato; ibi: *facinus illud, in quo fuerunt accusati, manifesta fide, & evidentibus indiciis publicabunt*;& iubet *tex.*quod contra eos tanquam contra confessos, & convictos procedatur. Ideo *tex.in l.indicia, de fep. viol.*dicit: *indicia, quæ à iure non respuuntur, non minorem, quàm instrumenta, continent fidem*, æquè habens probationem, quę nascitur ex indiciis, ac eam,quæ ex instrumentis, & in *l.*2.*C.quor.appell.non recipi*, ibi *argumentis convictus, testibus superatus*, supponens, quod vel ab argumentis duntaxat possit quis convinci; & in *l. non omnes*,§.*à barbaris, de re milit.* vbi volens verificare,an miles transfugerit vltrò ad hostes, an verò fuerit captus,inquit *text. Quod si hoc liquidò probari non possit, argumentis cognoscendum est*, supponens, liquidum, & clarum facillime posse ex argumentis haberi.

Ex his *tex.* DD.concludunt, probationem, quæ oritur ex præsumptionibus,esse veram,certam, liquidamque.

Quod autem isthæc conclusio locum sibi vendicet

150 in causis etiam criminalibus, atque in iis,vbi agitur de imponenda pœna corporali, probant latissime *Barbos.in l.*2 *solut.matrim. p.* 3. *Larr. alleg.*66. *Io: Roias, Simanch. in tract. de haret. Merend.lib.*5.*controv.c.*39. *Caren. de offic. S. Inquis.p.*3.*tit.*10.*num.*5.*Grasset.anatem. nec. prodit.*§.29.*num.*195. Et colligitur ex *tex.in d.l.si quis, l.non omnes*, & singularissime *text. in l. excipiuntur, ad Syllan.* vbi per geminam conjecturam infligitur pœna capitalis minori, vel conscio mortis Domini, quia ad pedes Domini cubabat, & tacuit necem; Vnde *Bald.* ait: *ex multis indiciis resultat plena probatio, etiam ad condemnationem capitalem, etiam contra impuberem.*

Et in crimine falsi ex pluribus duntaxat indiciis potest veritas induci, *l.vbi falsi*, 22.*C.ad l.Cornel.de fals.*ibi: *vbi falsi examen inciderit, tunc acerrima fiat indaga argumentis, testibus scripturarum collatione,aliisque vestigiis veritatis.* Idque magis habet locum, quando facinus ex sua natura est difficillimæ probationis, *Aviend. super ll.Hisp.*apud *Larream cit.loc.num.*5. ibi: *In his, quæ sunt difficilis probationis, qualibet informatio indicis habetur pro plena probatione*: adhærens vestigiis *Bart.in l. in illa stipulatione si Kalendis, de verb. obligat. in fin.* In prædictis enim casibus, vbi non potest, liquidò probari, sufficere aiebat, quod ex vehementi opinione se informet. Ideo *Duaren.in tit.de probat. c.*10. ait: *Quare multum dissentio ab iis, qui putant, non posse quemquam condemnari ex coniecturis quantumlibet vrgentibus.* Non debet ergo videri insperata, atque exorbitans dispositio *Pragm.*

In hac autem thesi habentur omnia *Pragmaticæ* sequi-

requisita, diffamatio nimirum, atque indicia vrgentia.

Diffamatio, inquam, est, vt eam requirit rigorosior opinio *Bart. in l. de minore, § plurimum, de quaest.* vbi vult quod ea proficiscatur à motivis probabilibus, & rationalibus; Talis autem est ista.

Reliquum fuit igitur revocare ad trutinam, an
151 hæc indicia essent valde vrgentia, itaut sufficerent?

Ait text. pragm. *Et à rispetto de gli altri, che non fossero stati ancora inquisiti di simili delitti, ordiniamo, che sempre contro di loro concorrono la mala vita, fama, e qualità, & un testimonio di viso degno di fede, s'osservi la dispositione del capitolo di questo Regno* jam sæpè. *E quando non vi fosse detto testimonio de visu degno di fede e vi fossero con detto mala vita, e fama altri indicii molto vrgenti, che resti similmente ad arbitrio.*

Ea igitur vult indicia *pragm.* quæ in defectum testis de visu subrogari possint. Quamobrem tantam efficaciam debent habere indicia, quantam habet testis de visu fide dignus; secus esset absurdum, velle maiorem vim in subrogato, quàm in eo, cui subrogatur. Nunc sic: testis de visu non facit, nisi semiplenam probationem; ergo vis, quæ requiritur à *pragm.* in indiciis, est, vt faciat semiplenam probationem.

Neque huius *Pragmaticæ* menti repugnant verba illa: *molto vrgenti*: vtitur enim *Pragm.* eo loquendi modo quo *Iul. Clar.* qui *in §. fin. qu.* 20. tria indiciorum genera distinguit, levium nempe, gravium, & gravissimorum: ea dicens, esse levia, quæ sufficiunt ad capturam, non ad constituendum quem inter Reos, aut eum examinandum ad capiendam informationem, non ad expediendam citationem, vt subdit: *Et huiusmodi indicia si non sint multùm vrgentia, ego puto, rectè appellari suspiciones; si verò magis vrgeant, crederem, posse dici præsumptiones, & argumenta.*

Nemo autem ibit inficias, gravia, & gravissima multum vrgere: Igitur *Pragm.* illas indiciorum species voluit, quæ ita multùm vrgeant, vt non sint suspiciones, sed veræ præsumptiones, & coniecturæ.

In hoc casu præter corpus delicti, est inventio domi, cum fuit captus: depositio, seu denunciatio Salvatoris Bruni, creberrimum depositum nummorum in Bancis, & mox acceptio, quando ipse non fungitur officio negotiantis; prætermissis mendaciis in eius depositione, virgarumque argenti venditione ab ipso facta.

Quæ omnia sufficere ad semiplenam probationem audacter Fiscus contendebat, ex quo *Didacus*
152 *à Cantera in 2. de probat. per test. quæst.* 1. definit quodnam indicium semiplenam gignat probationem, ibi: *Et non erit abs re, quando indicium & quale æquiparetur, & valeat tantùm quantùm semiplena probatio. In hoc ego considerabam, quod semiplena probatio attrahit vehementer animum iudicis ad credendum illud, de quo agitur. Eodem modo illud indicium æquiparabitur semiplenæ probationi, quando illud indicium attrahit vehementer animum iudicis ad credendum illud, de quo agitur, & tale indicium erit sufficiens ad torturam. Et quod indicium attrahat vehementer animum iudicis ad illud credendum, vel nquitur arbitrio iudicis & arbitrabitur, pensatis qualitatibus delinquentis, & delicti, & aliis qualitatibus; ex his videbit, an attrahat vehementer animum iudicis ad credendum illud, de quo agitur, vel ad non credendum*, juxta theoricam *Bart. in l. admonendi, ff. de iur. iur.* in themate presenti monetarum inventio recenter incisarum, penes omnes Doctores sequentes doctrinam *Hyppol. de Marsil.* semiplenam probationem progignit, & vno omnes ore fatentur esse hoc indicium ad torturam. Ecquis dubitet, quantitatem monetæ recenter incisam, repertam penes hominem, qui cùm profiteatur artem funditoris metallorum, omnia habet instrumenta, quibus & illa facillime procudi potuit, vehementer attrahere animum iudicis ad credendum quando aliundè non patet, vnde hæc emerserit moneta?

Monetæ inventio est indicium reale, non dependens à testium voluntate, sed ab ipsamet re, quæ reperitur, obvenit.

Larr. in alleg. 96. *num.* 16. refert locum *Magistri Marquez* super Achan Iosuè: qui, vt patefaceret furtum, non satis habuit Inquisiti confessionem, sed perquisi jussit in eius tabernaculo, ibique partem furti reperit, pluris habens hoc indicium, quam confessionem, & testes; *Testes* (inquit *Larr.*) *possunt esse inimici, aut aliter improbe ad testificandum inducti, ideo manifeste populo authorem furti ostendere; validiùs quàm testes, & confessionem, indicium indicavit, Nam ex se ostendit nec patitur calumniam.*

Ioan. Chrysostom. homil. 2. *David. & Saul.* de Davide, qui in antris partem vestis Saulis secuit: *Mutus quidem ait, testis, sed omnibus vocem habentibus evidentior.* Itaque hæc inventio efficacior est, quam testis de visu.

Decian. lib. 7. *cap.* 26. *num.* 6. ait, quod instrumenta cudendi monetam, reperta penes aliquem, indicium faciunt ad habendam de eo quæstionem, nisi bona fama ei suffragetur, subditque; *Quam quidem limitationem admiserim, si talis bona fama inquisiti, vel accusati sit notabilis, & non vulgaris: Nullus enim est tam vilis, & infimæ conditionis, ac etiam perditæ vitæ, qui aliquos non reperiat testes, qui deponant de eius bona fama, & eorum rationes; & præsertim si ille, penes quem reperta sint illa instrumenta nesciat aliquam rationem reddere, qua potuerint dicta instrumenta ad manus eius pervenire. Item considerandum erit, ille, penes quem reperta sunt illa instrumenta, potuerit scire, quod apud se forent, vel non*, quod alii DD. confirmant.

Salvator Brunus testis, vel consideretur, vt socius criminis; & nulli dubium erit, quod probet in hoc flagitio, ut communiter aiunt DD. per *text.* expressum in *l.* 1. *C. de fals. monet.* ibi: *Facti conscios per tormenta illicò prodituri.* Vel consideratur ut zelo ductus, & hoc nec fidem ei quidem poterit minuere. Ille enim duntaxat denuncians non probat, qui accedens sponte ad iudicem videtur subire vicem accusatoris; ille erò, qui coactus à iure, denunciat, cùm id faciat ex necessitate, probat maximè, integram æque est fidei. Ita decisum in crimine

ne falsæ monetæ à M. C. V. comprobatumque in Collaterali, refert *Thor.in 3. par.* verbo *moneta falsa*. De persona denunciantis: *Etenim certum erat, quod ipse conscius tenebatur revelare, aliàs in eandem poenam incidisset. Et in hoc nullum eius interesse versabatur, nisi impunitas delicti, qua solet eis indulgeri*, & perpendit post *Thom.Trivis.dec. Palat.Apost. Venet.29. part.2.Marta in compil.dec tom.1.tit.testis, cap.* 3 t. Si consideretur, vt inquisiti inimicus ratione minarum, quas in defensionibus conatus est probare, hoc est magis, magisque inverisimile dum Jacobus eo familiaritatis vinculo cū Salvatore vtebatur, vt ab ipso, vel usque ad capturæ diem fides crediti giratas in albo acciperet. Et clamat *text.in l.1.§.præterea, ff. de qu.* ibi: *Nec tamen sub prætextu inimicitiarum detrahenda erit fides quæstioni; causaque cognita habenda fides, aut non habenda.* Si demum consideretur, vtpote qui impunitatem sperat, neq; in hoc aliquid illucescit, quod fidem minuat, quasi dixerit, vt sibi consuleret, *textus est in l. 1.§ cùm quis latrones*, agens de depositionibus latronum contra eos, à quibus fuerunt vinculis mancipati; in quo casu manifesta videbatur supponi inimicitia, eaque maxime capitalis; attamen *Iure Consultus* non omninò fidem iis detrahit; sed vult, quod *causa cognita existimetur, habenda fides sit necnè*. Et ratio est, quia quandoque verum deponitur, & delinquentes ad hoc latronem capiunt putatores, eius confessioni contra ipsos non habendam facilè à iudicibus fidem: Plerique enim dum metuunt, nè fortè apprehensi eos nominent, prodere eos solent: scilicet impunitatem sibi captantes, quia non facilè eis indicantibus proditores suos creditur.

Debet igitur perpendi factum, & quando illud; quod deponitur à denunciante, verificatur in circumstantiis, tunc accipit vires, & cum viribus fidem denunciantis depositio. Inimicitia enim, vt repellat testes, debet esse capitalis, *Farin.*post innumeros fere DD. *de testib.qu.53. num.52.* In indiciis autem sufficit moralis certitudo; quicquid sit, quod res aliter fuerit peracta, vt ait *Divus Thomas 2.2.quæst.70* relatus à *P.Grassett.anatom.§.49.num.236.*ibi: *In actionibus enim humanis, super quibus constituuntur iudicia, & exiguntur testimonia, non potest haberi certitudo demonstrativa, eo quòd sunt contingentia, & variabilia: & ideo sufficit probabilis certitudo, quæ ut in pluribus veritatem attingat, & sic in paucioribus à veritate deficiat.* Addebat postremò Fiscus, quod arbitrium certè in hoc casu debebat sibi concedi ob criminis frequentiam, temporumque calamitatem.

Peracta causa Iosephi Sanzone in M. C. referente Illustr. Marchione Oliveti Dom. D. Dominico Emanuele Cioffi, tunc illius Judice, nunc meritissimo Regni à Secretis, viro quovis summo Magistratu dignissimo, quod ipse prædixi ob eius pueritia in *ritu 15. sub num.10.lib.1.* fuerunt scissa vota; tandem prævaluit maior pars, quod moreretur, & torqueretur tanquam cadaver, sub die 16. Octobris 1675. Quæstionibus tamen subditus nihil confessus est; & obtenta reclamatione, facta que verba per eandem M. C. in Collaterali Consilio loco reclamatio-

153 nis in eodem scissa fuerunt similiter vota, & orta est paritas. Tres enim Spect. D. Regen. fuerunt voti pro morte, cohærentes decreto M. C. alij tres, quod regijs inserviret triremibus, donec viveret, & vn us, quod torqueretur acriter. At quia in dicto supremo Reg. Collater. Cons. servatur dispositio *text. in l. inter pares, ff. de re jud.* fuit explicatum decretum in beneficium dicti Iosephi Sanzone, quod remiges vita durante; & sic fuit exequutum, sub die 19. eiusdem mensis, suffragia ferentibus D. D. Regent b. D. Iacobo Capycio Galeota, D. Felice Vlloa S. C. *Præside*, D. Stephano Carillo, D. Rafael Vilosa Locumtenente Regiæ Cameræ, Don Petro Valero, D. Carolo Calà Duce Diani, & D. Didaco Soria Marchione Crispani, penes Calistum.

Eadem die, cuidam ex D. D. Iudicibus interroganti, an posset Prorex in decisionibus causarum, si vota sint paria, inclinare ad partem

154 quam maluit respondi, licere, *Præs.de Franch. dec. 252.n. 9.* subdens, quod rarò hoc faciunt Dom. Proreges; Tunc enim tres Adjunctos dare solent. Verùm quando votum suum vellent dare, in mitiorem partem debent inflecti, prout huius rei exemplum dedit Ioannes III Rex Portugalliæ, qui propendit ad absolutionem inquisiti, nè dicatur, quod ex voto Regis moriatur, vt refert *Gubernat. Christian. F. Io.Marquez lib.1.c.19.col.4.pag.15.* quem laudat *Tassan.de anteph.vers.2.obser.2.num.43.* qui *vers.3.obser.3.num.250.* verbo *adverte*, notat, quod animus Principis ex ministris delegatis, vel adjunctis agnoscitur, & refert verba *Ant. Perez:Et.gran.senal del animo de vn Principe la eleccion,que hase, de Consejos para la resolution de vn negocio, & d.Io.Marq.lib.1.c.10. col. 6. in princ. Que los Principes no executen por manos de los que no sienten lo mismo, que ellos*, ad rem, *Dom.Reg.Filos.post tract. de servo.fugit. dissert.3. ex num. 59.* *Præs.* tamen *de Franch.in cit.dec. 252.* effatum procedit in paritate causarum civilium, quæ aguntur in Collaterali: nam in criminalibus dirimit citatus *text.in l.inter pares*, vt vidi pluries practicatum. Imò in causa Rugerii Cavafelice inquisiti, cùm opposuisset indultum, decretumque per M. C. *terminus super illius validitate*, facta reclamatione in Collaterali, ortaque paritate, quia nonnulli decretum M. C. confirmarunt, reliqui quod *gaudeat indulto*; pro inquisito fuit publicatum decretum.

Excussa insuper causa Iacobi Schinech in Collater. coram Excell. Domino, votante duntaxat M.C. vigore diplomatis S. E. vnanimiter fuit decisum, quod torqueretur acriter, vno tantum contradicente, qui fuit voti, quod damnaretur capite.

At cùm fuisset acriter tortus, & in tortura diluisset crimen, fuit der septennium damnatus ad

155 triremes à M. C. ad tradita à *de Franch. dec.538, in fin.* me tamen non votante, qui jam completo biennio in M.C. ad S.C. redieram.

Et sanè decretum mortis in neutro casu poterat sustineri: Etenim in criminalibus nemo ex præsumptionibus debet damnari, *l. absentem ff. de pœnis*, maximè capitis supplicio, *cap. afferte, extr. de præsumptionib.* vbi *Io. Andr.* cùm debeant in re criminali probationes esse luce meridiana nitidiores, *l. vlt. C. de probat. Thor. in C. rer. iudic. crim. casu 44. num. 12. & 13. R. de Marin. lib. 1. quot. resol. cap 83. num. 4. Giza. ad Reg. Capyc. Latr. decis. 179. num. 4.* Hinc effluxit indubitata iuris communis conclusio; pœna delicti ordinaria condemnari posse neminem; nisi legitime, vel per confessionem, vel per testes convictus existat, *l. qui sententiam, C. de pœn.* subsecutaque est praxis in Regno, in quo nunquam, vel semiplenas probationes, vel quælibet alia indicia coniunguntur, ad plenam probationem inducendam, vt testatur *de Franch. decis. cit. 538. num. 16.* quem laudat *Thor. in C. rer. indic. in alleg. divers. 28. num. 2.*

Quin II. CC. communiter asserunt, non posse quem condemnari pœna ordinaria vltimi sup-
156 plicij, nec indubitatis quidem indicijs, *Grammat. decis. 8. & 42. Grivell. decis. Dolan. 93.* quem laudat *Noviar. in summ. Bullar. tom. 1. tit. de monetar. Tapp. lib. 5. Iur. Regn. tit. 49. pragm. 5. de quæst. Fab. def. 6. C. de pœn.* itaut servari in suo Senatu, ait *Caball. resolut. criminal. cas. 288. n. 2.* neque ab hac opinione vnquam dissentire praxim Regni, dicit *Gramm. dec. 42.* licèt quæratur in *decis. 56. vers. quo toto*, quod in quadam causa fuerit, ipso tamen reclamante, iudicatum contrarium, *Giurb. cons. 43. Reg. Revit. decis. 63. num. 6.* nectens ad hanc propendare sententiam *Præs. de Franch. decis. 372.* ac decisum in S. C. testatur *R. Sanfelic. decis. 47.* dicens, mitiori debere, non pœna ordinaria plecti Reum, & M. C. V. decrevisse, quæstionibus supponendum Reum ex indubitatis indicijs, *Reg. Capyc. Latr. dec. 163. num. 9.* notans ita servari in Regno, Senatibus Sabaudiæ, ac Dolani; & primam opinionem olere maximam iniquitatem, clamat *Vermigliol. cons. 381.* Nam indicium, sit licèt vehementissimum, est semper quid minus veritate, & scientia illa, quæ habetur à depositione legitimorum testium, & omnium exceptione maiorum, *Boss. tit. de convict. num. 34. Boer. decis. 164. nu. 6.* quem refert *Consil. de Xart. decis. 39. Clar. §. fin. q. 20. num. 6. Farinac. quæst. 86. à num. 62. & nu. 110. ac 113.* Nec possunt aut dari, aut excogitari indicia, vel præsumptiones quantumvis indubitatæ, ex quibus debeat, aut possit qui, ordinaria pœna affici, *Farinac. cons. 100. num. 10. & in add. ad consil. 55. lit. F. vers. secundo, Cabal. tract. crim. resol. 288. num. 15. Scacc. de indic. lib. 1. cap. 97. nu. 1. Guazzin. ad defens. reor. 5. defen. 33. ex num. 14. Alvmns. Gians. discept. crimin. ad reor. defens. discept. 2. num. 121. Vermigliol. cit. consil. 381. n. 7. Ciarlin. controv. forens. cap. 151. Grasset. Anatom. §. 29. n. 202.*

Dirempta fuit controversia hæc in Regno ex *Pragm. 12. de offic. iudic.* qua fuit cautum, quod ob delictorum frequentiam, in delictis atrocioribus Regia Regni Collegiata Tribunalia tantùm, & non cætera adhærere possint opinioni affirmativæ. Postmodum in anno 1622. fuit provisum, quoad Iudices delegatos ex delegatione procedentes; qui, si viderint quem pœna ordinaria ex indicijs dignum; tunc prolata sententia, ante executionem, si fuerint in Civitate, tenentur relationem oretenus facere in Collaterali Consilio; sin fuerint in partibus, obstringuntur in scriptis referre indicia; vt, ijs, æqua lance trutinatis, possit sibi iniungi, quod videbitur æquius, vt in *Pragm. 13. eod. tit. Rov. decis. 63. num. 8. Capyc. Latr. decis. 163. Reg. Sanfelic. mem. dec. 47. n. 8.*

Certum est igitur, quod quando *cit. ac. pragm. 2. §. 13. de monet.* loquuta est de indicijs, non efflagitavit indicia indubitata, vt disposuit *indicata pragm. 12.* sed iudicia multùm vrgentia; nisi fuerint manifesta, & evidentiora quasi indubitata, *Bart. in l. vnius, §. Reus, num. 2. ff. de quæst. Alex. cons. 5. vol. 1. Grammat. cons. 21. n. 25.* & alii apud *Farin. quæst. 38. num. 79.* & quæ à nostratibus gravissima, & quasi convincentia appellitantur, *Præs. de Franch. decis. 538. n. 17. Reg. de Ponte dec. 24. num. 1. Reg. Capyc. Latro decis. 183. num. 54.* inferuntque propterea II. CC. quod ex vrgentibus semel Reus torquetur, ex vrgentioribus, siva multùm vrgentibus, possit repeti tortura, *Blanc. de indic. num. 2.* & inter hæc discrimen, inspecto iure communi ex *Bart. in l. fin. de quæst. num. 2. Specul. tit. de not. crim. § vt autem*, recenset *Carrer. in pract. tit. de indic. vers. dubitatum, num. 3. pag. 38.*

Quia duplici genere sunt indubitata indicia, de
157 quibus eloquuti sumus supra *hoc tit.* Quæ enim indubitata sunt simpliciter, proprie, atque in primo gradu, sunt quæ nullam prorsus habent hæsitationem, neque actualem, neque virtualem, vel quæ tam præclare rem indicant, vt res aliter se habere non possit, de quo *Paul. de Castr. in l. sciant cuncti, C. de prob.* proponit exemplum in eo, qui exire visus est primo à domo, vnicum exitum habente, cum ense evaginato, & cruore recenter asperso, ac deinde in eadem domo homo occisus reperiatur, *Farinac. quæst. 36. num 26. qu. 52. num. 50. & quæst. 86. Conciol. resol. crim. 2. rubr. indicium ad torturam, num. 4.* de quo dubium fuit apud *Cason. de indic. tract. 11. num. 4. Menoch. de arbitr. cas. 270. num. 29 Guazzin. def. 33. cap. 15. num. 15. Boss. de indic. num. 45 Less. de iust. & iur. lib. 3. cap. 29. num. 169 Giurb. cons. 71. num. 3. Vermigl. consil. 381. num. 6.* quicquid *Giurb. & Vermigl.* dictum refellens dicat *Grasset. de nece prodit. §. 29. nu. 202.* & de indicijs simpliciter, proprie, atque in primo gradu indubitatis, intellexit *cit. prag. 12. Thor. par. 3. verbo, Sodomia.* prout colligitur, ex eiusdem *Pragm.* verbis, ibi: *Fermamente.*

Alia sunt in secundo gradu, & sunt, quæ aliquam, habent admistam hæsitationem, saltem virtualem; quæ, licèt videantur rem ponere aperte, & clare; ita tamen ponunt, vt res aliter se possit habere. Hæc verò sunt, quæ multum vrgentia dicuntur; & de quibus loquitur *cit. pragm. 2. § 13. de monet.* Si enim indicium vrgens illud dicitur, cui non facilè, neque frequenter contingat veritatem abesse, *Carrer. in pract. tit. de indic. § sed an vnum indubitatum, nu. 5.*

num.5.pag.94. quem laudat *D. Maioran. in opo. prax.crim.cap.8.num.11.* multùm vrgentia, quæ requiruntur à *cit.pragm.2.§.13.de monet.* debent esse indicia indubitata admissa cum aliqua hæsitatione, quæ diximus sub secundo genere militare. Et sicuti plura requiruntur indicia indubitata primi generis, ita plura requiruntur indicia indubitata secundi generis, seu multùm vrgentia; ex pluribus etiam dubitatis indiciis nunquam prorsus resultat vnum indubitatum, *Farinac.qu.36.num.41.& q.86.n.14.& cons.108.Grasset.memor.loc.num.174.*

Et quoniam hæc indiciorum materia valde est in-
158 certa, & deceptionibus obnoxia; idcirco ipsamet *Pragmat.* in arbitratum Judicis remisit pœna ultimi supplicii damnare, quando concurrunt indicia valde vrgentia; prout in Iudicis etiam arbitrium à iure communi remissa est indiciorum qualitas: cùm dari nequeat certa regula de iis ob varias rerum circumstantias, delictorum, & personarum qualitatem, *Canciol. verbo, tartura, resol 9 num.4. Farinac. qu. 37. ex num.192. Godef. à Bavo in tract. vrā quast.19. num.12. Laganar. ad Rovit. in pragmat. 37. de offic.mag.iustit.num.3. Reg.de Marin.ad Revert. decis 43.num 1.* Arbitrium autem non debet esse vanum motus, aut affectatum, & tunc in cerebro confictum, sed juridicum, moribus legum præscriptum, rationisque dictamini, consentaneum, *Farinac.cit. quast.37. ex num. 196. Bruck.Cothm.vol.3.respons.29. num.847.* vel sano doctissimorum iuris interpretum communi suffragio conformatum, *Mynsing. cent.6. obser. 97.num.8. Tileman.de Bening.decis Cameral.syntagm.1.vol 3 decis.5.num.18.D.Maioran.ad dict. cap.8.sub num.29.* Quamobrem probe perpendant judices indicia, etiam quando velut ex his quæstionibus aliquem subjecere; multoties enim quis fatetur delictum, non modò non commissum, sed nec à se cogitatum quidem, vi torturæ coactus, *Reg. Tap.super rit. 259* quem refert *Avus meus ad Gramm. decis 34. sub num. 38.* Teterrantur ex casibus apud *Bald.consil.590 num.5.lib.5. Daniel. Miller. Semestr. lib.3. c.40. Conrad.de Herta.de inquis.reor.conclus.2. nu.1, Gilman.tom.2 Supp.Cam.Imp.vol.6.num 64.pag. 80. Besold.Thesaur.pract.lit.P.num 7. cons. 177. num.8.part.4. Kitzil.de monet. class. 5. quast. 2. sect.5.num.4. Coler.decis.Germ. 108. num.13 Kigel.ad const.Carol.cap.4.cas.1.except.1.* refertque *Annæus Robert.cap.4.lib.1. rer. judicatar.* quod cùm captus fuisset quidam ob quædam indicia, qui credebatur interfector cuiusdam mulieris, quæ non visebatur ampliùs in viciniâ, & acri vi tormentorum confessus fuisset, se patrasse homicidium, fuit laquei supplicio addictus; Suspensi verò innocentiam docuit eventus. Rediit enim post biennium mulier, quæ credebatur extincta, dicens se abfuisse ab illa Civitate, ob nonnulla sua negotia. Atque vt exteris exemplis, quæ Neapoli successerint, adnectam, refert *Constanz.Cafar.in specul. peregr. quæst.17. num.92.* quod quidam raptor cum rapta muliere arripuit fugam anno 1650. de quo accusati fuerunt tres Nautæ, qui supponebantur raptorem, & raptam in eorum cymba transvexisse. Acerrime torti Nautæ, vi tormentorum non modò confessi fuerunt, à se illos transvectos, sed insuper occisos, & in vndis proiectos, vt nummis, quos raptor, & rapta à patriis laribus sustulerant, potirentur. Quapropter fuerunt Nautæ suspensi. Post annum autem viderunt multi raptorem, & raptam simul viventes.

Igitur indicia in causa Josephi Sanzone evacua-
159 bantur; cùm deductum fuisset, esse eius inquisitionem imposturam, dolumque, ac machinationem Sebastiani Rispuli, qui cùm esset acuclinariorum, & stragulorum venditor, ægre ferens, quod Ioseph eandem etiam artem aggredi intenderet, minatus fuerat, se in Iosephi perniciem nihil intentatum relicturum, donec ipsum Josephum inspexisset ad deterrima quæque redactum, idque quia ex hac lite, ac differentia artis ad contumelias, & iurgia devenerant. Depositio famuli videbatur non vera, & affectata pluribus causis, in actis deductis.

Inquisitio de vsuraria labe, contra Josephum concepta, jam evanuerat, vt procurata ab eiusdem Sebastiani perditissimis dolis; imò illa ramenta, seu minutissimæ reliquiæ argenti, vulgo, *Sbrbavi*, reperta in forbice, potuerant facillime in ea derelinqui à ligulis argenteis, quas quotidie vendens, (venditor enim ligularum argentearum erat) recidebat. Casu in manibus vtriusque poterant supponi ex artis vniuscujusque exercitatione; ille enim venditor, vt superiùs tetigimus argentearum ligularum erat Jacobus verò argentarius faber, hoc meritò se hic excusabat, quod fuerint penes ipsum reperta instrumenta; illa namque palàm reconisse, vtpote ad argentarii artem pernecessaria, aiebat sicuti etiam dixit *Pras.de Franch. cit.decis.401.in fin.*

Etiam inquisitio Iacobi Schinech supponebatur machinatio facta à Salvatore Bruno, qui adulter erat, & amasius vxoris dicti Iacobi; eamque jampridem, diuque cognoverat, & dolose occulerat monetas tonsas in domus angulis; vt sublato, effectoque mortis supplicio Iacobo, tutiùs Salvator cum eius vxore concuberet. Omnia confirmantur; verum est enim, quod huiusmodi delicta sunt imposturis subiecta, vt in crimine læsæ maiestatis consideravit *Gig.cit. tract.par.1.§.vidimus, qu.16. num.2.* his verbis *Sæpe ab æmulis, & inimicis falso hujusmodi crimen impigitur, dicens; ita vidisse in anno 1551. in Persona Io: Pauli de Pompeiis, & Fratrum Nobilium Veronensium; contra quos Presbyter Veronensis confinxit quasdam fictas literas, quæ manu Comitis scripta videbantur; & accusationis falsitate comperta, fuit laqueo suspensus. At Comes, & fratres, nedum absoluti, sed muneribus donati.* Et vt plurimum solent huiusmodi crimina insontibus attribui, *Decian. tom.2.lib.7.cap.4.num.17.* imò quò detestabilius est flagitium, hoc minùs à iure præsumitur commissum; & pleniora argumenta, & probationes requiruntur, *Giasn descrip.crim.23.num. 67.cons.2.num.52.& cons 6.num.109 Paul.Rub. de validit.legal.controv forens.cap.24.num.162. Reg.Valenz.cons 163.num.67.lib.2.*

Insuper indicia in neutro casu erant plene probata;

ta ;

160 ta: nam quodlibet indicium duobus saltem testibus muniri debet, *Glos.in l.fin. C. famil.ercisc.DD.in l.fin.ff.de testam. Giazzii discept. forens.crim.in pract.crim.*etiam indicis indubitatis munita, *vers. ideo iure optimo*, etiam in crimine læsæ majestatis, *Gig.de crim.las.maiest.tit. quand.& per quos, quast.24.num.2.*& testes qui deponunt super indiciis, debent esse omni exceptione maiores, nec huiusmodi sunt, quibus aliquid opponi potest, *Glos.in §. item verborum*, verbo *idoneos, instit.de inutil. stipul. & in cap.1.de consangu.& affinit.* verbo *maiores*, *Farinac.de testib.qu.62.num.1.Mascard. de probat.concl.*1022.*num.5.Peguer.decis.17.num.40. Viv.comm.opin.*verbo *testis vnicus.num.*10.*Reg. Capyc.Latr.tom.2.consult.* 126. *num.*29. Minùs enim habiles admittuntur quidem ad probandum ipsum principale delictum, non autem ad eius adminicula: *Bald.& Salyc.in auth. si dicatur, C.de testib.Boss.in praxi,tit. de crimin. las. maiest.num.*112. *Faller. in rubr. Item commisso crimen.las.maiest.num.*108. *Muscatell. in prax. tit.crim.las.maiest.ex num.*22. *Mascard. de probat.concl.*462.*num.*38.*Decian.tract.crim. lib.*7. *cap.*37.*num.*44.

Accedebat, quod, licèt indicia fuissent valde
161 vrgentia, qualia requirit *pragm.* & optime, pleneque probata eorum mala vita, fama, & qualitas ad formam statuti; tum quia probari debet mala vita in eodem genere delicti; cùm semel malus, præsumatur semper malus, at in eodem genere mali, quicquid dicant *Menoch. de præsumpt. præsumpt.*32.*num.*16. *Alciat. in reg. 3. præsumpt.*7.*num.*2. *Carocc. de re furtiv. penes tertium reperta, quast.*9. *num.*3. quod in vna re malus, præsumatur malus in diversa re, idque ob connexionem, & quasi necessitudinem vitiorum inter se. At quæ apparere poterit connexio inter ea, quorum vnum ab altero non dependet? Cur licebit inferre vnum ex alio, quando sumus in dissitis rebus? Quis dixerit: Titius est detractor; ergo adulter: Hodie pluit; ergo baculus est in angulo domus? Sic pariter non bene infertur: Est latro; ergo concubina vtens, & alia id genus. Potest enim esse, quod quis laboret aliquo vitio, alio autem prorsus immunis vivat; ergo talis consequentia non admittitur, *Carocc.loco cit.*quod adeo verum est, quod si fuerit probata mala vita in vno tempore, in alio posteriori bona, vltima attenditur, *Caval.de num.test. par.*2. *nu.*130. posterior namque priorem elidere censetur.

Tum etiam, quia *pragm.* illa in themate, non
162 modò indicia valde vrgentia exigit; verùm etiam malam vitam, famam, & qualitatem, ad hoc vt Iudex valeat suum protendere arbitrium vsque ad mortem; hæc autem tantum abest vt non probaverit Fiscus plene, cumque omnibus requisitis, quæ refert *Mynsing. cent.*5.*obser,* 46.*Cornezad.dec.*26.loquens, quando statutum induceret famam publicam pro plena probatione, *Magon.decis. Lucens.*93. *Bald. decis.* 29, *Ferall.decis.*4.& 415.*p.*2.*Peguer.decis.*17.*Eyneß. Cothman.vol.*1. *resp.* 12. *ex num.* 167. *Mari ad Gramm .decis.*34.*num.*62.*& decis.* 42. *num.*12. cum aliis, quos recenset *Matth.Stephan.in not. ad art.*25.*ordin crim.Carol.* vt adfuerint testes, de bona inquisiti fama deponentes, aut certe probationes Fisci obtenebrantes: Fama enim mala, vt robur habeat probationis, debet esse immunis ab omni contradictione, vt censuit *Rot.in una Oveten. Canonicatus*, 24. *Ianuarii* 1578.*coram Emin.Seraphino*, teste *Ricc.collect.* 3165.ex eiusdem *Rot.decis.*167.*&* 182.*par.*1.*& decis.*264.*inter impress.post.*2.*lib.Farinac.R.Tap. de jur.Regn.lib.*3. *de appellat. sup. rit,* 259. *sub num.*5. qui docet, quàm sit periculosum, quod Iudices nitantur fama in condemnando. Depositio autem testium pro Inquisito præfertur depositioni testium pro Fisco, etiam si plures numero fuerint examinati pro Fisco, quàm examinati pro inquisito, & etiam si examinati pro Fisco deposuerint in specie, & examinati pro inquisito in genere, *Giaza.discept forens.cap.*17. *num.*4.*cap.*19 *num.*3. *&* 14. *cons.*1. *num.* 219. *cons.*3.*num.*59.*Merend.cons.*89. *num.*45. *tom.*2. *cons.divers.Faller.in pract. crim. cit. dentur capitula, num.*29.*Carleval.de indic.tom.*2.*disput.* 3.*num.*35.*Dauz.de pugn. DD. tom,* 3. *de indic. proxim.& remot.* integro *cap.*2. potissimùm *ex num.*20.*Reg.Capyt Latr. consult.* 129. *num.*12. itaut aliud sit, respicere famam ad Reum supplicio ordinario afficiendum, vt in themate *pragm.*2.quo casu debet strictè fama probari, & in eodem genere delicti, *Bart.in l.Cassius,nu.*2. *ff de senat.Hyppol.de Marsil.vol.*1.*cons.*44.*nu.*10. solida, inconcussa, gliscens, non levis, vaga, aut varians, *Boccin.iunior.vol.*4.*cons.*6. *num.*11. ante processum inchoatum, aut inquisitionem inceptam, *de Marsil. in pract. crim. §. ut plurimùm, num.*39.cum cæteris, congestis à *Carpzov.in pract.crim.tom.*3. *p.*39 *&* 120. *num.*21. Aliud autem ad Reum quæstionibus subjiciendum; tunc enim duo attendenda, ait *Carpzov. num.*23.nimirùm, quod inquisitus sit infimæ conditionis, ac vilis persona, deinde, quod fama ortum traxerit ab honestis personis, fideque dignis, non ab æmulis, inimicis, aut personis levibus. Concurrentibus autem bona, & mala fama; bona pro inquisito prævalet, *Put. dec.*2.*lib.*3.*Ricc.collect.*3165. *Farinac. decis.*77. etiam si æque concurrerent, *Rot. in Toletan. Canonicatus*,10.*Septembris* 1608. *coram R. P. D. Marco Montio*, *atque iterum in Toletan. Portionis*,12.*Junii* 1609.*coram Card Sarrato*, teste *Ricc.collect.*3375.*Io:Baptist.Coccin. dec.*68. *num.* 11. *Regent. Capyc. Latro tom.* 2. *consultat.* 129. *num.*11.

Istæ autem Regni *pragm.* monetariis capitis pœ-
163 nam imponentes, locum sibi non vendicant in fundente monetam alterius Principis in loco non subdito, *de Franch.decis.*440. cui concinit *Petr.Caball.resol.crim.cas.*27.nisi ea alterius Principis moneta esset in loco ei non subdito recepta, *Cabed.decis.Lusitan.*89.*par.*1.*Antunez Portugal.loco infra citat.num.*70. *Reg. Sanfelic. decis.*59 *lib.*1.hoc declarans, aut in detondente monetam parvi momenti, aut eam non expendente, sed mittente eam ad Regiam Siclam, *Bertaz.cons.*552.*vol.*2.sicuti neque in deaurata faciente nummos argenteos, & meretricem,

cui

cui daturus esset, eluderet, *idem Bertaz consil. crim.* 56. vel fallente bagattinos, *Peguera dec.* 86. *Ricc. lib.* 1. *decis. Cur. Archiep* 104. *& collect.* 2858. vel si adeo illa moneta inolevisset, vt non expenderetur amplius, *Marant. cons.* 63. *nu.* 7. *Peguer. decis.* 46. *num.* 15. *Reg. Rovit. in pragm.* 1. *num.* 11. *de monetis, Reg. Tap. lib.* 5. *iur. Regn. tit.* 5. *de fals. monet. num.* 6. Neque demum locum habent in rodente monetam majoris ponderis vsque ad justum pondus, cum quatuor aliis capitibus, quæ recenset *Peguer. decis.* 46. *ex num.* 34 & DD. ad invicem adversantes recenset *Antunea Portugal. de donat. Reg. par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 64. Qua super re vide plures ampliationes apud *Reg Rovit. in pragm.* 2. *de monet. à num.* 10. *Ricc. collect. decis.* 172. *&* 2858. *Gizz. ad Capyc. Latr decis.* 179.

An vero procedant in mandante illam procudi,
164 vel falsam expendi? inquirit *de Laurent.* & negative censet *dec. Aven.* 114. *post num.* 6. quia mandans non dicitur recte facere, sed ficte, vt post *Bartolum in l. si unius, §. fensus, vers. quaro circa hanc. ff. de injuriis*, tradit *Prat. respons. crim.* 23. *à num.* 86. *& Caravit. in pragm.* 4. *de falsis.* Sed nostro in Regno obstat *Constit. Adulterinam* ibi: *consentientes*, qui enim consentiunt eadem obstringuntur pœna, vt notat ibi *Affl.* quod juri communi consonat *cap. mulieres*, 6 §. *ultim. de sent. excomm. cap.* 15. *qui. mandat.* 3 *de homicid. in* 6 *l.* 1. §. 1. *ff de eo. per quem fact. erit, l. ult. ff si mensur. fals. mod l.* 11. §. 3. *ff. de injuriis l. nihil interest, ff. ad l. Cornel. de sicar. l.* 69. *ff. de regul. iur. l.* 5. *Cod. de accusat. l.* 5 *Cod. si reus, vel accusat. mort. fuer. l. quoniam multa, Cod. ad l. Jul. de vi public. Guazzin. de confiscation. bonor. concl.* 13. *ampl.* 11. *Reg. Capyc. Latr. dec.* 179. *in princ. Menoch. cas.* 353. *&* 357. *Petrus Frid. Mindan. tract. de mandat. iudic. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 8. *Guill. Bockellii de publ. iudic. disquis.* 6. *Bertazzol. cons.* 292. *nu.* 18. & communem esse opinionem, testatur *Ceval. quæst. pr.* 166. *par.* 1. *Bart. ad l. quemadmodum, num.* 4 *C. de agric. & cens. lib.* 11. *Curt. iun cons.* 137. *num* 5. *Clar.* 5. *sententiar. §. final. quæst* 89. *num.* 5. *Decian. pract. crim cap.* 36. *num.* 11. *lib.* 9. & perbelle notat *R. Sanfelic. decis.* 179 *ex num.* 1. Sed an mandans patrari delictum armis igneis comprehendatur sub *prag. editi sub tit. de ictu scoppictæ?* negant *Troys. in rit.* 276. *num.* 32. *Pras. Merlin. controv. forens. cap.* 47. *cent.* 1. *Consil. Campan. de for iudic. cap.* 10. *num.* 8. *in fin. Anton. de Ballis tract. var. q.* 7. *Avunmans ad Capyc. decis.* 155. *num.* 2. *& ad Gramm. decis.* 27. *num.* 18. *Thor. in compend. decis. tom.* 2. *par.* 3. *sect.* 2. verbo *mandans assassinium*, & explicat *D. Crispo in theor. & pract. crimin. lib.* 1. *cap.* 4. *ex num.* 4.

Ideoque iuris claram dispositionem esse, mandan-
165 tem inquiri non posse, neque teneri de homicidio, nisi constet de maleficio principalis in eodem processu, docuit *Bart. in leg. si is, qui rem*, 68. § *si tu Titium, ff. de furtis*; principalis autem delinquens dicitur mandatarius, *l. non ideo minus, C. de accusationibus, l. & si certus, ff. ad Syllanian. Giurb. cons. crim.* 22. *num.* 9. quam doctrinam deducit *Bart.* ex eodem §. *si tu Titium*, in quo II. CC. hoc idem sentiunt, & ratio eruitur ex *l. libellorum ff. de accusat.* qua disponitur, quod nomen delinquentis debeat esse certum, & exprimi in libello, & concinit *tex. in l. non solum, §. si mandato ff de iniur.* quia scilicet mandans tenetur non ex mandato, sed ex delicto sequuto, *cit. l. non solum, §. in mandata. Bartolum* lectantur *Baldus & alii in l.* 1. *C. de servis fugitivis*, idem *Baldus cons.* 259. *vol.* 1. *Anchar. cons.* 216. *de Marsil. cons.* 49. *Bursat. cons.* 20. *num.* 6. *& cons.* 146 *n* 10. *Cravett. cons.* 319. explanat *Surd. cons.* 40. *à num.* 9 *Ruin. cons.* 60. *num.* 11. *vol* 5. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 349. *num.* 13. & repetit *cas.* 352. *num.* 20. latiusque prosequitur *Giurba cons.* 91. *num.* 18. *&* 19. admonens, necesse esse, ut persona mandatarij liquidò, & non per conjecturas innotescat, vt contra mandantem procedi possit, & non sufficere mandatarij contumaciam, nisi vera sit eius confessio, pro qua re plures allegat DD. secus enim, inquiens, non dici probatum corpus delicti, ex *Eugen cons.* 76. *nu.* 135. *ac Guazzin. ad defens. reor. part.* 4. *cap.* 13. *num.* 2. Idem iterumque *Giurba in cons.* 97 *à nu.* 7. subdens, quod aliàs denegarentur. Rei defensiones, qui probare posset, ab alio, quàm à præsumpto mandatario fuisse commissum delictum, & negativam de loco, & tempore coarctatam, ac die commissi delicti in alio loco satis remoto fuisse mandatarium, vel fuisse mortui amicum, de quo confidere non debebat, vel id non mandasse, vel illum fuisse suum inimicum, cui nec alloqui poterat, eòque minus, homicidij scelus eius fidei committere potuisse, vel ab alio potuisse occidi, cum sexcentis huiusmodi, quæ posset ad sui defensionem, & excusationem obicere.

Idem voluit *Fermigliol.* post alios *cons.* 61. dicens, correlativa nomina esse Mandans, & Mandatarius, itaut non possit quis multari ut mandans, nisi adsit mandatarius, neque mandatarius, ut talis, si non constet de mandante, idem mordicus autumat ex nostratibus *Foller. in pract. crim.* verbo *capiat informationem, num.* 70. & ibi *addantes Reg. Rovit. in prag.* 1. *de assassin. num.* 2. *ac dec.* 53 *num.* 15. *Anton. Drogh. ad Clar. §. fin. quæst.* 90. *num.* 11.

In contrariam vero sententiam eunt alij, præcipue *Nacta cons.* 428. ubi asserit, inquisitionem sanctam, rectamque fore, etiam si ignoretur persona, qua mediante, delictum fuit commissum, ex *Glos.* ab aliis recepta, *in can. libellorum*, 2. *qu.* 8. verbo, *Gaio Seio*; Affirmante, accusationem tenere, licet ignoretur adulteri persona, quacumq; adulterium patrasse incusata est Mævia, & occurrit rationi adductæ, nempe mandantem non dici accessorium, imò principalem delinquentem, & principaliter, ac plusquam principalis obligatur; quia magis delinquit, utpote primus motor delicti, & dicitur delinquere non solùm in seipsum, sed etiam in mandatarium, cuius animum corrumpit, post *Manticam Bertazzol. & alios Thor. in compend. dec. p.* 3 *sect.* 2. verbo *mandans, col.* 2. *Decianus lib.* 9. *cap.* 32. *à num.* 2. *ad* 5. & non accessoriè obligari, sed principaliter, & tanquam principem delicti, ostendunt *tex. in l. quoniam multa facinora, C. ad l. Jul. de vi l.* 3. §. *si quis non hominet, ff. de vi bonor. rapt. Bart. in l. si unius, §. servus in fin. ff. de iniur.* & quamvis

Nacta

Nacta non neget, mandantem non esse sine mandatario, quia sunt nomina correlativa; dicit tamen maodantem posse inquiri; atque puniri, etiam si mandatarij persona sit incognita, modò constet de crimine: aliàs delicta remanerent impunita, & quando mandans, & mandatarius sint nomina correlativa; & quomodo? declarant *Decian. integre cit. cap.* 33. *Hector Felicius alleg.* 114. *num.* 13. *& alleg.* 117. *nu.* 1. *par.* 2. *Nactam* sectantur *Clar. in §. fin. q.* 4. *circa medium, & ibi Baiard. num.* 6. *& idem Clar. quæst.* 89 *num.* 3. *in fin. & alij apud Carthar. decis.* 30. *in fine, Farin. de inquis. quæst.* 3. *Anton. de Ballis quæst. particulari* 7. *Tiber. Decian. mem. cap.* 33. necnon *Bossius tit. de delicta, ex n.* 34. *Caballus casu* 241. *Muscatell. in praxi crimin. tit. de homicid. mediante mandata, num.* 6.

Sed retenta communi sententia, quæ verior est, & regulariter tenenda, oportet distinguere plerosque casus, & factorum circunstantias: observando prius Doctorum dicta, qui ex adverso adducuntur: nam noo indistinctè procedunt, nec intelligenda sunt, prout adducuntur. *Nacta* antesignanus minime sermocinatur de mandatario, cuius certa erat persona, & nomen ignorabatur, utpote quia erat exterus, quo casu bene procedit inquisitio; quia, licet nomen delinquentis mandatarij ignoraretur, persona tamen erat certa, nempe homicidium fuisse commissum per quendam forensem hominem (ut ipse supponit principio) facinorosum, & scelestum.

Prout erat in thesi, in qua calamum atripuit *Giurbæ cons.* 97. de fœmina, quæ malitiose invenit mandatarium omninò ignotum, sed quando persona delinquentis mandatarij est certa, incertum nomen, & patria, vel quando per signa, staturam personæ, ætatem, faciem, barbam, vestitum, potest designari, tunc non dicitur abesse mandatarius: quia hæsitari haud potest, delictũ potuisse ab alio committi, ut quando persona delinquentis omninò est ignota. Ita explanant Nact. doctrinam *Petr. Surd. cit. cons.* 40. *n.* 10. *Bajardus ad Clar. mem. qu* 4. *num.* 6. *& quæst.* 89. *num.* 3. *in fine, Decian. eodem cap.* 33. necnon *Giurbæ iudic. cons.* 97. *in fine*, advertit adamussim *Carthar. dict. decis.* 30. *in fine*, contra mandantem 166 procedi non posse, nisi constet de mandatario, locum habeat, quando persona mandatarij est cognita, secùs si sit incognita, vel si nomen ignoretur, ut erat in casu illius decisionis, in quo quidem insequendo hominem equester acclamabat, dicens: *dagli, dagli*. Et unus alius Curiæ ignotus fugientem à fronte invadens, stricto pugione caput illi fregit, siditque, ex quo animam miser egit, quo casu non erat incertus apud *Nactam*, quem sequitur *Farinac. d. q.* 3. *nu.* 6. *&* 10. *Vermigliol. cons.* 27. *in fin.* quando verò mandatarius omnino iocertus est, itaut homicidium potuisset verisimiliter committi ab alijs, veritatem nititur doctrina *Bartoli*, ad punitionem mandantis non posse deueniri, nisi constet de mandatario propter incertitudinem personæ delinquentis. Ex his in M. C. V. causarum capitalium insurrexit maxima controuersia, si in illa hypothesi aderat mandatarius, dum ex processu non constabat qui fuisset, qui vulnera intulissent, ex quibus mortui fuerunt qui à servo proditore amicabiliter adducti fuerant; nam, quamvis ab eodem servo, & alio quem hic hospitio exceperat apud Dominum Mandantem, eumque fratrem appellabat, præsumi posset, occisos fuisse, & verisimiliter cum aliis delictum perpetrasse; tamen respectu illius, qui hospitio excepit apud Dominum, deprompta fuit ab eruditissima *Surd.* penu *cons.* 40. *num.* 12. non contemnenda doctrina: non potuisse, scilicet, dici personam certam mandatarii: quia, potuit occidi à quodam bannito Altensi, qui morabatur apud mandantem: cùm probatio debeat concludere non per possibila, sed per necesse; licèt in casu excitato in M.C. adessent Iudicia propter allocutionem secretam ante, & post delictum immediate, quæ priùs non intercesserat cum Domino, sed cum servo. Et quanquam non constaret, servum armatum incessisse, nec vulnerasse; attamen præsumendum est, arma detulisse: nam occisos deducebat ad verberandum eius inimicum, & amicitiæ causa sub hoc prætextu conduxit ad locum, in quo ictibus scloporum occisi sunt, ac in omnem casum servum, dicit, esse considerandum tanquam mandatarium, vel vnum ex mandatariis, quos ipse verisimiliter quæsivit, & sic mandatarium in illa causa non deficere ac in hoc autumo, posse dici mediatorem delicti, vel secundum mandantem, iuxta ea, quæ referunt II.CC. penes *Thor. dict. sect.* 2. *compend.* verbo, *mandatarius ad committendum*, & præcipue *Cabal. cit. cas.* 241. *num.* 6. vbi loquitur de eo, qui mandavit Mævio, vt Titium occideret, & Mævius mandavit Martino, vt dictum Titium occideret, & is illum interfecerit: nam nil aliud ex eo resultat, quàm quod ambo mandatores teneantur, & sic reincidimus in eadem 167 difficultatem, quod vterq; dicatur mandans, licèt revera Mævius respectu Martini dicatur mandans, sed respectu primi mandantis dicatur mandatarius, ex doctrina *Bartoli in l.* 1. *§. incidit, ff. ad Sen. cons. Turpill.* per illum *textum*, ibi. *Nec interest per se mandavit accusationem, an per alium*, vbi *Bart.* considerat tres personas, quæ puniuntur, scilicet mandantem: illum, per quem factum est mandatum, & mandatarium, & est *text. in l. autem, qui aliter, §. final. ff. quod vi, aut clam*, ibi: *Si tibi mandavero, ut opus fieri juberes, & in ea re mihi parueris, mecum, inquit, non tecum erit actio*, & ibi tenet etiam *Bart. & in l. si is, qui pro emptore, col. penul. versic. præterea. ff. de usucap. Bald. in leg. unica. § non autem, num.* 18. *C. de caduc. tollend. Marsil singul.* 181. eum aliis per *Bertazol. cons.* 341. *num.* 6. qui expresse eum vocat mandatarium vepote vltimum qui homicidium patravit.

Sed in eandem relabimur difficultatem, quod non constabat, fuisse datum mandatum servo ad occidendum, quamvis sit verisimile; sed magis liquebat de proditione, vt vnus ex vulneratis ante mortem declaravit; & eos conduxisse ad locum; & fieri potuisse, vt animum occidendi ei dominus non aperuisset.

Superest ergo, vt videamus, quo medio mandans puniri possit; cùm de mandatariis certis non con-

constat, sed præsumptive de servo, & fratre ipsius? & in hoc casu dicendum est, neque mandatarium debere constare per conjecturas, vt contra mandantem procedi possit, sed debere esse certum, atque debere nominari personam, cum qua delictum est consummatum, ex his quos citat *Giurba mem.cons.91.nu.18. & cons. 97.num.7. Farinac.post Clar.dict.q.3.num.5.Vermigliol.cons.45.num.2.& cons. 61.* singulari doctrina declarat, quando de mandatariis constat per indicia, & vlteriùs concurrunt, etiam indicia de mandato sufficere pro citatione, & procedi etiam posse ad sententiam contumacialem eo non comparente; sed dictam praxim non posse extendi existente mandatario in carceribus, nec ad torturam, vt *Bursat.Surd.& Vermigl.* tuentur, & ipse totus conatus *Nasta* fuit pro tortura inferenda, non autem pro pœna ordinaria, quæ nunquam absque certitudine personæ mandatarij, potest inferri, quamvis eius nomen ignotum sit.

Hanc autem traditionem, quæ ex consuetudine, & praxi Status Mediolanensis deducitur, distinguentem inter præsentes carceribus detentos, & absentes citandos, dicit *Bursat cons.* 146. *n.*10. & 11. non fuisse extendendam ad eius patriam, quia esset contra mentem iuris, quod eò fortiùs procederet, si admitteremus corpus delicti deficere respectu mandantis, deficiente certo mandatario, vt dictum est: quia vbi corpus delicti abest, neque contra præsentem, neque contra absentem procedi potest in contumaciam, nam non est semper, & omninò certum in iure, mandatario deficiente, sive incerto, deficere corpus delicti respectu mandantis.

Sunt aliqua delicta, in quibus contra mandantem proceditur absque mandatario, vbi solum mandatum esset punibile, vt apud *Bossium, Clarum*, & alios ex DD. superiùs adducts, ac observat *Petr.Canton.de homicidijs recusandis, alleg.1.post Carpan.tom.3. ad statuta Mediolani*, ad quos avidum lectorem relegamus. Vel quando vnico, & simultaneo processu proceditur contra principalem delin. quentem, auxiliatorem, & mandantem: nam tunc non est necesse, vt priùs constet de principali, sive de mandatario: quia insimul procedi potest; vel quando non est dispar pœna, sed eadem; vel quando non criminaliter, sed civiliter agitur: quia satis est, delictum commissum esse, quæ omnia discutit *Bossius tit. de delicto à num.41. ad* 48. Vel vbi, & quando punitur mandator, etiam si mandatarius ignoretur existente tamen delicto, vt apud *Decian. in dict. cap.33.num.2.lib.9. & quæst. 89. & 90.* Vel in terminis consuetudinis Mediolanensis, & Status Ecclesiastici, de quibus *Clarus, Farin. & Vermigliol.indicatis in locis.*

Insuper quia in illo casu corpus delicti non oriebatur ex persona mandatarij, sed ex qualitate delicti dicti mandatarij, quæ constare debet; & hæc cognitio supplet locum cognitionis in genere, seu probationis delicti in genere, & non cognitio personæ, seu nominis illius; vel oritur ex qualitate verborum, quibus mandatum indueitur, sivè causatur. Et

quod docuit magnus in praxi *Mascardi.loc.cit. num.11.& 18.* qui præ cæteris, ni fallor, articulum principalem à *num.17.* exactiùs enodat. Item dicitur, constare de corpore delicti contra mandantem ex tractatu ad occidendum, *Vermigl.cons.31.n.2. cons.70. nu.2.& consil.83.n.1.*

Ampliùs considerandum est, quod, licèt servus sit mandatarius præsumptus respectu homicidij, quia potuit esse ad verberandum, & Dominus aliis mandatariis homicidium commisserit; attamen quia commissionem, & mandatum servus suscepit, etsi ad verberandum: tenetur tamen de homicidio sequuto in execquutione mandati, quod clare docuit *Bald. in leg. cùm mandati in fin. C. mandati, & in leg. non ideo minus. num.29.de accusationib. Gramm.consil.* 20 *num.1.Menoch.de arbitr.centur.4. casu* 352. *num.2.Clar.in § fin.quæst.89 nu.5. Carthar.dec.* 19.*num.22.& decis.30.num.2.& 33.* qui vtitur verbo *ad frisandum, Reg. Revis. in pragm.* 2. *num.70.de abolitionib.Vermiglial cons.14.& 16 Giurb. cons.crimin.46.ex num.2. ac Annot mixt ad Gramm.decis.37. num.* 3. maxime quia dominus, qui eum recepit in domum, & in eandem Ecclesiam post homicidium, facit, vt arguatur, mandatum ei dedisse ad occidendum, post *Menoch.lib.1.quæst.89.num.108.Anton. de Ballis lib.1.de indicijs, qu.14. num.*14. Adde, quod mandatarium ad assistendum in homicidio, & mandatarium ad occidendum, omnes dicuntur mandatarii respectu mandantis, quicquid sit respectu pœnæ inter ipsos mandatarios. vt in terminis statuti Mediolanensis voluit *Alba cons.30.& Petrus Cantonius vbi supra.num.* 10. sed servus in illa thesi, si non fuit mandatarius certus ad assistendum in homicidio, & vt illud exceptioni mandaretur curandum, quod respectu mandantis idem est.

Et tandem praxis illa Mediolanensis non nascitur ex statuto; sed ex consuetudine iudicandi, & dicit *Farinac.*expulso *Bursata*, vbique servandam esse; & communem opinionem contrariam reiiciendam, & servari etiam in toto Statu Ecclesiastico; in quo, licet non procedatur ex indiciis contra mandantes præsentes, & communem opinionem contrariam reiiciendam, & servari etiam in toto Statu Ecclesiastico, in quo licèt non procedatur ex indiciis contra mandantes contumaces: secus enim delicta remanerent impunita, ex *Beiard. ad Clarum* referente servari etiam in Regno Neapolitano, seque vidisse in praxim deductam sex annis ipsis, quibus in Aquilæ Provinciæ statu Ducis Parmensis moderatus est.

Nec possumus negare ita adhuc in more positum esse, quando adsunt probationes, confessio, vel indicia contra mandantem, & delictum commissum fuit, non quidem quoad scotent am, & pœnam spectat ordinariam contra præsentem, sed ad citationem, & tandem ad pœnam contumaciæ contra absentem.

Quin in proposita thesi aderat causa pro delicto, imo vrgens causa; erat confessio extrajudicialis ipsius mandantis: item confessio vnius ex occisis, qui paulò ante mortem dixit vxori, & alteri consanguineæ talem mandasse, ut ipsi

interficerentur, ac servum proditionem commisisse; aderat fuga, & refugiatio mandantis, ac servi in eadem Ecclesia, & plura alia indicia quę confessiones prędictas reddebant non solùm verisimiles, sed veras; quamobrem autumo praxim *Farinacei*, *ac Vermiglioli* bene servari posse in contumaciam.

An autem locum habeat pœna mortis in exercen-
168 te alchimiam? respondeo negativè; sed ex *prag. a. §. 17. eod. tit. de monet.* imminet alchimiam exercenti dolosè, & ad decipiendos homines, pœna annorum quinque ad triremes, si ignobilis: totidem relegationis, si nobilis; prout pluries servavimus in M. C. de quo alchimiæ usu latè loquuntur *Marchisell. qu. 56. Martin. del Rio disquis. magic. lib. 1. cap. 5. quæst. 2. sect. 1.*

Ut autem huius artis, & eam exercentium ali-
169 qualis tradatur notitia judicibus jus dicturis; præmitto, alchimiam descendere à verbo Greco ἀλς & χυμίον, quod satis sufinoem denotat. Putant .n. Alchimistę, quod sicuti natura dedit semen vnicuique rei pro conservatione eius speciei, puta homini, vt hominem generet, brutis vt bruta suæ speciei: cuique plantæ semen adhuc, vt prolificet; sic etiam dedit semina lapidibus, metallisque, vt lapides, & metalla progignant. Quamobrem pollicentur, se semen hoc in argento inventuros, atque in auro, quod per ipsos *Lapis Philosophorum* vocatur; cuius seminis inventi in auro, si exiguissimum fragmentum projiciatur in Mercurium, (sic vocant Argentum vivum) posse illud (aiunt) in aurum vertere, etiam si totum, quà patet æquor, esset argentum vivum, vt cecinit Poeta ille:

Ipsius ut tenui projecta parte per undas
Aequoris: argentum si vivum tunc foret æquor.
Omne per immensum verti mare posset in aurum.

Opus autem hoc, lapidem Philosophorum inveniendi, veteribus Philosophis, vel penitus incognitum fuit vel visum inutile, & non profectuum. Quod deridet etiam Poeta ille.

Impleat ut loculos fulvo cenerarius auro
Cyclops, incensas igne retorret opes.
Et plumbum, & stannum, & argentum fingit in aurum;
Ex igne hoc tandem nil, nisi fumus, abit.

Si enim lapsis hic Philosophorum posset inveniri,
170 profectò fuisset adinventus per tot secula, ex quibus aurum cœpit æstimari: & mirum esset, quod inveniantur adhuc plumbi, ferri, ærisque laminæ; cur enim has non verterunt, qui eo lapide potiti sunt, in aurum? aut cur aurum in dies singulos deficere nobis videtur, quod deberet, si lapsis hic adesset, non modo crescere in immensum: verùm minui etiam æstimatione ob copiam?

Vanum esse hunc laborem, duxit Diocletianus Imperator; quapropter jussit, ut libri hac de re tractantes, quibus utebantur Aegyptii plùs nimio curiosi, traderentur flammis; utpote qui in iis oleum perderent, & operam; ad parandùm enim aurum industria, laboribus, ac vultus sudore opus est non quidem ollis, calido cinere, tumidis follibus, ac luculentis caminis, ut ad rem ait Poeta quidam:

Hordea cui cordi, demum serit hordea, ut tu
Nunc aliunde pares auri primordia, in auro
Semina sunt auri; quamvis abstrusa recondant
Longius, & multo nobis quærenda labore.

Et innuit festive alumnus noster Marinus in sua Itala Poesi.

E tu pur dunque al dolce inganno intento,
Carlo, il bianco metallo in biondo volli
Cangiar credulo speri? e ben che molle
Fermare il moto al fuggitivo argento?
E temprando il calor tepido, e lento
De la fucina il fomite, che bolle,
Pendi tutt sù l'opra; e folle il Folle
Gonfio di vanità gonfi di vento?
E in schiera vai col volgo avaro, e stolto
Che agguaglia al Sole il foco, e sogna mille
Magiche fole in mille errori involto?
Ah più che il fumo, al fin da gli occhi stille
Trarrati il duolo, & haurai rosso il volto
Di Vergogna vi è più, che di faville.

Vna hac tantùm contenti simus probatione: vt liqueat, hanc Alchimistarum, ferrum, aliaq; metalla vertere studentium in verum aurum, artem esse vanitatem; quod qui illam edoceant, atque exerceant: ut plurimum sint homines pauperrimi, ac fordidissimi; quando, si hanc nossent artem, deberent omnium esse ditissimi.

Non desunt tamen probatissimi Authores, qui audacter tueantur, adesse hanc artem transmutandi metalla quæcumque in aurum, licet per paucis perviam.

Eam videtur afferere *Plin. in histor. natural. lib. 33. cap. 4.* dicens: *Aurum faciendi est etiam una ratio ex auri pigmento, quod in Syria foditur auri colore in summa tellure: invitaveratque Caium Principem avidissimum auri Quamobrem jussit excoqui magnum pondus, & planè fecit aurum excellens, sed ita parvi ponderis, ut detrimentum sentiret, illud propter avaritiam expertus quamquam auri pigmenti libra decem, & quatuor permutarentur, nec postea ab ullo tentatum est.*

Cui sane Caio poterat adaptari illud Marini;

O sacra fame, che con studii tanti
Cerchi, volgendo le fallaci carte,
Da l'oro il fonte, e fabbricar per arte
La Pietra Filosofica, ti vanti.
E curua, e china al cavo vetro auanti
Squallida, e magra in solitaria parte
Iaciti nel carbon l'auro cosparto

Da

Da le bocche de' mantici soffianti.
Semini in mar le tue speranze, e mieti
Ombre false d'error: ch' altro non hanno
Scopo, che nulla, i Chimici secreti.
Di quel vano sudor chiaro è l' inganno,
Ch' altrui pasce di fumo, e paco lieti
Son quegli acquisti, ove il guadagno è danno.

Istud autem aurum, de quo meminit *Plinius loc. mox cit.* dicerem, esse verum aurum fodinæ: quod collectum à tellure minus perfectum, quia illud non ad perfectionem coocoxerat Sol, adhibita digestione, seu concoctione per ignem, in qua defecerat Sol, aurum verum evadit.

Relicta igitur hac Philosophis disceptatione; dicam, quod, si aurum alchimicum erit eiusdem ponderis, & perfectionis, ac aurum obrizum fodinę, quo vtimur: tunc vendens illud aurum alchimicum, nullis coerceri debebit pœnis: patet ratione, quia neminem decipit; & colligitur ex *D.Thom.qu.77.art.2.in a.a.* ibi: *Si per Alchimiam fieret aurum verum, non esset illicitum: ipsum pro vero vendere, quia nihil prohibet artem; uti aliquibus naturalibus causis ad producendum naturales, & veros effectus.*

Et Alchimiam esse artem nulli obnoxiam, atque
171 adeo iure non improbatam, opinantur *Panorm.c.ex tuarum, extra de sort. Andr.de Isern. in tit.feud.Quæ sit Regalia, Bald.in eod.tit.feud. num.5. Jo:Andr.in add.ad Specul.in tit. de fals. Fab.de Mont.in tract.de empt. & vendit. qu. 5. num.8. Brun.in tract.de augum.& diminut. monet in 1.præsumpt.num.13.& 14.Alber. de Ros. in Diction.in* verb.*Alchimia*, *& in verbo emptio. Guid.Pap.sing.388 versic.de his, Jo:de Plat. in l.1.c.ad R.C.de arg.pret.lib.10.Hieron Zannet. in cap.1.de accusat.*

Hinc si quis, vel vt mirabiles naturæ effectus introspiciat, & quàm verè ars sit imitatrix naturę, vel etiam ob sui animi recreationem, velit Alchimiæ artem exercere, nullis iuris communia, vel Regni irretietur pœnis; imo esset commeodandus, ut studiosus. Sin autem aurum alchimicum erit duntaxat aurum apparens non verò obrizum, & reale; tunc illud pro auro vendens, falsi pœna plecti debet; ita concludit *Old.conf.74.*

Idem dicendum omninò de iis, qui gemmas falsas
172 componunt vt si ex Crystallo adamantem fingerent; pyropum, aut smaragdum. Si enim ea componant, ut neminem decipiant: sed ve ipsi iis vtantur, vel etiam dent aliis vtenda sine deceptione, aut falsitate, nullas lubeant pœnas. Sin autem, vt vendant, non vt falsos, sed vt veros adamantes, pyropos, smaragdos: & re vera vendiderint, falsi pœnam ex dicta Pragm.non evadent. Neapoli, decimo tertio Kalendas Aprilis 1680.



RITUS CCLXXV.



Tem servat ipsa curia, nullum denunciatum componere: nisi pars sit in concordia cum ea, quæ eum denunciavit, & duobus modis potest constare curiæ de ipsa concordia, vel quod ipse denunciator veniat ad Regentem, vel ad quemcunq; e alium officialem, & dicat: ego nolo iustitiam de tali denunciato per me: vbi Curiæ, & vobis placeat; Vel vbi hoc non fiat per præsentiam denunciantis, sufficit si de ipsa pace habita inter denunciatum, & denunciantem, & de renunciatione talis denunciantis reservato beneplacito Curiæ, constet Curiæ per publicum instrumentum dictæ Curiæ præsentatum, quod remanet apud acta dictæ Curiæ. Semper hoc constito dictæ Curiæ, per unum de istis duobus modis, si denunciatus vult componere cum dicta Curia in casibus tantummodo à jure permissis, fit compositio, & ipse denunciatus admittitur ad compositionem indistinctè semper in casibus permissis à capitulis, & constitutionibus Regni.

SUMMARIUM.

1 *Remissio partis antaire debet compositionem.*
2 *Ritus unà simul evulgati fuere.*
3 *Clausula* salvo iure partis *quid operetur?*
4 *Item illa* salva gradus prærogativa, *& similia.*
5 *Quæ sint personæ retinentes ius remittendi, lucida methodo recensetur.*
6 *Nonnulla de remissione, eiusque modo, ac validitate traduntur.*
7 *Gratia concessa (ut solent sæpè Proreges) dummodo infra sex mensium spatium partis remissionem Reus procuret, quibus elapsis illa non gaudeat; an si pars offensa declaraverit, se nunquam remissionem concessuram, sit illicò ad condemnationem prosiliendum, vel terminus elargiti temporis expectandus?*
8 *An validum sit pactum, ne quis in aliquam Civitatem (quod sæpè fit in remissionibus) ingredi possit, & elapso tempore valeat quis recedere absque licentia, ac de cadavero reperto in loco prohibito.*
9 *Nomen* compositio, *accipitur pro conventione à Reo facta cum Præside ob crimen.*
10 *Casus, in quibus compositio fieri possit iure communi, & Regni, tanguntur.*
11 *Compositio, & pecunia illius causa persoluta, subintrat in locum pœnæ localis, & cum delicto æquari debet.*

12 *Solius Principis est, pœnam ordinariam auferre, seù commutare.*

13 *Compositio num licitè fiat, adhuc probato plenè delicto?*

14 *Quæ sit differentia inter compositionem, & transactionem.*

15 *Licitum sit nè Judicibus facere compositionem. vel duntaxat Principi, tum communi, tum Regni attento iure?*

16 *Admissus ad compositionem rursus molestari an possit?*

17 *Quid novis supervenientibus indicijs?*

18 *Petens compositionem, vel remissionem, dicatur ne fateri delictum?*

19 *Indulgere delicta, est de regalibus maioribus.*

20 *Remittens se gratijs Curiæ non potest immoderate molestari, ac ab iniuncta compositione appellatur, & alia ad rem.*

21 *Princeps an possit delictorum pœnas remittere absque partium remissione? quid ue iusta concurrente causa & ob bonum publicum?*

22 *Quid servaverit Excell. Marchio de los Velez Regni Prorex in visitatione generali facta in M. C. V. memoratur.*

23 *Refertur triumphalis apparatus, quo ille fuit receptus in Palatio M. C. & modus visitationis.*

24 *Inter causas concedendi veniam absque partis remissione illa enumeratur, nempe si inquisitus sit vir perexcellens.*

25 *Azon. iuris lucerna, Glossatorum Princeps, meliori utique vita clausula dignus, capite fuit damnatus.*

26 *Ob publicum bonum solent Principes concedere abolitiones, ac indultus, in quibus solent excipi nonnulla enormia crimina. & alia ad rem.*

27 *Huiusmodi generales abolitiones motu proprio conceduntur, & an excludant subreptionem, ac possint tertio praiudicare.*

28 *Quod si concedantur ad Rei petitionem, non se extendunt ultra specificata.*

29 *Illas exposcens, omnia enarrare obstringitur, quæ si fuissent exposita, vel non concessisset Princeps, vel duriùs: & multa ad rem nectuntur.*

30 *Nullo adducitur obreptionis, vel subreptionis vitio gratia facta ratione solemnis diei.*

31 *Gratia haud concedi debet solito delinquere.*

32 *Non omnia in supplicatione omissa gratia vitium inferunt, & distinctio traditur.*

33 *Index an possit gratiam subreptitiam decernere?*

Gratia, facta mentione alterias pro alio delicto eiusdem, vel diversi generis, an subsistat? et nonnulla de reiteratione delictorum.

34 *Guidatica ut rite concessa dicantur, de alio, vel alijs guidaticis concessis mentio fieri debet.*

35 *Quo casu an hac nullitas afficiat inquisitum, qui an sit reponendus, ob fidem servandam in libertatem, ad ornatam* dec. 11. Reg. Rovit. & decis. 39. Peguer. *et nonnulla de fide servanda, et quid prædonibus?*

36 *Recensetur singularis quæstio ad huiusmodi rem excitata in Regia Audientia Theatina.*

Rescriptum directum uni Judici insertum in volumine prag. facit ius quoad omnes Judices?

37 *Relegatus à propria patria vel ab alijs locis, intelligitur relegatus à loco, in quo residet Regni, Prorex; &* Reg. Rovit., *effatum* in prag. unic. de contum. & aliis ut non acced. ad cur. *examinatur.*

38 *Ad libellam revocatur dispositio* text. in l. relegatorum. §. constitutum ff. de interdict. & releg. *ac* Glos. *ibidem effatum.*

39 *Urbs per excellentiam dicitur Roma, quæ vocatur communis patria, ac alia ad rem, & an* Neapolis?

40 *Dicterium illud.* ubi Papa, vel Imperator, ibi Roma, *examinatur.*

41 *Delinquens, si ad Sacerdotem Sacratissimum D. N. corpus deferentem confugiat, an immunitate gaudeat?*

42 *Magis est timenda interdictio accessus ad locum residentiæ Principis, quā ad propriam patriā.*

43 *Patriæ amor omnibus præferri debet, quam tenetur quis defendere tam laicus, quàm Clericus, et an etiam contra patrem, ac filium?*

44 *Vasallus an contra patriam iuuare Dominum obstringatur.*

45 *An sicuti tempore belli nullus neque Clericus, neque laicus se excusare valet à patriæ defensione, ita et tempore pestis?*

46 *Urbe, vel Italia interdicta, non est indicta patria, cum alijs ad rem, examinatur* Glos. in l. 1. §. fin. de offic. præfec. Urb.

47 *Judices inferiores nonnisi à loco, in quo eorum extenditur iurisdictio, exilium imponunt.*

48 *Possunt tamen nostrates exilio multare etiam à Civitate Neapolis et à locis ubi Prorex residet.*

49 *Pœna à iure composita succedit, ut etiam si Iudex non dixisset, intelligatur, et alia ad hypothesim.*

50 *Unde descidatur dispositio illa, quod relegatio à loco delicti, qui non patria, sit intelligatur etiam à patria, et nonnulla de patriæ amore, et acerbitate illam deserendi.*

51 *Exulatus à patriā an toto eius territorio exultatus censeatur.*

52 *Examinantur decisiones apud* Gizzarell. Rovit. *et aliorum in locis indicatis effata, ac distinctiones.*

53 *Accedens ad locum interdictum in die Paschatis pro adimplendo præcepto, an in pœnam exilij incidat?*

54 *Quid si per transitum? et multa de transitu.*

55 *Prohibitio habitandi, et prohibitio accedendi ad aliquem locum differunt.*

56 *Pernoctatio non est concedenda.*

57 *Quomodo probetur, quod animus fuerit transeundi?*

68 *Guidati, seu exulati ab aliquo loco an ad mare illi adiacens accedere valeant?*

59 *Appellatione territorij, et mundi an veniat mare, et sit de territorio, seu districtu illius loci, cui adiacet?*

60 *Concesso feudo an veniat situs, et mare?*

61 *Ad libellam revocatur Dominic. in loco indicato effatum non esse idem territorium, cum districtu in materia odiosa, et pœnali, proindeque bannitum de territorio non esse bannitum de mare, et contrarium sectantes recensentur.*

62 *Ma-*

62 *Maritimam territorium domino spectans, cuius territoriaadiacet, ad quantum spatium se extendat?*

63 *Cuius sit iurisdictio in mare, et quando, et quibus competat remissio delinquentiũ inillo?*

64 *Quid si exulatus, vel guidatus moratus fuerit in Ecclesia, an scilicet fines exilij fregerit, et guidatici conditionem non servaverit?*

65 *Ecclesiæ dicatur ne de territorio inquisiti?*

66 *Scriptura à Civitate Beneventana trasmissa ad huius Civitatis Tribunalia recipi absque licentia Regiorum officialium, ad quos spectat an possit?*

HViusce *Ritus* verba, necnon *Rituum* 272.
ac 273. remissionem partis anteire debere
compositionem, statuunt; *Ritus* autem 274.
1 verba permittunt compositionem cum clausula
salvo iure partis: Cuius autem *rit.* 274. con-
suetudinem aboluisse, admonet *Carav. in illo*
*Ritu sub num.*1.quem laudat *Tasson de antefat.*
*vers.*3. *obser.*1. *num.*5. tanquam abrogatam per
hunc *Ritum*, insequitur *de Ponte in tract.de po-*
*test.Proreg. tit.*1. §.4. *ex num.*7. cuius meminit
*Luca ad Franch.decis.*509. *num.* 2. quorum ta-
men rationem,& consequentiam inde sumptam,
non pauca cum admiratione perlegimus: nam
vera tametsi appareat conclusio illa, quod lege
2 posteriori derogatum dicatur anteriori, con-
trarium statuenti, idque etiam si posterior, haud
meminerit antecedentis legis; ea tamen subsi-
stere dicendum omnino est in casu, in quo ser-
mocinatur, legis nempe promulgatæ post alte-
ram, non autem in horum *Rituum* euulgatio-
ne, quæ vno, eodemque tempore accidit, ma-
nifesteque deducitur ex *ritu primo*, cuius quip-
pe verbis constat *vers.Horum sacrarum novis-*
simarum Constitutionum quod edicto nullo tem-
pore irrefragabili sanxit, statuit, motuque pro-
prio mandavit Regina Ioanna Secunda de cer-
ta eius scientia cum provisa, matûra, & dige-
sta Consilij deliberatione consulta, quod omnes
subsequentes *ritus*, & observantiæ; in Magnæ
& Vicariæ Curijs, & qualibet earum de cæte-
ro inviolabiliter observentur, irritans omnes,&
quoscumque alios *Ritus*, & observantias in il-
lis hactenus observatas; si itaque observari
mandat cunctos sequentes *ritus*; Ergo vnico
contextu, & vnica lege, illos omnes probat,
vnaque simul huius *Ritus* 275. ac antecedentis
*rit.*274. observantias promulgat, nec propte-
rea inter eos ritus præcedentia aliqua, aut poste-
ritas considerari potest, vt potius dicamus, eos
omnes esse vnius legis plura,& distincta capita,
maxime quod in hãc formã,& ordinem reduxit
idem *Carav.* ita quod in multis dissentiat ab an-
tiquo ordine, ut ex illorum lectura, atque ho-
rum ab ipso *Carav.* congestorum poterit faci-
lè quisque depromere; Huius postea non ab-
rogatam censeri observantiam credimus: quam-
via non generatim admittendam opinemur, nè
patentem admittamus in eadem lege contradi-
ctionem, sed aliquo saltem in casu, eritq; idem,
quem metipse *Caravit.* scripsit ad *d.ritum* 272
versic.vnum tamen, *sub num.*29. cum scilicèt
percussus sit persona ignota, aut etiam cogni-
ta, sed nescitur qui sit illius consanguineus, id-
que adeo, vt certo certius sit nunquam super-
venturum illius consanguineum, aut saltem
iudicetur ferè impossibile; namque posset eo ca-
su admitti Reus ad compositionem adducta
cum clausula, *salvo iure partis*.ac præstita cau-
tione de stando Iuri, quandocumque advenire
aliquis, cui accusandi ius competeret; quo in-
super in casu licere compositionem fieri, testa-
tur *Farinac. quæst.*5.*versic.ampla* 3.*sub nu.*12.
vel dicamus (& fortasse non erit vanus intel-
lectus) vt prædicta clausula non vtatur noster
ritus ad insinuandum illam decreto composi-
tionis in sui posse, et consecutivè liceat com-
ponere, adhuc non antea concordata parte, &
eius virtute debeat subsequi concordia; verum
ad ostendendum, non esse concedendam com-
positionem, sion salvo iure Partis, & sic spre-
ta parte, eiusque iuris cum præiudicio, atque
ita subintret vulgata regula, vt iura iuribus
concilientur, vt etiam diximus in *ritu* 59. Ve-
3 rumtamen adducta clausula *Salvo jure partis*,
cujus sit virtutis, vide apud *Baldum in l. ter-*
minato, *C.de usufruct.& litium expens.* vbi præ-
terea, inquit non operari conditionem, si di-
spositio sit perfecta, quin præservativam, esse,
non autem novi juris inductivam, affirmat
*Cravett.cons.*33.*num.*17.*Martha tract.Claus.par.*
1.*claus.*150.*num.*1.& tenuit *Rota in una Stri-*
*gonien.Testam.*12.*&* 19. *Octobris* 1587. *coram*
Robusteria, *& in altera Romana Domus* 28.
4 *Iunii* 1602. *coram Pamphilio*. De altera verò
consimili clausula *Salva gradus prærogativa*,
loquitur idem *Martha claus.*147.necnon *Prasal*
*Ricc. collect.*1197. alterius verò *Salvis exceptio-*
nibus meminit *Claus.*149. quin, & clausularum
Salvo iure superflui:salvo jure impertinentium:
salvis suprascriptis, & infrascriptis: *salvo iure*
Primogenitura: *salvo iure quarumcumque*
Personarum, memor est *p.*2.*à claus.*353. vsque,
& per totam 357.
Quę tamen sint eiusmodi Personæ retinentes jus
5 remittendi, longa serie pertractat *Clarus quæst.*
58.*à num.*4.*Farin.quæst.*5.13.*&*14. Nosque ex-
tricavimus in *ritu* 272. vbi de remissione ser-
monem habuimus, præsertim an sufficiat illa
defuncti remissio? quam sufficere, nec alteram
hęredis requiri, sed clarissimè ostendunt verba,
quibus vtuntur *Ritus* 272.*&* 274. nosterque
præsens *Ritus*, quæ sunt: *concordata parte:salvo*
jure partis: *& nisi pars sit in concordia cum ea*,
quod jure quoque videtur satis, vt *Alex.* opi-
natur *in l.postquam liti*, *C. de pact.* atque alii
quos recenset, & insequitur *Nellus in suo tr.*
*de bann.*3.*par.*2.*temporis quæst.*41. longe magis
vigentibus recensitis verbis nostri *ritus*; quo-
rum intuitu contraria, & communior collau-
data à *Farinac.quæ.*3.14.*num.*28. improbata re-
manet in Regno, seu posterioribus eiusdem
Regni legibus sancitum manifeste constat, non
sufficere remissionem vulnerati postmodum de-
functi, nisi, & aliorum omnium, ad quos spe-
ctat jus accusandi, accesserit pax, ita siquidem
loquuntur *Pragm.* 6. *de compos.* & concordat
*pragm.*4.*ac Reg.Revit.* multa cumulat *in prag.*
7.eiusdem *tituli*, conferunt tradita à *Plaz.*
*cap.*12.*nu.*16.*Vulpell.de pac.quæst.*5.*&* 22. *Viv.*
decis.

decis.101.& aliis penes Paschal. part. 2. cap. 1. num.122.& 123. P.Ficard. int. commun. opin. lib.9.tit.de iniur.n. 115. Bonacos. indit. commu. opin.lib.9.tit.de injur.n.111. Si offensus sit Monachus adhuc vivens, an valeat Abbas sine Monacho remittere? exquirit Carav.in hoc rit. ex num.27.& resolvit requiri etiam Religiosi; qui licet sit mortuus mundo, jure tamen naturali vivere censetur, Guid.Pap.cons.95. num.1. Quod confirmant tradita à Boss. in tract. crimi. tit.de pac.num.18 Tartagl.citand. nu. 50. Boer. dec.121.num.10. Affl.in cap.1.§.Iniuria, nu.59. de pac. juram. firm. Petr. à Plana in epit. delict. cap.6.num.18.Sever.ad Sanfel.dec.349.l.3.& de Clerico Carol.de Grass. de effect. Cleric. effect. 1. num.578.& 582. Mormil. in cons. varietates, num. 17. Farinac. pract. quaest. 13. ex num. 15.

Interfecto verò Monacho habente patrem vel filium susceptum legitime ante monachatum, vltra remissionem sui Abbatis cum consensu capituli, etiam exquiritur filii, & patris, idem Carav.excitat num.34.& inquirunt Bonacos.memorato tit.de iniur,num.119. Tartagl. in citat. loc.num 45.Reg.Rovit.in cit.pragm.fin.num.42. Clar.§. fin. qu.58. num.25. distinctione vtens, quam à Boer. mutavit dec. 123. num. 9. notans num.25.tutius haberi vtriusque remissionem; in qua Monasterium præferendum esse filio, credunt Padill.in d.l.transigere, à num.28.C.de transaction Gulielm.de Benedict.in capit.1Raynutius, verbo conditio 2. num. 17 de testam. F. Emman.Roder.2.tom.regular.quaest.24.art.3.Farinac.de accusat.quaest.13.num.26.vers. sed certo, Sanch.ad praecept.Decal.lib.6.cap.12. nu.40. Reg.Tapia in Auth.ingressi,cap.13.num.26. C.de Sacros.Eccles.Consil. Arias de Mesa lib. 3. var 8. num.18. Mastrill. de indult. cap.42.à num. 75. Valeron.de transact.qu.7.num.76.& 78.Antun. Portugal.de donat.reg part.2.lib.1.cap.18.n.37.

Modum autem constandi de remissione partis offensæ, & differentiam inter remissionem, concordiam,& pacem, post Caravit. in hoc ritu ex num.1.& 2.indicant Foller.in pragm. fin. nu.6. 7.& 83. de compos.Tartagl. super ead. pragmat. cap.1.num.5.Reg.Rovit. in prag. 1. num. 54. & 55.de abolit.quod est commentarium Foller. super indultu, Catalan.de indult.cap.22. nu.161, & cap.24.num.20. & quomodo probetur pax? Franc. Hercul.in tractat.de caut. de non offend. cap 9.num.10.D.Calà de mod.art.§.2. Glos. unic. num.1193. & de duplici remissione injuriæ, tacita scilicet, & expressa, tacitaque qualiter fiat, illaque per dissimulationem acta, an expensæ, damna, & interesse remissa videantur? tangit idem Carav.num.3.& 4.Addimus Foller. de indult.apud Reg.Rovit.in pragm.5. num.54. de abolit.Angel.Clavas.in summa,verbo,iniuria, in fin.D.Calà cit.§.2. & Glos. unic. num. 1193. Boss.tit.de pac.num.10. Andr. Gaill. in tract. de arrest.cap.14.num.7.Rovit.in pragm.8. num.12. de composit.Carrab.sing.210. quæ verba renuncians exprimere debeat in remissione? enarrat Affl.in cap.1.in prin.in 1.glos.num.8 de pac.jur. firm.vers.fine ergo cauti offensores,& de clausula cassat; & irritat scribit Aug.Cels.in tract.claus. Rub.claus.testamentorum. Et an sufficiat facta per procuratorem offensi? idem Carav. notat. num.7.inquirens num.8. in Episcopo, & Summo Pontifice, Addimus Foller. in pragm. fin. num. 8. quem laudavimus in rit. 202. num. 5. lib.2.lit.Clar.lib.5.sent.§.fin. quaest.58. num.27. Bonacos.pluries memorato loco, num.121. & negant hodiernis temporibus Reg. Merlin. lib.1. controv.forens.cap.68 num.7.Mastrill.de indult. cap.24.num.69.Reg.Sanfelic.decis.229. in prin. & quid si promiserit, non offendi à Domino, an Dominus obligetur? Franc. Hercul. in tr. de non offend.cap.46.in 1. P.Ficard. nuper citato titulo de injuriis, num. 118. Foller. in d. comment.de indultu in opera Rovit. allegata nu. 59. Ascan.Tholom. in addit. ad Tartagl. in margar. Fisci, cap.4.incip.Tu scis,in fine.

Subsequitur Carav. sub eod. num.8. praxim nostri Regni nectens, quam nos plene indicavimus in cit.rit.202.ex num.2. & addimus Scialoy. de foro competent.post Caravit.in hoc Rit. cap.50. num.21.qui alia de hujusmodi partis remissione notat in prax.forjudic. cap.24. à num. 15. cum indubitatum sit, quod remissio partis offensæ, & si de iure communi testibus probari possit, cum non sit de casibus, in quibus requiritur scriptura, enumeratis per glos.in cap.1. de cens. in cap.qui ad agendum,de procur.in 6.vt firmat Nell.de band.par.3.quaest.38.D.Calà de mod. artic.§.2.Gl.unic.num.1547. memor. Caravit. hoc ritu,Guazzin. defens. teor.34. cap.3.Cabal. cas. 141.quinimo,& tacita.ex l.non solum, ff. de iniur.non verò jure Regni attento, ex quo requiritur expressa ratio, altero ex duobus modis, vel per actum publicum, vel penes acta curiæ, vt ex hoc rit. firmat Carav. num. 3. & latiùs num.15. dummodo in quolibet ipsorum adsit præsens iudex, ex pragm. unic. de remiss. part.& pragm.7.de compos.adeo quod scripturā de forma requiri, probant DD.& in specie Foller.super pragm.8. num 83. de compos. Tartagl. ibid.num.5.

Ideo non creditur illis verbis Judicis in sententia adjectis, stante remissione partis, cui ipsemet adfui: Iudici etenim non creditur de acta coram se; vbi requiritur scriptura, nisi appareat scriptum, l.de in arbitris,§.si autem in scriptura, C.de recep.arbitr.quem text.ad hoc laudat Isern. in cap.1.in princ.num.4.hic fin.t.lex & quotiescunque certa qualitas requiritur ad faciendum actum, quod illa qualitas intervenerit, non statur suæ assertioni, etiam iureiurando roboratæ, ad quod vide Ferrat. in cautela 160. expresse loquentem in iudice; Julius Clarus verò lib.5.§ fin.qu.58.vers.sciat etiam, quod Senatus, asserit, quod, licèt Senatus non soleat admittere probationem pacis, nisi per publicum instrumentum, si tamen Senator, & fiscalis attestarentur, pacem coram se factam, & delictum non esset valde grave, fortè admittetur. Judicique de huiusmodi re credendum, notat Caravit.in hoc rit. num.18. ac interponitur decretum, quod stante pace facta coram me, non molestentur, & licebit aliquando in rixis, atque injuriis, partes maxime si humiles sint personæ,ad pacem compellere,Glos.in cap. suadendum,90.dist. Butri in cap. 1. de mut. petit.

quam;

quamvis concordia persuaderi, non impetrari possit. *Bald in l.ex stipulatu C. de sentent. Felin. in rubr. de tregu.& pac. num.* a *Carol. Anton. de Rosa,Carav. cit. loco* memor in *prax. crimin. decret.M.C.cap.1.num.56.& 57.* maxime si sit aliquod tempus elapsum, quod Judicis arbitrio *Menoch.de arbitr.lib.1.cas.3.*relinquitur. Hinc, si Iudex in sententia enunciet, habuisse votum à consultore, quod de forma à statuto requiritur, huiusmodi verba enunciativa probant, maxime si post sententiam sit elapsum biennium, *Bal.in l.1.C.ne lic.ter.prov.Milleus,*in verbo *sententia si est ferenda,Faust.de null. ex def. jurisd. num.153.fol.111.*

Curiosa est quæstio. Lex abolitioni dicta deter-
7 minat ut, qui generali indultu gaudere desiderat, infra sex mensium spatium partis remissionem procuret, quibus elapsis à legis beneficio excludatur, vel Principes hoc in gratiis apponunt, (ut solent sæpissime Proreges quod in dubium revocat, & non posse fieri iudicat *Tasson.de Antef.vers.3. obser.1. num.14. ex ritu 274.*& clamavit *Reg.de Ponte tit.1. § 4. à nu.4.*) modò pars offensa, à qua remissio desideratur protestatur in scriptis,se nunquam remissionem concessuram,an ad condemnationem prosiliendum, vel potiùs temporis elargiri terminum expectandum? certe cùm hominis voluntas mutabilis sit, & tempus multa pariat; omnino temporis beneficium minimè denegandum, affirmo, *Corset.in suis singularibus in* verbo *post, circa medium,* confertque *tex. in l. si cum. 10. §.1.ff.si quis cautio. Ias.in l. si eo toto, § si ita,il 2.num.32.fin ff.de legat.1.*qui duos necti casus; videndus est *Bald.in cap.1. num.5.de mil. lit.vasall qui contumax est.* vbi doctrinam *Hostiens.*refert in *cap.irrefragabili in novella, de officio ordinar.*

Pactum, nè quis ingredi in aliquam Civitatem
8 possit, quod frequentissime fit in remissionibus iniuriarum, an iuris adiutorio fulciatur? quæri solet; & quidem, si in perpetuum sit conceptum, reprobari quamplurimis authoritatibus, atque argumentis docuit *Reg.Rovit in pragm.7. ex nu.17. de compositionib.* ita intelligens S. C. scitum apud *Gizzarell. dec. 11.* de quo meminit quoque in *dec 4 num.8.* Verumenimvero acriter invehit eruditissimus *Toletanus Gomez. de Amissen de potest.in seipsum,lib.2.cap.*8. qui laxas admodum habenas cuilibet tradidit in seipsum, adeout huiusce pacti validitatem extendat, etiam si in eo contineatur, quod quis perpetuò exulet in aliqua insula. Extern's auxiliis tam solertissimis I.C.minimè ind get.quin ipsemet Adversario resistit *in novis Comment. ibidem sub eodem num.17 vers scia tamen* singula expendam, me ipsum tamen continere non potui,quin partumper *Hispani* argumento occurram; defendit ipse tale pactum, quia est placitum super re, quam sponte quis facere potest, nimirum domicilium mutare, & transferre, falsum argumentum de voluntate ad necessitatem, & sane nihil est impedimento, quominus quis, vbi velit, domicilium habeat, *l.nihil,ff.ad munip,* vbi autem quis pacto cogitur, nil aliud impedimento est, nisi quia ibi nolit; voluntatis ergo libertas, cui nihil est impedimento, quominus quis vbi velit domicilium habeat, est impedimento, quominus quis vbi nolit domicilium habeat; & licèt secundum nostrates coacta voluntas, voluntas sit, *Glos.in l.si mulier, §. si metu, ff. quod met. caus.*ea tamen est voluntas, quæ voluntate voluntatem destruente vult, vnde & prætor nolendi potestate restituta, præsto erit; *add §. si metu*, & de voluntate coacta lepidè loquitur *Beroat de princ.iur.pag.41.*; quam proinde *Rovitti* sententiam insectati fuerunt II. CC. præstantissimi, & illam approbarunt supremæ Tribunalia, *Mastrill.decis.38. & de indult.cap.24. num.2.Anton.Gam.decis.Lusit.368. Paschal. de patr.potest par.2.cap. 1. num.124. Reg.de Marin. lib.1.quotid.resol.cap.2 num.35* ad rem *Reg. Salernit.& ad eum Thor.decis.26.num.1.Viv.opin. 574.num.14.Farinac.quæst.107 par.2.art. 10. ex num.266.Visconti in flagel.* verbo *pax, seu remissio,Capibl.de Barea tom.1.pragm.6.n 7 2.& tom.2.cap.28.num.21.Caravit in hoc rit. nu. 12, Ricc.collect.1080.Thor.p.par.compend.* verbo *remissio obtenta, Ant.de Ball.var.tract. lib.5. prag. 5 tit. 28. num. 7.* ante omnes *An. bar. caus.75.* necnon *Danza de pugn.DD.tom 2.tit.de remiss. partium cap 3.* distinctionem adducens inter huiusmodi conditionem appositam à Principe, Iudice, & partibus, quam perpendit idem *Reg. Rovit.apud Laganar. in add. ad eandem pragm. 7.de composit.lit.A.*

Qui quidem confinatus, vel relegatus in aliquo loco ad certum tempus, potest,eo elapso, recedere à loco sine alia superioris licentia,quia dies licentiat pro homine, *Baldus in § hac autem trin,num.6.in fin.in proœmio.ff. in l. actione, §. Labeo,num.8 ff.pro socio,Angel.in l. si unus, §.si cum Deo, num 2.ff. de pact. Cremens. notab.47. Niger.in capitem pradicti ammirati, num.14. Guzzo.defens.reor.33.cap.27.num.16.*sed *Angel.* non loquitur de sententia condemnante ad tempus,sed de sententia dispensante ad tempus. Hæc inquit *Angel.non indiget renovatione post tempus, sed statim reassumit vires suas.* Confirmat hoc ipsum, quod dicitur, sententia temporalis non durat post tempus, nec effectus sententiæ, *l.Imperator,*vbi notant *Bald. & Aug. ff.de postula.*,& regula illa communis, prohibitum ad tempus certum, censeri, post illud,permissum, *l.pater filium,§.fundum*, vbi *Bart. & Alber ff.de leg.3.*aliique à *Tiraq.* collecti *de retract.convention.§.1.Glos.2.num.46 Surd.consil. 568. num. 4. vol. 4.* similiter condemnatum ad pœnam triremium, vel operis publici ad tempus, elapso tempore, Capitaneus Triremium, vel Magister illius operis, potest liberare, absque alio superioris mandato, *Constitut. hi, qui,* vbi notat *Afflict.8.notabil.* Hæc autem non solùm est ex temporis comitate adiecta in condemnatione, sed ex forma, qua trasmittitur ad triremes, in qua exprimitur, esse liberandum finito tempore, *Afflict.& Niger. num.13. iisdem in locis.* Hinc officiales, qui tempore generalis visitationis, iubentur à Civitate discedere, & certa loca se conferre, atque in iis morari per menses, vel aliud tempus præfinitum

tum, eo elapso, possunt inde discedere, & ad Civitatam reverti sine alia Dom. Visitatoris licentia.

Debeatur ne pœna stipulata, si in loco prohibito fuerit repertum Rei cadaver? negative indistinctè resolvit *Dana.cit.cap.27.*reprobata *Mari* distinctione apud Gizzarell. *dec.* 11. quam insinuaverat *Paschal.cit.part.2. cap.1. sub nu.*124. confertque notabiliter, quod Bannitus, licèt non possit sepeliri in Civitate, à qua fuit banni sententia condemnatus; hoc tamen intelligendum est, quoad corpus, secus quoad ossa, quia possunt illa in Civitate sepeliri, ita quippè *Iozde Annan in cap.2.col 2.vers.quid autem si isti tales damnati* allegat *Florianum in l.mortuorum, C.de religios.Mars.in l ultima,num.59.ff.de quæstio.* quod perpetuò notandum monet *Decian. tract.criminal.lib.6.cap.42. num.23.* qui tamen ab eorum sententia recedit.

Illud verò nomen, *Compositio*, de quo *Ritus*, Re-
9 gnicolæ nedum, verum alii legistæ in eum sensum recipiunt, sed barbaricè quidem pro conventione à Reo eum Præside facta, ex causa criminis obiecti de solvendo Fisco certam pecuniarum summam, teste *Ghirlan.de relaxat. carcerat.tit.de pun.composit.quæst.1.num.3.* Latini enim conventionem prædictam aliis quippe verbis exprimerent, ac si causa esset civilis, dicerent, redimit litem à parte, quod si capitalis, dicerent, redimit culpam à Iudice.

Casus autem, in quibus illa fieri potissimùm de
10 iure Regni possit, complures congerunt Doctores, *Prosper Carav.*verò *num.6.*impulsus nostri Ritus postremis verbis illis: *& ipse denunciatus admittitur ad compositionem indistinctè semper in casibus permissis à capitulis, & constitutionibus Regni*, concludere cogitur, in aliis denegandam esse compositionem, à cuius sententia recedimus propter illas dictiones, ibi: *indistinctè semper*, quarum virtute opinamur, intelligendum præsentem *ritum*, vt in casibus concessis per Regni capitula, & constitutiones adeo certe debeat procedi ad compositionem, vt nulla causa possit retinere ab illa; insinuatur propterea in aliis non ita passim, neque ita semper, ea maximè ob verba, quibus paulò ante vtitur: *In casibus tantummodo à iure permissis fit compositio*, ex quibus illud, ni fallimur, consequitur necessarium, etiam in aliis prætermissis à capitulis, necnon constitutionibus fieri, dummodò sint ex permissis à iure, & sic contradictio adesset inter verba eiusdem *ritus*, nisi aliquo modo concilientur; hoc potissimùm à nobis considerato, & iam mox relato; Jura itaque Regni; casus illos rescribentia sunt *cap.* 221.*exercere volentes*, *cap.*242.*ad iniusta*,244. *ne perverso*,246 *ne quis sua malitia*,252.*ne perversorum*, & 262.*ut sine mortalis peccati*, *pragmat* 2.4.6.7.8.*&c.sub rubr.de composit.& prag.* 3.*de sodomia*. Verùm quivis sit, qui eos omnes casus scire peroptet, perlegat *Campagn. Comment.in adductis capitulis*, necnon *Par.de Puteo in tractat.Syndic.*verbo,*compositio,Luc.de Penna Scyal.de for. compet. cap.* 50. *aliosque à nobis relatos in Ritu* 203. *At Iulius Clar. quæst.* 58.*num.*2. generalem totius Italiæ esse consuetudinem attestans, licere, ait, pro quovis crimine transfigere, cujus quippè attestationem vbique subsistere negamus, præsertim in Regno vtriusque Siciliæ, vbi multis in casibus non permitti advertimus sæpè in his *ritibus*, & notat *Campanil.in divers.Juris Canon. rub.*11. *cap.* 26.*à num.*75.præsertim crimen raptus, vigore *cit.Regni,exordientis, vt sine mortalis, §.pra his autem omnibus*, tametsi admissum fuisse cuiusdam Actuarii S.C. filium à Magno Capitaneo Regni Prorege intuitu parentis benemeriti, scripserit *Gramm constit.capitalem pœnam, num.*1. cuius merita prosunt filio etiam ad minorandam pœnam, idem *Gramm dec.*23.*num.*14.*Thesaur.quæst forens.*13.*num.*8.*lib.*3. *Paschal.de patr.potest p.4.cap.3. num.44.* Illud blasphemiæ, etiam in Sanctos, vt diximus *anteced.rit.num.* 41. quicquid coarctet tantum in blasphemia Dei, Christi, & Beatæ Virginis, *Tasson. de antifat.vers.2. observ 2. num.*139. in cuius immanis criminis detestationem, præter *cit. loc. à me adductos*, scribunt *Bened.Carpzov.pract.crim.p.*1. *quæst.45.Philipp.Knipschildt.de fideicom.famil. nobil.cap* 8.*num.*450.& ad rem *Reg.Tapia tam.* 1.*iur.Regn.in cap item statuimus*, *num.*23.*ac Paul.Rub.de valid.legal.cautron.forens.integris cap* 31.32.*&*33.*ex n.*31.Prohibetur etiam compositio, & pœnæ permutatio cum latronibus publicis, maximè foriudicatis; nam ob pacis violationem delictus illud est de regalibus, & exceptis, *Petr.Belluga in specul.princip.rubr.*38. *§.conquiruntur*, *Baiard.ad Clar.qu.*59. *Ann. sing.*56 cumque eorum adiutoribus, & fauentibus, quorum compositionem de Regia quidem Tribunalia possunt admittere, *Franch.decis.* 470. quod etiam procedit in crimine læsæ majestatis, hæresis, ac falsæ monetæ, vt diximus in *rit.*274.

Cauenda est insuper compositio in crimine lenocinii in Regno, per *prag.*1.*tit.de lenoc.* ita aduertit *Viu.decis.*454.*Rouit.in alleg.pragm.Foller. in prax.crimin.* verbo, *quod fuit lena*; In casu osculi, & raptus *per cap.Regn.*262.& ibi *Campan.num.*20.licèt contrarium de consuetudine testetur ex authoritate *Farinac.quæst.*5.*num.* 13.idem *Capibl.loc.cit.nu.*91 qui *nu* 94.ait neq; huiusmodi capitulum esse servandum in toto Regno, quia non est, nisi edictum transmissum M.C. & eius verba non sunt vniuersalia; quapropter cùm sit in præiudicium tertii, strictè est interpretandum, atque adeo locum tantùm sibi vendicare in Vrbe Neapolitana, de quo infrà.

Et cùm compositio, atque pecunia, illius causa persoluta, subintret in locum pœnæ legalis, ad *text.in l.Senatus*, *§.si quis declarat*, *cum seq.ff.*
11 *de iure fisci*, aitq; *Paris de Puteo in tr.de syndic.* verbo, *compos.cap.*1.*n.*6.*c.*4. in calce *n.*3.*& cap.* 5.*nu.*5.necnon *Paul. Ghirland. in tit. de pæn. compos.quæst* 5.*num* 9.*& quæst.*6.*nu.*1.nimirum si eum delicto æquari debeat, teste *Carau.ritu* 272.*n.*12.respiciendo ad qualitatem delictorum in grauioribus neq; grauiores imponendo pœnas, atque in leuioribus leuiores, ad *text.in l. respiciendum*, *ff.de pœnis*, ac personarum qualitatem, loci, temporis, & euentus, *l.aut facta*

in

in princ.ff. de iniur. ex quibus illud aliàs con-
secutivè enascitur ad compositionem deuenien-
dum non esse ante completum processum, quia
sicuti pœna tunc infligi nequiret, ita neque sub-
rogatum, scilicet compositio; cuius vigore
aduerti quendam Amplissimum, qui statim, ac
delicti ad aliquo patrati notitiam haberet, &
antequam manus, faceret, & informationem
capi, annuebat deliquenti offerenti aliquã sum-
mam pro compositione: nam, quamuis se id
facere responderet, vt illius honori parceret:
delictum propalari, impediendo idque non sine
pœna aliqua, sed compositione ipsa adinuenta
in locum pœnæ; etenim vt deinceps abstineret
in causa fecimus; quin, etsi delictum constite-
rit, à tali etiam compositione abstinendum quo-
que erit; eò quod pœna à iure constituta infe-
renda tunc omnino veniret, *l. cum reis, & l.
sancimus, C.de pœnis, l.fin.C.de custod.reor. l.
seruo in fine, ff.ad l.iuliam de vi public.& cap.
notandum, 2. quæst.3.* eo enim casu solius Prin-
12 cipis erit pœnam ordinariam auferre, seu mo-
derari, aut commutare, *l.1. in fine.ff.de constit.
Princip.l.diuus, ff.de pœa* & *prœcitatus Paris de
Puteo in dict.verb. cap.1.n. 5.dictusq. Ghirland,
addict.tit.quæst. quæst.3.num.2.in fine.ac nu.3.*
necnon *Fab. at à Anneceone in praxi arbitrar.
quæst.2.par.5 principal.nu.31. & Gabr.comm,
conclus.23.num.6.lib 7.tit de malefic.* & dice-
mus, tametsi de iure Regni adhuc probato deli-
cto concedatur, & antea denegetur, vt asserit
Carauit. alios coarceuans *ritu seq.276.numero*
13 *1. & 3.* si autem plene non constaret de inuecto
crimine, sed indicijs, & coniecturis, quarum
intuitu ordinaria pœna mulctari nequiret ipse
Reus, sub *cit.num.32.* idem *Fabius* procedi
posse ad componendum, & fulcitur iure com-
muni: negat verò *Carau.memor loco*, & iure
Regni innititur, ex eò quod ad transigendum
tunc dumtaxat remitti existimat, & iuste for-
tasse si transactionem, & compositionem, stri-
14 cte sumamus, atque inter eas considerantes
differentiam quam metipse *Carau.* protulit, &
qua probatur, transactionem super incerto,
compositionem verò super certo fieri; aut alte-
ram, quod transactio fiat cum parte, compo-
sitio autem cum fisco& inquiunt *Paris de Pu-
teo eod.cap.1.num 6.*idemque *Ghirland addict.
tit.de pœnis composit.quæst.1.nu 3.& 5. Afflict.
in const.asperitatem, num.11.Capibl.de Baron.
prag.6 num.25.Foller in prag m fin.de composit.
num.68.Ramm ad Affl. de iur. protomis.ad 8.
notab.ad uers.sed si fiscus, ex num.1.* Si verò
generatim vtramque accipiamus, quia sine du-
bio idem sonant, præportantque ex eorundem
Parid.& Ghirland. assertione, nimirum si dum
transactio itidem, & compositio, sed pugnant
verba *ritus* 276. manifeste excludentia com-
positionem, nisi demum probato delicto per te-
stes, vel per confessionem Rei accusati ex offi-
cio inquisiti, *Mauson.de controban.quæst.16.nu.
17.Daaz de pugna DD. tom 1.tit.de offi:.fisci,
cap.1.num.21.*& confirmat ex eodem *rit.276*
Prœsal.Ricc.collect.dec.292. nectens, paucos Ba-
rones hoc aduertere, & malem censet *Reg.Rou.
in rubr.de composit.num.1.Scialoj.de foro com,
pet.cap.50.num.12.*

Itaque Baro, seu Iudex, si casus tulerit iustè com-
ponendi, neque æquum, neque rigidum nimiè
se præbeat extorquendo, *Capiblan.cit.in pragm.
6.tom.1. de Baronib.& eorum officio, num.30.
fol.126.*ex compositione enim indebitè, & in-
justè inita, puta, si fieret à Reo non sponte, &
concordia, sed metu carceris, quæstionum, vel
violentiæ, quo casu compositio in extorsionem
euaderet, non modò Iudex tenetur in syndica-
tu, atque iniuriarum actione puniretur, ita ex
Put. dicit *Caravit.rit.276. num. 2.* cui adstipu-
latur *Daaz.tom.1.de pug.DD.tit.de offic. fisc.nu.
21.fol.139.*ut animadversum in quendam Baro-
nem fuisse pro compositione in casibus prohi-
bitis, notat *Capiblanc.to.2.super prag 5.de Baro-
nib.cap.27.num. 11.* præterquamquod nullitate
evidenti polleret, *Consil. Franc. Maria Prat. di-
scept.forens.lib.4.cap.20.* notans, dicterium il-
lud, fidem esse servandam Reis, ut reponantur
in pristinam libertatem, non procedere in hu-
jusmodi compositionibus.

Vbi verò compositio isthæc videtur licita, quærant
ne Iudices illam facere, an Principes tantum? &
15 quidem supra insinuavimus, non licere Iudi-
cibus, cùm iura sequi debeant, atque ab illis sta-
tutas imponere pœnas; quæ profectò iuris est
regula, sed patitur restrictionem ubicumque
causa subesset iusta, prout latiùs est videre apud
*Farinac.*peroptime enodantem *quæst.17.num.5*
idque attenta iuris communis sanctione; Regni
verò attendenda est *Caravita* distinctio de offi-
cialibus Regiis, & Baronum super *rit. 272. à
num. 5.*

Illud tamen certissimi iuris esse, non ambigitur,
quod admissus ad compositionem rursus mole-
stari, haud quaquam potest, si partis assensus
16 convenerit, ita quippe scripserunt *Paris.de Pu-
teo addicto tract.cap.4 & 5.in 7.quæst.ultim.par.5.
partis principij num. 1. & 4.* qui & alia plura
ad hanc rem cumulat, eaque digna notatu, &
favet assumptum illud de condemnato in ali-
quam pœnam, ne amplius de eodem delicto in-
quiri debeat, ad *tex. in l. sepulchri violati, ff. de
sepulchr.violat.& c. de his de accusat.* adjunctis
aliis, tam iuribus, tum rationibus, tum denique
declarationibus per *Farin.quæst.4.* ut propterea
sit illud ipsum concludendum respectu compo-
sitionis, quæ pœnæ in locum successit, ut antea
diximus; Verùm dubium in eo versatur, ut cum
Ghirland.& aliorum sit conclusio in *dict.quæst.
6.* ne molestari, adhuc novis superuenientibus
17 indiciis possit, qui intermedia compositione ab-
solutus extitit, quomodò contrarium contingit
in absoluto per sententiam, ut idem scripsit *Fa-
rin.in cad.quæst.4.limit.4.num.23.& 24.in fin.*
Attamen, quia propter compositionem diffiniti-
ve liberatus fuit à crimine, non mirum si am-
plius turbari queat, quemadmodum, & si diffi-
nitive per sententiam absolutus esset, ex *Foller.
in pract.crim.*verbo *pœnis debitis feriantur, nu.
77.Guazzin.ad defens.reorum defens. 34. cap. 5.
in fin. Scialoj.in prax.torquendi reos cap.10. n.
22.& de for.competent.cap.50. num.19.* Contra-
ria autem, quam retulimus sententiam *Farinac.*
militat, ut ille addit, in sententia liberante ab
observatione Iudici, aut cum illa clausula *ex*

deductis, sive *in hactenus deductis*, aut relaxante sub fideiussione de se præsentando; quovis enim in casu antedicto, non quia innocens, sed quia non repertus culposus, dimissus fuit, eaque sententia propterea non diffinitiva, sed interlocutoria dicitur, ideoque procedetur de novo, tametsi nec tunc sciscitari de delicto illo iterum liceat, nisi nova adveniant indicia, ut mox diximus, ex *Farin.* & consecutive ubi illa procedāt quamvis antea absolutus, vocabitur secundò, & punietur; ad cuius declarationem multa congerunt *Clar.§.fin.quæst.*15.*num.*6.*&* *q.*58. *nu*, 21, & ibi *Baiard Cancer.var.resol.lib.*2.*cap.*11.*num.* 62.*Mastrill.de indult.cap.*24.*num* 58. *Autunez. Portugal.Carav.memor.in tract de donat. Reg. p.* 2.*lib.*1.*cap.*18.*sub num.* 99. *Episc. Campanil. divers.rubr.*11. *cap.*27.*num.*88.89.*&* 90. Quod si quisquam supplicet componi, veniamque postulet; aut pacem ineat, & remissionem postulet, sive compositionem faciat, dicatur ne fateri delictum? investigatum plerumque fuit, extricatque *Farinac.quæst* 5.*à num.*18.*cum seq.* necnon *num* 25. *&* 26.*&* *Bald.in l.*1.*C.de confessione sub.num.*7. aliique relati à *Caball. resol. crim.* 74.*ex num.*3. negative respondent in remissione sed ne potius illam obtentam ad vexationem redimendam. quod restringit *Pascal.de patr.potest.par.*2.*cap.* 1. *ex num.* 115. si remissio fuerit obtenta mediante pecunia. & quod si remittat se gratiis Curiæ, tenetur Baro moderatè, *Vincen. Ann.in repet cap.*1.*de Vassall.decrep. atat. num.* 57. *& sing.* 226. ac petens pars pro remissione
19 immodicam summam Iudicis arbitrio refrenari potest, *Thesaur.decis.*31.*nu.*3.*Thesaur. Filius q. forens.*26.*lib.*4.*Peguer.dec.*6. *n.* 13. *R. Rovit, in prag.*8.*num.*2.*de compos.Novar.quæst. forens.* 56 *p.*2.

Quin liceret appellari ab excessiva compositione, *Giazar. dec.* 57. quam sequitur *Capiblan.cit.loc. num.*12. Posset etiam compositionem passus pecuniam repetere ab ipso Barone, seu Iudice, qui iniuste illam admisit, *Par.de syndic.in* verbo, *Iudex male iudicans*, licet ea ad fiscum, vel Perceptorem Proventuum pervenisset, nulla facta cum Fisco discussione, *Vrsill ad Afflict. dec.* 88. quod si fuerit retinens restituere, ad superiorem provocabit, *Carav. in rit.*273. *num.* 5. qui quidem superior aditus pro revocanda compositione, facta per inferiorem iudicem absque partis remissione, si ea cùm cognoscere cæpisset, superveniat, licite super crimine componit, & soluti pro prima compositione, in secunda non computabitur, sed solventi dabitur regressus contra priorem Iudicem, ut solutum restituat, *Paris in memorato loco*, verbo, *compositio, num.*7.*Campag. in cap.Regni, exercere volentes*, post *Carav.* qui *n.* 6. tuetur, quod si compositio fiat à Barone ab utente privilegio, sibi impartito in compositionibus agendis ex *prag.* 6. *de Baronib.* remaneat causa apud Iudicem superiorem, à querelante aditum; quamvis Baro secundarum causarum privilegio fruatur, cùm iudex secundarum causarum minime sit superior eiusdem Baronis; quod, si compositio fiat per officialem loci primarum causarum, illa declarata nulla à Iudice Superiori, cognitio causæ remittatur ad Iudicem secundarum causarum, ut illius iustitiæ expeditioni rectè vacet; subsequitur *Tor. in c.rer. iudic.crim.cas.*60.*miscell.*20.*num.*161.*pag.*158. intelligens *Caravita Paridis* doctrinam in *§. ac si delinquens*, procedere, quando Baro fuit aditus per noviter querelantem: non autem si fuerit aditus superior, de quo penes me adest apostilla manu propria *Dom.Reg. Rovit.* his verbis: *Ac ego pro Principe Avellini, utili Domino Terræ Sancti Severini, obtinui per S.C. quod causa nullitatis compositionis, facta per ipsum absque remissione unius ex pluribus, qui debebant intervenire in remissione, remitteretur ad iudicem primarum causarum, & fuit in causa Iulij Campanilis, Actuar. M.C.Scoppa.*

Cùm sit de regalibus maioribus, deque pertinentibus ad supremam Principis potestatem, ac
20 symbolum & character principalis præeminentiæ, posse indulgere delicta, ac delinquentibus pœnas remittere, *l.relegati.*4.*l.*1. *l.moris,§.sesto* 15.*de quæstionib.l.*27.*&* *l.*31.*ff.de pæn. l.*45.*§.*1. *ff.de re judic.* merito, ut mox diximus, non nisi à solo Principe potest exerceri, *Bald. in L. Imperialem, col.*2.*ff de iurisd.omn.iudic.Andr.in cap.*1.*quæ sint regalia, Luc de Penn.in l.* 1. *C. de desert.lib.*10.*Marta de iurisd.part.*1. *cap.*44.*n.*1. *Surd.cons.*53.*num.*8.*&* *cons.*199.*num.*22.*Ripoll. de regalib.cap.*45.*num.*1.*Vicecancell.Cresp. obser.* 5.*num.*2.*Castill.de tert.cap.*41. *num.*145. *Giurb. consil.* 54. *num.*7. *Arnis. de jur. Majest. lib.* 3. *cap.* 3. *num* 7. *Sesse de inhib. cap.*1. *§* 5. *num.* 1. *Autunez Portugal de donat.reg.lib.*1.*cap.*18.*n.*1. *Nicol.Morron.de treg.& pac.quæst.*100.*num.*13. *Menoch.de arbitr.quæst.*90.*num.*24.*&* *quæst.*92. *num.*3.*Reg.Capyc.Latr.dec.*103.*ex num.*3. quippe jus extat in Regii decoris ossibus affixum, *Decian.tract.crim.tom* 1.*lib.*3.*cap.*35. *num.* 94. *Borrell.de præstan.Reg.Cath.cap.*38. *num.*9. *Mastrill.de indult cap.*2.*num.*4.*Castill.de tert. cap.*
21 41.*num.*146.*Autunez.loc.cit.num.*2. At quamvis nonnulli senserint, licere Principi remittere pœnas, etiam capitales, absque læsæ partis remissione, cùm sit suppliciorum remissio effectus summæ potestatis Principis, qui Dominus est corporum, ac vitæ subditorum, maxime si delinquens fuerit condemnatus, itaut pœna tam respectu læsæ partis, quam Principis facta sit individua, in quo casu potior est Principis causa, quam privati, spectante pœnæ corporalis prosecutione ad publicam vindictam, non ad privatam utilitatem, *Ripoll.cit.cap* 45. *nu.*3. post *Isern.& Afflict.Boss.tit.de remed.ex sol.clem. princip nu.*23.*Fab.in C.lib.*9.*tit.*25. *de pæn. diffin.*9.*Sesse de inhib cap.*1. *§.*5. *num.*27. *Thesaur. dec.*21.*num.*3.*Ricc.collect* 2016.*Cyriac. controv. forens.*341.*num.*4 *tom.*2. *Christin. dec. Belgic.*6. *num.*12.*Zuccar.dec.Lucens. crim.*14. *Cabed.dec. Lusit.*75.*par.*1. Principes enim Dii in terris appellantur, sive animatæ Dei imagines, *Petr.Greg. de Republ.lib.*6.*c.*10.*Neand.* propterea dicebat *de summ.Pontif. potest contra Regidium Angelicanum: Rex potest in Republica, quæ potest Deus, solis reservatis exceptis, Data ipsi est plenitudo, & suma, & ab omnibus vinculis, omniq; regula arctativa libera, & in omnibus, & per omnia dicere, & facere potest quidquid sibi placet, etiam iure*

suum

iurum auferendo, cui velit, cùm sit supra ius, contra ius, & extra jus; neque ullus detur, qui possit de facto ipsius iudicare, aut quærere, cur ita fecerit, quod expleuit *Bald.in l.2. C.de servit.& aqu.num.45.* cujus meminit *Restaurus Castaldus de Imperat.quæst. 110. vers. septimo supplere, Barbat.de fruct.p.1. cap.13. Reg. Sanfel. decis.62.num.51.Saverin. ad eundem Reg. Sanfelic.dec.396.tom.3.Reg.Capyc Latr. consult.47. ex num.34.lib.1.Minad. decis. 42.* & ibi *Monac. Novar.de gravam.vasall.tom.1.gravam.132. ex num.1.* Verius est, non obtenta læsæ partis remissione, non licere: quandoquidem ex quolibet delicto duæ consurgunt, læsæ parti actiones: altera nempe ad interesse, necnon damnum, ad vindictam altera: ex qua cùm sit jus parti quæsitum, non potest à Principe per gratiam, rescriptum, aut legem generalem tolli, *Salgad.de protect.quæst 3.cap.10. num.82. Larrea alleg.3.num.6.& decis.8.nu.25. Reg. Valenz, consf.83.num.100.Solorzan.de iur. Indiar. tom.2. lib.2.cap.26.num.62.Arias de Mesa lib. 2. var. cap.50.num.14* & alii penes *Anennez Portugal, cit.num.33.* Principes enim ne dum legibus divinis, & naturalibus obsequium debent, *Bald. in l.nam & magistratus, ff. de arbitr.* Naturæ enim vinculum in Principis auctoritate trium, phat, *Valer.maxim.lib.7 cap.7.* sed etiam civilibus; quidquid autumaverit *Bodin.lib.1.de Rep, cap.9.* obligari dumtaxat naturalibus, & insequuntur *Alberic.Gentilis in quæst. regiis, Salmasius in defensione Regis Caroli I. Brittanniæ, Vasquez lib.1. illustr. controv. cap.3.* leges enim civiles ad legis divinæ, & naturalis perfectissimam normam præsumuntur esse exactæ. Iustitia, quæ propria Principis virtus, non tantum versatur circa leges etiam civiles, quæ ab aliis tantummodo distant ratione perpetuitatis, *Martin. Schoockii de sedition. seu discord. domestic. cap.4.pag.* (mihi) 759. Somniavit propterea *Angel.* qui non uti Angelus, sed tanquam homo mendax, & adulans evomuit, Principi licere, jus alteri quæsitum de iure gentium auferre, sine causa, de plenitudine potestatis, sic advertente, erudito *Paulo Rubeo de validit.legal.cap. 56.num.10.& in annot. ad decis. 217. num.94. part.9. recent. tom.1.* qua de relatè *Rossental. de feud.cap.3.conclus. 21. Surgent de Neap. illustr. cap.18.Olibau.de iur.fisc.cap 6. num.16. Belluga in spec.Princip.rub.10.Bovadigl. in polit. lib. 1. cap.6. Loffred.in suis paraphrasib. §.similiter, de capit.qui tur.vendid. Afflict.decis.83.post nu. 11. Ann.alleg.67.& 69.Maur.Sen.alleg.16. num.33. Reg.Valenz.consf.69 num.123.& consf.130.nu.41. Portugal.cit.cap.18.num.42.*

8 verò ne intelligas, si causæ concurrerant, quas enumerant *Luc.de Penn. in l. si apparitor, C.de cohort.lib.12. Afflict.in §.& bona committentium num.50.Ioseph Sesse cit.tract.de inhibit. cap.1. §. 5.num.11.Reg.Tap.lib.5.iur Regni ad cap. Regn. misericordiam, & Iudicium, num.5. de abolit. Io. Grand.de bell.exul.special.36.Herc.de caut.de non offen.cap.37.num.8.de conduct.* quarum præcipua publica vtilitas, *Capyc. in invest. feud. §. feuda officiorum,pag.270.Castald.cit.tract.quæst. 98.num.6.Petr. Belluc. in spec. Princip. rubric. num.3.*

46.§.donum appellatur, num.2. Crespi observ. 5. num:196.Cyriac.loc.citat.de Franch. decis. 213. num.38.Reg Sanfelic.decis.49.num.8.Menchiac. controver.illust.cap.4.num.9. Id quod posse licite fieri non patitur *Farinac. quæst.6. de inquisit. sub num.25.* ex verbis *Angelici Doctoris 2.2 qu. 67.art.4.versic.sed Princeps,* insequitur *Plot.consf. crim.divers.75.ex num.55.* & videtur assentiri *Caball.quæst.58.& de Pont.tit.3.§.1.num.14 Farin.* laudaos, dicit ipsum mentionem non fecisse de *Iser.in cap.1.verbo,& bona committentium, post num.75.quæ sint Reg.* vbi optimè loquitur de generali abolitione, de solita habilitatione carceratorum per ferias, de indulgentia, & commutatione pœnæ corporalis sine partis remissione, & quoad illud vltimum de gratia sine partis remissione, nectit ibi *de Pont.* eleganter *Isern.* loqui eum distinctione, & latiùs ibi *Afflict. num.39.* quem notat, perperam intellexisse *Isern.* & ipsemet de *Pont.* assentitur *Farinac.* in eo quod dicit, nunquam Reges, & Pontifices consueviste, gratias absque partis remissione, facere; quodque in nostro Regno hoc iure utimur, & adducit *Afflict. in constit. Regn.mulierque dotarium, nu 23.* ac de gratiis concessis pro bono publico, *D.Reg.de Pont. tit. 1.§.4.à num. 11.Coras.ad l. divus, de offic. Præf. tom.poster.*& decisum notat *Reg. Sanfelic. decis. 53.num.36.lib.1.& decis.405.lib.3.* & ibi *Severin addens*; cùm multa liceat pro bono publico fieri etiam in detrimentum privatorum; Principes enim, Regesque sunt Tutores publici status, *Senec. lib.1. de clem. cap.4.* salus Reipublicæ facit, vt ius dominationis justum sit, *Boxhornius institut. politic.lib.1. cap.5.* nectens, *salus Populi suprema lex esto.* Ea tamen vrgere debet publica vtilitas, cui aliter nequeat subveniri, *Reg.Sanfelic.in discep. unic. de donat. tempor.bell.in calc.1.lib. decis.& in add. ex num. 214.Gabriel.comm.conclus.tit.de iur.quæsit.non toll.concl.2.ex num. 1. lib. 1.Crespi de Valdaur. observ.8.Portugal.mem.loc.num.10.* vrgentibus causis impellentibus, ex *prag. 11.§. & ne sperata. sub tit.de mag.iust.* & raro fieri debere, advertit *R.Villan.apud Ann. in repetit. cap. 1. de vasall.decrep.ætat.in tex.num.264.* ex *Andr. in cit.§.& bona committentium,* ibi *sed raro*, concinitque *tex.in l.final.de Senat.* qui quidem *Regens Villanus* dicebat, eodem teste *Anna num. 253.* omnia exorbitantia licere Proregi cum Collaterali Consilio pro quiete Regni, eiusque tutela, pleraque alia scitu digna nectens, *Boss. de remed.ex sol.clem. Princ. num.23. & 48.* loquens de gratiis factis homicidis, qui transnatando flumen victoriæ causam dedere, ac *n. 9.* facta homicidæ pro sedando populum, *Plot.consf. crim.71. num.51.* in eum, qui occidit in bello numerum infidelium, *Ludovic.decis.Lucens.15. ex num.72.* de facinoroso, qui complices in crimine, & delictum Curiæ detestabile revelavit, *Peguer.decis.crim.11.* & quamvis in gratiis, atque indulgentiis quis minime immunis reddatur à damnis, nec à rei raptæ restitutione, *Nell. de bannit. 2.p.3.tom.1.num.7.Reg.Revit.in prag. 5.de abolit.num.44.Mastrill.de indult.cap.21.ex num. 9.* & in medium affertur doctrina aurea

Angel. in l. si docueris. C. ad l. Cornel. de falsis, his verbis: *Hunc text. millies allegavi in Civitate Perusii, quia semper in revolutione status crimina indulgentur per statum, dixi tamen, & dico verum, quod talis indulgentia respicit solam pœnam, & ipsam remittit, non verò rei raptæ persequutionem: unde multas robarias feci restitui simpliciter tamen, & absque pœna*, laudat *Cassan. in consuet. Burgundiæ*; pagina (mihi) 266. *n.* 162, est videre apostillam in margine ad *pragm. 5. de exulibus*, *actio de damno non extinguitur* (per hæc verba) *die* 13. *Septembris* 1539. *curia* 15. fol. 218. necnon conferunt, quæ scribit *Reg. Sanfelic. decis.* 407. *lib.* 3. Si tamen iusta causa Princeps impellatur, poterit remittere, vt servatum legimus in *pragm. 5. de abolit.* & videndi *Ruin. cons. 60. lib. 3 Clar. qu. 59. Ofasc. decis.* 188. *num.* 11. *Plaz. epit. delict. cap.* 38. *num.* 4. *Fab. in C. lib. 9. tit. 25. de pœn. diffinit.* 1. *num.* 7. *Marta in summ. dec.* 4. *q.* 4. *art.* 4. *num.* 42. *Gratian. lib.* 1. *cap.* 167. *& tom.* 5. *cap.* 891. *ac cap.* 697. *Cassan.* recentes biscentum, & octo Principis privilegia *in catal. glor. mund. p. 5. consid. 24. priv.* 140.

Optima omnium praxi vsus est Excellentissimus Dominus D. Ferdinandus Joachim Faxardus
22 de Requesens, & Zunica, Marchio de los
Velez, &c. in generali visitatione, quam fecit ex throno Maiestatis in Regio Palatio M. C. V. sub die 5. Ianuarii 1577.

Solent Proreges, dum huic Regno præsunt, atq; vt plurimum, quando sunt, recessuri, sic Magna Curia visitare. At Excellentissimo Marchioni de los Velez indicere placuit, ineunte altero anno sui muneris, dictam generalem visitationem; in qua summam suam munificentiam, quantamque ingenii præstantiam sibi largitus fuerit Deus, ostendit. Nulli non piissimus extitit, gratias cunctis impertiens, etiam capitali iudicio damnatis: non degener sanè, neque à semetipso, qui præesse subditis non putat nisi se prodesse cognoscat subditis: diemque illum perdidisse, arbitratur: quo non benefecerit alicui; neque à suorum Maiorum moribus, tum de Excellentissima Domo Faxardo: tum de Requesens, & Zunica; de quibus tam multa numerantur, vt plena iam sint Historicorum monumenta, Unum tamen illud valdè dignam omuinò non omittam de Ludovico de Requesens, qui fuit magnus Commendator Divi Iacobi in Castellæ Provincia ortus ex Ioanne Zunica, & Stephania vnica hærede ex familia de Requesens, à qua cognomen, Statum, veramque militandi navali bello peritiam hausit; ex *Annal. Aragon. Hieron. Zurita* 1440. *P. Famian. Strada de bell. belgic. dec. 1. lib. 8. pag.* 405. de illo, inquam, Ludovico, cuius verticem flamma in diadematis specie delapsa è Cælo, dum ipse audacter animaret è litore Hispanos milites, tranantes ancipitem Zelandiæ sinum, decoravit; non dubium ostentum victoriæ, qua mox potitus, prænomen apud militantes adeptus est, Coronatus è Cælo, *Isselt. de histor. Belgic. Thua. lib.* 60, *Met. lib. 5. Meurs. in Orang. lib.* 10. *P. Strada loc. mox cit. pag.* 269. Fuit hic electus anno 1569, à PHILIPPO II. Catholico Hispaniarum Rege, vt esset assessor D. Ioanni de Austria generali totius classis Præfecto: tum in navali prælio apud Scorzolatos datus pariter à Rege Locumtenens generalis eidem D. Ioanni audituro in quolibet casu tanti viri dictis. Demum anno 1573. post Insubriæ præfecturam, Belgii Gubernator ab eodem Philippo II. Rege declaratur. Proditur inter innumera illud memoriæ de Ludovico; quòd, orta seditione inter præsidiarios milites, captos decem seditionis auctores capite damnavit; suapte miti lenitate dimissis sex, quorum culpa minor videbatur: reliquos, quorum maior, extremo supplicio adiudicari iussit: Deinde ex his cùm indulsisset duobus, sua clementia suadente: duobus tantùm infelix parabatur patibulum. Facta tandem alterutri eorum gratia, mandavit, ut iactis tesseris lusoriis, fortuna iudex decerneret, vter eorum esset dimittendus, vter morti adiudicandus. Jam verò, cùm proiecisset, trepidante dextera, tres tesseras primus: detexit tria puncta, singula nempe in singulis tesseris. Minimus omninò erat hic numerus, qui ex tribus tesseris colligi posset; Itaque alter securus fere à sinistro casu fortunæ, hilari dextera proiectis tesseris, cùm tessera super tesseram imposita constitisset (dictu mirabile!) detexit tantùm duo puncta. Tum, ludunt, inquit Ludovicus, de nece istorum Sortes, vel ad versantur vitæ, quis enim credat, victum nuper, utpote; quia minimum trium punctorum numerum detexerat, esse victurum? Sim ego fortibus Superior iudex: Vicerint ambo, vivant ambo; exuique iussit, catenis. O admirabilem pietatem! ò præclarissimum nexæ iustitiæ simul, & clementiæ specimen; iustitiæ partes explevit, capitalem in reos sententiam ferendo: clementiæ munus exercuit, veniam damnatis impartiendo; capitali sententia cunctos; ne talia imposterum auderent, deterruit: vitæ beneficio cunctos, vt strictiori devotionis vinculo, Regi, sibique alligati essent, devinxit.

Huius sanè æmulator æque, ac hæres Excellentiss. D. Marchio de los Velez in hac generali Visitatione, quamplurima omniscia doctrinæ, ac religionis exhibuit indicia. In quolibet iuris articulo, ut iuris prudentissimus interloquebatur: in quolibet facto pervestigabat minutim aliquod impartiendæ indulgentiæ adminiculum; quis tunc non ominabantur maximã toti huic Regno felicitatem; si Plato, tunc demum beatum terrarum orbem futurum prædicavit: cum aut sapientes regnare, aut Reges sapere cœpissent, *Plat. epist. 7. Cic. epist. 1. ad. Q. F. Valer. max. l. 7. cap. 1. Agapetus ad Iustinian. Cæsar.* Iam hic Excellentissimus Prorex obtinuerat ab Omnipotenti Deo, quod Tiberius in principio sui dominij, referente *Corn. Tacit. lib. 2. annal.* sæpissime efflagitabat Deos, ut .f. sibi sapientiam impartirent, ut usque ad finem vitæ mentem, humani, divinique iuris intelligentem darent. In isto verè regium erat, sapientia mortalibus antecellere, ut inquit *Arist. 2. rhetor. c.* 38. Decuit maxime hunc Principem, omnia scire: cuius sapientia omnibus potuit prodesse, ut dicebat *Ve-*

gete

go.Carceribus itaque levi ex causa mancipatos dimitti iubebat illicò: alios solvi vinculis post obtentam læsæ partis remissionem: nonnullis indictam iudicum calculis pœnam in mitiorem commutari; igitur omnium captivorum vota explevit, tristitiam omnium abstersit.

Vuum tamen non tulit contemptorem religioois, acerrimus hic religionis defensor. Constrictus aderat vinculis quidam: quia ex processu consti. terat, sacrilego gutture in Beatissimam Deiparam blasphæmias effudisse. Vix hoc intellexit Excellentissimus Princeps: in eum continuò exarsit; iussitque ut recto tramite ad Regias triremes duceretur, iniectum in os lignum ferens in execrandi sceleris pœnam. de quo memini *in Rit. 274. num. 41. vers. ideoque hoc 3. lib.*

Non pigeat, hic obiter referre triumphalem apparatum, quo receptus fuit Excellentissimus
23 Dominus. In exteriori ædium Curiæ prospectu ingens exurgebat moles lignea auratis columnis, ac superliminaribus architectonica arte studiosissime ornata: quo antipegmata ingressuro ostium augustius redderent, Editioribus in tabulis alte pendebant hinc inde Invictissimi nostri Regis, atque Excellentissimi Domini stemmata. Vestibuli ambitum, quà quà patet; textile sericum ornaverat; inter calumnia, quæ idētidem erant, veterum Imperatorum simulacra, elogiis, & carminibus peregrina ex eruditione quæsitis, imposita intercipiebant. Carcerum cancelli myrto, aliisque decorabantur vireti; area totius atrij vernans viridarium referebat, ea elegantia tunc consitum, ut vel ipsos cives falleret; manabant dispositi consulto ordine in angulis viridarii aquarum fontes; præsertim verò ianuam ingressis, obvius erat fōs maximus in medio peristylii, profluens cecubo pe- sēni ad viginti quatuor horas. Triumphalis hinc ad M.C.V. gradus pandebatur via: cuius scala serica peripetalmatis cōtexta, pendentibus passim elogijs, phrenoschematis, emplematibusque, quæ gloriosissima Excellētissimi Domini, vel etiam eius atauorum gesta complectebantur, admirationem tum ingenijs, tum oculis excitabat. Aulam maximam M. C., in qua erat erectus thronus, quatuor candelabra micantia, singula in viginti quatuor cereos arborescentiam illustrabant; quanta quanta erat, ornabatur Attalicis aulæis vsque ad laquearia. Theatrum illo, quo par fuit impeodio in publica tanti Principis receptiooe, elaboratum, ad ipsius aulæ ædem consurgebat vestibus aureis prætentum; cuius etiam últimi gradus auratis balaustris septi, supellectile, Phrygio ritu magnifice picta, tegebantur. Eminebat Regia sedes sub umbella, promicans quatuor maximis candelabris, argento cælatis, habensque è regione Augustam nostri Serenissimi Regis effigiem.

Exceptus fuit Excellentissimus Domious aote ædium vestibulum, crepitantibus interea festivo sonitu tormentis bellicis, ab Ill. Principe Satriani M. C. Regente, à Me, ac D. Petro Cortes, (qui Consiliarij aulæ M. C. præeramus,) unà cum cæteris aliorum Tribunalium ministris. In cedenti Proregi magnus carcerum custos, in disco argenteo carcerum claves auro cælatas ante ipsos carceres detulit. Vbi eminenti in Throno consedit Prorex, oblatusque ei fuit mancipatorum liber elegantissime compactus: (conspectantibus e quibusdam podiis alte pensilibus hinc Excellentissima Domina D. Maria de Aragonia Proregina quampluris comitata Ordinis patricii mulieribus, inde equitibus innumeris) Regij à latere Consiliarij Status, sedile serico aulæo prætentum cum tergore in dextero latere occuparunt. Scamnum eodem modo honestatum in sinistro, Regij à latere Consiliarij Regentes Regiam Cancellariam cæperunt. Præter prædictos io dextero latere aderat considens S. R. C. coote cto capite in sessibulis sine tergore, licèt simili serico indutis; in sinistro autem sedit eodem modo R. C. Aute Sac, Consil. vero assidebant Iudices M. C. tum Civiles, tum criminales, aliiq; administri eiusdem M.C. propria carceratorum causas relaturi: Ego præsertim, uti aulæ præfectus, habens præ me mensulam scriptoriam serico convestitam, duobus argenteis candelabris irradiantem, super quam aderat mihi Inquisitionum, ac processuum liber: cuius similes alii traditi fuerunt Secretario Regni, Fisci patrono, ac Secretario M.C. ex quo nominatim io carcerem conditos advocabam.

Insuper ante eundem Excellentissimum *Dominum* à latere Regiæ Cameræ, consederat in scabello serica etiam veste obtecto, à Secretis huius Regni D. Io. Baptista de Afflicto, dignissimus hodie Consiliarius; qui mensulam scriptoriam præ se habens eodem serico coopertam, ac duobus adhuc argenteis candelabris accensis luminibus illustratam, gratias adnotabat, qoas S. Exc. largiebatur; ad infimos deoique throni gradus, Excellentissimum. Domine ostiarius præsto erat. Eductos è custodia, quos vocabam, procuratore pauperum ad S. E. pedes afferebat sub gradus; tunc causæ illius Commissarius (si Iudex esset M.C., progrediens vsque ab throni gradus: si Regius Consiliarius, vel Præses Regiæ Cameræ, stans solum, vbi erat sedeos) merita referebat, vrgentibus hinc ad condemnationem Fisci patrono a dextera, inde ad absolutionem Patrono pauperum stante in læua: Quicquid autem Excellentissimus Dominus iussisset, è solio proclamabatur; præmioque inquisitionis titulo, à Regni, Magnæq; Curiæ Secretariis, ac à sollicitatore fiscali adnotabatur, ad Regii Fisci, & carceratorum cautionem, ac ita omnia publicæ generalis Visitationis felicitati complaudebaut.

Potissimum causa concedendi veniam absque partis remissione sunt personarum merita, virtutes, ac studia; carere quibus prorsus nequit Respu-
24 blica, *Reg. Dana polit. 6. capit. 3. Treutler. 2. disp. 10. thes. 3. Arnisæ 1. polit. 16. Bodin. lib. 1. cap. vlt. num. 165. de Republ. Gramm. decis. 83. Reusner. dec. 15. 16. 17. 80. 81. 82. Clar. q. 60. num. 25.* & tetigi mox supra *sub. n. 10. vers. casus. autem* confertque *text. ad l. ad bestias, ff. de pœnis*, quem exornant *Reusner. dec. 83. & 84. Ricc. Collect. 2824. Guil. Bockelii de ind. publ. disquis. 2. ex n. 8.* qui quidem *text.* licet sapientissimorum quando.

doque, in criminum quorundam patratione in-
fanientium levamen, & pœnarum fugam con-
25 ditus extitiffet; parùm tamen profuit Axoni
Bononienfi; qui cùm primus plerafque digesto-
rum leges iuftis commentariis, ex quibus Ac-
curfius in fuas gloffulas, plurima tranftulit, in-
terpretatus effet, fons legum, lucerna iuris po-
ftea appellari meruit, *Bald. in l. contractus, C. de fide instru. Alciat. parerg. lib. 10. cap. 25. Paul. Rub. tom. 2. in argumenta dec. 59.* & gloffato-
rum Princeps de mente *Carnei Ludulph. Schraderius tom. 1. consid. 5. num.* 60. meliori utique
vitæ claufula dignus. Is enim, cùm in difputa-
tione ab antifophifta quodam fuo provocatus,
cultro eum appetiiffet, in carcerem pertractus,
& capitali pœna damnatus fuit; cumque excla-
maret *ad Bestias, ad bestias*, cuius iuris vi pro-
pter artis excellentiam relaxari credebat, iudi-
ces, fe ab eo tanquam belluas infimulari credē-
tes, idcirco irati non deftiterunt, donec fummo
fupplicio afficeretur, *ex Alciat. lib. 9. parerg. cap. fin*, teftatur *Xamar. de offic. Iudic. & Advoc par. 1. quæst. 7. num.* 69. necnon author damnatæ
memoriæ *Philipp. Andr. Andenburgen. in thesaur rer. public. par. 2. pag.* 1001.

Iuftis itaque adductis caufis folent Principes im-
partiri indulgentias generales, quæ alio nomine,
& abolitiones, ac indultus vocitantur, & a cun-
26 ctis pœnis quorumcumque criminum, quæ
quifque patrarit, abfolutionem præbent: dum-
modo non fit eius generis facinus, quod expref-
se Princeps excipiat; ut per quamplures indul-
tus, quos Clementiffimi huius Regni Reges
dederunt, eft videre; in quibus poft generalem
conceffam indulgentiam, in illis verbis: *De quibuscumque delictis, & criminibus* excipiunt
nonnulla enormia, quæ ob immanitatem com-
prehendi fub generali indulgentia non merent;
tum maxime quia pleraque ex eis, quamvis ex-
preffe excepta non fuiffent, adhuc ab ifta gene-
rali abolitione feclufa extitiffent, ex difpofitio-
ne iuris communis, quod in generali abolitio-
ne falfi crimen comprehendi, noluit in *l. Lutius ff. ad Turpill.* Alias plures reftrictiones memorat
Dec. in tract. cr. lib. 3. cap. 35. num. 10. fubdens
fub *num.* 17. Principes antiquitus in generali-
bus abolitionibus quædā fpecialia excipere cri-
mina confueuiffe, prout fecit Coftātinus pro-
pter partum Crifpi, & Helenæ, Conftantius
Imperator, Valentianus, Valentius, ac Gratia-
nus, cum aliis ibi enarratis, concludens fub *nu.*
21 quod, cùm abierit in morem, excipi à Princi-
pe, quæ in generali abolitione comprehendi no-
lit flagitia, fequitur, quod facta generali aboli-
tione abfque ulla criminum exceptione, omnia
crimina cenfentur abolita, licet huiusmodi di-
ctum nullo auctoritatis, aut rationis fuffragio
corroboret. *Foll.* verò apud *Reg. Revit. in citat. prag. 8. de abolit. num.* 12. id ipfum affirmans, ait,
de fui natura generalem abolitionem, fi nulla
fanè fpecialia excipiat, extendi ad omnia deli-
cta, etiam fi ea fint liquida, notoria, ac atrocif-
fima, ut eft crimen falfi, ac læfæ maieftatis, *Bar. & DD. in l. de pupill. §. si pluribus, ff. de ope. nuv. nunciat.* & ibi latè *Alex. & Gloss. August. de Arim. in addit. ad Angel. in locis ibi relatis*; Quamvis
oppofitum dixerit *Catal. de indult. cap. 27. nu.* 7.
in crimine læfæ maieftatis divinæ, vel humanæ
ex pluribus authoritatibus, & rationibus, quas
ibi refert.

Ne defines lector perlegere, quæ fequuntur verba
apud *Foller.* ibidem: ex iis enim refponfum ad
oppofitionem *Catalani* explicaberis. Verumta-
men *Farinac. de inquisit. quæst. 6. num.* 61. enu-
meratis multis criminibus fub generali abolitio-
ne non includendis à *num* 51. *usque ad* 60. ab-
monet, abolitionem ab indulgentia differre. Si-
quidem abolitio, inquit, non extinguit crimen,
iudicij tamen curfum folummodo fufpendit, du-
rante, propter quam Princeps abolitionem cō-
cefferat, lætitia; Ea autem tranfacta; infra tri-
ginta dies iterum revivifcit accufatio, *l. interveniente, ad Turpill.* quapropter nil mirum, fi
atrociffima crimina non comprehendit. Indul-
gentia vero crimina extinguit, atque adeo om-
nia præter excepta, ab indulgentia extincta re-
manent. Vnde *Iura, & DD.* afferentes, in ge-
nerali abolitione haud comprehendi atrociffi-
ma, ut puta affaffinium, *nu.* 52. crimen falfi, *nu.*
54. vel læfæ maieftatis, *nu.* 55. delictum per offi-
cialem in officio commiffum, *num.* 56. & alia, de
quibus *Decian loco supra citata*, funt intelligen-
da de abolitione, ftricte fumpta, non autem de
indulgentia, *ex August. ad Ang. Plaz. & Carr.*
quæ vel enormiffima comprehendit *Clar. qu.* 19.
vers. scias autem.

Iam verò huiufmodi generales abolitiones motu
proprio conceduntur, & plerumque inhifce ver-
27 bis, *Hoc igitur generali decreta Regia authoritate nostra motu proprio*, de qua claufula, *Motu proprio*, multa perquam large habet *Catal. citat. loc.* & qui fit illius claufuræ effectus, *Const. Reg. de legit potest. par. 3. n. 61. Gamb. de Author. leg. delat. lib 3. num.* 44. 45. & 46. Quadraginta
effectus enumerat *Guil. Redoan. de Symon. conu. cap. 13. num.* 59. Quando nihil operetur, tangit
Io. Caras de benefic. cap. 4. num. 8. & par. 4. capit 8.
à num. 30. Et an excludat fubreptionem, *Hier. Gig. de Crimin. las. maiest. par. 2. quæst. 9. num.* 10.
Tob. Daler. de Mandat. Apostol. num. 28. *Melch. Pera Maiorat. par. 1. quæst. 5. num.* 1. Quid in li-
teris legati, *Gamb. indic. loc. num.* 32. & 48. An
operetur, quando eft prohibita impetratio, *Mar. Ant. Cucb. de morat. præscrip. num.* 278. & 279.
& an poffit præiudicare tertio in iure quæfito,
vel quærendo, *Ia Selu. de benefic. par. 3. quæst. 17. num.* 22. *Mart. Land. de legit. num.* 127. Alia ad-
ducit *Aeneas Fal. de benefic. refer. effect 7, nu.* 21.
Io: Staphil. de grat. expect. nu. 6. & 42.

At quid dicendum; fi ad delinquentis petitionem,
non autem ex motu proprio, concederetur fpe-
28 cialis, ac privata indulgentia? Ifta utique non
fe extendit ultra fpecificata, *l. 2. & ibi DD. de sent. pass. Decian.* alia plena manu adducit ad hoc
in *eodem cap. 3. num.* 43.

Infuper fpecialem, ac privatam indulgentiam à
Principe expofcens enarrare, tenetur, ea omnia
29 quæ fi fuiffent enarrata, vel non conceffiffet
Princeps, vel difficilius; fecus gratia fubreptio-
nem, ac invaliditatem oleret, *cap. super literis, & cap. postulanti*, & ibi communiter *scribentes* de
rescrip. proinde qualitas, delictum vel gravans,
vel

vel alterans, exprimi debet, ut dicit *Aret.in l. possidere, §.si servus ff.de acquir.possess.* quia qualitas, quæ siletur, ea potest esse, quam si sciret Princeps, gratiam non concederet, ut est in casu relato à *Barb.in cit.cap.super literis,col.*10.de eo, qui damnatus in mille pro homicidio, non exprimens, se fuisse damnatum in mille pro dicta causa, rogavit Principem pro compositione in minorem quantitatem, quæ quidem compositio diminuta non sustinetur, si Princeps eius precibus annuat; Verisimile est enim, Principem, si & qualitatem homicidii, & condemnationis quantitatem non ignorasset, faciles supplici aures non fuisse daturum; *Barb.* laudat *de Marf.in sing.* 111. aliud adducens dictum *Gugl. de cun.in l.3.C. de Epis. Audien.* quod si Titius, obtenta gratia de homicidio per se pattato, aliā deinde obtineat de alio homicidio, nulla facta mentione de primo homicidio, ac gratia, nullius fane roboris erit secunda gratie; proindeq; quendam B nonium ultimo supplicio multatum, non obstente secunda gratia vidisse, refert *Bar in cit.cap.super literis,col.*10.de quo, ac de aliis, eundem casum referentibus, meminit *Præs. de Franch.decis.*330.*sub.num.*3. ad suæ conclusionis robur, quod aut nunquam, aut rarò debet concedi indulgentia de uno delicto, ec mandari; quod de cæteris fiat ius, prout in illo themate petiit inquisitus, quod indultus sub prom ssus prodesset pro delicto, extra Neapolim patrato, pro quo erat foriudicatus; de alio intus Civitatem commisso, quod sub indultus clypeo protegere non poterat, spondens stare iuri, suam innocentiam demonstraturus; prout se vera fuit ad illam demonstrandam admissus citra præiudicium partis, & Fisci, respectu indultus, de delicto, extra Civitatem commisso, expetiti, *Novar.decis.*3.*M.gal.de assecur.par.*3.*Medic.conf.* 515.*Reg Sanfelic.dec.*399.*Concioli* verbo *gratia, ref.crim.*2.*num.*8.Casus relati à *Gugliel.de Cun. in cit l.*3. memor est etiam, ac fusiùs *Farinac. in dict.quæst* 6 *nu.* 4. ub post propositam primam conclusionem sub *num.* 47. quod qualitates, quæ Principis animum à gratiæ largitione retrahere verisimiliter possent, exprimi debeāt; recensens quasdam qualitates, flagitium gravātes, de quibus pleno calamo egisse dixit in *qu.* 58.*ex. num.*63. referensque alios casus de similibus gratiis nulliter habitis, subnectit alteram conclusionem de eiusdem *Gulielmi de Cun.* effato, quemplures DD. asserens, ultra adductos per *Hippol.*quam pluribus modis coarctat, quorum tribus relatis ipse minime annuit, vim faciens in generalitate rationis, de qua in *mem.l.* 3. *C. de episc. audien.* contra illos, quibus delinquere mos est, atque adeo iis Principem indulgere velle, non est credendum. Ad quod *Affl. in const.cum. universis*, *num.*8. *not.*10. ait, nō solum reddi nullam gratiam, si de prima mē. tio non fiat, imò vel si delictū, de quo fuit Reus aliàs condemnatus, sileatur. Et *Affiict.* allegat *in Const.inconsutilem, num* 58.*Vincent. de Ann, sing.* 239. nectēs, esse versum in indultu particulari certe personę, secus verò in indultu generali. Et Principis gratiam ob non factam mētionem de prima condemnatione obrepti-

tiam dici, tradunt *Corset.de verb. geminat.n.* 9. *de Marin. lib.*1 *res* 159. *Mastrill. dec.*28.*Thor. p.*5. verb. *homicida.*

Ad rem nota, quod nullo aduritur obreptionis
30 vel subreptionis vitio gratia, cum Princeps
fatetur, se ad eam conferendam motum fuisse ratione solemnis diei, puta feriæ sextæ in Parasceve, in quā fuit gratia expetita. Dies enim ipse fere loquitur, Principem voluisse, illam simpliciter, atque omnino concedere, quod omne prorsus vitium obreptionis defæcat ita *Crav. cons.*8. *nu.* 14. *vol.*1. & proinde gratia concessa die Nativitatis Domini nostri Iesu Christi ob maximam illius diei religionem, ac tanti mysterij privilegia, motu proprio concesse censetur. Ideoque nulla potest ei obreptionis, aut subreptionis objici censura, ita *Bursat.cons.*177. *num* 15.*vol.*2. qui in id citat *Butrig.Bald.Malgdaloc.* & *Cravettam*, sed minus rectè *Cravett.* loquitur in Principe, qui versabatur in ancipiti, an motus fuisset ad gratiam elargiendam veneratione diei, *Bald.* & *reliqui* in casu longe diverso; cum scilicet præcedunt merita impetrātis gratiam. Solus itaque pro hac materia est *Bursatus* Ideoque eius dictum est singulare. Reperi postea illum referre, & sequi *Pascal. de patr.potest.par.*4.*cap.*3.*num.* 10.

Quidvè si sit solitus Reus delinquere tangam in-
31 fra, *sub num.*33.*vers.inconcussi*. Propterea advertendum censeo, non omnia in supplicatione omissa, gratiæ vitium inferre, sed vel ea, quæ
32 expressa secundum communem usum, & stylum, Principis animum à gratiarum largitionibus avocassent, juxta doctrinam *Lap. in alleg.*86. *num.* 6. cuius dictum maximopere laudat *Melch Palaez.de majorat.quæst.*8.*num.*2. Iicus enim, inquit, vel nunquam, vel ægrè sciri possent, an Princeps indulsisset, si id foret expressum; immo forte Princeps fecisset, fortè non fecisset, subditque multa ad rem circa expressionem falsam, ac veritatem suppressam; doceas *num.*3. ibidem, cui incumbat id probare; & in *cap. seq.* an subreptio in una parte vitiet gratiam in totum, licèt ipse in specie loquatus de licentia ad feciendum majoratum, referens plures asserentes, quod non nisi ex conjecturis colligi debeat, an Princeps concessisset necne.

Vel ea solùm, quæ in iure exprimi debere, cautum reperitur. cum non sint narranda, nisi quæ de jure impedimento sunt, ut ex ll.CC. quos adducit *Farin.in dict.quæst.*6. *num.*37. & post eum *Gratian.discept.*535 *num.*26. quod secus esset, si exposita fuissent falsa, quæ difficilius Principem ad concedendum, movere potuissent; ex illis enim regulariter gratia redditur nulla, *Rota.decis.* 32. *de rescrip. num.* 3. notans, tenere beneficii concessionem, nulla expressa redditus quantitate, neque ex hujusmodi taciturnitate aliqua vitii nota inuri, vitiari autem sanè si minoris esse valoris, fuisset expositum; ac similiter consistere concessionem dignitatis factæ criminoso, etiam si qualitas isthæc expressa Pontificem ad illam denegandam valde movere potuisset, ut ibi ex *Glos. in clement.*1.*de præb.* & notat *Inn. in pluribus locis*

locis, ibi relatis. Qua *Rot.* decisione utitur *Gratian.in add.discept.535,num.26.*ad probandum, non reddi nullam impetrationem, non facta mentione de crimine, vel accusatione: dummodo non sit crimen, ipso jure inhabilitatem inducens, apud *Paris.& Gutt.* de communi testantes licet contrarium observaretur in debitore, qui si a Principe quinquennii dilatationem obtinuit pro ære alieno, non intelligitur de debitis ex causa criminis, propter eandem rationem, quia de facili non concessisset Princeps, si criminis mentio facta fuisset, *cap.postulasti, vers.non ita de levi, de rescrip.* atque ita decisum. testatur *Boer. decis.349. nu.8. versic.nec per consequent.*

Sed quia, an qualitatum suppressio subreptitiam reddant gratiam, ex conjecturata Principis mente collig debet, conjecturasque in Judicis arbitrio depositas esse, has præsertim, quæ circa gratiæ subreptionem versantur, inquit *Menoch.de arbitr.iudic.lib.2.cent.3. cas.201. num. 25.ex Abb.Felin.Dec.Socc.Tiraq.& Covar. in locis, ibi relatis*; loquitur, subreptitionem oriri etiam, quando omittuntur ea, quæ jure cauta non reperiuntur; nam circa qualitates, quæ à jure sunt expressæ, Iudicis non cessitat arbitrium, *Menoch. ibidem lib.1. quæst.14. num.5. & 6.*

Ideo, ut caute legi possit limitatio *Farin.in mem. quæst.6.num.48. & Grat. in dict. discept. 535. nu. 26.* ac ut non ignoretur monitum, quod supra retulimus autoritate ipsius *Farin.* atque aliorum, qui asseclæ fuerunt *Glos.* à qua primo desumpsere, in *clem.1.vers.non alteri, de preb.* est perlegenda distinctio, adducta à *Menoch. in cit.cas.201.ex num.27.* ad quam te relego, ne aliena transcribam, Hoc autem concludit; nimirum, si non apponerentur in supplicatione qualitates, quas vel iure, vel consuetudine, vel stylo concedendi (quæ paria ducit) cautum est exprimi debere, tunc procul dubio gratia plurimam sapit subreptionem, ac in nihilo Judicis arbitrium versatur; At ubi hoc opponitur, vel aliunde innotescit Judici, nullo prorsus pacto gratia executioni est demandanda. Si verò qualitates, quæ non apponuntur, non sunt neque in jure, neque in consuetudine determinatæ, sed tales, quales si scivisset Princeps, vel penitus non concessisset, vel duriùs: tunc respectu petentis nullam considerari subreptionem inquit *Menoch.sub num 29.* & in hoc themate procedere opinionem *Gl. in indic.clem. 1.& sequacium*: dici autem gratiam subreptitiam duntaxat respectu Principis concedentis, cui si id forsan fuisset expressum, non concessisset, atque in hoc versari Iudicis arbitrium.

Huius sanè præclarissimi Viri distinctio, per quam credit ipse sub *num.27.*hæsitationem, adversus *Gl. & alios* propositam diluisse, si accuratiùs perpendatur, revera dubium non solvit; imò potiùs ostendit velle, quod *Glos.*ac *assecla* non
33 benè senserint, & quod Iudex possit gratiam subreptitiam decernere, quando qualitates non sunt à iure, consuetudine, stylove determinatæ, etiam si tales illæ essent, quæ Principem à concedendo retraherent, juxta conclusionem, adductam à *Farinac. ibidem, num.47.* Quandoquidem illa distinctio, nimirum haberi subreptionem respectu concedentis tantùm, non jam respectu petentis, est prorsus nugatoria: cùm satis sit, gratiam ex suppressione non esse validam; ac obstupesco, Virum tanta doctrina, tantaque præditum solertia, ad hanc distinctionem confugisse pro salvanda *Glossæ, aliorumque* sententia; cùm præstasset ingenue fateri, *Glossæ*, & *sequacium* opinionem non esse veram, ac persistendum firmiter in illa communi hypothesi dicentium, exponenda in supplici libello esse tum facinus, eiusque qualitates tum ea omnia, quæ, scita, Principem a gratiæ largitione retraxissent.

Unde ipse, cuiuscunque sim authoritatis, meam sententiam in medium proferre non erubesco; ac opinor, hac distinctione posse salvari *Glos.* & aliorum dictum. Vel supplicans tacuit, quæ de iure, consuetudine stylove tacenda non erant & tunc modo gratia nulla est, verum etiam ipse Iudex eam nullam declarare, atque adeo ad delicti punitionem procedere, potest: cùm simus in expressis iure, consuetudine, stylovè gratiam vitiantibus, nulla habita ratione discriminis: an per ignorantiam, simplicitatem, an per dolum narratæ qualitates non fuerint, vt ipsemet *Menoch.* sentit *eodem num.27. ex Felin.Socc.Cravetta*, & aliis, neque ambigendum, an Princeps, non obstantibus qualitatibus prædictis, concessisset, etiam quod contingere potuisset, vt ex eodem *Felin.* affirmat; Nam, assignatis qualitatibus à jure pro forma, & non servatis actus corruit, *l.cum hi, § si prætor. de transact.l.Iulia,§.sed si quis, ad exib. l. fin §. sin autem, C.de iure delib.* huiusmodi subreptione gratiam vitiante ipso iure absque partis oppositione, *Crav.cons.68.num.2.ex text. in cap. ad audientiam, il secondo, de rescrip.* cum aliis, ibi adductis, *Ruin.cons.21. num.13. vol.1. Marescott.lib.2.resol.99. num.1.* intelligas, nisi Princeps iisdem qualitatibus iure, consuetudine, stylove, expressis, solitus esset dispensare, vt per *Abb.& alios in cap 1. de rescrip.* quem allegat *Melch.Palaez.de Maior. qu.8 sub num. 3.* de quo supra meminimus, occens ibi *circa finem*, fundantibus se se, quod Princeps sit solitus dispensare qualitatibus adversus legem, consuetudinem, stylumve, non satis esse probare generaliter, nisi probent in iisdem terminis fuisse consuetum dispensare, secundùm *Bellam. & Paris.in loc.ibi allegat.*

Vel demum supplicans tacuit ea, quæ à iure non sunt definita, sed Iudex arbitraretur, quod si ea fuissent expressa, vel nullo pacto, vel certe duriùs Princeps indulsisset, & tunc gratia non est illico annullanda, neque animadversio in Reum est temere decernenda; at consulendus est Princeps; proptereaque terminus impetranti præfigendus est, intra quem Principem adeat, qui gratiam declaret, vt nos superiùs diximus: eius enim est interpretari, cuius est condere *leg.1.C.de leg.* & secundùm istum intelligendi modum rite adaptatur responsio ad *Gl.& alios* Ad veritatem, arbitror, collimasse; si secus tibi videbitur, ne meam, obsecro, sententiam carpas

Pande

t'ande duntaxat tuam, typiq; mandat: vt quam forbere ex mei ingenii viribus non po. tuit lector vtilitatem, hauriat plenissime ex tuis; Quidve, si plures causæ enarrantur, qua, sum aliquæ veritate, aliæ falsitate nituntur? *Sanchez de matr.lib.8 disp.21. num.42. Valasc. consult.60.lib.1.late consil.Staiban.resol.1.à num. 58. & in observ.ad resol.4.ex num.16.lib.1. Alter. gr.cons.52.ex num.55.lib.1.*

Inconcussi igitur iuris est, narrandas esse qualitates, quæ Reo possent augustam liberalitatem occludere; proindeque nullius roboris esse gratiam, nulla facta mentione de aliis gratia pro alio delicto eiusdem, vel diversi generis, obtenta, exemplo eorum, quæ dixit Imperator *in l.3.C.de Episc.Aud.*cuius verba, utpote aurea, hic inserere censui: *His ergo tali sub adstrictione damnatis, indultum nostræ Serenitatis ea præcepti fine concludimus, ut remissionem veniæ crimina (nisi semel commissa) non habeant: nec in eos liberalitatis augustæ referatur humanitas, qui impunitatem veteris admissi non emendationi potius, quàm consuetudini, deputaverunt.* Et ibidem *Glos. vers. consuetudini*, multas aggerat leges, per quas dicit, probari, iterantes delicta acriùs puniri. Et si vera fari licet, nedum solitus delinquere à Principe nullo vnquam tempore veniam promerere debet, sed omnino prorsus; nisi ad hoc vrgente publicæ vtilitatis causa: Coercitio enim est de Iure Divino, dicente, *Maleficos ne vivere patiaris, Exod. 22.*quod tolli non potest, *cap. legimus, circa fin. 93.dist.* At si quando indulget, id agit, quia putat corrigi, si supervivat delinquens, qui si suat quotidie in pejus, debet semper occlusas Principis aures opperiri, juxta *text. in mem. l.3.*quam ad hoc allegat *Isern.de regalib. ver.& bona committentium, sub num. 74. & Bald.* ibidem *in cit.l.3.*quod venia non debet patere geminanti delicta, itaut non defuerint ajentes, neque Deum (cui proprium est, misereri semper, ac parcere) veniam illis impartiri, qui flagitia flagitiis accumulant, nè remissio furet ad peccandum invitatio, vt est in Adagio.

Veterem ferendo injuriam, novam parat.

Atque ideo dicunt, à Domino Nostro Jesu Christo nonnisi semel Lazarum, ac filium Viduæ vitæ redditos, nonnisi semel cæcum illuminatum, mundatum lepra laborantem, cum cæteris exemplis, adductis per *Tiraq. de pæn. temper.caus.10.à num.4.* vbi tamen respondet, & optime quidem, istorum opinionem arguens, ex *D.August.lib.de pænit.*qui huiusmodi argumentis plenissime occurrit, ac non desunt *Canones*, hanc rejicientes opinionem, vt communiter sentiunt Theologi, ac Summistæ, quos allegat *Tiraq.* Ex quibus eruitur indubitabilis isthæc conclusio, Deum O.M.iterum, atq; iterum parcere peccantibus, si iterum, atque iterum eos pœnituerit peccatorum; hinc verissima dignoscitur illa novi testamenti historia, cum Petro poscenti, quoties in me peccabit frater meus, & ei dimittam usque septies? Respondit Iesus: non dico vsque septies, sed vsque septuagies se-

Tom.3.

pties *Matth 18* Caveant autem quantopere possunt omnes à peccandi consuetudine. Nam

Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu.

Et ex frequentatis actibus fit habitus difficilè mobilis; Recolant sæpè sæpius in multis *decretis*, ac ex *D. Augustin.in soliloq.*vt *Tiraq.*ibi haberi, quod iteratum vulnus tardiùs sanatur; ac frequenter peccans, & lugens vix veniam meretur; proindeque Principes ad veniam proni esse non debent, cùm delicti venia sit incentivum peccandi, *l.1.§ famulos, ff de pæn. cap. ut fama, de sent.excomm.cap.est injusta, 23. quæst. 4.*quæ iura allegat *Guil.Dur.de mod.Gener.Conc. celebr.rubr.61.in fin.* necnon eadem regula vtitur *Paul.Ghirl.de relax.carc.tit.de pæn.composit. qu.2.*contra solitos delinquere, quibus denegari debet compositio, adducens & ipse verba *text. in d.l.3. C. de Episc. Aud.* quæ etiam memorat *Mastr.de indul.cap.28 num 5* subnectens multa de nullitate gratiæ, impetratæ ab eo, qui de alio, per ipsum commisso homicidio mentionem non fecit. Eandem regulam allegat *Castald.de Bucampag.in potest. Pap. ver. bis ita, num 30.* vbi nonnulla adducit pro puniendis reis. *Crespi observat. 5. num 138. Caldas in l.si curatorem, verbo, vel adversarii sola, num.51. Antunez Portugal.cit.cap.17. num.52. Paschal. de patr.potest. p.4. cap.3. num.10. Conciol. resol. crim.verbo,gratia,resol.3.num. 8. Larrea decis. 28.num.3. Medic.cons.115. ex num.4.* & dixi supra sub *num.28* S. tamen qui s exprimeret aliqua duntaxat delicta, quæ sunt maiora non expressis, indultus, & guidaticum omnino extenduntur etiam ad non expressa, *Biss. cit. tit.de remed.ex clem.princip.num.70. Farin.qu. 29 num.57. consil.Campan.resolut.10. num.9* & decrevit Collaterale Consilium, me relatore, in causa indultus Rugerii Cavalcelice, de qua memini in *rel.*antecedenti 274. *num.153.* & 154. quamvis regulariter sicuti juribus, & DD. data est cautio reiteratas negandi gratias delicta iterantibus, ita per huiusce Regni pragmaticas provisum est circa guidatica facinorosis concedenda, quæ alio nomine dici solent salvi conductus, securitas, fidantia, seu indultus, *Reg. Carol.Tap.in pragm.de guidat num 1.* qui luculenter hanc materiam pertractat.

Hæc, in quam, guidatica, ut rite concessa dicantur, de alio, vel aliis guidaticis, alias impetratis, mentionem delinquens faciat, oportet; secus nullius momenti erunt, ac roboris 34

ut nitide sancitur *in pragm. Comit. de Lemos, 89. cap. vers. 70.* idque observatum testatur *D. Reg. Rovit.decis.11. vers.fin.* quamvis in eo casu cuidam ex votantibus videretur nullitas ex parte concedentis adesse, non autem ipsius inquisiti, qui superioris fidem fuerat sectatur *l.1.*

35 *C.de iis, qui ven.ætat.impetr.Biss. mem. tit.de remed.ex sol clement. Princ sub num. 42. & ex Bart.in l.is, qui reus, num.1 à.1 fin.ff.de publ. judic.* ubi dicit, datam fidantiam esse servandam, etiam si dari non debuisset, & quamplurimos alios DD. refert *Farin.de carcer. & carce.*

Z z *quæst.*

quæst.29. num.95. licèt plures etiam afferat oppositam provinciam sustinentes sub *num. 96.* quam urget ipse Assecla prioris sententiæ, utpotè magis communis, ex *Vulpell. respons. 19. num. 12. & 13.* aiente, esse decipiendum sub publica magistratus fide neminem; sive nullitas pullulet ex defectu solemnitatis, sive potestatis, sive sit publice, sive secreto; nam licèt quis libere ab initio datæ fidei vinculo se obstringat, nequit postmodum ab illa resilire, *l.in commodata, §.sicut, ff. commod.* cum nihil tam hominem deceat, quam pacta servare, *l. non minorem, C. de transact.* Attamen opinionis illius Votantis nulla fuit habita ratio; Votantis nulla fuit habita ratio; quandoquidem illa guidatici nullitas erat declarata publico jure, quod, rite promulgatum, excusat neminem; etsi duntaxat concedentem afficeret nullitas, esset prorsus inanis; qua de re videndus est *Farin. ibidem sub num. 47.* qui limitat expresse, non procedere, quando constitutionem, seu statutum habemus; hujusmodi salvos conductus annullantia, & eadem utitur ratione frustrationis statuti, cuius ignorantia non præsumitur, cùm scriptum publice existat; ac refert plura diplomata Pontificia, hujusmodi irritantia salvos conductus, atque adeo sontes, illis non obstantibus, capi posse, ac multari, jubentia, ex adnotatis supra *num.* 84. & per *Flam.Carthar de execut.sent.cap.bann.capit. fin. num.25. versic.neque etiam.* Et licèt ibi *Farin.* adducat *Peguer.in decis.crim.39.* discutientem, ac concludentem denique hujusmodi salvum conductum etiam in casibus prohibitis à statuto clausulam decreti irritantis habentem, esse servandum, & illi sententiæ, utpote mitioris adhærent lectores, adhortantem; ipse tamen non recederem à limitatione in casu statuti cum clausula irritantis, quam etiam sequitur *Menoch. de arbitr.lib.2.cas.337. num. 7.* adductus per eundem *Farinac. ibidem* ex eadem ratione frustrationis statuti, ipsumque *Menoch.* allegat *Giurb.consil.80.nu.16.* una cum aliis II. CC. & in specie *Reg.Rav.in prag.1. de guidat. num. 56.* ubi ad isthuc idem probandum allegat *text. in §. neque autem homicidii*, juncta *Glossa in Auth.de mand. Princip.* & respondet *Farin.*dubitandi ex *Peguer. mem. decis. 39.* dicens *Peguer.* loquutum fuisse de salvaguardia, à Principe, seu ejus Locumtenente concessa, quo in themate sustinet ipse sub *num.53.* sit licèt iuste, vel injuste, esse servandam tam à Iudicibus inferioribus propter reverentiam, Principi debitam, quàm ab ipsomet Principe, ne deceptoris notam nun evadat, quando verè Principis est fidem servare, ex *l.inter claras, C. de summ. Trin. & fid. Cathol.* etsi cæteri omnes fide carerent, ut solitus erat dicere Franciscus Primus Franciæ Rex. Quis enim à fide se subtrahat, quæ est Reipublicæ columen, ut notat *Cicero lib.2.offic.* quæ cives continet, urbes replet, imperia tuetur, *cap. in qualibet, 23. quæst. 1.* & quam ne redargueretur, fœdasse, Scipio ille cognomento Africanus, navim, qua Carthaginiensium non levis numerus optimatum vehebatur, captam dimisit; eo quod se legatos ad eum venire, dolose simulassent: maluit enim dici, navim mendacii pretio redemptam à Carthaginiensibus, quam Scipioni fidem defuisse. Licinius fidem, pacta, & transactiones, cum Christianis initas, frangens, à Constantino bellis molestatus, in acie satis infelici occubuit Sigismundus, subscribens decretum Constansiense, hæretico non esse servandam fidem, posthac nulla felicitate floruit. Turca, cui oblidis loco hostia sacra data erat, Dei fractæ fidei ultorem sollicitabat contra Christianos, unde victoriæ compos factus est, qua de re *Schurff. cons.59 num.5. cons.99. cent.1.& cons.97.cent.3. Crus. de indic. par. 1. cap.50.num.17.* Atque propterea *Ravis.* distinctionem dispungunt *Consil.Campan.in prax.for. judic.resol.1.ex num. 2.* potissimum *num.6. ex Reg.Tap.lib.4.iur.reg.tit.de morat.& salvis cond.ad tit.287.num.9.ac decis. S C. 11. Reg.Capyc.Latr.decis.105.Thor.in suppl.compend. verbo guidaticum*, quam licèt reluctante *Farin.* insectatur *ibidem Giurba*, quem de hac re Guidatici, tum quo ad ejus subreptionem, observantiam, tum quoad gratiam, fidem servandam, videndumvè, an, & quando reponendus sit in libertatem Inquisitus, ac in qua distantia? consulas libenter tam *in mem. cons. 80.* quam *in cons.57.* Videas *Mastrill.de indult. cap.45.num.12.* ubi ocetit, esse omninò relaxandum subjectum pœnis, & condemnationi, si capi postea contingerit. Imò quatenus *Peguer.* opinionem subsisteret in salvaguardia per Inferiorem concessa, adhuc hisce nostris temporibus, quibus Guidatica non expetuntur, ut per ea allecti perditi homines, perditos, se ipsis nequiores, capiant, atque extirpent, quæ quidem causa iusta esset, *Giurb.in eodem,cons. 80.num.16.*post cæteros, quos adducit, ut pravis hominibus purgetur provincia, *l.congruit, de offic.Præs.*unde quies publica promanet, *l.1. § quamvis, de ventr.inspic.l.lex Cornelia, ff de iniur.* at potius quò sub guidatici clypeo magis tute possint delinquere; monitum unumquenque Iudicium velim, ut quoquo modo salvus conductus concessus infringi possit (salva fide) infringat, ac compendiarum enervet, atque adeo latum refert sibi iter flagitiosos, nefariosque homines delendi radicitus. Igitur sic distinguendo, ad concordiã has duas dictas opiniones cogerem: nempe si guidatum sub guidatico ea fecisse, quæ ad delictorum veniam tendant, ac improbe patrata emendasse in melius, compererit Iudex, nequaquam debet sub data fallere eum, qui in eo quod promisit, ipsum non decepit. Si autem guidatum guidatico abusum, deprehenderit, ac in dies labi in peiora, rescisso guidatico, festinet progredi ad pœnam ei infligendam sceleribus condignam; non dedecet enim his artibus, ac dolis nequissimos homines decipere, teste *Francisc. Marc.qu.68.p.2.Guil.de Cun.& Cyn.in l.præsenti, C.de his, qui ad Eccles.* & frangenti fidem, frangere, *l. cùm proponas, la seconda, C.de pact,cap.cùm pervenit: de iur.iur.cap.frustra,de reg.iur.in 6.*etiam si fuisset iuramento vallata: *Gregor.Magalott.de secur.& salvoconduct.par.1. n.26.*

num. 26. qui sub *num.* 27. ait, ad illud, quod dicitur, fidem, vel hosti esse servandam, subintelligi, si servaverit, secundùm *Glos. in cap. novi, 33. qu. 1. cap. utilem, 22. qu. 2. Hippol. de Marf. sing. 177. Bald.* proinde dicebat, non esse dolo adscribendum, fidem prædonibus non servasse, quem laudat, & sequitur *Petr. Belliu. de re milit. tit. 14. num. 2.* Et an fidem juramento præstitam liceat non servare illam non servanti? relego lectorem ad *Nicol. Mor. de fid. tregu. & pac. quæst. 120. num. 126. & 127.*

Accidit nuperrime in Regia Audientia Theatina,
36 cùm ibi essem Præses, articulus peregrinus, non ab re, de qua agimus. Concesserat Reo guidaticum Præses, & dixerat, *servata forma Regia Pragmatica.* Captus fuit deinde Reus sub prætextu novorum criminum, quibus cognitis frivolis, ac nullius momenti, credebat Fiscus prorsus indultu, eum carere, debere, quia deprehensus fuerat in propria patria, quæ & patria adhuc erat offensorum, cùm ex jure, tam communi, quàm municipali, prohibitus sit accessus in huiusmodi locum, nec immeritò: maximus enim esset dolor consanguineis, mœror maximus, conspicere offensorem impunè incedentem, præter scandalum, si flagitiosus videretur hilaris, suique securus in propria patria.

Versa vice, aiebat Inquisitus, guidatico gaudere supponens, nullo iure, neque communi, neque municipali, cautum esse, ne guidatus in propriâ patriam, seu etiam partium offensarum accedat: Etenim nulla quidem pragmatica est, huiusmodi accessum prohibens sub *tit. de guidatic.* Et quamvis adsit vna similis *sub tit. de Commiss. Campan.* illa tamen, vtpote directa eidem Commissario, alia Tribunalia non amplectitur, adeout opus fuerit, id expresse mandati Regiæ Audientiæ Principatus Vltra decreto Collateralis Consilii, apud *Dane. de pugn. DD. tom. 2. tit. de guidat. cap. 2. num. 1.* Vltra quod non dixerat Præses, *servata forma Regiarum Pragmaticarum*, quasi dispositum ab omnibus Pragmaticis comprehendisset, sed *servata forma Regia Pragmatica*, intelligendo de illa sub titulo ordinario de guidaticis, non de illis sub alio titulo.

Vrgebat tamen Fiscus, sibi prodesse jura, tam communia, ad tradita à *Paschal. cit. p. 4. cap. 3. num. 11. Capibl. de baron. tom. 2. cap. 31. ex num. 5. Novar. qq. forens. tom. 1. q. 54. num. 2.* & dicemus infra *vers. hinc descendit hoc ritu*, quàm municipalia, & pragmaticam præsertim *de Commiss. Camp.* licèt vni Commissario directam, jus facere, quoad omnes, quando est inserta in libro Pragmaticarum, exemplo antiquorum Imperatorum, quorum jussa specialiter diriguntur Præfecto Prætorio Orientis, Præfecto Vrbis, & Præsidibus Provinciarum, & tamen pro legibus generalibus in toto Orbe habentur; ita tradunt *Bart. in l. inter pœnas, §. interdicere, ff. de interdictis, & relegat. Solorzan. de iure indiarum, tom. 2. lib. 4. cap. 12. num. 66. & 67.* cæterique apud *Salgad. de Reg. protect. par. 1. cap. 1. num. 295. in prœl.* præcipuè quando ratio promulgatæ legis generalis esse videtur, & pro subditorum incolumitate generaliter promulganda; vni Præsidi directa, extenditur ad omnes Iudices. *Paris de Putea de syndic. §. officialis, cap. 1. num. 14. Iason. in l. 1. ff. de constit. Princip. Parlador. lib. 1. rerum quotidianarum. par. 5. cap. fin. §. 10. num. 26.* idem *Salgad. de Reg. protect. par. 1. cap. 1. prælud. 5. num. 296. Reg. Ravit. cons. 93. vol. 2.* Illud enim verbum singulare *servata forma Regia Pragmatica* resolvitur in plurali, cùm militet eadem ratio, convenientia, & Reipublicæ quies; cùm multoties, numerus singularis contineat etiam pluralem, *textus* est *in l. 3. ff. de libero hom. exhib.* ibi: *hac verba quem liberum ad omnem liberum pertinent, sive vnus sit, sive plures*, vbi *Glos.* verbo, *sive plures*, ait, quod sicut pluralis concipit singularem, ita etiam singularis concipit pluralem. Pluralis enim aliquando continet singularem, itaut in vno tantùm sæpissime verificetur, *textus* est *in l. prætor ait, col. 4. vers. quod ait, ff. de vi bonorum raptorum*, ibi: *quod ait prætor, bona rapta, sic accipiemus, etiam si una res ex bonis rapta sit*, & in *l. ait prætor, 3 ff. de negotia sic accipe, sive unum, sive plura*: consonant *text. l. divus, in fin.* & ibi: *Gl. ff. de petit. hæred.* latissime *Tiraqu. ad l. si vnquam, vers. susceperis liberos, à nu. 244. C. de revoc. donat.*

Quæ tamen non procedunt, quando singularitas, vel pluralitas sunt de forma, tunc enim invicem non concipiuntur, vt eleganter explicat *Glos. in l. 3. col. 4. vers. itaque*, verbo, *competere. ff. de itinere, actuque privato, Nicolaus Everardus* fusiùs *in sua Topica legali, in loc. à numero*, vbi dicit, de hoc esse *textum in l. cum hi, §. si Prætor, ff. de transact.* cui consonat *l. de pupillo, § si pluribus, ff. de novi operis nunciat. Tiraquel.* videndus *loc. cit. ex num. 360.* qui optime hujusmodi materiam explicat. Et licèt Regis Audientia in proposito themate decrevisset, gaudere guidatico, aliter tamen sentiit M. C.

Hinc *Reg. Rovit.* antesignanus interpretum *pragm. vnica, sub titul. de contumac. & aliis vt non acced. ad cur.* infert, ortum duxisse, quod dam-
37 natus exulare à propria patria, a loco patrati facinoris, domicilii, seu originis; sicuti etiam guidatus in iis locis permorari prohibitus, arcetur etiam à locis, in quibus Excell. Prorex residet; nam, vtpote inquinatus impura flagitiorum fæce, est Principis aspectu indignus, & in eius Curia sine dedecore morari nequit; idque, ncœtit, patere ex *tex. in l. relegatorum, 7. §. constitutum, ff. de interd. &*
38 *releg.* ibi *eum, cui patria interdictum est, etiam Vrbe abstinere, debere*, in quo *tex.* vt *Reg. Rovit.* sententia tueri possit, intelligamus oportet, ideo I.C. Vlpianum dixisse, *etiam vrbe abstinere debere*, quia ibi tunc morari consueverat Imperator, & indignum sanè censuit, exilio damnatum incedere hilarem in conspectu Imperator, & indignum sanè censuit, exilio damnatum incedere hilarem in conspectu Imperatoris, reiecta opinione *Glos. ibidem in verb. etiam ab vrbe*, putantis, ideo decretum in eo *tex.* fuisse, *etiam Vrbe abstinere debere*: quia,
39 cùm Roma, quæ per excellentiam nuncupatur Vrbs, sicuti, cùm Poetam dicimus, nec ad-

dimus nomen, subauditur apud Græcos egregius Homerus, apud nos Virgilius, *in §. sed jus. inst. de iur. natur.* communis omnium dicatur patria, *l. Roma. ff. ad municip.* eius etiam patria dici potest. At quod huiusmodi ratio allata à *Glos.* claudicet, probat idem *Reg. Revit. sub num. 9.* argumento ipse ductus ab absurdo vitando, quod in jure validissimum præcinit *Everard. in topic. in loco ab absurdo:* arguit enim, si Iudex proferat simpliciter: *exulet Caius à Civitate Capua*, quam revera eius patriam esse ponamus, licèt in decreto non dicat, *a Civitate Capua sua patria*, tunc quia appellatione Capuæ non venit Roma, esset dicendum, non esse ibi Romanam Civitatem interdictam; atqui consequens est absurdum, proinde & antecedens ratio à *Glos.* allata; probatque minorem; nam si cui aliqua est interdicta Civitas, quæ eius patria non sit, vtique non solùm patria, sed Vrbs etiam Roma interdicta censeretur, vt ibi statuit *text.* paulò inferiùs, *vers. si cui planè*. Dicendum igitur est, rationem decisionis *tex.* munitam minime esse in expressione nominis, *Patria*, sed in reverentiam Imperatoriæ Majestatis, Romæ degentis.

Ad confirmandam huiusmodi *Reg. Revit.* alteram, *Glos.* rationem refellentis, pensanda sunt sequentia eiusdem *text.* verba ibi: *Contra autem, si cui Vrbe fuerit interdictum, patria sua interdictum non videtur*. Et licèt plura dicat *Glos.* pro enucleando, cùr interdicta urbe, non est interdicta patria, tam in verbo *non videtur*, quàm in verbo *etiam ab vrbe de maioritate, & minoritate*, rei tamen minimè collimant: non enim ex eo, quod est vrbs est maior sua patria, debet ei, interdicta patria, dici interdicta vrbs: nam si exul effectus à patria, quæ sit paruum oppidum, vellet in civitatibus, puta Capuæ, vel Tarenti, quæ sunt maiores parvo oppido, vitam degere, utique non prohiberetur. *Nec tex. in eadem l. relegatorum, §. poteß*, quem ad hoc laudat, sibi opes auxiliares præstat: quia ibi dicitur, quod si cui uno honore interdictum sit, non tantùm eum honorem petere non potest; prout respectu officij est etiam sancitum, ut nemini ad idem, in quo deliquit, officium redire fas sit, ex *tex. in l. si aliquid, C. de suscept, & arcbin. lib. 12.* & Principis concessio si fieret, clandestina supplicatio præsumeretur; verùm nec eos quoque, qui eo honore maiores sunt, & rationem subdit *tex. est enim perquàm ridiculum, qui minoribus pœna causa prohibitus sit, ad maiores aspirare*; secus esset ex delicto præmium consequi, quod iura abhorrent in *l. 1. & l. Neratius, ff. de dol. l. omne, C. de Episc., & Cleric.* propterea, si, interdicta patria, interdicta censetur Vrbs, quia communis est patria, *mem. l. Roma*, deberet è converso, interdicta Vrbe, intelligi propria patria interdicta. Sed non contineri ait *text.* dicendum igitur omnino est interdicta patria, interdictam censeri Vrbem in Imperatoriæ Maiestatis reverentiam, quæ in Vrbe morari consuevit; & hoc strictius probat *text. in l. 2. §. miles, de his. qui notãt. infam.* sancius, quod ignominia in sis. neque in Vrbe, neque alibi, vbi Imperator residet, morari licet, ex quo *text.* desumpta potest dici praxis, teste eodem *Reg. Rovit. cit. dec. 11. num. 7.* & communis formula concipiendi sententiam exilii, ut exulet à tali loco, & à Civitate Neapolis, ac ab alijs locis, in quibus residet Prorex; Neapolis enim est in hoc Regno Proregis sedes, ut antiquitus erat Roma sedes Imperatorum, atque si alio se conferre contingeret, ibi exuli morari non liceret: prout evenit tempore Constantini Imperatoris, qui cùm relicta Roma, ad Byzantium imperiale culmen transtulisset, omniaque Vrbis Romanæ privilegia ibi ob Imperatoris præsentiam translata fuissent, *tex. in l. 1. §. Romam, C. de veter. iur. enucl.* ibi: *Romam autem intelligimus, non solùm veterem, sed etiam Regiam nostrã*, ex Imperatoria recessu desiisse Romam, esse communem patriam, ait *Restau. Castald. in tract. de Imper. q. 77. num. 7. & 8.* idque maxime post donationem factam Romanæ ditionis, & utriusque potestatis monarchiam per Imperatorem Constantinum Sancto Silvestro Pontifici, & eius successoribus decretam; nam, cum ab Imperio, etiam respectu temporalis abscissa fuisset Roma, & de patrimonio Divi Petri cum plenitudine potestatis effecta, *cap. fundamentum, de elect. in 6. cap. ego Ludouicus 65. dist. Glos. in l. 1. §. cum verbum*, ubi *Bart. ff. de offic. præfect. Vrb.* communis patria dici ampliùs nequit testibus, *Præsul. Covar. pract. quæst 5. num. 1.* necnon *Iacob. Cuiac. in l. 2. C. de mulier. & in qua loca mun. sex. cong. lib. 10.* & propterea *Gratian. discept. forens. cap 569.* quærens, an Anconæ obligatus conveniri possit in urbe Roma, tanquam in cõmuni patria, sicuti ex dispositione declariaris legis in Hispania *partit. 3. partit. tit. 3. l. 4. incip. responder non deue*, vbicumque obligatus, sit reperiatur in Curia Regis, vel in Cancellaria; potest ibi conveniri, cum Curia Regis communis censeatur patria, ut dicit *Rodor. Suar. in lectur. l. post rem iudicatam, de re iudic. in 5. qu.* & de Civitate Neapolis, quod communis patria dicatur, quemadmodum Roma scripsit *Mar. Surg. in annot. ad fratr. de Neap. illust. pag.* (mihi) 387. *Capibl. prag. 8. p. 2. ex num. 64. de Baron.* idem de Civitate Venetiarum in suo Statu, testantur *Hier. Gig. de crim. læs. maiest. quæst 61. num. 7. Restaur. Cast. mem. loc. quæst. 54. num. 10. Cuman. cons 72. vis. prædictis, in fin. & cons. 140.* ubi subdit eam legibus Imperialibus non regi, sed naturali iustitia, & jure à se condito, *Petr. Bellin. de re milit. tit. 5. num. 2.* negative respondet quæsito ex II.CC. quos ipsemet *Gratian.* laudat *num. 14. & 15.* cùm hodie Roma non censeatur amplius communis patria.

Et licet nonnulli putaverint secus sensisse *Farinac. de var. & extraord. crim. quæst. 102. sub num. 223.* ratione, quam affert, inter cæteras, in casu, quod forjudicatus à Neapoli potuerit impunè occidi Romæ, quia exul Neapoli, exul etiam Roma censeri debeat, ex *cit. l. relegatorum §. constitutum*, quæ communis est patria; re tamen vera falluntur; illæ enim rationes sunt *Francisci Coltelli*, qui ad Rei defensam conscripsit. Imo palam idem *Farinac.* huiusmodi favet placito, nempe: Romam hodie non dici communem patriam, *in tract. de in-*

quisf.quæst.7.num.12.verſ.hac quæſtio, ſubdens.
Decium, oppoſitæ ſententiæ ſectatorem non
conſideraſſe privilegia Romæ conceſſa non fuiſ-
ſe ratione urbis, ſed Imperatoris intuitu, & me-
ritò reprehendi ejus opinionem *à Gomeſ. in §.
fuerat, ſub num.5. verſ.ſed tamen illatio, Inſt.
de act.* Quamobrem vera redditur ſententia *D.
Reg. Rovit.* quod ratio, cur prohibita patria,
dicatur etiam prohibita urbs, ſit, quia ibi Im-
perator reſidet.

Huic rei perbelle ſuffragatur vulgatum illud (ubi
Papa, vel Imperator, ibi Roma) deſumptum
40 ex *Innoc.in cap.ego, de iur.iur.Bald.in l.1 § ait
prætor, ff.de poſtul. & ex Abb. in cap. dura, de
crim.falſ.* quos laudat *Hier. Tannet. de diffe-
ren,inter iur civil.& Canon.in 1.differ.num.26.*
licèt ex *Arcbid.* per illum *tex.in cap. rogamus,
24.quæſt.1.* aſſerat quod Papa ſedem à Roma
mutare nequeat, qua de re videas, quæ recen-
ſet *Reſtau.Caſtald, de Imper.q 77.num. 6.* idem
de Imperatore in ſpecie aiens, & ibi *Hieron.
Tannet.* addit, quod ubi Papa, ibi tota Ro-
mana Eccleſia, ubi Epiſcopus, ibi ejus cathe-
dra; his ſimilia adducit *Hier. Pravid. de poſt.
eiuſq.privil.tit.de ind.verſ. & quia frequenter,
num.1.* ubi meminit *de Ludov Rom.* tuente hoc
axioma, licet nullo roboretur textu, admitti
ob Auguſtæ maieſtatis reverentiam; propter
quam ibi dixit *Hieron. Tannet.* infamibus non
patere portas urbis, & flagitio fœdatum non
poſſe in Romana Curia moram trahere.

Ex quo infertur, quod delinquens, ſi ad Sacer-
dotem, ſacratiſſimum D.N.Jeſu Chriſti corpus
deferentem, confugiat, Eccleſiæ immunitas
41 gaudebit, ita mordicus tuetur *Io.Thier. de fu-
ga, in tract. tom.11. num 8. pag. 240.* quando-
quidem Eccleſiæ immunitas inducta eſt, quia
Reus proripit ad Eccleſiam, quæ Domus Dei
eſt, ergo multò magis, ſi ad ipſum Deum,
*arg.l.capitalium, § ad ſtatuas, ff. de pœn. & l.
quis ſit fugitivus, §.Iulianus, ff.de adelit.edict.*
cum propter quod unum quodque tale, &
illud magis, *Auth. multò magis, C. de Sacroſ.
Eccleſ.*

Progreditur *Reg. Rovit.* dicens *ſub num. 12. hinc
oriri*, magis eſſe timendam interdictionem ac-
42 ceſſus ad locum, in quo reſidet Princeps,
quàm ad propriam patriam; licèt amorem pa-
triæ omnibus præferri, indicet *tex.in l.§. fin. ff.
de offic.præfect. urb.* in quo quippe §. prælatio
iſta amoris patriæ non habetur expreſſe; ſed ex
eo colligitur quia, cùm narraſſet, quæ poſſet
urbis præfectus, ſubdit: *& ſi quem relegat ab
Italia ſubmovere eum etiam à provincia ſua:*
quaſi diceret; poteſt nedum Italia relegare, ſed
etiam à ſua provincia, quod eſt plus, inquo,
tex. provincia intelligitur patria, *Caſſan. in Con-
ſuet. burg.rub. 3.pag.399.num.2.* ajens, quod
idem ſit patria, civitas, & provincia; & quod
plus ſit alicui patria interdici, quàm Italia,
carmen illud probat. *Dulcis amor patriæ, dul-
ce videre ſuos*: necnon. *Gloſ.in l.qui habebat,
ff.de leg.3.* poſt *tex. in d.l.1. §.fin ff.de offic præ-
fect.urb.* adhæret *Iſern.de feud.Guard.ſub num.
10.in ult.colum.* dicens, quemlibet patriæ dul-
cedine trahi, eamque majori, quam patrem
43 ipſum, amore proſequi, *l.poſtliminium.§ filius,
ff.de captiv.& poſtum.reverſis*, ſit ſcilicet Civi-
tas florentiſſima, vel parvum oppidum, *Sen.lib.
9.epiſt.1.* ideo *Vlpian* locum ſuæ originis laudi-
bus extollit, in *l.1. ff. de cenſ.* de amore patriæ
loquentes vide *Dec.conſ.287.num.9.Tiraqu. de
leg.conn.lib.7.num.65. D Thom. lib.3 de regim.
princ.cap.4.incip.& quia inter omnes*, ad quam
tuendam naturali ratione ſuadetur, & ferre
impellitur tam laicus, quam Clericus, *Remig.
de charit.ſubſid.quæſt.62. num.106.* qui ex hoc
ad mœnium, pontium, viarumque refectionem,
& Civitatis neceſſariam cuſtodiam, vel Eccle-
ſiam teneri, contendit; cùm homines non ſibi
ſolùm, ſed & patriæ potiſſimùm naſcantur *l.1.
§ generaliter, de ventr.in poſſeſſ.mitt. cit. l. poſt-
liminium, § filius, de capt.* quod ex *Solone, &
Tullio* id ipſum elegantiſſime exprimentibus,
exornat *Conrad.Brun.de Hæret. cap.19. à nu.8.*
maxime contra hæreticos, & ſchiſmaticos, alioſ-
que Chriſtianæ fidei rebelles, & quos acerrimè
Invictiſſimus noſter Monarcha veræ fidei de-
fenſor inſectatur armata manu. Iure enim gen-
tium unuſquiſque patriam ſuam tueri tenetur,
pro qua etiam parentem interimere, fas eſt,
l.veluti, ubi *Bart.& Bald.de juſt.& jur.l.mini-
me*, ibique *DD ff.de relig.& ſumpt.fun Specul.
in tit.de defenſ.§ quoniam, verſ.16.cap quiſmvit,
23.quæſt.4.* eamque omni loco, & tempore pa-
rentibus præferendam, clamat *Fran. Tannet. de
Roman.Imper.verſ.bellum,num.195.* ubi *ex Pla-
ton.in Criton & ex Aurelii Severi* lege id opti-
me probat, ſubdens *ſub num.* 210. pro patria
non indecorum eſſe, mori; pro qua filio pa-
trem, & patri filium occidere, iura ſinunt,
Conrad Brun.de ſeditioſ.cap.13.num.9. nectens,
teneri filium in pari cauſa neceſſitati patriæ
magis, quam parentum opem ferre, & patro-
num patriæ potiùs, quàm parentibus patroci-
nium præſtare, licèt quoad poſtulandi neceſſi-
tatem aliter videatur cautum in *l.pen.de poſtul.*
ubi loquitur etiam ſi eſſet decurio, *& Specul.
tit.de advoc.* ubi *à num.16.* cùm quæſiſſet, an
poſſit quis cauſam agere contra Eccleſiam, à
qua habet beneficium, pro conjuncta perſona,
pro parentibus impotentibus, pro ſe, pro miſe-
rabilibus perſonis? deinum *ſub num.27.* petit, an
decurio poſſit contra patriam ſuam cauſam
agere? & negative reſpondet, niſi in tribus
cauſis, nempe pro ſua, parentum, & pupil-
lorum, quorum tutelas gerit, vt in *d.l.pen.ff.de
poſtul.* ſubdens poſtea, num advocati poſſint pro
extraneis contra patriam ſuam poſtulare? &
licèt arguat primò, quod non, ex illo *Catonis,
pugna pro patria, cap fortitudo 23.quæſt.3.* cum
aliis, *ibi* adductis; affirmative tamen concludit,
dicens, longè diverſam eſſe rationem prohibi-
tionis decurionum, atque aliorum; licèt mo-
neat, vt in hoc caſu veniam patrono impetret
cliens à Principe, *arg.l.frater à fratre, C.de con.
dict.indeb.* & ſic ſæpè ſæpiùs vidiſſe ſervari in
Romana curia, jubente Papa: & noſtrates à
Prorege huiuſmodi veniam impetrare conſue-
verunt, cùm advocatus munus, ſuſcipere co-
gitur, *l.2.C.de prox.ſacr.ſcrin.lib.16.*

At in ſpecie, quod ſi pater agat adverſus patriam,
ob-

obstriogatur filius pro patre potius postulare, quàm pro patria; ipsemet *Specul.* sentit ex aliis juribus, dicens, naturam strictius amoris vinculum posuisse inter parentem. & filium, quàm inter eum, & patriam vt in *cap. fin. in fin. de consecr.* cum aliis *ibi* adductis *sub num.* 28. & 29.

Vnde putarem, io privatis causis potiùs patri, quàm patriæ faveodum; io cæteris autem, publicam patriæ peroiciem respicientibus, patriæ potiùs, quàm patri; ut videntur sentire ll. CC. *in d.l.veluti, de iust.& jur. & in mem. l. minimè de relig. & sump. fun.* de quorum *jurium* iotellectu videodus *Nicol. Ant. Blas. in sylv. memorabilium, lib.1. num.* 41. ubi sustinet, noo patrem exulem, seu proscriptum, quem nos forjudicatum dicimus, occidere, filio licere, sed pareotem, qui ad patriam deleodam venit & mihi optimè sentire videtur respectu patris forjudicati ex aliquo particulari delicto, quo periculum patriæ non infertur, & *ibi* inter alia adducit, quod filius patrem enecans non præsumi ab eo sed ab alio genitus, ex *Felin. in cap. afferte, num. 1. in fin. extr. de præsumpt.* idemque de patre filiæ stuprum inferente, dicit, & an licite per ius civile caveri potuit *in cit. l. minimè*, impunè parentes patriæ perduelles a filiis interfici posse? videodus est *Petr. Foller. in tract. de contract. cens. vers. Nicolaus, ex num.* 148. necnon, *ibique sub num.* 150. ait, quod patria dicitur quasi parens tria, de quibus sigillatim; & deinde lepide perquam optimæ distinctioois fædere arduam istam quæstionem enucleare conatur, *ibique* perlegas rationes cur parricida virgis sanguineis cæsus, culeo unà cum cane, simia, vipera, & gallo insutus, in mare seu profluentem proiicitur, sive in sylvis à feris devorandus expooitur, *l. pen. ff. de parricid.*

Et monumentis historicorum proditum est à parentibus; quorum in filios amor omnem alium superat, *l. fin. C. de cur. furios.* de quo latè *Tiraq. in repet. l. si unquam in præfat.* verbo, *liberi, num.* 116. *C. de revocan. donat.* ita vt pater filios magis, quàm se ipsum diligat, *Aretin. cons.* 4. *viso tertio dubio*, filios ob patriæ tuitiooem trucidatos iacuisse, ex *Dionys. Halic.* narrante de Bruto, qui proprios filios Tarquinium ad patriæ sceptrum reducere molientes, securi percuti iussit; hanc historiam narrat *Thom. Act. de lud. Schacc. quæst. 6. princip. num.* 52. & ex *Plat. de republ.* inquit, maiori patriam studio, quam pareotes colendam; de qua quæstione per *DD. in cit. l. veluti*, necnon *l. minimè*, aliaque adducit ad ornatum vinculi, & pietatis in patriam, ex *Luciano in Encom. ergà patriam*, ex *Homer. in odiss.* vbi Vlysses divinitati ipsam patriam præoptabat, *ex Cicer. de offic.* vbi Solonem pro patriæ beneficio se mente captum simulantem affert, & in *Hierach.* apud *Stob.* hæc ex græco latine reddita visuntur: *Est enim patria per Jovem alter Deus, & primus, maximusque parens; quare qui nomen ei imposuit, à re ipsa, non temere patriam nominavit, vocabulo quidem à patre deducto, pronunciato in fœminina terminatione, ut ex utroque parente mistum esset.* Hæc, & alia quamplura adducit *Spondan. in Homer. com. odiss lib.* 1. *pag. mihi* 5. *Maiorag. in comm. lib. 1. Cicer. de Orat. pag. mihi* 118.

Hioc si vasallus, opem Domioo, auxiliumque
44 præstiturum se iure jurando obstrinxerit, non tenetur, neque debet contra propriam patriam, sicuti neque contra Imperatorem, vel Pontificem, ut ex ll. CC. *in cap. 1. §. contra omnes, hic fin. lex, & in cap. 1.* vbi *Alvar. num. 6. vers. oppono cum glos. de nov. for. fidel.* multò minus contra proprium Regem: iu omoi enim sacrameoto maior Domious exceptus iotelligitur, qui omni creaturæ est præferendus proculdubio, *juribus* quæ refert, *Affl. in d. §. contra omnes, num. 5. & Bald. in d. cap. 1. de nov. for. fidel. num. 2. vers contra omnem hominem*, ait, in illis verbis iocludi civitates, & voiversitates, non iam propriam patriam, *l. metum, §. advertendum, ff. quod met. caus. d. l. post liminium, §. filius, & cit. l. veluti*, & subdit noo iniucundam rationem; nam prioritate saltem naturæ, patria Dominum præcedit; ergo patriæ primas debet vires, ei in primis ipsis vagitibus obstrictus, sicuti primo domino deberet opem ferre, cui se primò sacramento devoverit, si successive duobus se obstrinxerit.

Et taota est vis nexus erga patriam, vt si concurrant pater, Dominus, & patria, huic tenetur; quando omnibus simul deservire nequeat, vt post *Rainaud in l. imperialem, §. firmiter, nu.* 33, asserit *Reg. Ravit. cons. 73. lib.* 1. in quæstione vtri teneatur potiùs civis ad officium Aerarii à Barone. ad munus decurionis ab vniversitate electus? & patriæ, seu decurioois munus debere amplecti, concludit, qua in re, *Consil. melior* apud *de Marin alleg. 49. lib. 3. ege in rit.* 26. quem locum laudat *Altimar. ad Ravit. ibid.*

Ao autem, sicuti tempore belli nullus, neque cle-
45 ricus, neque laicus se excusare potest à patriæ defensione, *cap fortitudo, 23. quæst.* 3. ita, & tempore pestis nemo hominum eximatur à facienda custodia, ne fortè contagione laborantes urbem ingrediantur, luemque inficiant? *Et Rip. de remed. ad conser. uber. num.* 10. recenset persooas, quæ se excusare possint *usque ad num* 25. inter quas Doctores tam actu legentes, quam advocati munus exercentes refert; idque intuitu digoitatis, cùm onus custodieodi portas sit vilissimum, vt dicit *sub num.* 21. ex *Gl. in l. nequit, stasionarii C. de dignit. lib.* 12. & in dignitate constituti non solùm ab omni sordido, & vili officio excusationem habent, *l maximum C. de excus. mun.* verùm etiam à quolibet munere personali, *l sancimus, C. de advocat. divers.* Ego autem *Ripæ* opinioni accederem non simpliciter ratione dignitatis, sed exercitii advocationis, ut ex litera *tex. in d. l. sancimus, vers. qui apud eum*, & ibi: *nullum denique aliud*, ac ibi: *pro arbitrio* iotelligunt, & judicandi, & consulendi munus, ad utrumque quorum exercendum inviti cogi possunt; de qua necessitate videto *Petr. Lenaud. de privil. Doct. num. 72. qu.* 45. *Mand. de munit. qu. 55, num. 9. Corat. de elect. opin. inspect. 1. num.* 38. & scripsi *rit.* 101. *lib.* 1. latèque *Franc. Mar. Prat. pract. observat.* 38. *num.* 29.

*num.*29 si obstringantur Iudices ad hanc custodiam tempore pestis, ac occurrit *Annas Robirta lib.2.rer.iudicat.cap.12.*

Dixi superiùs, DD.scripsisse ex *tex.in l.1. §. fin. ff. de offic. præf. Urb.* colligit, amorem patriæ
46 omnibus esse præferendum; sed quod directè, vel expressè ibi hoc non probetur, ast inducendo *tex.*eo modo, quo supra.

Verùm quia *Glos.in dict. § fin. in* verbo, *etiam à provincia*, putat in præfato §.esse decisum, quod si ab Italia relegetur, sit ei etiam, sua provincia interdicta, supplendo scilicet; *si hoc expresse prætor dicat*, aliter non est sibi provincia interdicta: quia interdicta urbe, vel Italia, non est interdicta patria, per *tex,in d.l. relegatorum, §.sed constitutum.* Ideo si ejus votum, & germanum sensum comprehendere voluerimus, nec illam tradere voluerunt II.CC.regulam, scilicet patriæ amor omnibus est præferendus, nec illo opus est suppletivo *glos.*intellectu, existimo, juxta literam illum intelligi debere. Et sic intelligendo magis *Reg.Rov.* cujus ipse rationem sectatur fuit, vera demonstrabitur ratio, cur interdicta patria, sit Vrbs interdicta?

Enarrat ibi præstantissimus *Vlpianus*, quæ facere Urbi præfectus poterat, & à *§.cura carnis* incipiens, concludit. *Et si quem releget ab Italia, submovere etiam à provincia sua*, supplic *potest*, cum totus illius §. contextus à *vers. & interdicere*, reguletur à verbo *potest*. Et sic legendo iuxta literam non opus est alio divinativo, & suppletivo intellectu, nempe: *si hoc expresse dicat*. nam eo ipso, quod dicit *Ulpianus, quod si Præfectus, quem ab Italia releget, eum quoq; à provincia sua submovere potest*, intelligitur, si in sententia quem a sua provincia relegasset. Et tunc reor validam, ac necessariam esse *Glos.*sub intelligentiam, quando eam lecturam admitteremus, nimirum, quod facta ab Italia relegatione, intelligatur etiam à sua patria, prout intelligere videtur *Odofred.* ibi sub illis verbis: *& si removet aliquem ab Italia, & à sua provincia videtur removisse*; nam isto casu, si non supplerentur illa *Glos.* verba; *si hoc expresse dicat*, adversaretur clarissime *textui in d.l.relegatorum, §. constitutum est, de interd. & releg.* ut dicit ibidem *Glos.* quia in *dict. §. constitutum* inconcusse hoc traditur, quod si cui Urbe, vel Italia fuerit interdictum, patria sua interdictam non videtur.

Proinde nescio, cur *Glos & Odofred.in cit. §.cura carnis* maluerint intelligere dictum *tex.*eo modo, quando legendo juxta literam cum verbo, *potest*, à quo tota illa periodus regitur, omnis subintellectus, & antinomia cavetur.

Nec dicas, hunc intellectum esse divinativum, quia, præter quod neque hic reiiceretur pro aliqua iurium dissentione sedanda, ex *Bart.in l.si ita stipulatus la grande, num.27. vers. & si opponis, ff.de verb.oblig. Alex.Socin. & Rimunal. in locis allegatis, Octav.Simoncell.de decr.num.*68.est quidem iuxta literam; atque rite, recteque ita fuisse sancitum, est dicendum, nam cui licet, quod est plus, nempe (ab Italia relegatio,) non debet, quod minus est, non licere, *l. non debet, 12.ff.de reg. iur.* quam ad materiam concessæ iurisdictionis laudat *Isern. in cap. 1. n.13. de probib feud.alienat per Frid.* ubi in quæstione; an Regis Vicarius possit, eo in remotis agente, feudorum venditionibus assentiri? de qua à *num. 12.* respondet affirmando in *mem. num.* 12.quia, cùm vices suas Vicario transtulerit, per quas omnia transeunt, quod est plus; multò propterea magis posse assentiri, quod est minus, sed de hoc videas *ibi Lipar.* & DD. ab ipso adductos; quibus addo *Horat. Montan. in §.imperialem, de prohib.feud.alienat.per Frider.* pro vt meritò etiam fuit sancitum in *d. §. constitutum*, quod si cui Urbe fuerit interdictum, patria sua interdictum minimè videtur, quia in pœnalibus interdictis, in quibus verba sententiæ, sicuti, & statutorum, sunt intelligenda, prout cantant *l.1.C.si plur.una.senten. Alex.cons.*153.*num* 19.*cap.dilectus, de offic. ordin. l. quicquid adstringenda, de verbor.obligat. Surd.*alios congerens *cons.*189.*num* 36 *lib.*2.non valet extensio, vt ex pluribus tenet *Farinac.in 1.p. fragmat.*verbo,*extensio, num.*144.& in specie, non fieri extensionem in materia interdictionis alicuius loci, nec valere, quod, prohibito maiori, dicatur minor locus prohibitus, testatur *Glos.in mem.l.relegatorum,§.constitutum est, in* verbo, *etiam ab Urbe*, multa iura collimantia annectens, quamvis dicat *ibidem*, valere extensionem de minori ad maius; putans, sic salvare illius *text.*dispositionem, dicendo: ideo prohibita patria, esse Vrbem prohibitam, quia de minori ad maius valet extensio; sed quia rationem non esse istam supra ostendimus, cùm ob Imperialis ibi sistentis sedis reverentiam hoc iura statuerint: ideo quando pœna est à statuta, valida est extensio, sicuti in sententia, in qua licèt patria sit interdictam, est ad Vrbem extendenda interdictio; quia leges dictæ reverentiæ intuitu, Vrbem etiam interdictam esse voluerunt.

Et ob eiusmodi legis prohibitionem Judices inferiores, qui non nisi a loco, in quo sua extenditur jurisdictio, exilio plectunt, vt in *cit. l,*
47 *relegatorum, §.interdicere, & in §.insulam, cum §.sequent.*ac de communi censantur *Marsil. in tract.de bann.num.*10.*Gom de delict. c.8. rubr.de exul.num.3.ad fin.Clar.§ fin quæst.71. n.4. in princ.*& ibi *Baiar l.* quos colligit in unum, cum pluribus aliis, *Farinac. in fragm. p. 1. in* verbo,*bannire, num* 69. hoc tamen ex consuetudine non servari, dicens sub *num.*70.*ex Bald. Bar.Fran.Mar.Clar.& Hyppol.de Marsil.d.num.*10. vbi ait consuetudinem huiusmodi non esse tutam; nisi consensus domini illius loci, cui est finitimus, accedit; & penes nos idem, quod de iure communi cautum est, servatur, *Præsul Ricc.dec.*28.*p.2.Novar.de gravam.vassal. tom. 1. gravam.*312.*&* 313.*Danza de pugn.DD.tom.2. tit.de exil.c.1.ex num.*53. *Sala ad cret. Sabaud. tit.de renunt.glos.2.pag.*295. *R.Sanfelic. dec.*386.

Judices, inquam, inferiores possunt exilio mul-
48 tare etiam a Civitate Neapolis, vbi sedes est Proregis; cum pœna istæc non ab Iudicis, sed à lege ipsa infligatur, vt ibi *Reg. Rov. vers. fin.*

fin. illa namque pœna est in sequelam exilii, ut in *d l.relegatorum.vers. dubitatum est*, ibi: *veluti per consequentiam*; & quando pœna est à iure imposita, subintelligitur, etiam si Iudex non dicat; *juribus*, quæ in simili de Vicario adduxit *Iseru.in d.l.imperialem, num.13 vers. quod si dedit*, vbi ait, quod faciendo quem Vicarium cum prohibitione de non alienando, tunc quia ea verba, etiam si non fuissent apposita, subaudirentur de iure; ideo, ne sint inania, operari debent, vt ne assentiri quidem valeat: prout poterat, si simpliciter eum Vicarium jussisset; & deinde sequitur, dicens, quod ea, quæ intelliguntur, etsi non exprimuntur, si sunt expressa, non immutant, vel addunt, & laudat easdem leges adductis à *Reg. Rovit. in fin.* Hinc *Glos.* cæterique communiter in *l. Proculus ff.de vsufr*, dicunt, quod si est relictus vsusfructus fundi cum prohibitione de illo non alienando, quod tunc, quia vsusfructuarius, absque eo quod testator dixisset, minime potest, nec servitutem imponere, nec alienare, *l. vsusfructuarius, & l.nisi ff.de vsufr.l.interest, C.eodem*, idcircò, ut illa prohibitio aliquid operetur dicunt legatam proprietatem, non vsumfructum fuisse; at hanc communem opinionem, nedum refellit, sed irridet *Arr Pinnel.in l.1.C.de bon.mat.p.3.num.41.vers.& inde quasi f 255.*

Vnde non quia est maior, vel minor locus, neque quia valet argumentum de minori ad maius, nõ de minori ad minus, ut ait *Gl.in d.*verbo *etiam*
49 *ab Vrbe*, est dicendum, quod interdicta patria, est etiam Vrbs interdicta, & è contra, interdicta Vrbe, non est interdicta patria; sed quia in pœnalibus non fit extentio. Et quando in *cit.l.relegatorum. §.potest*, dixit *tex.si cui honore vno interdictum sit: non tantum eum honorem petere non possit; verum nec eos quoque qui eo honore maiores sunt*; id fuit, quia, cùm pœnæ causa honore illo privatus fuisset, si ad maiorem posset ascendere, esset nedum ipsum impunitum remanere (quamobrem in penalibus extentionem admisit *Farin. in supra cit.loc.num.149. & 156*:) sed etiam ait *tex.est per quàm ridiculum, eum, qui minoribus pœnę causa prohibitus sit, ad maiores aspirare.*

Hinc descendit dicterium vulgatum, à nobis mox supra dictum, quod relegatio à loco delicti, qui non patria sit, intelligatur etiam à patria, ad
50 *text.in d.l.relegatorum, § si cui plane*; secus sententia esset inanis; nemo enim sentiret exilij pœnam, si in propria patria morari posset, ut in eadem *pragm.* perpendit *Reg.Rovit.num.10.* adducens *Glos.princ.in l.qui habebat, in princ.de l.3.* canentem.

Dulce solum patria, dulce videre suos.

& è contra amarum, atque impium est, cogi, patriam deserere, *Glos.in l.vnic.C.si Curial relict. Civit.rus habit.mal. lib. 10.* iuxta illud *Virgil. eglo. 1.*

Nos patriæ fines, et dulcia linquimus arua:

quod memorat *Horat.Luc.de privil. Scholar. in præfat.num.14.* adnotans, Scholares literarum amore patriam relinquere, qua nihil dulcius, amabilius nihil, ex *Augustin.super Psalm.* aiente: *cui peregrinatio dulcis est, non amat patriam: si dulcis est, patria, amara est peregrinatio. & ad miseriam rediguntur qui patriam relinquere coguntur, §.1.in princ.auth de exib.reis*, ubi *Glos, in* verbo, *auguntur*, atque exilio paupertatem, inopiamque progigni, autumat *Gig. las. maiest, lib. 3 quæst.18.num.4.ac Reg.Rov.in loco sæpius citato*, prosequitur dicens, quod ad evitandam hanc pœnæ frustationem, licèt de iure interdicere quis ea provincia possit, quam regit: alia non possit; attamen quando extra illam provinciam relegatus originem habet, ea etiam provincia interdici potest, unde ille oriundus est, ab eo, qui regit eam provinciam, ubi quis domiciliũ habeat, per *text.in cit. §. interdicere, vsque ad vers.quod magis erit*, id expressè sancientem, & *Farin. in cit.loc.num 72* ad probandum, quod Iudex præter suæ iurisdictionis locum, possit etiam interdicere loco originis, domicilij, vel delicti, *Pract, Belv.de fug.reor.lib.2. cap.10.num.3. de delict.cit.cap.8 Baiard.ad Clar.mem. qu.71.n.12.* quam extentionem de uno ad alium locum, ne eluderetur pœnalis sententia, admisit S. C. apud *Gizzarel.dec.24* ubi in hipotesi, an relega-
51 tio à patria, intelligatur etiam à toto eius territorio? & asserit à *n.* 10 quia si in termino permanere posset, nulla sibi esset pœna: cùm neque patriæ solo, neque suorum conspectu, & commercio carere diceretur, ad quæ respexerunt II. CC. pœnam exilij infligentes, cuius sequelas dicit *Hierom.Magon.dec Luc.36.num.25.* esse peregrinationem, & ex ea paupertatem, ac demũ mortem, ex *Bart.in l. si constante, in princ.col.4. solut.matrim.Boss.de carcer fid. relax. num.7. ex Luc.de Penn in l.4.col.3.de spectat.lib.10. Bonac. quæst.crim.* verbo, *securitas in fin.*, & Quiritũ, & Atheniensium tempestate pro non exigua pœna fuisse habitum exilium, dicit, ex *Alex dier. genial.lib. 3.cap.20.* & proinde ne delicta immunitatem habeant, favore Reipublicæ, extentionem, quæ à pœnalibus regulariter abest, induxerunt, ex placito *Bart.in l.quemadmodum, C.de agric. & censit. lib. 11.* comprobatque *Farinac. in p.1.Frag.in verbo extentio, num.154.* licèt ibi *Gizzar.* non modo illam extentionis rationem adduxit, sed annotavit; quod quamvis, Civitas ex continentibus ædificiis terminetur, *l. 2. de verbor. significat.* & Vrbem Romam esse, quæ murorum ambitu cingitur, *tex.in l. vt Alphenus, 87. l. qui incontinenti, 147. & l. ædificia, 139. ff. eodem*, & veterum auctoritate eam esse, ex *Bald. in l. ex hoc iure, num 15.de iust.& iur.* delectibit *Hieron. de mont. de finib reg cap 5. & ibi* sub *num. 6.* ait, quod quando suburbia, vicos, territorium, & districtum continerent, tunc esset sub larga significatione. Et *Napodan. in proem.consuetud.à nu. 182.* Civitatem asserit, quandoque stricte, quandoque large, vel largiùs, quandoque largissime accipi, prout etiam nonnullas Civitatis acceptiones adducit *Paris de Puteo de verb. signific.* verbo, *Ciuitas.*

Attamen ipse *Gizzar. ibi* sub *num.* 4. quia appellatione Civitatis etiam territorium venit ex communi usu, formulaque loquendi quam summopere esse attendendam, firmat ex pluribus à *num.6.* & quod licet Ciuitas, & patria idem sint
in

in effectu, ut ex *Veronen.& Alex. in locis citatis, sub num.* 9. patriæ tamen nomen plura cõtinere, quàm Civitatis, autumat, hinc & districtum, & territorium comprehendere; atque adeo relegatus à patria, debet abstinere à territorio, & districtu. Et in specie præsertim in terminis pœnalis, atque odiosæ materiæ, appellatione Ciuitatis hæc omnia contineri, quando provisio, de Ciuitate solùm mentionem faciẽs, frustraretur suo effectu, dicit *Iacob.Nauell.de iure protbom.num.* 102.*ex.Bald.conf.*538.*num.*1.*lib* 5. aiente, quod iuxta naturam, & propriam Civitatis significationem districtus, ac territorium non continentur, licèt secundum interpretationem contineantur.

Iuxta huiusmodi *dec.* 23. *Giazarell.* decrevit aliàs
52 S. C. apud *Reg. Rov.mem. decis.*11. nam, cùm fuisset quidam guidatus, dummodò ad patriam, vel loco partis offensæ non accederet, captus in quadam caupona extra mœnia suæ patriæ, contendebat reddi debere in pristinam libertatem, ex eo, quia sub prohibitione patriæ, non continetur territorium, aut districtus; manavit tamen scitum è S.C. contra guidatum. Verùm in simili specie, pro guidato alias decisiones referunt *Conf.Pasch.de patr.potest.p.*4. *cap.*3. *num.*4. *Thor.in* 1.*p.cõpend.in* verbo, *suburbia*, quas congerit *Barth. de Angel. in addit. ad mem. decis. Giazar.* addens, *Nouar. deci.* 38. *& q.for.* 130. quem *Ioseph. Mele. in ead. Giazar. decis.* allegat *ad prag.collect.*113.*num.*3.*& seq* itemque *Capib. in prag.*7.*de Baronibus num.*47. ubi quod exul à Civitate, si ad suburbia accedit, fines exilii nõ frangit, si territorium præcise non fuisse interdictum.

Itaque ibi *Ioseph Mele* putat, ad concordiam has dissitas decisiones reduci posse; quia respectu guidatorum, ideo extra muros accessus non est prohibitus, quia in guidatico erat tantummodo interdictum, *ingredi, & accedere ad Ciuitatem*; proinde cum solo ingressu fuerit interdictum, poterat guidatus extra mœnia consistere: quia in penalibus verba sunt intelligenda strictè & prohibitio facta in una re, loco, persona, tẽpore, non protrahitur ad alias res, locos, personas, tempora, *Auth.quas actiones.C de sacros. Eccl.*quo *tex.*adhoc ipsum vtitur *Sebast. Montic. de invent.cap* 6 *num.*50.& est regula, quod prohibitio in aliquibus, in cæteris est permissio, *l. maritus, C.de procur.l.si prætor, C.de iud.*At in sententia exilij, à propria patria, si non territorium, & districtus intelligeretur pœna eluderetur prout *Giazar.ibi.* Sed hanc, reor, *Ioseph Mele* concordiam non esse tutam, & directam aduersari *add. dec.*11.*Rouit.*de qua meminit *Merlinus par.*2. *capit.*72.*numer.*26.in qua ponitur casus cum illis verbis, de quibus in themate relato à *Conf.Paschal.* ne accederet, ne introiret in propriam patriam, vt *sub num.*2. & præcipuam illius decisionis rationem perpendit S.C quia interdicto ad patriam accessus dicitur etiam ad eius territorium factum interdictum, vt à *num.* 19. Et proinde in calce *memorata decisionis* dicit *R. Rouit.* illa verba relatiua *ad.Giazar.decis.* Vnde, si quando casus ferat, per quæcunque verba reperiatur concepta ad patriam interdictio, puto, non esse à *Rouit.decis.* discedendum; fuit enim illa *decisio* pensitatem facta, iunctisque duabus S.C. Aulis, & in causa reuisionis; nec de scito apud *Thorum* curandum, qui non interfuit in illius prolatione, minusque de prouisionibus Collateralis penes *cit.Paschal.* quę vt plurimum fieri solent absque Fisci, & partium altercatione.

Et licèt idem *Conf.Paschal.* in alia hypothesi in Regia Audientia Salerni, ostendere conetur, ita de iure esse sanciendum; facillima tamen omnibus ibi adductis se se offert responsio ex ijs, quę autumat *Giazar.in mem.dec.*23., & ex allatis à me superiùs præcipue autem ex adnotatis *in capit. si ciuitas, de sent.excom.in* 6. cuius *tex.* nitidam dispositionem non euitat sua ibi adducta responsio; etenim eadem ratio (ne, scilicet sententia reddatur eluloria (militat etiam respectu clausulæ, in guidatico appositæ; in qua ideò patria interdicitur, ne partes offensæ inimicum quasi gastientem, ac triumphantem præ oculis habeant, vt supradiximus; & perpendit *Additia ad Thesaur.dec.*21.*vers.& hunc stylum, & ipsemet Thesaur.decis* 18 *num.*10. *in fin.* vtq; tollantur scandala, & rixæ, *Giurb.cons.*81.*num.*1.& ne offensorum animus dolore afficiatur.

Igitur, si solùm patriæ muros illa clausula comprehenderet, illa Principis, vel guidaticum concedentis intentio dum eam prohibitionis patriæ clausulam apposuit, inania esset; haud enim vitarentur scandala, vel rixæ, ad quę cauenda patriæ locus interdicitur; cùm idem esset, si extra muros, & infra territorium degere posset ac vt euitetur frustratio finis, extentionem admitti etiam in pœnalibus, tuetur *Jul.Ferrett.de gabell.num.*58.*ex Gaud.& Signor.*ibi citatis, & est *Glos.in l.tale pactum, de pact.*vbi dicit, sensum magis, quam verba, esse spectandum; & quod vna via prohibita, haud debeat alia permitti, per quam deueniatur ad illud, *l.scire oportet § si maior. ff.de tutor.& curat.dat.ab iis, l.vlt.de vsur. re.iud.cap.cum quid una via, de reg. iur. in* 6. Nec Principis, vel eius ministri, vel legis intentio circumveniri debet, *l.non dubium, C.de legib. & const l.si quis rem, de arbitr.*ne fit ludibrio, *l. ult.C.de bon quæ liber.§.pen.*& permittatur per indirectum, quod directè prohibetur, *l.si ex duobus*, vbi *Glos.C.de negot.gest.*

Nonnulli verò dantur casus, in quibus ad locum interdictum permittitur accessus, potissimum
53 pro adimplendo Ecclesiæ præcepto in die Paschatis, censet *Giurb.cit.cons.* 81.*Nouar.de grauam.vasal.tom.*2.*grau.*74. licèt in oppositum, dici posset, non esse eam præcisam, seu absolutam necessitatem; cum valeat præceptum alibi adimpleri, etiam non in propria Parochia, quando necessitas vrget, vt de Scholare peregrinis, & alijs crediderunt *D.D.in cap.omnis vtriusque sexus, de pænit. & remiss.* & si ad illum locum esset voluntatis, non necessitatis accessus putarem sub huiusmodi prętextu non potuisse fieri. Quid si accedat ad visitandum parentes ægrotos? *Reg.Sanfelic.decis.*156.*n.*2.ad rem *Giurb. cons.*47.

Impunem esse accessum per transitum, dixit in guidaticis *Faller*ex *Nella & alijs, Aunt meus ad Capoc.decis.*109. *à num.*3.& post *Fin.dec.*505.*ad*

54 *Gramm.decis.34.num.24.* confirmant *Nouar.in*
pragm.1.tit.de abolit. coll.2.num.26. & tom.2.
granam.78. Bertaz.cons.2 6.num.3. loquens de
transeunte, in hospitio comedente, *Consil.Pasch.*
in.cit.loc.à num.21. adducens *sub num.22. An-*
char.cons.75.num.4. ajentem, quod paciscens in
pacis instrumento alicubi non permanere, aut
habitare, non dicitur contrauenisse, si die ali-
quo & nocte, vel etiam per quatuor dies per-
manserit non dicitur enim venisse, qui non ste-
tit, *cap.1.de iud.* & fingitur ibi non fuisse, qui
breui tempore permansit, *l.ex facto, de hared.in-*
stit.l.serui urbanis, de leg.3. & transitum esse val-
de priuilegiatum, dicit idem *Anch.ibidem in fin.*
ex text.in l.si quis, C.de adif.priu. hinc arma, quæ
alioquin intra ciuitatem gestari nequeunt, geri
posse per transitum, tradit *Reg.Rouit. in pragm.*
1.de arm.num.8 ex Bertazol.cons.crim 46. & nos
alibi, prout animalia, de quibus solui debet ga-
bella in aliqua ciuitate, impune possunt duci per
transitum, *Ioan. Ferrer. in tract. de gabell. num.*
43. & statutum, prohibens, rem aliquam intro-
mitti in vrbem, intelligitur si intromittatur, vt
ibi sit: minime si per transitum, *Paul.de Castr. in*
l.catera, §.sed si quis ad opus, ff.de leg.1. Ideo trã-
situm copijs, transire volentibus absque damno
Domini, & incolarum, denegari haud posse, pu-
tauit *Angel.in l.venditor, § si constat, ff.comm.*
pradior. qua de re videas *Andr.de Isern.in rubr.*
qua sint regal.col.vlt.vers.sed per viam, Frecc.in
tit.de offic.Admir.mar.num.25. Affl. & Luc.de
Penn. in locis adductis *per Lipar.ibidem*, in ver-
bo, *ingressum, Vin dec.505. Foller.in pragm.1.*
num.45.de exul & statutum, prohibens pannos
forenses intromitti in Ciuitatem sub certa pœna
intelligendum esse de pannis, qui causa transitus
invehuntur, voluit *Castrens. in l.catera, §.sed si*
quis ad opus, ff.de legat.1.arg.text.in l.Casar, ff.
de public. sequitur *Ripa de remed.ad conseruat.*
vbert.12.quasi ex nu.115. proinde respondi, sta-
tutum, siue decretum Ciuitatis Salernitanæ, quo
prohibetur vina forensia intromitti à mense
Octobris usque ad mensem Martij, de quo agit
Consil.Gramm.decis.100. non includere vina fo-
rensia, quę mensibus prohibitis intromittuntur,
causa transitus, vt deferantur ad Ciuitatem Ca-
uæ, Nuceriæ, aliaque loca conuicina.
Ego tamen minime discederem ab effato *Reg. Ro-*
uit.in prag.1.de guidat.nu.46. vbi discrimen po-
55 nit inter habitandi prohibitionem, & acce-
dendi; nam in primo casu, in quo loquitur *Nell.*
de bannit.in 1.p.2.par num.54. cuius auctoritate
dicit *Rauit* fuisse deceptum *Foller.in cit.pragm.*
1.de exul.num.45. cùm certum sit, quod ille qui
transit, nec habitare, nec stare dicatur, iuribus,
nec non DD. ibidem à *Nell.* adductis, prout ne-
que morari Romæ dicitur qui est in fuga, *l.pen.*
de seru.exper. habitare est enim verbum frequen-
tatiuum, *Carau.in prag.ad maced.§.13.num.9.*
quod de rara ac momentanea habitatione non
intelligitur, sed de ea, quę fit animo residendi;
simplex per transitum accessus nullam omnino
mereret pœnam; in secundo autem casu ne per
transitum quidem permittitur accessus.
Et quanticuus comiter sincre voluerimus, licere
accessum per transitum ad locum vetitum, nul-
56 lo autem pacto concedenda est pernoctatio,
vel dierum mora; quamvis affirmatiue, & ideo
perperam, censeat *Anchar.in citato loco*; nam
esset, elusoriam prohibitionem reddere, vt ad-
uertit *Ioseph Mele in cit add.num.3.* pro tuitione,
sui Clientis consulendo *Anchar.* ipse plus æquo,
sibi in hac parte indulsisse, dicit *Farin.in memor,*
q.107.art.20.num 207. cum videatur aduersari
textui.in l illud, ff.de offic. prasid. vbi habetur
quod cui ex causa necessaria fines excedere licet
abnoctare ei non liceat,
Admittitur tamen excusatio, quando de vero, &
non affectato transeundi animo liqueret, qui li-
57 cèt sit difficilis probationis, cum solus Deus sit
scrutator cordium, *clem.exiui, §.quamuis, de*
verbor.signif.cap.nunquid, de pœn.dist 1. præsum-
ptione verbi vel factis probatur. *l.is, qui, §.di-*
uus, de tutor.& curat dat.ab ijs, l.Labeo, de su-
pell.legat. cùm intima ex extrinsecis probentur, *l.*
fin.de dinor.§.ceruos, instit.de rer.diuis.Isern.in
tit.qua sint regal. verbo, *& bona committu-*
tium, super num.79.vers.& exteriora; possint-
que testes de alicuius animo testari per verba
declaratoria, *Bertach in* verbo, *testes depon num.*
176. Et licèt *Innoc.* testibus animum probari non
posse, dicat, *in cap super hoc, de renu.Glos.in l.2.*
de inter action.Hippolytus in l.1.§.Diuus Adria-
nus, num.36.ad l. Corn. de sicar. attamen in hac
nostra facti specie ait *Salyc. in l. 3. C. de naut,*
fœnor.num.6. citra difficultatem posse testibus
deponentibus Reum declarasse, velle per talem
locum pertransire, vt ad illud oppidum se con-
ferat, *Capibl. de Baronib. pragm.3 num.44.* ne-
ctens, apprehensum probare debere istam tran-
seundi occasionem: cùm Fiscus ex apprehen-
sione in loco fundatam habeat intentionem,
ex *Rip.de remed.ad conserv.uber.ex num. 71.* li-
cèt *Rip.* ibi non loquatur sic indistinctè; namq;
sub *num.71.* quærit, num repertus in via cum
re prohibita, possit statuti pœna puniri? & ait,
vel constat, voluisse extrahere, vel est dubium;
in primo casu, tradit, volentem extrahere, si sit
repertus intra territorium coercendum esse
pœna prohibitionis, quamvis extractionem ad
effectum non duxerit; in secundo autem, ad
coniecturas recurrendum, inter quas ponit
vnam de repertu extra viam solitam; in quo
casu rem siue *Reg Rouit. in rubr pragm. de ex-*
tract.num.18. Te tamen non pigeat hac in spe-
cie videre apud eundem *Rip.Jo.Bertaz.de gabell.*
p 9.princ.à num.18.Jul. Ferrett. de gabell. à nu.
155. ad rem *Prasul Marint.lib.1.resp.3.ex n.63.*
& resp 10.ex num.133.
Ad rem nota, quod prohibitus à Civitate, puta
Salerni per decem milliaria, non poterit ad
eam accedere per decem milliaria, mensuran-
da non à numero Civitatis, sed à suburbis, si-
ve continentibus ædificiis Similiter si quis sit
prohibitus tenere porcos intra Civitatem Sa-
lerni, & circum per ictum lapidis, computatio
facienda est à continentibus ædificiis. Quod si
prohibeatur, retinere .s. vel habere capras in-
tra Civitatem, nec extra per milliare; compu-
tandum erit ab arbitrio, quia ex verbis ordina-
tionis mutatur legis dispositio. Vtrumque tra-
dit *Rebuff.in l.mille passus, pag.* (mihi) *749. &*
750.

750.*ff.de verb.fig.* quod si prohibeatur talia habere animalia prope Salernitanos, neque extra per unum miliare, computatio fiet à continentibus ædificiis, *Alciat.& Rebuff.in l.maiore parte,fol.755.tit.de verb fign.*

55 An autem exulibus, vel guidatis, quibus patria eiusque territorium est interdictum, sit etiam mare alluens prohibitum? Affirmandum, reor, quia in æquore etiam est territorium, *Hier. de Mont.de finib.c.9 num.8. ex Dec. in c. licet causam,num.16 de probation.* & aliis penes *d. Altimar.ad Rovit.consil.48.lib.3.* quicquid obloquatur *Bald.*territorium in terris, districtum dici in mari, putans; idem enim sonant, *ex eodem Bald.in cap accedens,ut lit. non contest. cir. fin.* cum,appellatione territorii & mare veniat,*DD, in cap,ubi periculum,§ porrò,& ibi Glos.de elect, in 6.Capoll.de servit.rust.præd.tit. de mar. c.26, num.26.Alex.apost.ad Bart.in l.pupillus, §.territorium, de verb.signif. Anch. cap.2. num.10.de const.in 6 Bald.in cap. licèt, de fer.in l. fin. C. de testam.& in rubr. de rer. divis. Jo: de Anan. in cap.2.de Cler.venat..n 6.*dicens *sub num.5.* quod appellatione Mundi venit mare; quamobrem leges imperiales etiam in rebus, quæ in mari geruntur, servari debent, *Philipp.Franc.in cit. cap.ubi periculum,§ sanè,num.7.Girard sing.15. Falin.in c.Rodulphus,num.7.& in 1.declaration. de rescript.* & quod placuerit *Bald. in cit. loco,* appellatione territorii mare non admittere,ad-
59 vertit *Falin.ibidem,*id verum esse de stricta territorii significatione ex eodem *Bald.* qui alibi, *in tit.quæ sint reg.*ait,nil aliud esse territorium, quàm terræ spatium jurisdictione munitum, & subdens ipse *Falin.* in mari non posse territorium, nisi inspecto alveo considerari, sed dici districtum, idest aquæ spatium jurisdictione pariter munitum,colligit, istud discrimen territorium inter, & districtum non probari ex II. CC.adductis. *Et Affl.in cap.1. quib. mod. feud. amitt.il 1. num.10.* dicens à potestate terrendi territorium mutuatum esse nomen,*d. l. pupillus, §.territorium de verb.signif.* à distringendo, districtum:ut notatur *in§ responsum,Inst.de action.* docet, in mare haberi, & possideri districtum, *Authen.sed novo iure.C.de serv. fugit. & d. cap. ubi periculum,* & ante ipsum docuerat *Bald. in eod.cap.1.num.4.* ubi inter territorium, & districtum nullam agnoscit differentiam in quæstione: an Vasallus Domino bellanti extra territorium opem ferre, teneatur? quem refert,& sequitur *Alvar.ibid.num.10.& Gara. de expens, & melior.cap.21.num.35.* nectens, mare esse illius,cuius est tellus, quam alluit, ex *Glos. in d. §.porrò,in* verbo, *territorium,* canonizata à *Canonistis, Et Bald.in pluribus locis ibi laudatis,* promiscue utitur nomine territori, & districtus, ad probandum,quod qui est in mare dicitur esse in civitate; cui adiacet; subdens, quod ea, quæ fiunt in mare, censentur facta in territorio, cui mare adhæret. Et hinc infert, quod sicuti Rex suis sumptibus tenetur tueri subditos ab hostibus, terrestri bello irruentibus, ita etiam à pyratis ,navali prælio terrentibus quia in territorio grassari dicuntur. Et sicuti congruit bono, & gravi Præsidi, curare, ut malis

hominibus Provincia, quam regit, careat, *l. congruit,de offi. præsid.* ita & pyratis, *l.1.C. de class.lib.11.de Put.de syndic.in* verbo *officiales, qui eliguntur,num.5. Afflict. in tit. quæ sint regalia,num.9.Luc.de Penn. in cit. l.1. C. de class. Tap.dec.Sen. Ital.22.num.1.Crespi obs.15.n.218. Hier.de Mont.in d. tract. de finib. regun.* qui ait sub *num,*8.districtum non, modò dici in terra, marique, verùm etiam in Cælo, & aere, ex *Bald.in cons.480.*verbo *principis,vol.1.Capoll.in dict.tit.de mar.num 24.Par.de Put.de fin. feud. cap. 1. num.6.* afferens exemplum de terminis positis in Cælo, & aere, Pontifice Alexandro VI. dum Indiæ insulas, tunc primùm repertas, divisit inter Lusitanos, & Castellanos per lineas graduum Cæli,vt quicquid esset ab Oriente Lusitanis, quicquid ab Occasu Castellanis addiceretur, ibique etiam ipse *de Monte* dicit, in mari delinquentes coercendos à Iudice, de cuius districtu, & territorio est mare; ac si sit in finibus duarum Civitatum, præventioni esse locum.

60 Non tamen procedit respectu concessionis factæ de feudo, & ejus territorio, nam non venit litus, neque mare, nisi exprimatur; & si exprimeretur, non se extenderet ultra balistæ iactum, teste *Capyc.in invest feud. in* verb. *litoribus,pag.111.* ubi quærit an Rex apponendo clausulam, *cum litoribus,* possit litora transferre? ac idem tradit *Frecc.de offic.mag.Adm. nu. 20.& de subfeud.lib.2.quis dic. Mar. num.5.* dicens in hoc perpendenda verba privilegii, & feudi qualitatum.Sed *Belluc. in specul. princip. rubr.30.*ait, Barones ex antiquo possedisse Baronias cum iuribus, & pertinentiis vniversis, cum territorio .s. castris, & terminis adiacentibus, ut per *Innoc. in cap. cùm ad sedem, de restit.spol.*atque adeo cum æquore alluente Baroniæ territorium infra centum milliaria, vt in *for.2.rubr.de term Reg. & Civ.& Capibl.in prag. 8.de Baron.sub num.287.* notat, Baronibus esse exceptam cognitionem ad mare, & littora maris,refert tamen *Reg.Tap. de officio procuratoris Cæsar.in Const.Regn.incip.Dihanæ,num.2.* sustinere, quod Baronis jurisdictio pro delictis in mari adiacent. sit cumulativa cum aliis officialibus maris, nempe Vice-Admirantis, Portulanorum, & Secretorum, quos omnes habere jurisdictionem privativam in eos, qui de arte maritima vivunt, dixit sub *num.* 290. de quo nos alibi,

61 Ex his dicendum videtur, exulem, vel guidatum minime ad mare territorii adjacentis accedere posse. At opposito favet *Dominic.in d §. porrò* dicens,territorium esse idem in materia favorabili, secus verò in odiosa; proindeque bannitum à territorio, non esse bannitum à mari per territorium districto. quem reprehendit *Falin.* vocitans, huiusmodi *Domin.* dictum sycophãta,hoc est,calumniatore dignum,ex *Io: Andr. in rubr.de testam.pag.24.ac ex Bart. & Angel. ibi citatis.*Imò *Philipp.Franc.in eod.cap. vbi periculum, § sane,num.7.* postquam dixit ex *Glos. Jo: Andr.& Io: Monaco,*quod appellatione territorii veniat mare, per illam Civitatem districtum rebellat etiam ab ipsa *Domin.* distinctione, di-

 cens,

cens, indistincte procedere ex *Bart. & Bald.* Et exulem à territorio, esse à mari adiacenti fugatum, tenet etiam *Gemin. in d. cap. ubi periculum, & Bald. in cit. cap. licet, de fer.* idem in ipsum *Domin.* advertit *Reg. Constant. in cit. l. 1. C. de class. num. 7.* ostendens, maritimum territorium suos habere fines, sicuti, & terrestre; eosque à finibus propinquarum Civitatum distingui; & sicuti in terra, ita & in mari, finium reguodorum agi posse; ac *pragm.* Caroli V. *ubi de delict.* de qua meminit *de Franch. dec.* 142. vendicare locum etiam in furtis in mari patratis, mareque adjacens esse de illius Principis territorio, qui propè dominatur, vt dixi in *tit.* 270. *hoc 3. lib.* ac Prælatum Ordinarium loci etiam in iis, quæ in mari accidunt, quoad res, & personas Ecclesiasticas, jurisdictionem habere; & de nonnullis aliis edisserit ad hoc conferentibus, erudite quidem, abundeque.

Quorum vnum, atque alterum referre non omit-
62 tam: nimirum primò ad quodnam spatium extendat se se territorium illud maritimum? Duplicem, ait, esse sententiam, altera est *Angeli in l. insula, 9. de jud. numer. 1.* laudati à *Rodrig. Suarez in allegat. 18. num. 9.* ajentis, mare, quantumlibet à territorio distet, subesse jurisdictioni Domini propinquioris; altera asserens, ad centum vsque milliaria solummodo protendi, vltra quæ Imperatoris sit jurisdictio, est *Bart. in tract. de insul.* cui & ipse, post alios, accedit sub *num.* 19. addimus *Valenz. consil. 100. num. 55. Crespi observat. 15. ex num. 208. Larath. theat. feud. tom. 2. par. 11. dil. 48. num. 10.* ne prorsus in infinitum detur progressus, *l. fideicommissa, §. si quis decem, de leg. 3. cap. cùm in multis, de rescript. in 6.* munit suam opinionem ipse *Bart.* ex assumpto facto priùs sub *num. 1.* de insula, quam illius provinciæ esse, dicit, à qua modicò satis distat, *l. ratione, §. 1. de verbor. signif.* modicum autem spatium putat centum milliaria, quia tunc locus vicinus dicitur, *l. dies cautionis, 4. §. si tam vicinum, ff. de damn. infect.* & è contra non dicitur remotus, quando est intra duas dietas, *cap. non nulli, de rescript.* & licèt vicinitas, vel distantia non operentur, quod locus vnius magis sit; quam alterius, *Hier. de Mont. d. tit. de finib. reg. qu. 83. num. 1.* in dubio tamen illius esse præsumitur, cui est propinquior; ideoque cùm de jurisdictionibus, vel finibus lis est, intelliguntur esse de jurisdictione, & confinio adiacentium, per *Bald.* & *DD. ibi relatos*, quia vicinitas, & aptitudo dominii sunt valida argumenta, *Bald. in cap. causam, col. 3. vers. item dicit Innoc. de probat.* spatium autem centum milliarium esse navigantibus minus duabus dietis, ait *Bart.* tam *in tract. de insul.* quam *Tiberial.* relatus à *Falin. in cap. cum olim de rescript.* quem una cum *Paul. de Castr. & Capoll.* laudat *Hieronym. de Mont. in d. q. 7. num. 13.*

At si accurate rimemur effatum *Ang. in d. l. insula*, non discedit quidem à *Bart.* placito. Siquidem ibi *Angel.* non dicit, mare, quantumlibet à terra distet, subesse jurisdictioni propinquioris; sic .n. esset concedere dominium in toto mari, quod nec præscriptione, nec usu, nec jurisdictione acquiri posse, ait *Capol. mem. num.* 5. licet id sibi arrogent Veneti in toto Adriatico sinu, quod & mare Superum dicitur, *Capoll. num. 7. Bald. de præscript. 1. p. qu. princip. num. 6. & seq. Bertach. in tract. de gabell. in 1. p. num. 19. Angel. consil.* 290. ad quos se remittit in huiusmodi quæstione *Benustracc. de navig. num. 8.* contendentes, posse prohibere, ne quis in eo navigare audeat ipsis invitis, *Nic. Fest. de æstim. & coll. cap. 7. num.* 26. vectigaliaque ibi imponere: & merces, contra ipsorum statuta conductas, confiscare, *Capell. citat. cap. 26.* sicuti etiam præscripsisse mare Ligusticum, iactant se se Januenses, ut ait *Martin. Laud. de princip. q.* 123. Thyrrenum æquor Pisani, ac Tusci; quod *Berard Beniv. de censib. art. 16. num.* 40. ingemit: mare, quod liberum esse voluit natura, & commune, servum fieri, & proprium ab inexpleta humanum cupiditate, qua de re *Tasch lit. P. conclus. 419. Reg. Tap. cit. loc. Crespi obser. 15. Valenz. cons.* 100.

Sed solùm ait *Angel.* quod *etiam si illa maris particula esset valde remota, si tamen nulli alii loco terrestri esset propinquior, ubi exercetur imperium, Pisis puniri debet*; per quæ verba non omnem distantiam intellexit, sed eam tantùm, quæ esset distans ab aliis locis terrestribus, quamvis alii loci terrestres distarent. Secus esset dicere contra ipsiusmet Theoricam *in l. sane de iniur.* ubi sub *num. 5.* intrepide sustinet, maris iurisdictionem esse illius loci, cui magis ipsum mare cohæret; quod non esset, si infinitum in mari jurisdictio protraheretur: Et illa verba, quæ reperiuntur posita *in d. l. insula*, nempe, *etiam si illa particula esset valde remota*, ideo apposuit *Angel.* quia cum in principio dixisset de casu, in quo consuluit *Bart.* de delicto patrato in mari, propinquo portui Pisano, eiusque Civitati; quod illa particula maris, quoad illius criminis coercitionem, ipsi pisanum Civitati subesset, ne aliqui putarent, id solum contingere, quando delictum prope portum committeretur; subjecit, idem esse, *si illa particula esset valde remota*. Et ne intelligeretur illa remotio in infinitum subtexuit: *si tamen nulli alii loca terrestri esset propinquior*; nam si alius esset cognitiu.

Vel dicamus *Angel.* sub illis verbis: nempe *etiam si illa particula esset valde remota*, intellexisse de remotione, quæ centum milliaria non excedit; nam procul ab urbe expulsus dicitur ille, qui centum milliaria abest, *l. quicunque, C. de epis. cler.* ib: *procul ab ea civitate, quam conturbavit, centum millibus*, licet *Capoll. in d. cap. 24. num. 14.* hoc textu utatur ad probandum, quod usque ad centesimum lapidem dicitur propinquus, & sicut locus vicinus quis sit, defertur arbitrio Judicis, ut dixit *Bart. in d. l. 4. §. si tam vicinus, de damn. infect.* in qua non dicitur, quod locus vicinus sit intra centesimũ milliariũ, sed ibi Gl. hoc dicit *ex tex. aperta in l. 1. vers. in initio, ff. de off. præf. urb.* & quod arbitrio iudicis relinquatur, esse *Glos. in cap. felicis, in verbo, vicin de pœn. in 6.* dicit *Alex. in d. §. si tam vicinus, Innoc. Cyn. & Bald. in locis ibi citatis*; ita etiam legentes arbitrari deberent, non potuisse *Angelum* intelligere de

omot

omni diſtantia;ſed de ea,quæ juri cõlona eſset.

Alterum, quod nec reticendum puto, adductum à *Reg.Conſtan. cit.loc. num.*21. eſt, quando re-
63 vocat ad examen dictum *Luc.de Penn. in ead. l.un.de claſſ.& Affl. in tit. quaſt. ſint regal. in* verbo *Armandia*, *in fin.* dicentium, ita demum Principi vicinoris Terræ eſse in delinquentem in mari permiſsam punitionem, ſi ipſos deprehenderet, caperetque; alias ipſi remiſſionem ab eo, qui eum ceperit, petenti, eſse denegandam. Hæc, ait *Reg. Conſtan.* ſibi non arridere, quamobrem, in iudicando ab hac opinione ſecederet; quia, cum tantam iuriſdictionem in mari Princeps habeat, quantam in Terra; ſicuti in terra remiſſio non denegaretur, ita nec in mari.

In eam autem, *Affl.& Luc. de Penn.* in indicatis *locis* ivere ſententiam, in quam iturus ſuiſset ipſemet *Reg. Conſtan.* Nam *Affl.* poſt quam dixit, Admiratum in Regno juriſdictionem habere in nautas, *per cap Regn. de offi. cur. Admir:*de quo *Frecc.lib.1.tit.de offic.M.Admir. de Pont.de poteſt prorog.tit.10.de port.R.Tap. lib.2. Iuriſ.Reg.eod.tit.de offic.M.A. pag.*383. *idem R. Conſtan.in ſupra cit.loc.à num.*54.*Taſſon.de Anteſ.verſ.*3.*obſerv.*3.*Reg.Sanfel.deciſ. ultima lib.*3. *Ego in rit.*1. *num.*28, *lib.*1. atque ideo poſſe cognoſcere de delictis in mari admiſſis per perſonas ſibi ſubjectas, cùm admirati cognitio ſit in certum genus perſonarum, *Franch. deciſ.*142.*& deciſ.*722.*Reg.Tap.*ubi *ſupra num.* 2. *R. Conſtan.num.*72.*Taſſon. mem.loc.* hæc ſubnectit *Affl.* verba: *& hoc verum, ſi ille delinquens in mari contiguo Regni inveniatur in Regno, alias autem, ſi alibi reperiatur, non habet locum remiſſio.* Hinc videtur, *Affl.* poſuiſſe caſum de eo, qui, cùm in mari adjacenti Regno deliquiſſet, ad aliud regnum exceſſit; non de eo, qui in aliam regni partem confugiſſet: nam ſi in regno fuiſſet captus, ait ipſe, quod daretur remiſſio. At cùm de generali conſuetudine denegetur remiſſio, quando delinquens ad aliud regnum ſe recipit, dicendum eſt, *Affl.*opinionem non eſſe reiiciendam; ſicuti nec *Luc. de Penn.* idem in eodem caſu ſentientis. Nam ibi *Luc.* cum dixiſſet, Regem animadvertere in delinquentes in mari Regni finibus adiacente, ex *Io:Andr.in mem.§.porro*, hæc ſubdit: *quod videtur verum, ſi ibi vel aliter in poteſtate Regis inveniatur: nam aliàs non videretur ad ejus imperium delinquentes hujuſmodi remittendos;* ex quibus verbis, dicamus, oportet, eum non intellexiſſe de delinquente, qui ad alias Regni partes evaſiſſet: nam intra Regnum captus, ſatis in poteſtate Regis eſſe dicitur; ſed de eo, qui cum ad alia Regna erupiſſet, non dicitur, eſſe in Regis poteſtate; quamobrem iure optimo remiſſionem ambo in iſto caſu denegarũt.

Proxima ſanè ſupradictis quæſtio eſt, an relega-
64 tus ab aliquo loco; vel guidatus, dummodo ad talem locum non accederet, ſi in Eccleſia intra illum locum exiſtente conſiſteret, decreto paruiſſe, vel fines exilii fregiſse, vel guidatici conditionem non ſervaſſe, dicendus eſſet?

Reſponſionem, reor, patere ex exaratis: Nam ſicuti exul nequit accedere ad mare adjacens loco, à quo dimiſsus fuit: quia mare de ejus territorio cenſetur: ita neque ad Eccleſiam;
65 quoniam, & Eccleſia de illius territorio dicitur, in quo ſita eſt, *§.ſed neque verſ. publicarum quoque, Auth de mandat. princip. l. ſi quis in hoc genus C.de epiſc.& clericis*imo, & pars Civitatis, *c.quamvis,el.*1. *de præben. in* 6. necnon *c.ſi civitas, de ſent.excomm.* quæ citat ad hanc materiam *Salyc in auth.item nulla,C.de Epiſc.& Cler. num.*4. ſubdens, effatum aliorum. quod teſtamentum in Eccleſia factum iuxta ſolemnitates iuris communis, non autem municipalis, erat validum, omnino reputari falſum, cui dicto *Salyc.*adſunt oppoſitum ſentientes. penes *Roland.*qui contrarium ſuſtinuit, *conſ.*38 *à nu.* 28. *lib* 3. adverſus *Frider.de ſen.in conſ.*8. nemo tamen inficias ibit, Eccleſiam eſſe de territorio loci, in quo ſita eſt: conferunt adducta à *Decian.de delict.lib.*6 *cap.*26. *num.* 8. vbi in quæſtione, an bannitus per Iudicem ſecularem à toto ſuo territorio, ſi ad ſacram ædem, in illo territorio ſiſtentem, confugiat: poſſit inde extrahi, qui multa adducit, potiſſimum ex *Bald.* dicente, quod ſtante ſtatuto, quod bannitus impune poſſit occidi. ſi fuerit in Eccleſia occiſus; occidens minimè plecteretur de homicidio, ſed de violatione Eccleſiæ; etenim ſatis eſt, quod in territorio bannientis fuerit occiſus; de qua quæſtione videndus eſt *Farinac.de immun. eccleſ.à num.*37.*& in quæſt.*28. *num.*47. *ac in tit.de var.& extraord crim. qu.*103. *num.*323. Fruſtatorium igitur inane, ac eluſorium eſſet Prætoris imperium: ſi in eccleſia, intra Civitatem ſiſtente, exilium poſſet peragi, evaneſceret etiam exilii pœna: quod iura abhorrent *in l.final.ff.ne quid in loc.publ.l.ſi prætor, in princ. ff.de jud.*confertque ratio adducta a *Roland.cit. conſ.*38.*à num.*31.*verſ.quia reſpondetur*, vt obſervant *Paſchal.de patr. poteſt. par* 2. *cap.*8. *ſub num.*124.latiùſque *par.*4.*cap* 3.*ex num.*25. *Capibl.de baron tom.*1.*cap.*34 *ex num.*3 ad rem videndus *Reg.de Marin.lib.*1.*quotid.reſol.cap.*2. *& cap.*116 *num.*8.

Hinc, cùm ſoleant Actuarii Tribunalium huiuſce Civitatis renuere ſine licentia Regiorum
66 Officialium, ad quos ſpectat, recipere ſcripturas mandatorum, ſeu procurationum, necnon & alias ſcripturas, quæ ex Civitate Beneventi huc tranſmittuntur, quippe quæ cenſeantur ſcripturæ ab extra Regnum tranſmiſſæ; ſemper putavi, non eſse opus hujuſmodi licentia: cùm Beneventana Civitas ſit, quamvis exempta à Regia iuriſdictione, *Foller.in prag.*1. *de exulib.* ſubjecta Sacræ Romanæ Eccleſiæ, Caroli Magni privilegio, vt obſervat *Frecc. de ſubfeud. lib.*1.*qu.*15.necnon *Reg.Tap.lib.*1.*iur. Regn. tit, de novo,C.compon.* eſt tamen intra Regnum, & aliud eſt non eſſe de juriſdictione, aliud non eſſe de territorio. Quamobrem ſi qui DD.perperam dixerint, Eccleſiam non eſſe de territorio, effari voluerunt, non eſse de juriſdictione. Et ſic intelligendum eſt *Bald.*effatum *in l.ſi quis in hoc genus,C.de Epiſc.& Cler.* dicens, Eccleſiam non eſſe de diſtrictu Iudicis, hoc eſt de juriſdictione Iudicis: teſte *Peguer.in deciſ.Cath.*260. *num.*2. notabilia de hujuſmodi re exempla tradente.

RITVS

compoſit. commentantes præſertim *Tartagl. ad pragm. fin. cap.* 1. *num.*9. diſcrimen nectens de jure communi, capitulorum, & pragmaticarum, & inter officiales Regios, ac Baronales, *Capiblanc.de Baronib.prag.*6.*à num.*12.*par.*1. & *tom.*1.*cap.*27.*Foller.huius ritus* memor *in prax. crim.rubr.aud.except ſub num.*32 *in fin.Grammat.conſ.crim.*51.*num.*11.*Fab.Montell.in prax. arbitr.quaſt.*3.*par.*5. *num.*75. *ac Ghirland. cit. loc.quaſt.*4.*num.*3 cautelam tradens inquiſitorum Advocatis, ut tuta reddatur compoſitio, & nos ipſi multa adnotavimus ad hunc *ritum* maximè attingentia in *ritu* antecedenti.

Dum *Rit.* meminit de crimine publico, & privato, advertimus, publicum illud eſſe, in quo
2 Iudex procedere poteſt ex officio, & dicitur publicum crimen, quia ad illud accuſandum admittitur quivis de populo, *Bologn.in annot. ad Anan.conſ.*12.*num.*12.*Ioan.Coppen obſervat. practic.lib* 2 *obſerv.*118. *Bockel.in* integro *tract. de public.judic.Anton.Gomez var reſolut. tract.* 3.*cap.*1.*del.Bor. num* 4. qui non ſecus, ac *Jul. Clar.in* §.1.*ſub num.*1. exempl ficant, & nominant publica iſthæc delicta, necnon *Tuſcus can. cluſ.*1076.*lit.C.*ſed *Emmanuel Suarez.in annot.* 1.*ad citatum Gomeſii caput*, arbitratur, io ſoveam eos incidiſſe, qui exiſtimarunt, publicum eſſe illud, cuius accuſatio cuilibet conceditur, niſi etiam expreſſim lege aliqua publicorum iudiciorum contineatur, ex *l.* 1. *de publ. jud.*evidentiuſque,*l.*3.*in fine. ff.de pravaric.* idque *Bart.*docet *in mem.d.l.* *num.*7. & *Bald. in rubr.C.qui accuſ. non poſſ. num.* 7 ac eſſe praxi receptum,teſtatur *Aff.iCt in rub.*6.*num.*22.*lib.*1. *Conſt Regni.* Privatum verò eſt illud, quod adverſus privatam perſonam committitur, niſi aliquo in caſu ſpecifice reperiretur deciſum,publicum eſſe, *Anton.Gom.ubi ſupra.& num.* 9. maiori explicatione utens, illud eſſe, ait cujus accuſatio, & proſecutio non niſi parti læſæ reguleriter permittitur, ſequitur *Clarus, eodem* §.1 *num.*5.& vterque exempla complura recenſet, quod procedere autumemus, etiam ſi pœna pecuniaria impoſita eſſet in gratiam Fiſci, & eius utilitatem ex aliquorum ſententia, quos laudat idem *Clar qu.* 17.*ſub num.*2.cuius ſcripta percurrere ne omittas. In Regno verò quoad accuſationem, nullam admitti diſtentiam inter publicum, & privatum delictum, ſcripſimus in *rit.*292.non quidem ut liceat cuique accuſare in privatis, nonniſi qui ſuam, vel ſuorum admittitur per verba illius *rit.uſita in publicis*, quod *Marant.*apertè docet *in ſua praxi; par.*6. *rubr.& perveniitur aliquando per viam inquiſitionis, num.*59. ſequiturque *Clar. cit.* §. 1.*ſub num.*6.

Ad rem nota,quod conſultus reſpondi licere Iudi-
3 ci inquirere ex officio de injuria in ſcholarem collata, ſpecialeque hoc eſſe, vt de privato crimine ille ſine accuſatore inquirat, ex *Bald. in auth. habita,colum.*6. *C.ne filius pro patre,* addente,hoc duntaxat ad Rectorem Civitatis, vel Provinciæ, non ad Epiſcopum, vel Doctorem legentem ſpectare. & obſervet *Marant in ſpec. aur.in* 6.&*ult.par.princ.in* 4.*quaſt princ.n.*131. quem ſequitur *Afflict.in tract. de execution.* §.3 *cap.*276.qu nam verò ſint iudices ſcholarium? inquirunt *Barboſ.in l.* 1. *ex num.* 140. *de judic, Doml.in auth.habita.num.*20. *C. ne fil. pro patr. Oſſuald.*17.*commen.cap.*20.*lit.K.Petr. Greg. lib.* 18.*cap.*2.*Benedict.Pereyr.de Academ.lib.*7.*diſp.*2. *quaſt.*4. *num.*954. & 955. & tetigi in *rit.* 265. *num.*80 *hoc* 3.*lib.*

Tandem aliquando, benigne lector, tertio huic
4 volumini cum Commentariis in duodec m M. C.V. Ritus extremam, nè longum faciam,admoveo manum Nonis Auguſti anni 1680. auſpicatiſſimo ſanè; & ſupra quàm cuique credibile ſit,exoptatiſſimo mihi dic, quid enim plenius, quid vberiùs, quid magis ominatum, quàm de jure, & æquitate, de legibus, ac fori Ritibus, diſcrentem non à fuco,non à fallacia, non à colore, non à verbis turpiter perſonatis; ſed à ſimplicitate, ſed ab innocentia, ſed à candore, ſed à Nivibus ipſis, iiſque cæleſtibus, & ex oſſe divinis finem ſumere? Quid mihi nun ſuccedat ſub manus,quid non ex voto, quid non ex meo ſententia, at que adeò è re,& divina, & literaria, & publica, dum SS.Dei Genetrici dicto die lucubrationes, lucem auſpicantur meæ? Ei,inquam,Genitrici, cui à Nivibus nuncupatæ, & Maiores ſemper mei ab immemorabili add ct ,& me equidem, meaque omnia, perpetuis eius, iiſque maximis in me, ac domum meam beneficiis, in clientelam, ac fidem. commendavi illud ſem, per ab ea votis omnibus flagitans, ut mihi valeat quidqu d apud Filium, vel authoritate vel gratia valet.

Illud porrò ſecundum hanc laborum meorum nuocupationem ſanctè profiteor, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ obedientiſſimum me haberi filium velle; & ſiquid in meis libris peccatum eſt, ſiquod fortè fortuna mendum irrepſit, ejuſdem me correctioni, & authoritati volentem, prudentemque ſubmittere, ac ne latum quidem unguem, aut digitum tranſverſum ab eius placitis, ſenſiſque recedere.

Illud præterea te oro quæſoque, Amice lector, ut quod hoc muneris eſt, & officii erga te mei æqui, bonique facias; licet nihil elegans, nihil eximium, nih l magnifice ſumptuoſum invenies. Curta namque, fateor, conceſſa, ac data mihi, vel ingenii, vel otii ſupellex: ſed quantum à domeſticis, à publicis, à forenſibus negotiis conquevi, id publicæ utilitati, id poſterorum memoriæ concedendum putavi. Et quoniam non opus perfectum ingenio elaboratum induſtria novum in annum præmere potui, donec diuturnitas induceret colorem; ſed quæ ex tempore ſcripſeram typis mandare coactus ſum; multa extra breviarium operis in opere extra ordinem reperies; ea nimirum quæ impreſſis jā,vulgatiſq;aliquot foliis,de integro ſupervenere.Neq; tamen eſt,cur ob id grave ſit ſiquidem locupletiſſimus Index curam tibi omnem imminuet; quod ſi & Indicem libri in fine, ac ſinopſim compendiariam eorum, quæ in Ritibus inſeruntur, in eorum exordio in longum duxiſſem, hoc quidem volumen ipſum multis partibus ſuperarent. Nec ſapientiſſimum a me animum tuum ſtyli diverſitas ab alie-

alienet, si nunc alta petit, nunc de industria serp t humi; id enim materiæ diversitati jure, ac merito datum est, cùm varium varia deceant & magno quidem in hoc me tueor vindice *Lucio Seneca*, de quo memini *in præfatione ad lectorem lib. 1. comment. ad Rit.*) qui *epistol. 66. cæterum*, inquit, *magna habebunt discrimina, variante materia, quæ modo latior est, modò angustior, modo illustris, modò ignobilis, modò ad multos pertinens, modò ad paucos; in omnibus tamen istis id, quod optimum est, par est.* Rem sæpè dilatavi, vel quòd materia se se uberiùs effundere, vel quod maximè ad rem facere, & ex usu esse forensi, & publico arbitrarer. Degustabis igitur, Amice Lector, labores hosce meos, in quos quotquot Typographi irrepserint errores, quos omnes effugere, & evitare, vel diligentissimo cuique difficillimum semper fuit, & anceps, sic cognosces, ut ignoscas, & si tibi lucubrationes meas probari videro, quartum brevi volumen aspicies; quod equis passibus de nostri etiam Sacri Consilii decisionibus aliud insequetur, Ama nos, & Vale.

F I N I S.



INDEX



INDEX
SEU
SYNOPSIS ALPHABETICA
RERUM, AC VERBORUM OMNIUM,
Quæ in hoc Tertio libro Commentariorum ad Ritus M. C. V. interferuntur.

Notula prior Ritum, posterior numerum, postrema paginam indicat.



Abscissio.

AN Membri abscissio ultimo supplicio comparetur? Rit. 272. num. 8. vers. prout de membri f. 136. In quo differat à mutilatione? An dicatur pœna capitalis? In dubio de quo membro intelligatur? ibidem.

Absens.

Contra absentem ius dicere, vel Barbaris ipsis barbarum est. Rit. 266 n. 1. f. 71.

Absens nequit capitali iudicio damnari, eod. num. 1. f. 71.

Absens citatus, vel civiliter, vel criminaliter, potest excusari per conjunctam personam. Rit. 266. in corp. etiam de iure communi Rit. 266. n. 3. vers. dispositioni f. 71.

Qui admittantur ad excusandum absentem? nu. 4. f. 71.

Absentia

Excusatio absentiæ neque tolli potest à Principe Rit. 265. num. 3. vers. dispositioni, f 71.

Statuendus terminus excusatori alleganti absentiam, ut rem reo deferat, rit. 266. n. 5 f. 71.

Qui si denegetur, sit locus recursui ad Superiores, num. 6 f. 71. & 72. Et ita servatum in M. C. V. ibid. vers. atqui

N. si subdolè proposita præsumetur, qualis in dubio non præsumatur, num. 11 fol. 73.

Vel recens fuerit visus reus, num. 14. f. 73. aut personaliter citatus, num. 15. f. 73. vel sit contumax n. 16 fol. 73.

Absentiæ exceptio, quando, & quomodo debeat proponi? n 7. fol. 72

Quid si allegetur ante ultimam contumaciam? nu. 8 fol. 72.

In liquidatione instrumenti quilibet admittitur ad opponendam citati absentiam, nu. 9 fol. 72.

Absentia denegata in prima citatione, ex eo quia recens fuerit visus reus, an denegari itidem possit in secunda post aliquod tempus? Rit. 266. nu. 13. fol. 73.

Quid si index, vel fiscus dederint causam fugæ? nu. 14 fol. 73.

Absentia debet prodesse, non fuga, nu. 15 fol. 73.

Non quæcumque absentia excusat, sed probandum est impedimentum, locus & causa absentialiter sufficiat summariè, nu. 17 fol. 74.

Quæ si non producerentur, adhuc ob illam absentiã in genere præfigi posset ex æquitate terminus at brevis, nu. 18. fol. 74.

Absentia, an præsentia præsumatur in dubio? num, 20 fol. 74.

Absentiam alterius allegati defertur iuramentum, quod non animo dilatandi id agit. Rit. 268. in corp. & nu. 1. fol. 94.

Calumniæ ne potius iuramentum vocetur id, an malitiæ? ibidem. An autem hodiè sit in vsu? nu 3. Et Const. Regn. incip partes in iudicio, de interrog. litig. à iudic. perpenditur. eod. Rit. nu. 4 fol. 95.

Absentia causa non allegandæ tantum, sed probanda est iusta, Rit. 268. num. 5. fol. 95. Quando dicatur iusta? remissiuè, nu 6. fol. eod.

Accidens.

Accidentium, quæ superueniunt, non habetur ratio, si tempore contractus seruata fuerit iustitia, & æqualitas, Rit. 273. num. 182. vers. accedit, fol. 279.

Accusator.

Accusator si in termino præfixo non compareat, quã pœnam subit? Rit. 271. num 1 fol. 169.

Tenetur declarare annum, & mensem. An & horam & diem? d. Rit 271. nu. 3 fol. 169. Quid in Regno? ibidem.

Accusatore non probante, reus liberatur, licèt nihil probasset, rit. 271. nu. 6. fol. 170.

Anne ab obseruatione iudicij tantùm cum clausula ex hactenus deductis? remissiuè, d. num. 6. fol. 170 Etiam si suscepisset probandam suam innocentiam, d nu. 6 fol. 170. Dummodò accusatori competens fuerit impartitus terminus, ac probandum, ibidem.

Actori intentanti iudicium ciuile, an liceat agere criminaliter? Rit. 271. nu. 7 fol 170.

Accusator an teneatur pœna talionis? Rit. 272. nu. 5 fol. 179.

An tutor possit esse accusator pro pupillo? Rit. 272. n. 49 fol. 197. & eo negligente, an defuncti uxor? nu. 50 fol. 197.

Accusatus.

Mores Parentum eius, qui accusatur, debent inspici, indè enim apparebunt mores accusati. Rit. 274. nu. 58. vers. quamobrem, fol. 299.

Acta.

Facta coram iudice in suspicionem adducto, sunt annullanda appellationis remedio: coram declarato iam suspecto sunt nulla. Rit. 265. num. 46. fol. 22.

Nec possunt consensu partium validari, ibid.

An acta iudicis possint testibus probari? Rit. 271. nu. 10. vers. tertius, & vltimus, fol. 171.

Actor.

Quis sit? Rit. 271. num. 5. fol. 170. Diffamatus, an diffamans in iudicio l. diffamari? ibidem. Tenetur suam probare intentionem: & non probante, reus absoluitur, ibidem, Simpliciter ne, an ab obseruatione iudicij? ibidem.

An actor priùs debeat probare, quam reus? ibidem, remissiuè.

Non debet iudicari ad imparia cum reo Rit. 265. n. 36. vers. coercetur fol. 19.

Quilibet creditor, cum de patrimonio decocto agitur est actor; & debitor communis est reus, d rit. 265. nu. 62 vers. itaq; fol. 27.

Si considerentur dumtaxat creditores inter se actor est creditor, qui sibi priùs satisfieri petit, reus est ipsi, se opponens, ibidem.

Actor nequit agere, nisi priùs adimpleat ex parte sua, & adimplevisse constet. Rit. 271. n. 8. fol. 170. Debet tamen opponi exceptio non adimplementi, ut acta corruant, neque ad eam proponendum requiritur absolutio à iuramento, d. num. 8. fol. 170.

Vide nonnulla in verb. Reus, litigatores.

Actuarij.

Dicuntur etiam officiales, Rit. 270. nu. 60. fol. 159. In quo loco debeant seruare scripturas, & processus? Rit. 271. nu 9. fol. 170. & num. 10. vers. quæ quidem, fol. 171.

Nequeunt, finito officio, deponere de ijs, quæ gesserunt in officio: d. nu. 10. vers. quæ quidem fol. 171.

An possint scribere per alios? d. nu. 10. vers secundò indago, fol. 171.

An requiratur, quod actuarij sint & tabelliones, vt fides habeatur eorum subscriptionibus? ibid.

An possint eligere scribas pro libito, & an teneantur de eorum culpis? ibidem.

Sint ne domini processuum, quos scripserint, an teneantur illos deponere, vbi exercuerunt munus, vel possint secum ferre, quò pergant? Rit. 271. nu. 11. fol. 174.

Quid intersit inter Actuarios, & Notarios contractuum? d. nu. 11. vers contrariam, fol. 175. Discrimen Extracta inter Actuarios, & Notarios ibidem.

Actuarij tenentur de custodia processuum d. nu. 11. vers. tertius est fol. 175. Nec tenentur partibus processus originales tradere, Rit. 271. nu. 12. fol. 175. sed penès se seruare in Curia, non domi, d. num. 12. vers iterum argui, fol. 176.

An possit iudex ab Actuarijs processus auferre, & secum habere? Rit. 271. nu. 12. fol. 176.

Si unus est actuarius uniuersalis causarum, si quæ ex illis deinde delegentur, ipse idem est actuarius in illis delegatis, Rit. 271. num. 13. vers. extenditur fol. 176.

Actuarius, qui incæpit, debet prosequi usque ad finem, Rit. 271. num. 13. f. 176. Etiam si ab initio fuissent duo electi, d. num. 13. vers Extenditur, f. 176. Renuat licèt iudex, ibidem, Dummodò non adsit æqua ratio removendi, d. num. 13. vers. Verum hæc, f 76. Quid si incæpisset scriba? ibid.

Quid fiat, si Actuarius, vel absit, vel sit suspectus? Rit. 27 num 13. vers. Verùm hæc, f. 176. Quid seruetur Neapoli? ibidem.

Actus.

Actus tunc dicitur factus contra legem, quando prohibitiuè lex loquitur abrogando. Rit. 271. nu. 10. vers. Excitatam, f. 171.

Quando actus ponitur à lege de ordine, & est grauis præiudicii, de forma, & substantia, d. num. 10. vers. Et quod dicatur. f. 172.

Actus qui requiritur prius, vel posteriùs, designat ordinem, ibid.

Si quid requiritur post actum absolutum, est de solemnitate effectuali, cuius omissio vitiat, ibid.

Ea, quæ requiruntur in actu, si habeant finem certum, & determinatum, censentur potius ad instruendum, quam ad formam dati actum? ibidem.

Adjuncti.

Dantur ad dirimendam suffragiorum paritatem in S.C., Regia Juncta, ac in M.C. non ita in R.C., in qua sententia, paribus votis, fertur pro reo, etiam

etiam si fiscus sit reus, & quare? Rit. 265. num. 56. f. 25.

M. Admiratus.

Quam, & in quos jurisdictionem exerceat? Rit. 270. num. 53 f. 154.

Advocati.

Hujus Civitatis suapte natura calumniis abstineant, Rit. 265. post num. 6 f 7.

Advocati revelantes secreta clientum, falsi pœna mulctantur, num. 178 vers. Nonnulla, f. 68.

Coguntur patrocinium præstare, Rit. 269. num. 32 f 99.

Quid boni pariant in terrarum orbe? Rit. 272. num. 62. vers. Ro iterum f. 208.

An obstringantur defendere justum simpliciter, vel justum secundum quid? Rit. 265. num. 164 fol. 55.

Advocatus, qui patrocinium suscipiat contra judicem, vel ei sanguine conjunctos, an juste illum recuset in causis propriis? Rit. 269. num 9. fol. 101. Quid super S. C. in hac facti serie decreverit? eod Rit num. 10 fol. 101.

Contra advocatum semper aliquid odii concipit Minister litigans, d. num. 10. vers. Re autem, fol. 102.

Excusatur Advocatus, qui in abstrusioribus juris apicibus in errorem labitur: & si non excusetur in causa facili, in qua tamen licet esse diserto, Rit. 267. num 83. f. 93.

Advocatus antiquitus utebatur toga, unde togatus dicebatur, Rit. 273 num 35 f 243. Fuit sublatum hoc per pragm. ibidem.

Advocatus solet cum Officialibus, & Consistorium Principum ingredi ur. Rit. 273. num 35. f. 243.

Stant boliè Advocati, & detecto capite quando causam agunt Neapolitanis supremis Tribunalibus Collegiatis, ibidem.

Quæ hic desunt, vide in verb Jurisconsulti.

Æqualitas.

Servanda est in singulis actibus, Rit. 273. num. 182. vers. Et sane f. 280.

Æquiparata.

An æquiparatorum eadem sit disciplina etiam in pœnalibus, Rit. 270. num. 79 f. 163. Uno æquiparatorum sublato, & aliud sublatum videtur, ibidem.

Æquitas.

Improbanda æquitas, quæ est contra legem scriptum, Rit. 274. num 61. vers. Nec replicetur, f. 301. & num. 65 fol. 303.

Ætas.

Ætas commendat medicos, Rit. 267. num. 53 f. 87. An officia sint conferenda ætate provectis potius, quam junioribus, eod Rit. num. 54 f 88. & Rit. eod. num. 57. vers Quia Canities fol. 88 Non canities commendatur annorum, sed morum. ibid.

Affectus.

Non punitur affectus si non sequatur effectus, quomodo intelligatur, Rit. 274. nu. 117. cum sequent. f 322.

Alchimia.

Qua pœna puniantur exercentes Alchimiam, Rit. 274 num. 168 f. 346.

Alchimia quid sit, Quid agere intendant Alchimistæ, num. 169 f. eod.

An sit vanus labor, num. 170. f. eod.

An sit ars improbata in jure, num. 171. Qua pœna puniantur gemmarum falsatores vendentes pro veris. Rit. 274. num. 172. f. 347.

Alienatio.

An comprehendat in lata significatione non dum distractiones cum translatione dominii, sed etiam quæ fiunt hypothecando, Rit. 271. num 75. f 226.

Per alienationem cum translatione dominii factam per hæredem gravatum super bonis fideicommissi censetur ab facta electio pro legitima, Rit 272. num. 74 f. 245

Alimenta.

Alimenta negare necare est, rit. 266. num. 49. fol 77.

Æquis passibus procedunt alimenta, & dos, rit. 272. num 60. vers. Sicuti ea in f. 206.

Aloysius.

Dom. Consil. D. Aloysius Sixtus laudatur, rit. 265. num 24. f. 14.

Alphonsus I. Rex Neap.

Fuit summa clementia prædictus, rit. 265. num. 1. f 10.

Ejusdem Regis responsum vere regium in carpentes suam clementiam, ibid.

Inter excelsas eius virtutes hic quam maxime recensi, quod ægrotos cives visitaverit, si fuerit, rit. 267. num. 1. f. 79.

Amicitia, Amicus.

Amicitia vinculum est prævalidum, nec inferius viribus sanguinis, rit. 265. num. 137 f. 46.

Amicus judex an sit suspectus, vide verb. Suspectus.

Amicus domestico exæquatur, d n. 137. f. 47.

Amicitia inficit mentem avertit: num. 138 f eod

Amicus pro amico ultra mortem quandoque oppetit, num 139 vers. Ut unicum f. 48.

Amicus est alter ego, ibid.

Amicum animæ suæ dimidium S. Augustinus appellitavit. d. num. 139. vers. insuper. f. 48

Amicitia ex Cic. & D. August. quid sit, num. 141. f. 49.

Amico quid non denegandum ibid.

Amicus deserendus est, si turpia roget, ibid.

Quam amicitia progignat suspicionem, num 143. f. 49.

Amicus an instar coniuncti admittatur absque mandato ad comparendum pro amico, rit. 266. num. 45 f 76. An ad accusandum pro amico, eod. rit. 200 num 46 f eod.

Necessitudo animæ operatur idem, ac sanguinis conjunctio ibid. Præfertur quandoque sanguini, ibid.

Amicus venit appellatione familiæ, ibidem An valeat pro amico petere absque mandato sequestri revocationem, ibid num 47 f 77 Non tenetur alere amicum ex justitia, rit. eod. num. 48. f. eod. Licet suadeat id omnibus Charitas & amicitia sancta, si sit arctissima, ibidem num 49.

Non tenetur litem habens cum altero amico compromittere, vigore pragm. 1. de arbitr. eod. rit. 265. num. 48. f 77.

Amicitia est animorum unio, ibid. Disperditur si alter cum altero ad litem usque devenat. ibid.

Inter amicos fortunarum, & opum æqualitatem expetiit Aristoteles. Rit. 256. num 45. f. 77.

Amicorum ille triumphat, & victor est, qui ultimum

beneficiis superavit, rit.266. num. 49. propè fin. f.77.

Amicus usque ad aram, eod. rit. num.51. f.77.

Amicitia vinculum sine virtute non est perpetuum ibidem.

Amor.

Est quædam unionis cupiditas, rit.265. num.139. vers. Huc referam, f.48.

Amor familiaritas, & odium non cadit in locis collectivis, putà Collegiis, &c. num.163. f.60.

Amor non oritur repentè. Rit.274. num.111. f.321.

Anacharsis.

Anacharsis leges aranearum telis comparabat, cur? Rit.265. num.65. f.28.

Andreas.

Num Isernia, quem dicunt sub Regina Ioanna à quodam Galla interfectum, fuerit Isernia, inclytus ille feudista? Rit.273. num.29. f.237.

Anglia.

Anglia imbuta à Principe Apostolorum. Ortodoxa fide. Rit.270. num. 11. vers. Hinc ex anni, fol. 139. A qua turpiter defecit, ibidem concedenda foret Catholico Principi eam occupanti, ibidem.

Animus.

Difficile est probare animum, & quomodò probetur? remissive. Rit.274. num.117. f.322.

Annus.

Cur fuerit statutus annus, & non minus, ut possit quis forjudicari? Rit.270. num. 11. f. 138. Quando incipit currere? Rit.269. num.30. vers. Quod probant, f. 138. & Rit. 270. num. 13. f. 141. Quot dierum sit? Rit.270. num.11. f.119. Continuus nè, an utilis? Rit.270. num.12. vers. Præterea, f. 140. Et quid sit continuus, vel utilis? ibidem? Quando sufficit annus continuus? ibidem.

Annus est tempus competens pro omni re. Rit.270. num.12. f. 138. Ex anni lapsu arguitur nimia seditio, ibid. vers. hinc ex anni, f.139.

Annus ad forjudicandum an possit prorogari, vel minui? dict. Rit.270. num.12. vers. Sed hoc anni f.140.

In quibus criminibus minuitur tempus ad forjudicandum? ibidem, & num.33. f.149.

Antinomia.

Antinomia inter Const. Regn. incip. partes in iudicio, de interrog. litig. à judic. & Glossbi, conciliatur, Rit.268. num.4. f.95.

Antinomia in l. fin. C. de reb. alien. non alienan. & l. alienatum 67. de verb. signific. dispungitur, Rit. 272. num.75. f.226.

Antonius.

Antonius Faber ingeniorum fœnix vocatur. Rit. 269. num. 9. f.101.

Dom. D. Antonius Florillo meritis laudibus effertur. Rit. 273. num. 166. vers. Ut autem, f. 273.

Dom. D. Antonii de Gaeta panduntur encomia, Rit. 265. num.19. in fin. & memoratur Rit.269. num. 35. f.124.

Dom. D. Antonius Joannes Marchio de Centelles extollitur laudibus, dict. Rit.265. num.24. f.14.

Apostata.

Quid sit, & quotuplex. Rit. 274. num. 6. f. 287. An possit esse testis? Rit.274. num. 146. f.136.

Appellans.

Videtur de iudice, à quo, conqueri tanquam injusto, & iniquo. Rit.265. num.183. vers. Quippè index, f.69.

Appellatio.

Licita est ab omni gravamine, Rit.265. num.29. f.16.

Potest quandocumque proponi, etiam elapsis decem diebus, quando gravamen habet tractum successivum, dict. rit.265. num.42. f.21.

A Capellano Maiori fit ad Proregem, num. 76. f. 32.

Datur à judice non deferente excusationi absentiæ pro conjuncto, Rit. 266. num.5. f.71.

Datur jure communi à decreto admittente, vel rejiciente judicis recusationem, non quidem iure Regni, Rit.265. num. 29. f.16.

Provocationis remedio sunt annullanda acta facta coram iudice in suspicionem adducto, Rit. 265. num.46. f.22.

An liceat iudici recusato appellare, & recursum petere, Rit.265. num.36. f.19.

An liceat tertio à decreto recusationis inter litigantes provocare, eodem rit. 265. num. 37. fol. 19.

Quid importent ea verba in appellatione apponi solita (appellat, & æque principaliter de nullitate dicit,) rit.269. num.20. vers. At redeundo, f.108.

In appellatione, etiam quod non sit dictum de nullitate, continetur tacitè; & potest judex utrumque cognoscere, rit.269. num.23. vers. Dominus de Anna, f.110.

Appellatio est remedium uberius nullitate, rit. 269. num.24. f.113.

Appellatio est eiusdem naturæ, cuius est causa principalis, ibidem.

Appellatione.

An appellatione coniunctorum veniant naturales, & spurii, remissivè, rit.272. num.19. f.187.

An appellatione suorum veniat maritus, dict. rit. 272. num. 20. f.188. & num.27. f.190.

Appellatione eorum, per quos conservantur familiæ, ex consuetudine Regni Neapolitani, ac totius Italiæ solum masculi intelliguntur, Rit. 273. num.123. vers. Quod magis fol.556.

Aquilani.

An æstivi calore & aeris intemperies sit Aquilanis iustum impedimentum non comparendi Neapoli, si citentur, & quid de aliis Aprutinis, rit.268. num.9. f.96.

Arbiter.

Arbiter, vel arbitrator, effectus deindè judex, an sit suspectus, Vid. suspectus.

Iudici ordinario æquiparantur. rit.265. num.155. in princ. f.56.

Ab arbitri laudo datur reductio ad boni viri arbitrium, rit.265. num.155. in princ. 91. f. eodem.

Arbitrium.

Arbitrium judicis quale debeat esse, rit.274. num. 158. f.341.

Archivium.

Archivium quod sit, & quotuplex, rit.271. num. 11. vers. Tertius est casus, f.175. A quibus, & quando inventum, ibidem, Cur? num.14. f. 176.

Quo

Quæ alio nomine nuncupetur, ibidem.
Scriptura inventa in Archivio est authentica, & plenam facit fidem, rit. 271. nu. 14 f. 176. Si quis sit in territorio, ubi est Archivium, d. num. 14. vers. Huic conclusioni, f. 177. Nam contra non subditos non militat, ibidem, Dummodò custos Archivii non sit persona suspecta in beneficium producentis, ibid. Debet tamen constare de tempore repositionis in Archivio, ibidem.
Notario asserenti, se esse deputatum ad custodiendum Archivium, creditur, & ejus subscriptio requiritur, ibidem.
Exemplatio ab Archivio facienda est parte citata, ibidem.
Quam fidem faciat scriptura informis in eo reperta, & alia ad hanc rem, remissivè d. num. 14. fol. 177.

Argumentum.

Valet ab appellatione ad recusationem Iudicis, Rit. 265. num. 42. f. 21.
A Clerico ad militem valet, rit. 269. num. 26. vers. Quin exponebatur fol. 115.
A jure vindictæ ad jus remittendi valet, Rit. 272. num. 28. f. 190.
Valet à feudo, vel emphyteusi ad fideicommissum, rit. 272. num. 69. vers. duplex. f. 112.
A Clerico ad feudatarium valet, rit. 773. num. 7. f. 223.
Valet à crimine læsæ Majestatis humanæ ad Divinam, non è contra, nisi iure exprimatur, rit. 274. num. 113. vers. Imò f. 321.

Arma.

Armorum delatio jure prohibetur communi, rit. 270. num. 58. f. 150.
Arma animum committendi maleficium arguunt, ibidem.

Armans per Campaneam.

An sit verum, quod armans per campaneam simpliciter, ad triremes: committens insuper delictum, necem damnatur, at aiunt plerique, rit. 270. num. 48. vers. Et sic, f. 153.
Auctor quid sentiat, ibidem. Qui se armaret per mare, eod. rit. num. 50. cum seqq. f. 154. Et decis. 142. Vincen. de Franch. discutitur, à num. 53. cum seqq. f. 154.
Vide cætera in verbo Bannitus.

Assassinium.

Criminis læsæ Maiestatis æquiparatur assassinium, rit. 274. num. 121. f. 326.
Assassinii crimen inter atrocissima adnumeratur, rit. 274. num. 123. f. 326.
Assassinii qualitas describitur, ibidem.
Peculiare crimen est non quo ad modum procedendi tantùm, sed quoad probationes, d. n. 123. vers. His itaque, f. 327.
In delicto assassinii sufficiunt nè urgumenta, vel necessaria sint probationes pro pæna ordinaria, rit. 274. num. 126. f. 328.
Francisci Corradi casus recensetur, rit. 274. n. 124. f. 127.
Iura adducta in causa Corradi, ibidem, & n. 127. cum seqq. f. 128.

Assensus.

An assensus Domini pro contrahendo debito verificetur, donec pares feudatarium, vel eius hæredem feudam extaret, rit. 274. num. 56. f. 298.
Quid servetur in Regno, ibidem.
Est strictè intelligendus, 273. f. 282.

Assistentia.

Executio sententiæ Assistentiæ non per appellationem, sed per nullitatem ex iisdem actis retardatur, rit. 269. num. 23. vers. Et primò f. 111.

Author.

Author electus unus ex iuncta instituta pro fraudibus vini ad minutum, rit 265. num. 1. f. 6.
Electus Consultor Cappellani maioris d. rit. 265. nu. 76 f. 32.
Exercuerat priùs munus Advocati fiscalis, ibidem.
Cooptatus in cœtum iudicum M. C. V. in civilibus munificentia Em. Card. de Aragona Proregis, ibid.
Eligitur Delegatus arrendamenti vini ad minutum, num. 93. fol. 37. Caput Aula in M. C. V. Rit. 257. num. 20. f. 81.
Cur non omnia contenta in hoc opera ... Auctor posuerit in Summariis, Rit. 267. num. 84. vers. Ne miretur, f. 94.
Auctor denegavit quibusdam delatoribus immerentibus pramium, Rit. 272. num. 7. f. 182.
Auctor renunciatus Præses Provinciæ Aprutii citerioris discedit Neapoli, dum typis traderetur opus, ut demandatæ provinciæ gubernacula capessat. Rit. 272. num 79. vers. Harum quidem, f. 228.
Quo die Auctor Civitatem Theatinam fuerit ingressus, & possessione Præsidis ceperit cum potestate ad modum belli, ibique ritus tradenda possessionis traditur, Rit. 273. num. 2. fol. 223.
Ægrotavit Auctor ob aerem parùm sibi clementem in Civitate Theatina, ibidem.
Nulla unquam Auctori in toto rituum curriculo ultro sese obtulit materia perutilis: coactus fuit consulto, illativeque perquirere rit. 273. num. 4. vers. pragrave, fol. 233.
Auctor utrique provinciæ nempè Theatinæ, & Aquilanæ eodem tempore præficitur, rit. 273. num. 188 f. 251.
Auctor electus à Prorege patronus, jura pro reo Majestatis protulit, rit. 274. num. 81. vers. hæc atque alias, f. 310.
Adjicitur ab eodem in patrocinium Andreæ Milone, eum tuetur iuribus, rit. 274. num. 100. vers. Ego, f. 316.
Auctoris commendatio in huiusce libri fine Sanctissimæ Deiparæ ad Nives, cui maiores sui semper fuerunt addicti, eiusque protestatio, & excusatio. Rit. 276. num. 4 f. 375.

Audacia.

Contineri debet metu, rit. 272. num. 6. f. 180.

Audientia.

An audientiæ denegatio inquisito in causa civili fiat à ratione banni, vel contumaciæ, Rit. 269. num. 30. vers. ut exponebatur, f. 118. Cur denegatur, dict. num. 30. vers. Quamobrem, fol. 119. Vide Contumax,

Auditores Provinciarum.

Auditores in Provinciis quacumque libent, efficiunt, rit. 270. num. 31. Quod non accidit Neapoli,

li, ubi adest Prorex, ibidem. Undè deberent Auditores eligi optimi quique ibidem.

Azo.

Azo iuris lucerna, glossatorum princeps capite fuit damnatus, meliori utique vita clausula dignus, rit. 275. nu. 25 f. 358

Baldus.

SÆpè effutit in Bartolum præceptorem suum, ut ipse clarior evadat: fuit aliorum invidus, & detractor, rit. 274. num. 03 f 321.

Baldi encomia, qua ætate incœperit, & quot annos docuerit? d. num. 103. vers. Baldus altoquin, fol. 322.

Bannum.

Quid sit, & undè dicatur, rit. 169 nu. 30. vers. Quod probaat f. 119 Quotuplex, remissivè, rit. 270. num. 18. f. 43.

Bannum in auth. item nulla communitas, & in auth. item quæcumque communitas, C. de episc. & cler. quid significet, eod. rit. 270. num. 18. vers. Sed ipsius f. 43.

Pro eo verbo, Banno, mulctam Cassaneas intelligit, ibidem; Quinam intellectus illius verbi probetur Salyceto, ibidem.

Suam premit Auctor opinionem, d. num. 18. vers. Sed ut vera f l. 144. & An tr. de isern. dicto convallat. num. 20. vers. Imperator f. 145.

Bannitus.

Quis sit bannitus, rit. 269. num. 30. vers. Urgebat, f. 119 An æquiparetur excommunicato? Et an possit agere, & excipere, d. num. 30. vers. Et certè, f. 120.

Vox hæc bannitus, an sit vox barbara? rit. 270. nu. 14 f. 143. & num. 17. f. eod. An sit idem, ac forjudicatus, d. rit. 270. num. 12. vers. Et in vocabulario f. 141.

Bannitus, & excommunicatus æquiparantur, rit. 270. num. 8. vers. Sed ipsius f. 143.

Banniti qualitates quænam sint, ut quis in bannitorum pœnas incurrat, rit. 270. num. 33. vers. Quomodò f. 149.

Incedentes cum bannitis, licèt non patraverint delictum, pœna ultimi supplicii mulctantur, ex prag. edita in anno 1585. rit. 270. num. 34 f. 149. Sed quæ qualitates requirantur, rit. 270 nu. 35. cum pluribus seqq. fol. 150.

Banniti nostri temporis longè antecellunt Turcas feritate, rit. 272. num. 56. vers. Pro redemptione, f 203.

Reliqua vide in verbo, Armans, Latro.

Baro.

Quis sit Baro, Undè dicatur. Quæ dignitas. An præferatur simplici nobili potissimùm de Sedili hujus Civitatis, Quinam de baronibus agant? rit. 273. num. 14. f. 435.

Utri Baroni; civilem ne habenti, an habenti criminalem jurisdictionem debetur obedientia, rit. 265. num. 116. vers. Dat etiam. f. 41.

Barones Magni tantùs vocati, & accusati sedent, etiam si propriam causam dicant rit 268. num. 12 f 97. Quid de Comite, Marchione, etiam inquisitis capitali crimine, non adhuc convictis? ibidem. vers. Hinc Comes.

Baronis Officiales an veniant sub nomine Regiorum officialium? 270. f. 133.

Non possunt Barones cognoscere Vasallos reos læsæ Majestatis, rit. 270. num. 64. f. 157.

Baro potest punire latrones famosos sibi subditos, rit. 270. num. 74 f 160.

Quot modis possit creari Baro? rit. 273. num. 19. f. 236.

Baro ad instar usufructuarii debet feudo benè uti, & cum vasallis benè agere, cum dicatur illorum, imò & patriæ pater, rit. 273. num. 102. f. 246.

Baro ob sævitiem posset feudo, & jurisdictione privari, ibidem. Etiam vasallis non conquerentibus, num. 104. f 247. An autem debeat præcedere monitio? ibidem. Præclara historia de sævitia in Vasallos recensentur, ibidem.

Baro in Regno habet, merum, & mixtum imperium, & omnimodam jurisdictionem cum concessione regalium in suis territoriis, rit. 273. n. 142. fol. 261.

An Baro possit præscribere ius fidæ in territoriis Universitatis? remissivè, rit. 273. num. 144. fol. 262.

Baro si exigat in suo Castro ius patronatus, censetur, illud facere ut persona privata; non uti Baro rit. 273. num. 147 f. 263.

Nequit Baro facere de feudalibus allodalia, neque de allodialibus feudalia, rit. 273. n. 248 f. 162.

Baro est iudex ordinarius Vasallorũ rit. 273. n. 151. f. 265 Privativè quoad alios superiores, rit. 273. num. 163 f. 270. Et potest ius dicere vasallis, etiam in terris demanii, atque Neapoli ibidem. Hinc non potest compelli ad ostendendum privilegium primarum causarum, secùs secundarum, vel ulteriorum, rit. 273. num. 154. fol. 265.

Si vidua post electionem fori secundò nupserit, potest hac causa remissionem petere, rit. 273. num. 152 f 265.

Tenetur Baro constituere Officialem, ut ius dicat; nec per se potest dicere de jure Regni, licet possit de jure communi. Rit. 273. num. 153. vers. advertimus, f. 265 Potest tamen judicem excitare, ibidem. An possit saltem jurisdictionem in patentalibus literis restringere Rit. 273. num. 154. f. 265.

An Baro possit vetare subditis, ne adeant superiores per saltum, vel alterius iurisdictionem prorogent? rit. 273. num. 155 f. 266. Et solet obtinere in hoc casu conservatoria ibidem.

Proventus jurisdictionis suas Baronis, qui subintrat in locum fisci. Rit. 273. num. 156. f. 267. Non sic pœnæ fraudantium gabellas, quæ conductoribus debentur, ibidem.

An Baro habeat ius confiscandi, & confiscata suis usibus ascribendi? Rit 273. num. 157. f. 267. An possit pœnas commutare, & compositiones facere? Quidve post sententiam? Rit. 273. num. 158. fol. 268. Et quomodò se geret in compositionibus: ibidem. An & forjudicare? Rit. 273. num. 159. fol. 268.

Sitne Baronis cognitio Vasall delinquentis extrà suum territorium, an verò eius ubi deliquit? rit. 273 num. 160. f. 269.

Baro habet prærogativam eligendi unum ex subditis, ut officium ærariatus exerceat, Rit 273. nu. 163. f. 270.

Potest Baro cogere vicissim vasallos, ut pedestres, vel equestres inserviant, aliò vadant, res defe-

rant

rant, salario mediante, rit.273.num.164.f.270. Quantum debeat esse salarium, ibidem.

An volentibus vasallis rem vendere, praeferatur Baro pro eodem pretio? & an cogere valeat ad vendendum? rit.273. num.165. f. 171. Quid si locarent? num.167 f.273.

Hinc si baro vendat, an praeferatur subditus extraneo? ibidem.

Possunt barones cogere vasallos soluta mercede consueta ad exhibendum servitia personalia pro necessitate, & commoditate feudi, habito respectu ad qualitatem personarum, & quae fuit? rit.273. num.168 f.273.

Valet baro constringere vasallos, ut conducant territoria feudalia potius, quam aliena, rit. 273. num.169 f.274.

Baro est primus Civis, & potest ideò inferre sua animalia in pascuis publicis, ubi inducunt ad pascendum caeteri cives: at quo numero, rit. 273.num.170.f.174. Non ita in pascuis privatorum, num.171.f.275. Etiamsi actualiter ibi non habitet, num.172.f.275.

Baro, & eius filii, sicuti & Potestas possunt initiari ordinibus ab Episcopis etiam diversarum Terrarum, quas possident, cum censeantur cum primi cives, etiam si non habitent, rit. 273.num.173.f.275.

Debetur baroni subventio, vel adiutorium à vasallis in pluribus casibus, Rit. 273. num. 174. f.275. Scilicet si militans pro Rege fuerit captus ab hostibus, nec habet, quo se redimat, dict. num. 174.vers.Primum f.275. Pro faciendo milite filio, vel nepote, dict.num.174.vers.habebit f. 275. An pro Doctorando, ibidem. Pro collocanda, vel monacanda unaquaque filia, vel sorore, d.num.174. vers.item. f.276. Quid si nuberent ex pulchritudine? vel si esset spuria? d.n. 274.vers.Pro filia f.276.

An haec subventio debeatur etiam quod feudum sit novum? rit.273.num.174. vers. Quin & f.276.

Avo paterno maritanti neptes, vel avia, an debeatur subventio? d.n.174 vers.Avo f.276. Quid pro maritanda amita, remissive, ibidem.

Utri ex baronibus debeatur, in civilibus, an in criminalibus, primaevo domino, vel altero cum pacto de retrovendendo? rit.273 num.175.f 277.

Quid si fuerit venditum feudum eo pacto, ut dicatur translatum dominium, nisi secuta integra solutione, utri debeatur subventio? rit.273. num.176 f.277.

Insuper si dominus cum pacto de retrovendendo plures habens filias, eas nuptui tradiderit, ac postea reemerit alter, cuius filiae effectae interea nubiles in matrimonium collocentur, an utrique dandum adiutorium? ibidem.

Si uno, eodemque anno plura effecerit baro, pro quorum quolibet deberetur adiutorium, posset ne plures consequi? num.177.f.277.

Extincto barone, cui ementi feudum adiutorium datum fuit, filio alterum emente an debeatur altera subventio? num 178 f.277.

Baro possit ne consequi adjutorium propria auctoritate absque ordine regio? num.179 f.178.

An petitio adiutorii possit praescribi, vel remitti? ibidem.

Possunt barones reddere immune à militum hospitatione oppidum, in quo habitant, ac facere (vulgo) Cameram reservatam, Rit.273. nu.180. f. 278.

Vide Feudatarius.

Bartolus.

Bartolum fuisse expositum, & natalibus restitutum à Carolo IV. dicunt, rit.274.nu.103.vers. Ipsum autem f.3.7.

Confutantur dicteria in Bartolum, & eius opiniones extollunt, d.num.102.vers Etenim f.317.

Bellisarius.

Bellisarius Aquaviva commendatur laudibus, Rit. 273.num.145 f.262.

Blasphemia.

Blasphemia contrahitur haeresis, rit 274. num. 22. f.290. Ea immediatè laeditur Divina Majestas, ibidem.

Quid sit, quotuplex, quis sit Iudex competens ad poenam infligendam? num.23 f.290.

Nonnulla verba, quae ibi referuntur, an praeferant blasphemiam? remissivè, num.25. f.190.

Blasphemia quae qua? rit.274. num.29. f.291. In Regno, qua poena per pragm. rit. 274. num. 24. f.290. & num.42.f.294.

Quae requirantur in blasphemo, ut fiat locus statutariae poenae? rit. 274.num.43. f 295. Quid si quis blasphemet joco? num.44.f.295.

Blasphemia in Deum, B.V. & Sanctos crimen an possit componi: Vide in verbo, compositio.

Bonum.

Bonum publicum ab oculos habendum, Rit. 274. num.87 f 312.

Praeferendum privato, d.num.87.vers.Licet, f.312.

Pro bono communi multa recipiuntur, quae stricta disputandi ratio improbaret, rit. 274. num.90. f.313.

Omne magnum exemplum habet aliquid ex iniquo, quod publica utilitate compensatur, rit. 274.num.92 f.313.

Camera reservata.

Camera reservata quae sit, quomodò fiat, quo iure? rit.273.num. 180 f.278.

An Universitas possit aliquid etiam annuam solvere baroni, quo eligatur Camera reservata? num.181 f.278.

An Camera reservata hodiè vigeat? rit.273.num. 182.f.279.& n.183.f 280.& n.185.f.282.

In quo consistat privilegium Camerae reservatae, & quid hodie post novam situationem utilitatis sentiant Universitates? rit.273.num.183.f.280.

R. Camera.

In R.Cam.tantùm in paribus votis sententia fertur pro reo, etiam quando fiscus est reus. Rit.265. num.55.f.24. At in S. C. Regia Iuncta, ac M.C.V. dantur adiuncti, & quare? eod. rit. num. 56. fol.25.

Æquiparatur Reg Cam. cum S. C. quo ad eminentiam decretorum, rit.269.num.23.f.109.

Camerarius.

Camerarius gloriabatur ire contra Isern. opinionem, rit.274.num.75.vers.Hanc opinionem, fol. 307.

Ca-

Capitale.

Nunquam censetur demortuum, exacto interusurio per plures annos post terminum dilationis ad illud solvendum, rit.265.num.124.f.42.

Capitula Regni.

In suspicione notoria forma Capituli Regni non est servanda, rit.265.num.4.f.6.

Cappellanus major.

Quis hodiè sit, quam, & in quos iurisdictionem habeat, à quo institutus: rit.265.num 73 cum seq. usque ad 80 f.31. Iurisdictionem Magni Cancellarii exercet, ibid.

Eius prærogativæ, d.rit.265.num.75.f.31.

Eligitur à Rege, num.74.f.31.

Decernit cum voto Consultoris, qui consuevit esse aliquis Consiliarius S. Claræ, rit.265. nu.76. f.32.

Eius Consultor in dubiis rebus, rem refert in Collaterali, & prior præstat suffragium, num. 77. f.32.

Qua huiusmodi Consultor iurisdictione fungatur? rit.265.num.78 f.32.

Quando vel abest, vel vacat officium Cappellani maioris, quis mandata subscribat? num. 79. f.33.

Cappellanus maior est Præfectus Universitatis studiorum, num.80.f.33.

Præcedit omnibus ministris in studiis, num.81. f.33.

Si pœna imponenda subdito Cappellani maioris sit capitalis, consultor refert in Collaterali Consilio, d.num 80 f.33.

Cathedræ quot sint? num.81.f.33.conferantur, & quinam suffragium ferant in concursu? nu. 82. f.33.

Lectores quibus insignibus utantur, ibid. vers. collateralis.

Quomodò, si sint suspecti, recusentur in concursu, vide Sulpicio.

Cappellani Maioris Consultor, prout & Reverenda Fabrica, sinè deposito recusantur, num.86.f.34.

Captivi, captivitas.

De captivis, & captivitate, qui agant, rit.269. num.12.vers.De tertia f.103.

Caput.

Est principalior hominis pars, undè ponitur sæpissimè pro toto, 273.n.13.f.235.

Caravita.

Dictum Caravitæ in rit. 37. num.3. nempè quod iure communi tantùm attento sententia legenda est à iudice, redarguitur, rit.268.

Carcer.

Datur et ad custodiam tantùm, an & ad pœnam, rit.270.num.8.vers.Et tandem.f.137.

Quid, Quotuplex sit? remissivè, ibid.

Carceratus.

Carceratus in aliquo Tribunali justè dicitur impeditus, quò minus compareat in alio, rit.269. num.14. Potest comparere per procuratorem, ibid.

Hac est M.C.V praxis, ibidem; Non iuvat verò carceratio, si sit affectata, num.15.

Carolus.

Carolo V. Imperatori, & Regi Hispaniarum se subiecit Franciscus I. Galliæ Rex, rit.274. nu.119. f.324.

Carolo II. Invictissimo Hispaniarum Regi diuturnam incolumitatem auspicatur Auctor, rit, 267.n.84.vers.nuperrime, fol.94.

Admiranda Caroli II. Regis clementia ea imponit tantùm tributa, quæ ipsemet populus, & libenter solvit, & agnoscit pro necessaria, rit.273. n.187.f.282.

Copias per Regnum ab Ærario alit, mandatque ijs, ne Universitates, civesque molestent. eod. rit.num.188.fol.282. V. Reges Austriaci.

Dom. D. Carolus Calà Dux Diani effertur encomiis, rit.265.num.63.fol.27.

Dom. Carolus Antonius Moccia memoratur, rit. 267.n.57.vers.quin Carolus.fol.88.

Carolus Magnus.

Falsò aiunt quidam, Carolum Magnum Hispaniam subegisse rit.273.num.9.fol.234.

Carolum Lnimia crudelitatis arguunt historici, rit.274 num.77.fol.309.

Cathedræ Reg. Studiorum.

Cathedræ Studiorum, vide Cappellanus Maior.

Caupones.

Caupones sunt ex infimo hominum ordine. rit. 267.num.36 fol.83. Eorum mores vafri, pravique ibidem.

Relegant à tabernis Lacrymas, si unas viarum lacrimas excipias.n.83. fol.92.

Ab eorum tabernis exulant Græca, Falerni, & vina vetustissima, ibid.

Aquam immittunt in dolia vendenda, curritt. 262.num.38. Servantque sibi ipsis, quod optimum est.nu.39. Et salutem bibentium pessundant, ibidem.

Excusant dolos per mendacia Magistratui. num. 40.fol 84.

Vendunt sæpè numerò acetum pro vino, curribidem.

Frustrà desudat Salerni schola, qua vini specie utendum, cum per caupones unum vinum adsit, pessimum nempè.n 42 fol.85.

Parvipendunt pragmaticas in eos editas. num. 43.fol.85.

Cauponum doli, & astus vectigal vini ad minutum ad exterminium pertulerunt, nu.44.fol. 85.

Prorex, pravijs literis Regiis, iussit occludi tabernas non descriptas in Albo arrendamenti, quæ habebantur à Principum Residentibus, vel Tribunis militum.eod.rit. 267. num. 45. fol.85.

Speratur maximum levamen arrendamento, accedente tanti Principis protectione, & diligentia Delegati.num.46 fol.85.

Expediens traditur, eod.rit.267.nu.46.vers.esset expediens fol.85. Exemploque comprobatur. d. num.48.vers.adipsum.fol.86.

Causa.

Causa limitata limitatum parit effectum. rit. 265 num.45.vers.prorogata.fol.22.

Debet expediri intra tempus, antequam res pereat.rit.265. num.176. vers. ad hæc causa. *fol.66.*

Cau-

Causa terminan la porltorum in licio, vide Periculus.

Habent sua sidera causa.rit.269.n.35. fol 124.

An, & quando causa civilis faciat supersedere in criminali?rit.271.num.7.fol.170 Praesertim de iure Regni ? ibidem. Per hoc, an sint correcta in hoc iura civilia; remissivè,ibidem.

Causa criminalis.

Vulgata est regula: In causis criminalis non admittendus procurator, nec ex parte accusantis, nec accusati.rit.269.in corp.& nu.1.fol. 99. Nisi absentiam, infirmitatem, & captivitatem opponent.eod. rit. in corp. & num. 5. fol.100.

Causa criminalis dicitur ardua, imò arduissima.rit.269.n.1.fol.99.

Celeritas.

Celeritas in iudicando non vacat crimine. rit. 265.n.175 fol 65.

Recensentur lepidae sententia de celeritate, & sententia festinanter prolata, ibid.

En actuum celeritate fraus arguitur. ibid.

Celeritas est noverca iustitiæ.d.n.175.vers.quamobrem.fol.65.

Census.

An quoad substantiam contractus census sufficiat generalis obligatio absque speciali submissione corporis; rit.272. nu.76 fol.226.Quid in Regno;ibidem.

Certum.

Tunc dicitur ius certum,quando liquet ex sola librorum apertura, non quando sunt rationes hinc inde.rit.269.num.18. vers. restringitur. fol.106.

Chymica.

Chymica impetitur à Physicorum dicterijs, rit. 217 num.62 fol.89 Eius laudes.num.63.cum seqq fol.eod, Facultas est, non nova. rit. 267. num.63 fol.89 Nec si nova foret contemnenda. eod rit.nu.64 fol. 90.

Quid de Chymicis Martin. del Rio, & alij benè senserint;rit.eod.nu 70.vers. quamobrem. fol. 91.

Chyrurgus, *vide* Medicus.

Citatio.

An pactum, ut quis possit citari in aliquo loco, vel ut citetur supposita persona pro ipso absente subsistat;rit.265 n 1 fol.72.

Decisiones quadam hac de re recensentur.ibid.

Citationis defectus est nullitas, ex ijsdem actis rit.169 n.18.vers restringitur. in fin.fol.106.

Circumducitur citatio post sex menses.ibid.

Citatio ad for iudicandum, iat est si fiat domi.rit. 269.nu.30 vers.obex verò fol.121.

Iure veteri citatio antecedebat libellum. rit. 271.n.1.fol.169. Erat exordium iudicij.ibid,

Citatio ad capitula qua sit;rit.274.num.97.fol. 314

Citatus.

Citatus, si per civem idoneum, vel per coniunctam personam excusetur, quia infirmus. vel mulier, quia gravida, adeò quod sine periculo comparere non possit, etiam fide unius tantùm medici,vel obstetricis, ex aequitate excusatio admittitur. rit.267. in corp. Nec requirit ur mandatum.rit.eod.num.1.ferè in princ.

Etiam si infirmitas non sit sua, sed suorum, eodem rit.267. nu.8. fol. 180. Usque ad quem gradum.ibid.

Citatus, & impeditus debet probare impedimentum.rit.268.n.5 fol.95.

Citatus habetur pro legitima contradictore, & debet audire,licèt alias non foret audiendus. rit.269.n.27.fol.115.

Cives.

Potest civibus prohiberi sub certa pœna, ne accedant in tabernis prohibitis ad bibendum, vel nè aliquid agant extra territorium. rit. 267. num.84.vers. postquam.fol. 93. Et ne emant, vel bibant vinum extrà Civitatem.ibidem.

Civitas.

Unaquaque Civitas suos habet peculiares mores. rit.273.nu.24 fol.256.

Clausula.

Clausula (salvo iure partis) quid operetur; remissivè.rit.275.num.3.fol 349 Et quid (salva gratiis praerogativa) remissivè.nu.4. fol. 349.

De clausula (motu proprio) qui agant;remissivè nu. 3.rit.275.n.27 fol.599.

Clementia.

Hominis clementia est, belluarum feritas. rit. 265.n.21.fol.10.

Rex, iustitia bonis gratus est, clementia etiam malis.ibid.

Neminem ex omnibus magis, quam Principem decet clementia,ibidem.

Emicat potissimùm Regia dignitatis fulgor, cum digno supplicio dat veniam.rit.274. nu. 39 fol.313.

Pleraque eruditiones de clementia.ibidem.

Clementia debet habere modum.n.95. fol.314.

Clericus.

Cur Clericus citatus per edictum prolatum contra interesse habentes tenetur parere iudici citanti, nec petit remissionem ad iudicem Ecclesiasticam.rit. 69.num.28. vers.ex persona. fol.116.

Quomodo Clerici citati ad for iudicandum à laico recipiantur bulla; rit.269.num.26. vers. exponebatur fol.115. & num.28.vers. nec refragatur fol.116.

An ritus prohibeant Clericum contumacem audiri in causa criminali, nisi comparet personaliter, procedat etiam in causa civili;rit. 269 n.30.vers.S.C.non decidit.fol.121.

Cogitatio.

Cogitationis pœnam nemo meretur.rit.274.num. 117.fol.322.

Cogitur.

Cogitur Notarius instrumenta rogare.rit.267.n. 30.fol.82.

Peritus de aliqua re suum iudicium ferre ibid. Habens in horreo fruges, vendere: si quondam exposuit venales.ibid Habens actionem ad commodum alterius, agere, ibidem. Hæres, ut rem legatam legatario recuperet, ibidem. Nec eximitur cedendo actionem. eod.rit.267.n.30. in fin.fol.83.

Itidem cogitur habens equos meritorios, locare eod.rit.267 n.31 f.83. Habens plures equos destinatos locationi,ut unum teneat pro se: tenetur dare ipsum si dicat, loco monum, ita

decrevit Auctor, cum esset index M.C.V. ibid. n. 32. fol. 83.

Cogitur hospitator hospites excipere. ibid. num. 33. Lanio ad suum officium exercendum. ibidem.

Pro quibus causis potest quis cogi vendere rem suam? rit. 273. n. 166. vers. quin coarctatur. fol. 271. *Vide* Vendere.

Collusio

An si collusio, & fraus intercesserit, possit iterum absolutus molestari? rit. 269 num. 15. vers. nil mirum. fol. 104.

Ob collusionem corruit sententia inde emanata. ibidem.

Comites.

Non debent esse pauciores numero Charitum, nec plures numero Musarum. rit. 270. num. 37. fol. 150.

Commensalitas.

Est nimia amicitia indicium. rit. 265, nu. 140. fol. 48.

An pariat suspicionem indicis? ibid.

Diversimodè in S.C. id fuit decisum, & cur? ibid. vers. id tamen.

Quid si unica vice adfuerit commensalitas? n. 144. fol. 50.

Quid de distinctione Ant. Fab. hac de re opinetur Auctor? n. 145. f. 50.

vide Suspicio.

Compositio.

Quid sit? rit. 275. nu. 9. fol. 352 Quando potest fieri n. 10 fol. 352. Nequit fieri, nisi pace inità cum parte. rit. 272. n 3. f. 179. An & cum delatore? n. 4. fol. 179.

Compositionem debet praecedere accusatoris, & partis offensae remissio. rit. 272. n. 10. fol. 183. Et rit. 275. n. 1. & in corp. An possit fieri cum clausula (salvo iure partis.) ibid.

An pro solvenda compositione possit alienari fideicommissum? rit. 272. num. 58. fol. 203. Quid nuperrimè S. C. decreverit in hoc thesi? d. nu. 58. fol. 204.

Compositio non habet locum in crimine haeresis rit. 274. in corp. & n. 1. fol. 286.

In blasphemia an indistinctè denegetur compositio? rit. 274. num. 41. fol. 294. & num. 45. fol. 296.

Pecunia compositionis subintrat in locum poenae legalis, & debet aequari cum delicto. rit. 275. num. 11. fol. 352.

Compositio an licitè fiat, adhuc probato plenè delicto? n. 13. f. 352.

In quo differt compositio à transactione? n. 14. f. 353.

An compositio liceat, cuilibet iudici, vel tantum Principi, & quid in Regno? rit. 275. num. 15 f 353.

An admissus ad compositionem possit iterum molestari? rit. 275. n. 16. f. 353. Quid novis supervenientibus indicijs; num. 17 f. 353.

Petens compositionem, vel remissionem, num censeatur fateri delictum, n. 18 f 354.

Compositio an fieri possit, quando constat de delicto, attento tàm iure communi, quàm Regni; rit. 276. n. 1. f. 374.

Ex compositione alliciuntur homines ad delinquendum. rit. 276. n. 1. f. 374.

Crimen, quod dicitur publicum, & quod privatum n. 2 f. 375.

Compromissum.

Fieri potest tùm in quaestione facti, tum iuris. rit. 269. n. 18. vers. restringitur. f 106. Factum ut decidatur de iure, & de facto est species quaedam transactionis. rit. 265. n. 153 fol. 54.

Conatus.

In quibus delictis, conatus punitur, licèt non fuerit sequutum delictum, quando per ipsum non steterit, quo minùs non fuerit patratum; rit. 270. nu. 36. fol. 150.

Vide Affectus.

Conditio.

Nequit alteri per alterum iniqua conditio inferri, rit. 274. nu. 57. fol. 299.

Confessio.

Facta in Tribunali, à quo sit petita remissio ad aliam Curiam, habetur uti extraiudicialis, nempè coram iudice incompetente attenta petita remissione, & ita à M. C. decretum; licèt faciat indicium ad torturam coram competente, rit 265. n. 16 fol. 9.

An confessio duorum bannitorum deponentium in tortura de receptatione in propria persona, iure Regni planè probet contra receptantem? Quid in alijs criminibus? Rit. 274. n. 131. fol. 330

Confessio ipsius rei an recenseatur una ex probationibus? rit. 274. n. 148. vers. Confessio, fol. 337.

Vide Probatio, Indicia.

Confessus.

An, non confessus in acri tortura possit condemnari; rit. 274. n. 155. fol. 339.

Confiscatio.

An ius patronatus transeat cum confiscatione bonorum remissivè, rit. 273 nu. 147. fol. 263.

An in confiscatione ob crimen laesae Maiestatis veniant bona futura, & conditionalia; rit. 274. nu. 52. fol. 297. An feudalia; n. 53 fol. 297.

Coniunctus.

Coniuncti nomine, qui veniant, ut coniuncti munere fungi possit in agendo, vel excipiendo citati absentiam sine mandato; rit. 266. nu. 40. fol. 76.

An possit esse pro coniuncto in iudicio, quando & quibus concurrentibus; rit. 266. num. 21. fol. 74.

An tunc debeat cavere de rato; num. 22. fol. 74.

Quid si res speciale exigat mandatum; nu. 25. fol. 75. Ut in restitutione in integrum, quando non sit incidenter; num. 26 f. 75. Vel in feudalibus; num. 27. fol. 75. Aut spiritualibus, prout acceptare beneficia; num. 28. fol. 75. Vel in respondendo positionibus; num. 30. fol. 75. Vel in solutionem excipiendo; nu 31. fol. 75.

Quid, si coniunctus agat in coniunctum, an alter conjunctus possit absentia exceptionem opponere; rit. 266 n. 37. fol. 76. Pluribus conjunctis ad excusandum conjunctum absentem, properantibus, admittitur proximior, rit. 266. n. 39. f. 76.

Coniunctus admissus ad agendum pro coniuncto, an teneatur in casu reconventionis eum tueri; rit. 266. n. 43. f. 76.

Coniuncti pro coniunctis in causis criminalibus

an

an agere valeant; Quid de patre pro filio; eod. rit.266.n.40 fol.76.

Coniunctus an valeat solutionem exigere, & potissimum pater pro filio cavendo de rato; rit. 269. n.6.vers.ad ea verò, fol.100.

Coniuncti an possint dicere de nullitate sententia forindicationis; rit.269.nu. 7.f.104.Quid S.C.in hoc servet; eod.rit.nu.18.vers.& ista fol. 106.

Quas nullitates non licèt coniunctis opponere? rit.269.n.18.vers.restringitur, fol.106.

An coniunctis citatis in citatione ad forindicandum liceat opponere declinatoriam fori pro reo absente; rit.269.num.26.cum seqq fol. 104. Quid in hoc decreverit novissimè Collaterale Consilium; eodem rit.269.n.28.fol.116.

An possit coniunctus ad retardandam forindicationis sententiam opponere minorem Rei ætatem; rit.269 num.31.cum seqq fol.122.

Coniunctus afficitur eadem iniuria, qua defunctus, rit.271.num.12.fol.183.

Conscius.

Conscius criminis, qui tenetur revelare, & revelat facit fidem; Quid si non tenebatur? rit.274. num.152.vers.Salvator f.338.

Consequens.

Consequens, qui vult, & antecedens velit, oportet, rit.272.nu.69 f.211.

R. Consiliarius.

R.Consiliarius S.Claræ, si dicat, se non posse intervenire ob aliquod scrupulum, auditur, rit. 265.num.64.f.27 Et ita decisum, ibid.

R.Consiliarius, qui videt à potente peti adversùs inopem illicita, non debet refugere ire ad Tribunal, ne illa cogatur decernere, ut aiebat Afflict.sed debet idcircò adesse, ut contra potentem urgeat, d.rit.265.num.66 f.28.

Refellitur dicta Afflict.opinio, & tex in cap.quod super, de maior. & obed. ab eo adductus enucleatur, ibidem num.67 f.29.

Quibus moribus præditus esse debeat R.Consiliarius? rit.265 num.65.

Consiliarii S.Claræ an præcedant Præsidentibus Regiæ Cameræ? num.118 f.41.

Quo motu, vel vultu debeat Consiliarius dare suum suffragium: num.178. vers. secundò verò, f.67.

Consiliarii quotannis obstringunt se jurisjurandi vinculo de non divulgandis, quæ in Tribunali fiunt, d.num.178.vers.Tertiò demum.

Instar Præfecti Prætorio iidem suffragia dant in reclamatione, ex ipsius Tribunalis præeminentia, commissa causa reclamationis alteri eiusdem aulæ, num.183.f.58.

Consiliariis nostri Senatus mos est, in his cognitionibus se excusandi, in quibus manifestum est, alteram apud eos partem gratia prævalere, rit.265.num.64.f.27.

Consiliarii si uniantur cum Præsidentibus R. C. vel in quacumque loco, quando, & quomodò illis præcedant in sedendo, & quid in Reg. Camera? rit.265. num.118.f.41.

Consiliarius in Collegio Doctorum an præcedat antiquiores? rit.267.nu.73.f.92. & rit.273. num.69 f.240.

An sedeat in loco senatorio, si ut patronus cau-

Index Tom.3.

sam patrocinetur? ibid.

Consiliarios de Stato non titulatos etiam antiquiores præcedit Consiliarius titulatus, rit. 273.num.67.f.239.

Consiliarii titulati, seù Regiæ Cameræ Præsidentes, quando a ienus Principem cum Collegio, seù corpore Tribunalis, an sedeant in sellis: aliis titulo non decoratis consedentibus in scabellis? rit.273.num.67.f.239.

Quid? si solus alloquatur Principem? num. 70. fol.240.

Dom. Consiliarius Comes Legardi contendit, in Regia Iuncta in qua conveniat simul non rarò Regentes Consiliarii, & Præsidentes Reg. Cameræ titulati, sedere tanquam titulatus Quarum rationum munimine? rit.273. num.71. cum seqq.240. Lis remansit sub iudice, nu.74. f.241.

Duplici modo potest considerari in Regia Iuncta titulatus Consiliarius, vel ut titulatus, vel ut indifferens; nequaquam, ut Consiliarius, quia Iuncta non est S.C. rit.273, nu.71. f.240.

Tristitia, R. Lanar.ait, ibid.

Consiliarius factus Præsidens R.Cameræ non præcedit Præsidentem antiquiorem in Reg.Camera, secùs extrà rit.273.num.73 f.241.

Consilium.

Unusquisque vult mutare consilium in melius rit 265.num.154.vers.Urgebat Dux f.55.

Bono consilio duo contraria sunt, festinatio scilicet & iracundia, num.175 f.65.

S. R. Consilium.

Sub Regiæ Maiestatis nomine iurisdictionem exercet, rit.265.num.116 f.40.

Abstulit à M.C. eius cognoscendi de feudis, sed privativè ut an cumulativè? ibid.

Non audit relationes iudicum M.C.criminalium, nisi post auditas civiles, cur? d.n. 116. f.41.

De nullitate sententia S.C. non potest dici ad finem retardandæ executionis, si nullitas extrinsecam exigat indaginem; secùs, si ex iisdem actis appareat, rit.269.nu.18. f.105. & rit.eod.num.23.vers.Quinimo, f.109.

S.R. C. vice intimationis post latam sententiam utitur mandato de parendo, rit.269.num.19. f.107.

Cur S.C. procedat per horas in causis, in quibus M.C. per horas processit? Rit. 269. num. 24. f. 113.

Non ligatur S.C. ritibus M.C., rit.269. num.30. vers.crediderim f.121.

A sententiis, quas, vel M.C. vel S.R.C. alliàs decrevit, nefas est Regnicolis deflectere, cum vel exteri venerentur, rit.272.num.29.vers.Unde f.193.

Consilium Collaterale.

In Collaterali Consilio Commissarius in prima instantia est & in secunda reclamationis, rit. 265 num.183.f.68.

Collaterale Consilium maiorem in eligendis officialibus Regiarum Provinciarum, quàm supremorum Tribunalium sollicitudinem adhibere debet, cur? rit.270.num.32 f.149.

In Collaterali Consilio servatur dispositio text. in

l.inter pares, ff. de re judic. Et pronunciatur pro Reo paritas, rit.274 num.153. f.339.

Constitutiones Regni.

Constitutio Regni, pœnam eorum, *est correctoria juris communis, & odiosa, Rit.269. num. 32. vers.cui communi.f.122.In Regno est in viridi observantia, rit.270.num. 12. vers. Et in vocabularia, sub num.13.*

Constitutio Regni incip. super incisionibus, ac pragm.1.de damn.cland *an vigeant hodiè? rit.270.num.80 f.164.*

Consuetudo.

Nutritiva peccati, etiam venialis non valet, rit. 265 num.149 f.52.

Est optima legum interpres, rit. 265. num. 39. vers.at non recedendum.f.20.

An consuetudo delinquendi arguatur, si quis ter deliquit? rit.270.num.68 f.158.

Contumacia.

Contumacia potest purgari per quemcumque amicum inquisiti, dummodò deindè inquisitus compareat personaliter infrà terminum statutum, rit.269.num.29 f.118.

Inter contumaciæ pœnas maxima est denegatio audientiæ in omni alia causa.rit.269. nu.30. vers.Et certè f.120.

An contumacia sit delictum? ibid.

Contumacia quæ dicatur vera, quæ ficta? d. nu. 30.vers.Obex verò f.121.

Contumacia est delictum in omittendo, rit. 269. num.32.vers.Quin contumacia f.123.

Vid. Audientia.

Contumax.

Pro contumace nemo loquitur, rit.269. num.26. vers.Quin exponebatur; f.115. Quomodò autem id intelligi debeat? eod.rit.269.num.30. f.118.Et S.C. decisio nuperrima refertur, d. num.30.vers.re pleniùs.f.120.

Cor.

Quid sit in humano corpore? rit.273.12. f. 235. Primò nascitur, ultimò moritur, ibidem.

Corpus delicti.

Corpus delicti quomodò probetur in monetariis? rit.274 f.335.

Correlativa.

In correlativis dispositum in uno, censetur dispositum in alio, rit.272.nu.21. vers. Alteram, f.188.

Correlativorum idem indicium, rit.273. nu.282. f.279.

Creditor.

An creditor hypothecarius valeat rem hypothecatam ab emptore vendicare? rit.272. num.77. vers.Nec similiter f.228.

Minori parti creditorum maior nequit præiudicare, debitum remittendo. Rit.272.num.13. f.184.

Crimen læsæ Majestatis.

Crimen læsæ Maiestatis humanæ æquiparatur ferè crimini læsæ Divinæ, rit.274. num.46. f.296.

Effectus criminis læsæ Maiestatis, ibidem.

Quid sit? num.47 Quotuplex num 48. ibid.

Sub nomine Maiestatis, qui veniant? num. 48. ibid.

Pœna reorum quæ? num.49.ibid.& n.52.f.297.

Receptantium reos quæ? rit.274.n.76.f.308. An eisdem puniis receptatores, ac receptati? d.n.76.vers.Quæstio est, f. 308.

An in abolitione, seu indulto generali veniant? num.50.f.296 Quid servetur Neapoli? d. n. 50. An veniat receptator huiusmodi rei, n.51. f.297.

An in crimen læsæ Maiestatis incidat non subditus? rit.174. num.80. f.309. Rationes dicentium, non subditum non dicì incurrisse in crimen læsæ Maiestatis, sed in puram proditionem, nu.80.f.309 Diluunt obiecta, nu.81, f.310.Hæ rationes allatæ fuerunt pro quodam reo ab Auctore, iubente Prorege, in Reg.Juncta Status, rit.274. num.81. vers. Has atque alias, f.310. Similis causa status recensetur, d.num.81.vers.Iulius, fol.311.

Opinio asserentium incurrere in crimen læsæ Maiestatis, n.84 f.311.

Ia. Ignei antesignani opinio in sustinendo non devinci non subditum crimine læsæ Maiestatis, sed purè proditionis, examinatur, n.83. f. 311.

Perpenduntur iura, ac II.CC pro hac opinione, potissimum tex.in l.utrum, ad l.Pomp. de parricid.n.84 f.311.

Baldi primæ sententiæ propugnatoris distinctio adducitur, num.88.f.313.

II.CC secundæ sententiæ examinant Bald. distinctionem.num.89 f.313.

Quid decreverit Regia Iuncta? rit.274.num.81. vers.Has, atque alias f.310.

Crimen læsæ Maiestatis cur dicitur etiam parricidium, rit.274 num.89 f.313.

An sit quid truculentius parricidio, remissivè, ibidem.

Nemo potest absque Principis permissu reo Majestatis patrocinium impertiri, Rit.274. nu. 81.vers.has, atque alias, fol.310.

An si patrantes in Maiestatem sint homines segnes, & viles, eis parcendum, ut insanis? rit.274.num.94.cum seq fol.314.

Præclara Arcadii, & Theodosii verba de hoc recitantur dict. num.94. vers. repetebam, fol. 314.

In hoc nefario crimine multa specialia in iure reperiuntur, remissivè, Rit.274.num 96 fol. 314.

Licèt regulariter particeps criminis de se confessus de sociis interrogari non debeat limitatur in hoc crimine, sicut in hæresi, & in quibusdam aliis, rit.274. num.98.f.315.

An in hoc crimine denunciator sit testis omni exceptione maior? Rit.274.num.101. f.316.

In huiusmodi materia debent etiam timeri vana, & falsa, ut saluti Principum consulatur, rit.274.num.104 fol.319.

Iudex in hoc crimine non debet tantùm ex titulo processus damnare, sed in veritate rei, tit. 274.num.113.vers.undè.f.322.

Crimen læsæ Maiestatis, vult Deus, ut puniatur, rit.274.nu.116 f.322.

In hoc crimine punitur affectus etiam non secuto effectu, quomodo intelligatur? rit. 274. num.117.cum seq.fol.322.

Requiritur semper dolus malus contra Princi-

pem

fem, qui fit, verus, non præsumptus; nec sufficit lata culpa ad pœnam ordinarium, & quilibet titulus colorantus excusat, rit.274.num.119. fol.324.
Tractare cum hostibus, & ad eos se conferre, non licet, nec etiam ad decipiendos eos, nisi pro patria, & Rege fiat, salva fide publica, ibidem.
Quomodo amittatur feudum ob feloniam, vide in verb. Feudum.

Crudelitas.

Absit à judice, rit.265.num.171.f.63.
Irritat magis, quam corrigit, eodem num.171.
Imperiali Rodulphi Imperatoris Austriaci judicio respuitur, d.num.171.
Eo judici imbuto auferenda est jurisdictio, dict. num.171.
Præclara sententia de hoc vitio exscribuntur, nu. 171.

Culpa.

Culpa unius non debet alteri obesse. Rit.272.num. 58 fol.203.

Cunctatio, vide Celeritas.

Curator patrimonii.

Semel datus, an possit variari, Rit.265. num.91. cum seqq fol.36.
Adimplens suas partes, innisus est creditoribus, num.92 fol.36.
An possit allegari suspectus? vide Suspicio.

Damnati ad Triremes:

Damnati ad triremes dicuntur affecti morte graviori, rit. 269. num. 36 fol. 125. Et iis mors esset ærumnarum requies, non cruciatus, ibid.
Pœna triremium est mors prolixior, ib. dem.
De hac pœna præclara sententia, ibid.
Vide verb. Deportatio, Pœna.

Damnum.

Dat damnum, qui damnum promovet dari, Rit. 274.num.85 fol.312.
Vide Studio.

Danefes.

Ill.Dom. D. Danesis Casuts Visitatoris Generalis promuntur encomia, rit.274.num.97.fol.314.

Darius.

Darius præcepit famulo, ut appositu cæna sibi diceret: [Hare, momento ulcisci Athenienses] rit. 272.num.1.f.179.

Decipere.

Puniendi laniones decipientes emptores carnium eas inflando, ut pinguiores appareant. Rit. 265 num.35.f.362.
Plectendi Pistores lavantes aceto manus, ut panis malor videatur, ibidem. Miniatores utentes adulterinis coloribus, Piscatores tingentes pisces, cur ibidem. Quid de aliis artificibus decipientibus? ibidem.

Decisiones.

Non sunt mutanda ea, quæ certam habuerunt determinationem, Rit.269.num.12 fol.103.
Majorum, & Senatuum placita minimè mutanda, ibid.
Decisiones, modico facto mutato, non sunt digna, quæ adducantur, rit. 269.num.23.vers.reliquum est, fol.111.
Ob tempum varietatem decisiones immutantur, & exemplis minimè indicandum; utque argumenti ab auctoritate rei judicatæ deprompti lubricitas ostenditur, rit. 273. num. 114.f.249.

Decisum.

Non potest dici decisum, quod vix fuit discussum rit.265 num.21.vers parium verò f.10.

Declaratio.

Declaratio animi, quæ verbis fit, dicitur à priori; quæ facto, à posteriori, Rit.265. nu. 178. vers. Quibus confert f.67.

Declinatoria fori.

Ante omnia proponenda.rit.265. num. 15. f.9. An possit simul proponi cum recusatione judicis? ibidem. Et proposita utraque simul, utra debeat priùs cognosci? num.14. cum seq fol.9.
Praxis, quod in criminalibus declinatoria fori non potest opponi à contumacibus, nisi reus sit in fortiis, quomodo intelligenda: rit.269. nu.26. vers Quin exponebatur f.114.
Declinatoria fori in quo differat à recusatione judicis: rit.269.num.28.vers.En quo inducor, & vers.Recusatio f.117.
Vide verb. Exceptio.

Defensio.

Defensio est de iure naturali, rit. 269. num. 14. f.103. Nec potest tolli à Principe de plenitudine potestatis, ibidem.

Defunctus.

An cadaver defuncti possit supplicio subjici rit. 269.num 51 f.129.
Quando in defunctos sævire, sit inhumanum? ibidem.

Delator.

Quis sit delator, rit.272,num.5. f.179. & num. 36.& 37.f.195.Vnde dicatur? rit. 272. num. 6 f.18.
Quid intersit ab accusatore? rit.272.num.5 fol. 179 A calumniatore? d. num.6. vers. His autem.f 81.
An ut possit fieri compositio, requiratur pax inita cum delatore? rit.272.num 4.f.179 Et discutitur, an servetur dispositio, rit. 272. statuentis requiri,rit.272.num.5.f.180.
An delatori debeatur aliquid præmii, si probet? rit.272.num 5.f.179 Quid si non probet? ibidem. Et tex.in l.3.in fin.C.de malefic.e.mathemat.
Delatores an sint necessarii ad bonum Reip. regimen, an potius tanquam populorum pestis ablegandi, & puniendi? rit.272.num.6. f. 180. Affirmant nonnulli necessitatem, d. num. 6. f.180. Negant reliqui, d. num. 6. vers. verò, f.181. Resp.Romam corruisse ob Catilinæ conjurationem, nisi delatores eam evulgassent, d.num.6.f.181.
Variæ tum historiæ, tum scriptorum sententiæ recensentur pro delatoribus,ibid.
Delatores afficiebat capitali pœna Antoninus Pius si non probassent, rejiciebat tanquam infames, si probassent. Rit. 272. d. num. 6. vers. Alii verò f.181.
Trajani laus ex Plin. in panegyr. quod delatores omnes

omnes interemerit, d. n. 6. vers. Alii verò, f. 181.
Diversa diversorum Imperatorum gesta contra delatores, ibidem.
Delatores, diaboli vocantur, d. rit. 272. num. 6. vers. Ergone? f. 181.
Qui de delatoribus egerint? remissivè, ibidem.
Auctoris opinio circa admittendos, vel ab legandos delatores, d. num. 6. vers. his autem, fol. 181. & num. 8 f. 182.
An delatoribus promittenda sit pars mulctæ? Et an promissa transmittatur ad eorum hæredes rit. 272. num. 7. f. 182.
Quibus pœnis afficiendi sint delatores, qui falsa crimina appesuerunt? rit. 272. num. 8. f. 182.
An possit ab accusato occidi calumniosus delator & an à Religioso, falsa spargens crimina in Religionem? rit 272. d. num. 8. f. 182. Opinio affirmans reprobata, num. 9.
Libelli non subscripti à delatoribus reiiciendi, rit. 272. num. 9. vers. libellos, fol. 183.
An denunciator, qui non denunciat statim, censeatur socius criminis? rit. 274. num. 102. f. 216.
Conscius de crimine læsæ Maiestatis non statim denuncians, quas pœnas subeat? rit. 274. n. 103. per tot. 53. Et præclara de hoc historia recensentur, d. num. 103. vers. At pro Bart. fol. 318.

Delegatio.

Non extenditur de uno casu ad alium, rit. 273. num. 71. vers. Illaque fol. 275.
Non tribuit iurisdictionem naturalem sed accidentalem, quam extraordinariam vocant, ibidem.
Iurisdictio delegata officiali, in dubio censetur tributa proprio nomine, non ratione officii, quod gerebat, rit. 273. num. 71. vers. iussa, fol. 275.

Delegatus.

Non creditur delegato, nisi ostendat diploma; rit. 273. num. 71. vers. Illaque fol. 240.
Inter ministros condelegatos nulla habetur ratio de maiori, vel minori dignitate, quam habent in eorum Tribunalibus, rit. 273. fol. 241.

Delictum.

In delictis cum ictu sclopi, qui terminus detur ad foriudicandum, & quando incipiat currere? rit. 269. num. 30, vers. quod probant, fol. 119.
Delictum iteratum acriori pœna punitur, rit. 270. num. 66. fol. 158.
In aliquibus delictis iteratio potest efficere de non capitali pœnam capitalem? rit. 270. num. fol. 158.
Delictum omnibus privilegiis hominem exuit, rit. 272. num. 58 fol. 203.
Interest Reip. maleficia impunita non relinqui, rit. 274. num. 87. fol. 312.
Causa delicti minuit delictum, rit. 274. num. 134. fol. 331.
Delicta distinguuntur à proposito, & intentione, rit. 274. num. 119 fol. 324.
*Delicta atrocia subiecta sunt impostu**ris. Et à iure, quò detestabilius est flagitium, hoc minus præsumitur commissum. Hinc requiruntur pleniora argumenta, rit. 274. num. 159. vers. etiam fol. 341.*
Delicta indulgere, est de regalibus maioribus, rit 275. num. 19. f. 354.

Delinquentes.

Afficiendi supplicio; Quid boni Reip. inde accedat? Rit. 274. num. 87. fol. 312.
Sublatis malis, boni tutiores vivunt; ibid. Si confugiant ad Sacerdotem Sanctissimi D. N. Jesu Christi corpus deferentem, an gaudeant immunitate? rit. 275. num. 41. fol. 367.
Cætera vide in verbo Reus.

Denunciator, *vide* Delator.

Deportatio.

Deportationis pœna pro quibus flagitiis imponebatur olim à Romanis. Rit. 270. num. 8. f. 136.
In quo differat à relegatione, à damnatione in metallum, ibidem, & rit. 270. num. 24. f. 146. Quæ loco istarum, quæ desuerunt, pœna successerit? ibidem.
Vide Damnati ad Triremes, Pœna,

Depositio.

Depositio iudicis recusati paucis horis expleri debet, & parumper retardata, habenda est pro confessa, rit. 265. num. 20. f. 10.

Depositum.

Cuius summa debeat deponi in recusatione iudicis ante, vel post datum terminum, subscribente patrono, vi pragm. 15. de suspic. offic. Rit. 265. num. 21.
Quid subscribente principali? ibid.
Num principalis subscribens suspicionum capita, debeat deponere duplum pecuniæ, quæ deponeretur post terminum, si subscriberet patronus? d. n. 21. vers. Et quamvis. f. 11.
Auctores de hoc opinio, d. n. 21. vers. propter causæ opportunitatem. f. 12 Quam convallat duabus S. C. decisionibus, d. nu. 21. vers. Sed ut clavum, f. 13.
Quid si idemmet subscribens sit principalis pariter, & patronus? d. n. 21. vers. A duplici verò f. 13.
Depositi fit iactura, etiam si renuncietur suspicioni proposita, vel suspicionis rejiciantur capita, d. n. 21. vers. Patiturque, f. 13.
A duplicato deposito, nemo omnium excusatur, ne quidem Ecclesia, uno paupere excepto, d. n. 21. vers. A quo quidem. Et Universitatibus, quæ inter miserabiles adnumerantur. d. n. 21. vers. Et cum universitas, f. 13. Decisiones de his S. C. referuntur, ibid.
Vide verb. Suspectus, Suspicio.

Derogatio.

Derogatio legis veteris non præsumitur per novam, nisi exprimatur, Rit. 270. nu. 48. vers. Et sic f. 153.
Vide verb. Lex. Dispositio legis.

Desertor.

Militiæ desertor exuitur omnibus privilegiis, Rit. 270. num. 80. f. 164. Quis autem sit desertor? d. n. 80. vers. igitur f. 165.
Vide Miles.

Desperatio.

In desperatione, extrema remedia sunt tentanda, Rit. 267. num. 70. f. 91.
Extremi morbi extrema poscunt remedia, ibid.

De-

Determinatio.

Una determinatio respiciens plena determinabilia, debet illa aequaliter determinare rit. 272. num. 37. f. 195.
Hao regula an, & quando fallat? ibidem.

Dictio.

Dictio universalis omnia comprehendit, & nihil excludit, rit. 272. num. 37 f. 195.
Dictio, quae omnia, *ad praecedentem refert dispositionem cum omnibus qualitatibus, ibidem.*
Dictio, & anco, *connexionem, & ampliationem significat, rit. 272. num. 62. vers. Neque obicem f. 207.*
Dictio, semper, *quid importet? rit. 272. num. 72. f. 218.*
Dictio, in perpetuum, in infinitum, de gradu in gradum, *quid soneat in fideicommissis? ibid.*
Dictio, sed, *est praecedentis adversativa, rit. 273. n. 95. f. 245.*
Dictio universalis non operatur habilitatem inhabilium, rit. 273. num. 117. vers. Tistari, fol. 250.
Dictio, quasi, *similitudinem, improprietatem, & fictionem demonstrat, rit. 269. num. 32. vers. Cui communi f. 122.*
Dictio, si tamen, *est limitativa, & praecedentis dispositionis declarativa, rit. 274. num. 60. fol. 300.*
Dictio, fortè, *an veritatem significet, vel varietatem? rit. 274. num. 61. vers. Nec replicetur, fol. 301.*
Dictio, revertatur, *significat, quod redeat ipso iure, rit. 274 num 64. vers. Secundo f. 303.*

Didacus.

Dom. Prusee D. Didacus Ulloa laudatur rit. 265. sub num. 21. f. 23.
Dom. Reg. Didacus Soria Marchio Crispani commendatur, rit. 265. num. 51. f. 23. & sub num. 136 f. 46.

Dignitas.

Maior dignitas non separatur à viro, licèt vir ad aliud inferioris notae munus se exerceat, rit. 273 num. 72 f. 240.

Dignus.

Dignior non praecedit, quando dignitas impertinenter se habet ad actum, rit. 267. num. 74. f. 92.
Vide Praecedentia.

Dilatio.

Debet concedi iuxtà loci distantiam, rit. 266. n. 6. vers. Atqui f. 71. & 72.
Dilationem petens calumniosè, mulctari potest, rit. 268. num. 2. f. 94.
Dilatio ad solvendum facit, ut quis sententiae acquievisse dicatur, & appellationi renunciasse, rit. 269. num. 23. vers. Reliquum est, fol. 111.
In aliquibus rebus plus damni afferre potest minima dilatio, quàm in aliis magna, rit. 274. n. 104. f. 319.
Vide Terminus.

Diligentia.

Octavius Augustus Imperator dixit ius assiduè, & in noctem nonnumquam; parùm corpore valens, ferebatur lectica ad subsellia, rit. 265. num. 171. f. 63.

Dispositio legis.

Dispositio legis per non usum non tollitur, sed per contrarium usum, rit. 271. num. 1. f. 169.
Vide verb. Derogatio Lex.

Divitiae.

Divitiae iudiciorum religionem, veritatemque perfringunt, rit. 265. num. 147. f. 65.
Inere est omnis oratio, auro loqueate; persuadet, hoc etiam si vocem nullam edat, ibid.
Doctor, *vide* Iurisconsulti.

Dominicus.

Dom. D. Dominici Emanuelis Cioffi Marchionis Oliveti, & Regni à secretis praestantissimas laudes Auctor percurrit, rit. 274. n. 152. vers. Peracta f. 339.
Dom. Dominicus Crispi laudatur, rit. 270. nu. 62. vers. Itaque f. 157.

Dominium.

An rectè dividatur in utile, & directum? rit. 273. num. 92. cum seqq. f. 244. Immeritò utile dominium dixerunt aliqui esse chymeram, ibidem. Quid sit chymera? ibidem.
Quod nam dominium habeat feudatarius in feudo? rit. 273. num. 91. cum seqq. f. 244.
Non est chymera, neque utile, neque directum dominium, ut aliqui somniarunt; cum ex utroque plures pullulent utilitates, ibidem, & num. 98 f. 245.
Quando lex dominium, seù ius alicui defert, censetur plene deferre, & irrevocabiliter, nisi aliud lex disponat. Rit. 274. num. 64. vers. Primò, f. 303.
An directum dominium in feudis sit chymera? rit. 273. num. 93. f. 313.

Dominus.

Si dominus alicuius loci monitus ab Ecclesiastico, ut eum haereticis purget, neglexerit per annum: potest ille locus concedi Catholicis occupationibus, rit. 270. num. 12. vers. Hinc est anni, f. 139.

Domus.

Quilibet domi suae praefertur advenis, rit. 265. n. 117. f. 41. & rit. 273. n. 75. f. 241.
In quibus delictis domus delinquentis demolitur? rit. 169. n. 44 f. 126.
In domo propria quae reverentia debeatur exteris? rit. 273. num. 76. f. 226.

Donatio.

Etiam quod donatio fuerit correspectiva, nequit donans, quando velit, eam revocare, rit. 273. n. 182. vers. Nec demum f. 280.
Pro observatione donationis, sufficit, si duret una causarum, quae fuerunt, vel motiva, vel finales, licèt alia hodiè cessent, rit. 273. n. 184. f. 232.

Dos.

Aequis passibus procedunt dos, & alimenta, rit. 272. n. 60. vers. Sicuti enim f. 206.
Causa dotis an praeferenda causa Studii? rit. 272. num. 62. cum seqq. f. 207. Iura pro dote, d. num. 62. vers. Praesireadas, ibid. Pro Studio, d. num 61. vers. Clamabat f. 208 Quid S.C. decreverit? d. nu. 62. vers. Re iterùm, ibid. Qua ratione? d. n. 62 vers. Caeteri verò, f. 209. Nunc ex Dominis neutram praeferendam, sed utramque admittendam putabat, ibidem.

Cur.

Cur tot sit vallata privilegiis dos? rit.272.n.62, vers.Praeferendas f.107.
Dos gaudet privilegiis piae causae, libertatis, publicae utilitatis, ibidem; Alimentorum, d.n.62, vers Proinde f.208.
Dos an sit causa pia? d.n.62, vers neque esse. fol. 207.& vers.Quin stultis. 349. An deducenda creditoribus habentibus tacitam hypothecam, d.n.62.vers.Proinde f.208.

In dubio.

Non censentur concessum, quod est Regaliae supremae sed quod est coercitum juris regulis, rit. 265.n.95.f.37.
Cum agitur rei anima, tutiora sunt amplectenda, num.149.f.52.
Praesumatur quis praesens, an absens? rit. 266. num.20.f.74.
Pro integritate Officialis, qui sponte fatetur, se esse suspectum, est iudicandum, rit. 265. nu. 64.f.27.
Par est, ut Fiscus in dubio succumbat privato, rit.265.nu.55.f.24.
Quibus credendum, duobus medicis negantibus infirmum decessisse ex vulnere, an mille affirmantibus? Rit.267.num.71.f.91.
Standum in dubio dictis medici, an protomedici? eod.rit.267.num.7.cum seqq.f.91.
In dubio an carceratio, in aliquo Tribunali opposita, ne cogatur citatus in alio comparere, praesumatur effectata? rit.269. nu.15. f.104.
An fides adhibita in promissione, in dubio intelligatur de humana potius, an divina? rit. 220. num.6.vers Hinc judicavimus, f.135.
In dubio abscissio membri, de quo intelligendum? rit.270.num 8 vers.Prout.f.137.
Tempus appositum, in dubio intelligitur pro uno anno, Rit.270 nu.11.f.138.
Unusquisque in dubio praesumitur bonus, rit. 270.num 39.f.151.
Haeres in dubio accipitur pro universali, rit.272, num.15.vers Sed investigemus.f.185.
In dubio, quando Glos.vel Doctor plures refert opiniones, in ultima, dicendum est, consedisse? rit. 272.num.35.f.194.
Verba, quae possunt intelligi de iure? & de facto, in dubio debent intelligi de iure rit. 272. nu. 51.vers.Hinc cum haeredes, f. 97.
Pronunciandum in dubio est pro firmitate fideicommissi, rit.272.num 59 vers.Ignoro. f.205.
In dubio inter substitutos, an adsit reciproca, contra reciprocam respondendum, rit. 272. num.69.vers.Duplex, fol.212.
Cessum ab Episcopo, qui sit etiam Canonicus, in dubio censetur factum, ut ab Episcopo, rit.273 num.71.vers.Dixi, f.240.
Iurisdictio delegata alicui Officiali in dubio censetur tributa proprio nomine, non ratione officii, quod gerebat, Rit.273.num.71.vers.Iussa, f.240.
In dubio iudex, an habeat, dicat habere iurisdictionem, Rit.274.num.30.vers.In dubio, fol. 291.
In dubio, si non liqueat manifeste de haeresi, an Inquisitor, aut Dioecesanus se intromittat? rit.274.num.30.vers.In dubio, ibid.
Mala intentio praesumitur in dubio in proferente verba haereticalia, Rit.274. num.31. vers. Cum autem f.292.
Receptans reum laesae Maiestatis in dubio praesumitur esse in dolo, etiam ex unica receptatione, rit.274.num.76.vers.Quaestio f.308.

Dubium.

Articulus dubius iuris aequiparatur facto, rit. 269.num.18, vers.Restringitur f.106.

Ductor exulum.

An ductor exulum capiens interfectorem alicuius gaudeat indulgentia promissa capienti? rit.269.num.47.f.127.
Non venit sub generali vocatione, ut gaudeat indultu, nisi exprimatur, ibid. Et captus atrocius plectitur, ibid. In pragmaticis Regni semper censetur exceptus, ibidem.
Vide Banniti, Latro.

Ecclesia.

Ecclesia aequiparatur Universitati, rit.265. num.163.vers.Eminus, f.60.
Est mater nostra, Sponsa Christi, sancta, pia, eod. vers.Eminus, ibid.

Electi.

Electi ne huius Civitatis, an Plateae civitatem repraesentent? rit.265.num.163.vers.Eminus, ibid.
Quibusnam ex istis liceat iudicem, si casus ferat, recusare? ibidem.
Electi sunt similes tutoribus, ibidem.

Eleemosyna.

Facienda potius pauperibus monialibus, quam viris religiosis, rit.272.num.64.f.209.
Emergens, vide Incidens.

Emptor.

Emptor cum pacto de retrovendendo est verus emptor; & alienatio est perfecta resolvenda sub conditione, hinc facit fructus suos, rit. 273. num.175.f.226

Episcopus.

In sua Dioecesi degens, an praecedat Archiepiscopum, & possit animadvertere in ipsum ibi delinquentem? rit.265.num.117.f.41.
Episcopus Canonicus sedet, ut Canonicus post antiquiores rit.267 num.73.f.92.& rit. 273. num.67.f.210. An praecedat Lectores in Studiis? ibid.
Episcopus Titularis praecedit, rit.273. num.63. f.239.
Episcopatus est omnium dignitatum culmen, ibidem.
An Episcopus, qui sedet ut privatus, etiam debeat eminentiori loco sedere? num. 71. vers. Quinimo f.240.
Episcopus Bisiniani factus Regius Consiliarius praecessit caeteris Consiliariis antiquioribus, rit.273.num.71.vers.Quinimo f.240.

Equites.

Equites aurei velleris, & Grandes Hispaniae,

cui

cui subsint immediatè? An à Proregibus possit eis aliquid inhiberi? Rit.273. num.91 f.144.

Etymologia.

Quid sit, & undè dicatur? rit.270.num.18. vers. Et Salyc f.143.

Eunuchi.

Non poterant fieri in loco subdito Romanis sub pœna gravissima, rit.270.num.25 f.146. Hodiè licet, ibidem. Olim adhibebantur ad custodiendas virgines, at quam incautè? ibidem.

Dicunt, esse proximos ad Venerem, eodem rit. d.n. 25 fol.146.

Adsunt non rarò plerique optima indolis, & strenui, proindè sunt capaces feudi, d. n. 25. vers. At verò f.146. An possint ascendere ad Clericatum, & Episcopatum? ibid.

Excellens.

Excellens in arte non debet mori, rit.275.nu.24. f.357. Quod non profuit Azoni, Rit.275.nu.25. fol.eod.

Exceptio.

Exceptio nullitatis qua dicatur notoria, & quos producat effectus, Rit.269.num.16 f.104.

Non numerata pecuniæ, quomodò possit renunciari? rit.270.num.6 vers Fuit etiam, f.136.

Exceptio est de regula, rit.269.num.03.vers.Quinimò f.112.

Exceptio affirmat, si regula negat, ibidem.

Vide Declinatoria fori.

Exceptio hostica.

Exceptio hostica quænam sit? rit. 269. num.6. Qui agant de ea? remissivè, ibidem.

Excommunicatus.

Excommunicatus an possit judicem recusare? rit.265.num 54 f 24 S: per annum obdurnerit fadè in excommunicatione, habetur suspectus de fide, & convictus de re, pro qua excommunicationis fulmen passus est, rit.270. nu.12.vers.Præterea f 40.

Quid si fuerat excommunicatus, quia hæreticus? ibidem.

Exequutio.

Exequutio facta ob contumaciam contra infirmum non tenet, rit.267 num.6 f.80.

Quia infirmus non potest esse contumax, ibid.

Vide verb. Infirmus.

Exequutor.

An coram exequutore sententia possit opponi nullitas ex iisdem actis proveniens? rit. 269. nu. 20. vers. Et propterea f.108. eod. rit. num. 23. vers. Andreas Isern f.112.

Exequutor testamentarius.

Dicitur procurator, rit.265.num.156 f.56.

Exemptus.

Exemptus non tenetur comparere, constito judici per ostensionem privilegii de exemptione, quomodò intelligatur? rit.269 num.28 vers. Peregrinum f.117.

Extentio.

Permittitur, quoties secus sequeretur absurdum, rit.265.num.21.vers.Propter causa f.12.

Exteri.

An possint obtinere beneficia Ecclesiastica? rit. 265.num.150.f.53.

Sunt incapaces officiorum, quæ Regnicolis conferenda sunt, ibid.

Factum.

Ex facto magis innotescit pravus animus, quàm ex verbis, rit.274.num.32. f.292.

Facta sunt efficaciora ad designandum animum, quàm verba, ibidem.

Verba quandoque falsa sunt, facta nunquam, ibidem.

Ratificatio, qua fit factis, validiùs confirmat actum, quàm verbis, ibidem.

Alterius factum, ei, qui nihil admisit sceleris, nocere non debet, Rit.274.num 57 f.299.

Fama.

Fama, quid sit, quotuplex, undè dicatur, an possit in bonum, & in malam partem sumi, in quo differat ab opinione, & rumore, quam probationem faciat? rit.270.n.45 f.152 Est mendax, ibidem, Quandoque vera, num. 65. vers. Tertiò occurrit f.157.

Nemo igitur probare suam bonam famam, cur? rit.270.num.39 f 151. Nisi contra ipsum urgeat aliqua præsumptio, num.40 fol eod.

Qualitas hominis ex fama innotescit. num.41. fol.151.

Fama parit adversùs infamatum præsumptionem, Rit.270.num 42 f.151.

Non quidem probationem, etiam uno teste vallatam, ibidem.

Ne in criminis quidem hæresos ibidem.

An indicium ... ad torturam? ibid.

Bona fama inquisiti eum à cruciatibus eripit rit.270.num 4. f.151.

Fama in genere quomodò probanda? d. num.42. vers. Ut autem f 151.

Fama, qua decem testibus nititur, licèt formiter probata non esset, pro probata haberetur, nu.44. f.152.

Fama bona, vel malo quid prodest, vel obest homini, Rit.274.nu.130 f.329.

Diffamatio, ut urgeat, qualis debeat esse? rit.274. num.150.vers.diffamatio f 336. & num. 162. f.342.

Facilè est cuique invenire testes, qui deponant de sua bona fama, rit.274.num.152. vers. Decianus f.338.

An mala fama debeat probari in eodem genere delicti? rit.274 num.161 f.342.

Concurrentibus bona, & mala fama, præfertur bona pro reo, num.162.f.340.

Farinaceus.

Nimia limitationum, & sublimitationum profluvie Farinacius scriptis suis lumen eripuit, rit.274.num.83 f.311.

Felix.

Dom. D. Felix Ulloa, & Lanzina S. C. Præses innumeris celebratur laudibus, rit.265.nu.125. f.43.

Ferdinandus.

Excell Dom. D. Ferdinandus Ioachim Faxardo de Requesens, Marchio de los Veles Prorex summis laudibus extollitur, rit. 275. num. 22. f 356.

Encomia atavorum ejusdem Excell. Domini, præsertim Ludovici de Requesens, d.num.22 cum seqq.f.356.

Quando Excellen.hic Dominus Prorex,M.C.V.visitaverit? d.n.22 f.356.

Triumphalis apparatus M.C.V. in eius receptione describitur,d.rit.275 num.22. cum seqq. fol. 356.

Excell.hic Dominus Prorex exequi mandavit literas Regis de claudendis monopoliis non descriptis in albo Arrendamenti,Rit.267.nu.45. f.85. Quod Invictissimus noster Rex approbavit, laudavitque Excell. Domini zelum, rit. 267 *num.84.vers.apertimè f.94.*

Rex Ferdinandus dotari mandavit filias damnati læsæ Maiestatis,rit.274. num.78.f.309.

D. Ferdinandus Tavar militavit in vivo Messanæ bello,Rit.269.nu.26.vers Ex hoc promant, f.115.Eius gesta,ibidem.

Dom.Consil.D.Ferdinandus Ramires commendatur,rit.268.num.3.f.95.

Feudatarius, Feudum.

Feudum dicitur à fide,rit.273. num.8. vers. aliquando,f.234. Hunc feudatarius debet iuramentum fidelitatis, ibidem. Quod an sit de substantia, vel de forma feudi.

Et an possit pacto remitti? ibidem.

Aliquando infeudatus vocatur capitaneus,n.10. f. 234. Qui autem vocetur Capitaneus iuxtà communem loquendi usum, ibid.

Sapissimè Baro,d.rit.273.num.14.f.235.

An aliquid intersit inter militem, hoc est, feudatarium, & Baronem, rit. 273. num. 15. f.236.& num.33 f.237.

Feudatarius vocatur miles, rit.273.num.6. fol. 233.*Car?num.33 f 237.Valvasor,na.8.f.233. Cliens,ibidem.Fidelis,d.num.8.vers. Aliquando Vasallus,num.9 fol.234 Qui autem hodiè, & communi usu dicatur vasallus,ibidem. In quo differt vasallus à subdito? rit.273. nu. 9. f.234 Quod dominium habeat in feudo? rit.* 273.*num 92 cum seq f.244.*

Quid teneatur feudatarius pro feudo præstare? rit.273.num.16 f.236.

Baronia an inter feuda titulata numeretur; & an in eius alienatione Regis assensus, sicuti in feudis titulatis, requiratur? d.rit.273.nu. 17*.f.236.*

Si Baronia ad Dominum devolvatur, & per ipsum alii concedatur, an iste infeudatus baronia titulo gaudeat, si dominus non expressè in baroniam tradat? rit.273. num.20. f.236.

Baro plura castra possidens, si unum cum Regis assensu subinfeudaverit,an huiusmodi subinfeudatum feudum sit quaternatum? rit.273. num.21 f.236.

Cur, ut Baro baroniam constituat, sit necesse, ut unum ex eius feudis alii subinfeudet cum Regis assensu(tenendum ab eo, & sub eo,) Rit. 273.*num.23.*

Feudatariis feuda quaternata habentibus non licet uxores ducere, vel filias nuptui dare sine Regia permissione.Rit.273.num.26 f.237.

Rex si meminerit de Baronia, non intelligit de illo Barone sic vulgariter dicto.quamvis plura possideat feuda, sed de Barone, qui plura habens feuda,unum concessit cum Regis assensu. rit.273.num.31.f.237.

Feuda an de iure communi fuerint cognita, & an sit illa militia,de qua per ius commune? Rit.273.num.34.f.237.

Consuetudines feudales fuere priscis temporibus appellata iura militaria,num.35.f 238.

Servitium,quod in Regno à feudatario Domino præstatur,militare nuncupatur, num.36. fol. 238.

Servitium, quod exhibet feudatarius, in aliis locis, quale sit, si non exprimatur. Vel, si non dicatur,(feudum concedimus ad serviendum) quale servitium debeatur? rit.273. num.37. f.238.

Feuda æquiparantur militiæ per Iserniam,n.38. f.238.

Militia, & feudum an in generali obligatione contineantur? num.39.f.238.

Barones an dicantur titulati,& an Baronia inter regales dignitates sit describenda? nu.40. f.238.& num.60.f.238.

Tituli dicuntur regales dignitates, de quibus in feudorum libris,num.41.

Beneficium in libris feudalibus pro feudo accipitur,num.42 f.238.

Baronia, nova est in Regno dignitas consuetudine introducta, Longobardis incognita, rit. 273.*num.49 f.238.*

Baroniæ dignitas in feudali libro non reperitur, rit.273.num.50.f.238.

Baroniæ dignitas est Comitatu inferior juxtà generalem Italiæ consuetudinem,rit.273. nu. 51.238.

Principatus dignitas non fuit in libro feudali cognita,num.52.f.238.

Principes, de quibus hodiè, abusivè dicuntur Principes,num.53.f.238.

Princeps propriè dicitur Imperator,num.54. fol. 238.

Primogenitus Regis, in Hispania Princeps, in Gallia Delphinus, & in nostro Regno Dux Calabriæ dicitur,num.55.f.238.

Baro quandoque Princeps nuncupatur, largo tamen sumpto vocabulo,num 56.f.238.

Sub nomine Principis, qui contineatur? remissivè,Rit.273.num.57 f.238.

In libro feudorum, licèt de Ducatu, Marchionatu,& Comitatu mentio fiat; tamen idem arbitrandum de Principatu, Delphinatu, & Vicecomitatu, atque Baronia,Rit.273. nu.58. f.238.

In Germania inter Comitatum, & Baroniam nullum adest discrimen,rit.273. num.59. fol. 238.

Comites Baronibus præcedunt,rit.273. num.60, f.238.

Baronia an sit divisibilis? Constitutio,de qua in cap imperialem.§ prætereà,circa indivisionem feudorum regalium,an in Italia,aliisque partibus de consuetudine servetur? rit.273.n.61. f.238.

Titulus est dignitas.rit.173. num.63. Titulatus non præcedit Episcopo,ibidem.

Regales dignitates dant Pontifex, Imperator, Rex,rit.273.num.64.f.239.

Titulati exteri, an ut cæteri Titulati Regni, gaudere debeant? rit.273.num.75 f.239. Ele-

cti à Pontifice; vel Imperatore, an Regni Titularis praecedant? num.66.f.239. & fusius num.75 f 241.
Constituto feude, illiusque tradita possessione, utile dominium transit in cessionarium, retento directo à concedente, rit.273. num.92.f.244. Quid senserint aliqui pro hoc utili dominio? num.93.cum seqq f.245.
Non defuerunt, qui dixerint esse chymeram, ibidem.
An transeat in feudatarium feudi usufructus. rit.273.n.101.fol. 246. In quo differat feudatarius ab usufructuario;num.112.fol.249.
Feudatarius ad instar usufructuarij debet bene uti feudo: & vasallos, eûi filiis habere.rit. 274.nu.102.fol.246.
Feudatarius malè agens circa subditos, an feudo privetur,& possit cogi ad illud vendendum; rit.273.num.104.f.247.Quid in feudo empto, vel in remunerationem concesso,nu.105. fol.247.
Quos contractus non possit feudatarius facere super feudis; rit. 273. num. 115. cum seqq. fol.250. An possit feudatarius gravare suum superfructibus feudi hareditarij; num.118. An facere substitutionem absque Regis assensu;rit.273.n.119.f.251.
An in feudis assensus impetratus super facultate disponendi extendatur ad substitutionem; rit.273.n.120.fol. 251. Quid in Regno vi gratia impertita feudatarijs per pragm. 33. & 34. de feudis, disponendi in masculum remotiorem, exclusa famina proximiore, an extendatur ad substitutionem; rit.273 n.121.cum seqq.fol.251.
Num ad excludendas huiusmodi faminas, requiratur necessar à . ut illis provideatur de dote; rit.273.nu.121. vers.altera, fol.251.
Si Statuto Dominus deberet succedere Vasallos decedenti absque testamento, vel liberis, pater substituendo aliquem pupillariter impuberi, excludit dominum;rit.273 nu. 122. vers. quapropter fol.252
An idem in officio regali cum facultate nominandi alium;ibidem.
Concessa facultas vendendi feudum uni, non extenditur ad alium, rit.273.num 23. vers. quamobrem: fol.154. Vel donandi non protrahitur ad donationem causa mortis; cum similibus,ibid.
Ratione utilis dominij qua valeat exercere feudatarius; An arcem construere, vel collapsam readificare absque Regis permissu; rit. 274.n.130.fol.258.
Si duo sint Barones eiusdem oppidi, eius est custodire mania, qui merum habet imperium, rit.273 n.130. fol. 258. Et potest Vasallos ad excubias cogere in locis maritimis,ibidem.An item possit cogere ad custodiendum carceratos? ibidem.
Tempore belli potest Baro, subfeudatario repugnante,castrum, quod subinfeudavit, custodire; quod & Regi permittitur,rit.273.nu.131. f.258.
An fiscus teneatur dare Baroni pretium arcis, quando illam capit custodiendam? rit.273. n. 132.f.259.
Privatus non potest turrim adificare, invito barone,Rit.273.num133.f.259.
Si Baro subinfeudat, quale dominium retineat, transferatque remissivè,ric.273.n.135 f 259.
Principe concedente castrum Baroni, quid concessum dicatur, an iurisdictio? rit.273.n.136. cum seq.f.259.& n.149.f.264. Quid in Regno? d.n.150.An merū imper.tit n.156.f 264. An molendina? n.139. f.264. An molendina ducentia aquam ex flumine,num.141.f.260.An ipsa flumina, num.142.f.261. Quid si aqua aliunde veniat & fluat per fundum territorium ibidem. An saline? num. 146.f. 263. An ius patronatus; num.147.f.263.
Investitura facta cum praeminentiis M.C.V.comprehendit facultatem cognoscendi de delictis officialium,rit.273.num.138 f 260.
An conducta feudo, veniat ius prasentandi ad beneficia? rit. 273.num. 147 f.263 Quid de laudemiis,& releviis? ibidem.
An in iure patronatus succedat primogenitus, exclusis caeteris fratribus? ris. 273. d.n.147. f 263.
De quibus verificantur de iure verba in concessione feudi apposita,Pro te,& haeredibus?Quid ut si dicantur Sacerdoti? rit. 274. num. 53. f 297.In Regno, de quibus verificantur? b d.
Aperto feudo ad dominum ex felonia,an obstringatur dominus solvere debita à feudatario contracta? rit,274.num.54 f 298.
An feudis ob feloniam privetur pater & agnati? rit.274.num 57 f 299 Et texit ... [illegible] que Qua sit prim caus. [illegible] ... excusetur? num.59.cum seqq f 3 0 Quid de feudo novo? num.60.cum seqq f.300.
In feudo novo, qui succedant? rit.274. num.60. cum seqq f.300.
Feudum perire,quid sit? rit.274. num.62. vers. subdit,f.301.
An in Regno ipsemet alienans feudum possit revocare? rit.274.num.63.vers.Tertia.f 302.
In feudis non aquitas inspicitur, sed rigor? rit. 274.num.66 f.304.
An nepos repellatur à feudo avi ob feloniam commissam à filio:rit.274.n.75 f 307 Contra nepotem [illegible] militat,d.n.75.vers.& quod.f 307.
Feudalia iura an ab omnibus servanda: Quid in Regno? rit.274.num.103.vers Bald.alioquin, f.317 Qui condiderint? ibidem.
Concesso feudo an veniat mare? rit.275. nu. 60. f 371. Et ad quantum spatium se extendat? num 62 f 372.
An gratia concessa in pragm. 33. de feudis protrahatur etiam in feudis emptis? rit. 273. num.123.vers Gratiam.f 255.
Num feudum emptum habeat veram feudi naturam? rit.273.num.123.vers.Gratiam,cum seq f.255.
In quo consistat essentia feudi nobilis, & quaternati? rit.273.nu.123. f.255.vers.siquidem in secundo f.255.
An filius famil.feudatarius liberetur per feudu à patria potestate:rit.273.n.125 f.257. Et an paterfam.habeat usumfructum in feudis filij habitis per successionem:ric.273 n.124f.257.
An legato feudo debeatur astimatio? remissivè, rit.

rit. 273. num. 128. fol. 258.
Ca tera vide in verbo Baro.

Fictio.

Fictio fundatur in aquitate; & unde abest aequitas, & fictio abest, rit. 269. num. 32. vers. Nec efficit f. 123. Cedit veritati, rit. 272. num. 62. vers. Retundebat, f. 208.

Fidcicommissum.

An possit vendi fideicommissum pro vindicanda fideicommittentis nece? rit. 272. num. 56. fol. 202. Quid de nece descendentis gravati? d. num. 56. vers. Hoc autem f. 203 Vel pro redemptione patris captivi apud hostes? d. n. 56. vers. Pro redemptione, f. 203. Vel pro liberandis descendentibus à banno capitali? num. 57. f. 233. Quid pro obtinenda gratia, vel solvenda compositione? num. 58. f. 203.

Prohibita fideicommissi alienatione, non censetur ea prohibita, qua fit ex causa necessaria, ibidem.

Potest fideicommissum alienari in casu, quem si prasensisset testator, voluisset, ibidem.

In fideicommissis voluntas magis, quàm verba intuenda sunt, ibidem. Sic, & in contractibus, ibidem.

Ut voluntas fideicommittentis servetur, recedendum est à verborum significatione, d. n. 56. f. 202.

Testatoris voluntas est lex, ibidem.

An possit vendi fideicommissum pro sumptibus matrimonii? rit. 272. num. 59 f. 204.

Quid pro indumentis lugubribus? ibid.

Num vendito fideicommisso pro huiusmodi necessitatibus, teneatur vendens reficere deinde ex suis reditibus fideicommissum? rit. 272. num. 59. vers. At verò, f. 204. Referuntur pugnantes decisiones, ibidem.

Quid sentiat de illis Auctor? d. num 59. vers. Ignoro tamen, fol. 205. & vers. Et quidem, vers. Pro altera, f. 206. Arbitrio tandem iudicantis remittit, d. n 59 vers. Pro altera, f. 206.

Nefas est, declarari inconsultò vincula fideicommissi extincta, ibid. Dolet Auctor, hodiè faciliùs declarari, d. num. 59. vers. Et quidem, fol. 205.

In dubio iudicandum pro fideicommissi perpetuitate rit. 272. num. 59. vers. Ignoro tamen f. 205 Et favorabile dicitur, ibidem.

An possit fideicommissum alienari, ut suppeditentur alimenta liberis fideicommittentis? rit. 272. num. 60. f 206 Rit. 272. num. 62. vers. Quia studii f. 209. Pro studio adolescentis? num. 61. f. 207. Quid si concurrat dos, & studium, utrum praferendum? num. 62 f. 207 Iura pro dote, d. nu 62. vers. praferendas, f. 207. Pro studio, d. num. 62. vers. Clamabat. f. 208. Decrevit S. C. pro dote, d. num. 62. vers. Re iterum, f. 208.

An fideicommissum possit alienari pro expensis litis ad eiusdem fideicommissi conservationem? rit. 272. num. 65 f. 209.

Fideicommissa mutua ad alterutrum devolvenda votum captanda mortis germinant, & fraternam concordiam pessundant, rit. 272. num. 68. vers. Itaque f. 211.

Ex sola prohibitione alienationis facta pluribus descendentibus, ut bona perpetuo conserventur in familia, inducatur ne fideicommissum simplex, & descensivum, an reciprocum de linea ad lineam? rit. 272. num. 69. vers. Ex his ostenditur, f. 214. & num. 72. vers. Hic quoque f. 219. Et opinio Fusar. q. 689. num. 2. explicatur, d. n. 69. vers. Et sic minimè, cum seq f. 214. Et Peregr. art. 13. num. 79 vers. Vigesimus, discatitur; d. n. 69. vers. Ex his f. 214.

Utrùm, quando testator non dirigit verba ad proprios suos descendentes, sed ad descendentes filiorum, censeatur fideicommissum descensivum, an reciprocum de linea ad lineam? rit. 272. num. 69. vers. Accedit f. 215.

Prohibitio alienationis est nullius roboris, nisi aliqua ratione, vel causa vestiatur. d. nu. 69. vers. Multò minus, f. 216. Et finito fideicommisso, cessat & prohibitio, ibidem.

Vocatis pluribus ad fideicommissum, iisdemque invicem substitutis, si deindè vocentur eorum liberi, an censeantur liberi discretim vocati ad parentum propriorum portiones, absque eo quod praesumantur, & reciprocè vocati? rit. 272. vers. Et licèt, f. 217. Quid si adiecisset, ut bona in perpetuum conserventur in familia? ibid Quid si essent descēdentes? ibid Et tex. in cap. 1. de duob fratr. de non benef invest. germanus sensus traditur, d. rit. 272. n. 72. vers. Qua conclusio f. 218. & vers. Huic opin. f. 220.

Fideicommissum cum illis verbis (succedant de gradu in gradum) an & Collaterales complectatur? d. rit. 272. num. 73 f 220.

Si fideicommissi verba dirigantur ad rem, non ad personas, constans fideicommissum reale, d. n. 73. vers. Accedit, f. 221. Quid operatur, quod sit reale? ibidem.

In fideicommisso cuinam succeditur testatori, an gravato, ibid.

Num in restitutione fideicommissi veniant pralegata? remissivè, rit. 272. num. 78 f. 228.

Quid si praelegata fuerint relicta titulo institutionis? num. 79. f. 228 Vel si postquàm fuerit relictum praelegatum, gravetur restituere hareditatem? d. n. 78 f. 228.

Vide catera in verb. Substitutio.

Fideiussor.

An fideiussor de prasentando aliquem intra statutum tempus sub pena, debeat requiri, vel saltem citari, ut incidat in poenam? rit. 272. num. 29. vers. Sed difficultas f. 191.

Fides.

Fides medici, quod agrotet citatus super tenore instrumenti, debet fieri publico instrumento, nec valide fit à Notario vasallo, rit. 267. n. 4. f. 80 Ita sapiùs M. C. V. censuit, ibid.

Quid huiusmodi fides continere debeat? ibid.

Fides medicorum, qui infirmitati interfuere, pravalet fidei eorum, qui non adfuerunt, rit. 267. num, 56. f. 88. Vide Medicus.

Fides promissionis.

Fides adhibita in promissione intelligitur in dubio de humana ne, an de Divina? rit. 270. n. 6. f. 135.

Fidem servari, est iuri naturali, & positivo consentaneū, d. n. 6. vers. Hinc iudicavimus f. 135.

Vel ipse Deus obstringitur pactionibus, & fide, ib.

Co-

Colendo fidem Quirites, Imperium ad summam potentiam evexerunt, d. num. 6 f. 135.
Fides servat Remp. rit 275 num. 35 f 361.
Principis est servare fidem, & ceteri ea careant; ibidem.
Preclara exempla recensentur fidei servatae etiã immeritis à plerisque Imperatoribus, ibidem.
Vide Pactum.

Filiæ.

An dotari debeant à fisco ex bonis ad ipsum ex crimine per patrem rebellem patrato, devolutis? rit. 274. num. 78. f. 309.

Filius.

Solet sæpè esse similis patri, rit. 274. num. 58. fol. 299. Dicitur pars patris, d. num 58. vers. Io. propterea f. 299.
Non iniucunda afferuntur eruditiones, quod filius patrem imitetur, d. num. 58 f. 299.
Habet eandem voluntatem, ac pater, d. num. 58. vers. Quamobrem f 299.
Vide Naturales.

Finis.

Qui vult finem, vult & media, rit. 274. num. 90. f. 313.
Vide Medium.

Fiscus.

Fisci patronus potest interesse testium examini, & interrogatoria dare etiam post provocationem ad S C rit. 265 num. 15 f. 14.
Et ita decisum, d. rit. 265. num 25. vers. Neque ejus f. 15.
Audiri debet in omnibus causis, ibid. Et dicitur pars necessaria, rit. 165. vers. At si litigantium f. 14.
Nec potest reus absolvi, nisi ipso audito, ibid.
Non utitur tamen repulsa, ibid.
Fiscus multum deperdit ob alicuius causæ amissionem, d. rit. 265. num. 25. vers. At si litigantium, f. 14.
Fisci semper est bona causa sub Principe malo, rit 265. num. 55 f. 24.
Optimo regimini convenit, ut fiscus in dubiis succumbat, ibid.
Nequit in Regno, fisco inscio, à iudice d latio concedi, rit. 266. num. 18 f. 74 Cum ipse, sicuti & pari valeat contrarium absentia probare, ibidem.
Fisco licet, allegata infirmitate Rei citati, oppositum probare, rit. 267. num. 59 f. 88.
Fiscus frustrà clamat, quando partes sunt potentes, rit. 270. num. 3 f. 148.
Fiscus quomodò debeat probare diffamationem inquisiti proforascito? num. 43.
Et quæ requirantur? ibidem?
Fisco sit mora re ipsa, rit. 272. num. 29. vers. Sed quamvis f. 192.
Fisci patronus, deposita acerbitate, id tantùm debet petere, quod & indicaret, rit. 274. num. 114. f. 322.

Foriudicari.

Foriudicari an possit minor; rit. 269 num. 32. f. 122. Quæ sit praxis M. C. ibid Respondet Auctor Campana, & D. Heron. Calà tuentibus, posse foriudicari, d. num. 32. vers. Cui communi f. 122. Eunclear pragm. 1. de minorib. quæ videtur hoc finere, d. num. 32. vers. Nec officit, f. 123.
An mulier possit foriudicari: rit. 270. num. 78, f. 163. Quid de rustic? num 79 f eod.
An rustici sint immunes à pœnis contumaciæ?

Forjudicatio.

In sententia forjudicationis, qui debeant citari rit. 269 num. 17 fol. 104.
Pro quibus delictis imponeretur olim forjudicatio rit. 270. num. 4 fol. 133. & num 7 fol. 136.
Hodiè verò non, nisi quando pœna mortis naturalis esset infligenda, ex decis. duarum aularum S C. eod. rit. num. 9 fo 37.
An autem S C. potuerit hoc statuere, & cur egerit, eod. rit. num. 10. fol. 137.
Ut possit infligi, debent ne præcedere indicia ad torturam, an sola satis sit contumacia, d. num. 9 f. 137. Quid hac de re sentiat de Franchis, d. num 9 fol. 137.
An in forjudicationis sententia sit usu recepta in M. C. bonorum annotatio? Quidve in aliis Curiis Regni; rit. 270. num 13 fol. 141. Quid in Urbe, & Statu Ecclesiastico, & in aliis regionibus, ibidem.

Forjudicatus.

Forjudicatus an possit dicere de nullitate sententiæ forjudicationis, puta, quia tempore sententiæ captivus erat apud Turcas; Et discentiuntur decisiones sibi adversantes, rit. 269. num. 18 f 105.
Forjudicatus habet annum ad comparendum; d. num. 18 fol. 105 Cur. rit. 270. n. 11. fol. 138.
An forjudicatus captus possit opponere nullitatis, quæ proposita prius ab agnatis, fuerant rejecta; rit. 269 num 24 fol. 113.
Etiam, quod à lecta forjudicationis sententia sint elapsi anni 12. forjudicatus potest nullitates deducere, haud obstante pragm. 77. §. 21. de dilat. quæ hodiè est 4. eod. tit. & cur. rit. 269 num. 24 f. 113.
In quo differt foriudicatus simpliciter à foriudicato per sententiam; rit. 269. num 30. vers. Ugebat, 119.
Forjudicatus undè dicatur; Quo alio nomine nuncupetur; rit. 270. num. 12. vers. Forjudicatia, f. 141.
Cum forjudicatis, vel eorum fautoribus nequit admitti compositio, cur; rit. 275. num. 10, f. 352.
Vide Bannitus, Deportatio.

Forma.

Forma duplex est; rit. 271. num. 10. vers. Excitatam, fol. 171. In quo differant hæc, requiri solemnitatem (ante formam, post formam, de forma, præter formam) ibidem.
Quando lex negat aliquid posse fieri, nisi &c. tunc requisitum, per illam particulam, nisi, est de forma; rit. 272. num 32. f. 194.
Vide in verb. Qualitas.

P. Fragosius.

P. Fragosii dictum in tract. de regim. Reip. tom. 1. 8 q num. 228. reiicitur, rit. 267. num. 51, cum. seqq. fol. 87.

Franciscus.

Franciscus I. Franciæ Rex solebat dicere, Principit

cipis esse servare fidem , & si cateri omnes fide carerent , rit.275.num.35.f.361,

Dom.Reg. D. *Francisci Moles equitis Calatrava, olim Prasidentis Reg. Cam. & Ducis Pareta recensentur praconia, rit.273. fol.199.n.114. f.249.& rit.265.sub n.131.f.44.*

Dom. Reg. D. *Franciscus Ortiz Cortes delectus Caput iuncta instituta ad coercenda, fraudes vectigalis vini , ad minutum,rit.295. n. 1.fol.6.*

Eiusdem afferuntur encomia,ibidem.

Dom.*Consil Franciscus Rocco laudatur,rit.265. num.1.fol.6.*

Fratres.

Fratrum gratia rara est , rit.265.nu.139 f.46. Miraculum est , si fratres mutuò se diligant, eod.n.139 f 47.

Fratres nisi regionibus, fluvijs, murisque communia bona distinguant , longoque invicem sint remoti spatio , altercandi finem non faciunt,ibidem.

Fridericus.

Error Lipar. & Iseru. de loco , in quo decesserit Fridericus II. Imperator,rit. 270. nu. 30. f.144.

Re veru decessit , quando minus credebat,in Florentino oppido Capitanata , ibidem. Mortis historia perstringitur,d.nu.30.fol.148. Iucundum eiusdem Friderici epithaphium, ibidem.

Fridericus I. Barbarossa quo tempore floruerit, quo Pontifice? d.num.20.vers quos etiam , fol. 145.

Vterque parùm Ecclesiam. & Pontificem adamarunt.d. num. 20. vers. sed de vtroque, fol. 145.Quem vita exitum habuerint,ibid.

De Friderico II quid sentiant Doctores? ibidem.

Fridericus , qui huic Regno prafuit , arguitur, vt inexplebilis : Innumeris enim hanc Civitatem , & Regnum oneravit tributis, rit. 273. n.186. vers Fridericus.f.282.

Fridericus Imperator satagebat exhibere se erga subditos misericordem , & clementem. qualem orabat erga se Deum,rit 265.n.21.fol. 12.

Frumentum.

Alienari prohibitum intelligitur etiam de farina , rit.265. num. 21. vers. propter causa, fol.12.

Fundamentum.

Fundamento labente , corruit adificatum , rit. 269.n.20.vers.& propterea.f.108.

Fur.

An fur captus cum re furtiva in alio loco,quã in eo , in quo furatus est , possit ibi ratione contractationis plecti? rit.270.n.70.f.159.

Fur simplex dicitur , qui occultè , & sine armis furatur,rit.270. n.73 f.160.

An fures nocturni intùs civitatem, vulgò cappiatori *, si sint milites , debeant remitti ad Auditorem exercitus? rit.276.nu.80.fol.164. Rationes , non esse remittendos,n.80. vers.addebat,fol.194.*

Quid censuerit Collaterale Consilium ? d. n. 80. vers.re discussa , fol.165. Rationes pro milite, d.n.70.vers.igitur.ibid.

Fures nocturni acriùs puniendi , quàm diurni, d.num.80.ibid.

Furari.

Furari in campis , ac in publicis viis idem est, rit.270.nu.71.f.159.

Furtum.

Pragm.1. de furtis aquiparat publicis grassatoribus nocturnos fures furantes intra mœnia Civitatis , vulgò , Cappiatori *; & delegat M. C. cognitionem illorum ; rit.270.nu.80. vers. addebat, fol.191.Qua pragm.est in viridi observantia,ibidem.*

An tria furta licèt exigua possunt pœna mortis puniri? rit.270.n.67.f.158.

An furtum sit nomen generis, sub quo comprehendantur fures , latrones , & alia furum species; rit.270.n.73.f.160.

Genus.

G*Eneris per speciem derogatur.rit.270.nu. 40.fol.151.*

Grandes Hispaniæ , *vide* Equites.

Gratia.

Gratia concessa (dummodò infrà sex menses partis remissionem Reus procuret,quibus elapsis , gratia evanescut) an si pars offensa declaraverit , se nunquam concessuram , sit illicò ad condemnationem prosiliendum , vel terminus elargiti temporis expectandus ? rit. 275. num.7.fol.351.Vide verb. Indultus.

Gratia elargita in prugm 33. de feudis , an validet substitutionem pupillarem in feudis titulo quoque decoratis? rit.273.num.122. cum seqq fol.Vide Substitutio.

Guidatica.

Guidatica , vt ritè concessa dicantur , de aliis, vel aliis guidaticis concessis mentio fieri debet rit.275.num.34.fol.361.

An guidatici nullitas non afficiat inquisitum ita , vt sit reponendus in pristinam libertatem ob fidem servandam; Et decis. Reg. Revit. 11. & Peguer.decis.39,exornantur,rit.275.n. 35.fol.361.

Cur hodie petant guidatica perditi homines? rit.285.nu.35.ibid.

Infrigat semper iudex guidaticum contra perditos, quando potest,salva fide . ibidem.

Recensetur singularis quastio ad rem excitata in Regia Audientia Theatina,rit.275. num. 36. fol.363.

Vide in verb. Relegatus , Indultus.

Guidatus.

Guidato an sit interdictus accessus ad propriam patriam;rit.275.num.36.fol.363. An ad mare alluens;rit.275.num.58.fol.371. & nu.61. Quid per transitum ; rit. 275. num. 54. fol. 370. Vel si accedat ad Ecclesiam sitam in illo territorio;rit.275.num.64.fol.337. An liceat una pernoctatio;rit.275.num.56.f. 376.

Gulielmus.

Gulielmus Durandus *, & Angelus laudantur ob doctrinam in iuvenili atate adeptam, rit. 267.num.56.fol.88.*

Gulielmus Durandus , cui doctori operam dederit;rit.273.nu.94.fol.245.

Hadrianus.

Hadrianus Imperator bis, ac ter die agrotos, non equites modò, sed & libertinæ conditionis visitavit, ac fovit, rit.267. nu.1. fol.71.
Hadriani Epitaphium quodnam fuerit; eod. rit. num.60. vers. Adrianus.

Hæreditas.

Hereditatem ablatam ab indigno hærede capit fiscus, rit.272. n.51. vers. ac in altera, f.198.

Hæres.

Heres, an teneatur vindicare necem defuncti; & quam pœnam subeat, si negligat 272. nu. 12. fol.183. An autem est, ut cadat in pœnam, requirendus? Vel quantum temporis debet labi, rit.272. num.29. vers. quamvis fol.192. An possit cogi à iudice, ibidem.
Quodnam vindictæ genus debet exercere; 272. num.51. vers. hinc cum hæredis f.197.
Pro hæreditaria portio ne hæres honera hæreditaria agnoscit, rit.272. num.13. fol.184. Et defuncti personam repræsentat, ibidem.
Verbum, hæres, iuxtà subiectam materiam diversimodè accipitur, rit. 272. num.15. vers. sed investigemur f.185. dubio, pro universali, ibidem.
Hæres est indignus, quoties testator, à quo fuerat institutus, decesserit ob eius negligentiam, rit.272. num 51. vers. Ac in altera, fol.198. Etiam si ab initio morbis fuisset lethalis, dict. num 51. vers. Illque etiam ibid.

Hæresis.

Hæresis est crimen omnium impudentissimum, rit. 274. num. 1. fol. 286. Neque de eo licet fieri compositionem, dict. rit.274. in corp.
Varia hæreseo etymologia, num.0. fol.286. Definitio, dict. num. 2. vers. Quæcumque, fol. 286.
Si quis aliquod crederet, quod fidei adversaretur, credens illud esse fidei consentaneum, error esset potiùs, quàm hæresis; ibidem.
Ad hæresim constituendam requiritur pertinacia, quæ in voluntate consistit, ibidem.
Aliud est quærere, an talis actio sit hæreticam, & aliud, an agens talem actionem hæreticam, sit dicendus hæreticus, rit.274. num. 3. f.285.
Excipitur à ritu dumtaxat hæreticus, formaliter, An & materialiter? & in quo differant num 4. ibid.
In infidelibus non cadit hæresis, num.5. ibid.
An pœnæ contra hæreticos statutæ habeant locum in infidelibus, ibidem.
Differt hæreticus ab apostata, rit.274. dict. num. 5. ibidem Ab infideli, num.8.
Hæreticus non in totum, sed in aliquo articulo à Fide recedit rit 274 num.6 f.287.
Ritus 274. complectitur tum Apostatam fidei; tum hæreticum, d. rit.274. num.7 f.287.
Uter plectendus sit atrocioribus pœnis, Infidelis an hæreticus, remissive. rit.274 num.8. fol. 287.
Hæreseos crimen, cum sit merè Ecclesiasticum, iudex est Diœcesanus Episcopus, & Inquisitor, rit.274. num.26 fol.291. Qui in Regno, ibidem.
Quæ dicantur sapere hæresim, rit. 274. num. 29 f. 291.
Hæresis crimen est publicum, & cuilibet de populo est ius accusandi, etiam si accusandi, esset vita functus, rit 274. num.32 f.292.
In hoc an si defunctus absolveretur ex defectu probationum, posset iterum accusari, ibidem.
Accusator in crimine hæresis potest esse testis, num.34 fol.292.
An in hoc crimine leviores, quàm in cæteris sufficiant probationes, num. 35. fol. 293. & rit.274. num.113. vers. Imò, f.321. Quomodo iudex debet processum impinguare, rit. 274. num.31. cum seqq. f.292. Quomodò in maleficiis, rit.274. n.36 f.293.
Hæretici pœna, quæ. Vide infrà.

Hæreticus.

Hæreticus cogendus, ut redeat ad fidem metu mortis incusso, rit.274. num 37. fol.293. Si noluerit, tradendus iudici seculari morte afficiendus, vivusque cremandus, damnata memoria, & iunctus infamia, quæ comitetur filios usque ad secundam generationem, d. num.37. ibid.

Henricus.

Henricus Imperator, iussit, ut uxor sua, quæ annosa erat, palam pareret, ne suppositi fœtus suspicio subesset ob inverisimilitudinem, rit.265. num.26 fol.15.

Hieronymus.

Dom. D Hieronimi de la Marra Capellani majoris laus plurima commendatur. rit.265 nu. 72. vers. Requiratur, f 31.
Dom. D. Hieronimus Calà laudatur, rit. 265. num.48 f.22. Et memoratur, rit.269. num. 32. vers. cui communi, fol.122.
Dom. D. Hieronymus Campanile laudatur, rit. 272. sub num.62. f.209.
Dom. D. Hieronimus Lanfranco laudatur, rit. 269. sub num.10. f.101.
Dom. D. Hieronimus Valdetaro commendatur, rit.265. sub num.135. fol.46.
Hieronymus Cardanus, licet medicus edidit libellum de centum erroribus medicorum, rit. 167. num.67. fol.90.

Homegium.

An sit servitus, à quo, & cui præstandum, an possit per procuratorem, quotuplex, quale, ejus, forma, & an possit à fœmina explicari, rit.270. num.6 fol.135.

D. Ienuarius.

IN hac Urbe ex toto corde colitur à Neapolitanis, rit.265. num.28. vers. At beatissimus f. 16. Neapolim reliquit, & Beneventum se recepit ob periuria, & falsos testes, Rit. 265. nu.28. fol.16.

Ignatius.

Dom. Præses Ignatius Provenzale laudatur. Rit. 274. num.81. f.310. & rit.265. num.118. fol. 41.

Illa:

Illatio.

Ex diversis illatio non fit, rit. 272. num 5 fol. 179.

Immunitas Ecclesiastica, *vide verb.* Delinquentes.

Impedimentum.

Impedimenti causam qui dat ad aliquid, tenetur ad damna, rit. 268. num. 9 f. 96.

An impedimentum possit iureiurando tantùm probari? ibidem.

An calores æstivi, vel aeris intemperies sint iustum impedimentum ad non comparendum? rit. 268. n. 9 f 96. Quidnè in Aquilanis, aliisque Aprutinis? eodem num 9 per totum.

Impedimento iusto impeditus Excommunicatus, si per annum obduruerit in excommunicatione, non patitur pœnas contra insordescentes in excommunicatione, rit. 270. num. 12. vers. Prætereà f. 140.

Impeditus.

Impeditus iusto impedimento, si citetur, excusatur à contumacia: nec tenetur expensas reficere: rit. 268. num. 7. f 96. Nec causam in statu, in quo reperitur assumere: sed restitutione in integrum iuvatur; ibidem.

Impeditus non dicitur, qui potuit facere, ut impedimentū desineret; eod. rit. 268. n. 8 f. 96.

Impeditus, etiam notoriè, rectiùs facit si mittat excusatorem, ibidem.

Inauditus.

Inauditus pro innocente habetur, rit. 266. n. 1. f 71.

Incidens.

Incidens, quod nequit reparari per definitivam, nullitates, & appellationem admittit, rit. 265 num. 30. f 17.

Incompetentia.

Incompetentia iudicis exceptio non censetur reiecta per processum ad ulteriora, prout aliæ exceptiones, rit. 265. post num. 16. f 9.

Vide in verb. Iudex.

Indicia.

In quot genera dividuntur indicia? rit. 274. num. 151. neque huius. f. 338. An per indicia possit deveniri ad pœnam ordinariam, in quibus delictis, & quando? rit. 274. num. 113. vers Et si, cum seqq f 322.

An veritas gignatur ab indiciis? d. num. 113. vers Veritas f. 22. & num. 156 f. 340.

Indicia manifesta, quæ sint? d. num. 113. vers. confirmat, f. 322 & num. 157 f. 340.

Quantam probationem faciat unum indicium? rit. 274. num. 152 f. 338.

An etiam, quod quis sit confessus, debeat iudex perquirere indicia? d. n. 152. vers. Larrea in alleg. f 338.

Indicium est mutus testis, sed omnibus vocem habentibus evidentior, d. num. 152. vers. Joannes, f 338.

In indiciis sufficit moralis certitudo, d. n. 152. vers. Debet f. 339.

An possit quis ex indiciis condemnari? Et quid in Regno? rit. 274. n. 56 f 340.

Quot testibus debet muniri quodlibet indicium? rit. 274. num. 60. f 342.

Vide verb Probatio, Confessio.

Indultus.

Indultum an debeat anteire remissio partis, quando nulla partis accusatio præcessit? rit. 272. num. 35. cum seqq. vers. Quin Mastrill. f. 194. Quid in compositione? rit. 272. num. 30. cum seqq f. 194.

Indultus aliquando conceditur, ut omne tollat delictum sine ulla limitatione, & exceptione, rit. 27 . num. 38. f. 195.

An generalis indultus comprehēdat capita bannitorum? rit. 269, num. 47. f. 127. An reos læsæ Maiestatis? vide crimen læsæ Majestatis. *Et quæ non comprehendat? rit. 275. num. 26 f. 358.*

Ob publicum bonum Principes concedere solent abolitiones, & indultus. rit. 275. num. 26. ibid.

Indultus conceduntur motu proprio. an excludant subreptionem, an cum præiudicio tertii? num. 27. ibid.

Indultus si concederetur ad rei petitionem, ad quæ se extendat? num. 28. f. 158.

An indultus eximat reum, ut nè teneatur restituere damna? rit. 275 num. 21. f. 354.

Petens indultum, debet narrare omnia ea, quæ si fuissent exposita, vel non concessisset Princeps, vel duriùs? num. 29. f. 358. Et quæ ea sint? ibidem, & num. 32. f. 359.

Nullo aduritur obreptionis, vel subreptionis vitio gratia facta ratione solemnis diei, n. 30. f. 359.

Gratia, non debet concedi solito delinquere, n. 31. f. 359. & n. 33 f. 360.

Iudex an possit gratiam subreptitiam decernere? num. 33. ibid.

Gratia, facta mentione alterius pro alio delicto eiusdem, vel diversi generis, an subsistat? ibidem. Quid si exprimat maiora? ibidem.

Vide verb. Guidatica, Gratia.

Infirmitas.

Infirmitas impedit condemnationem, sicut absentia, rit. 267. num. 1 f. 79 Levis non excusat, rit. 267. num. 4. f. 79. Est iusta causa petendi restitutionem in integrum, ibid. nu. 7. f. 80. Et æquiparatur absentiæ causa Reip ibid.

Infirmus.

Contra infirmos ius dicere, in humanum est Rit. 267 num. 1. f. 71.

Veteres Imperatores visebant cives ægrotos, & solabantur, ibid. Præcipuè Hadrianus bis, ac ter, singulis diebus, ibid.

Actus facti, vel sententia lata contra ægrotos sunt nulli, eod. rit. 267. num. 1. vers. Imò omnes, f. 80. Etiam si crimen capitale sit, ibid. num. 5 f. 80 Undè non est contumax, ibid.

Senator fuit reprehensus in Syndicatu, quod executionem demandarat contra infirmum, ibidem.

Quid decerni debeat, quando allegatur infirmitas? ibidem. Quid si agitur de liquidatione instrumenti contra infirmum? ibidem, nu. 2.

Infirmus an possit carcerari pro ære alieno? rit. 269. num. 7 f 96.

Infirmo minimè creditur, propinatum fuisse venenum,

nenum, sed exoeritis, rit.269.num.7.f.96.
Infirmus consumens, vide verb. Executio.

Ingratitudo.
Ob ingratitudinem revocatur donatio, libertus ad servitutem redit, rit. 274. num. 59. f.300.
Quot alios effectus propignat? rit.265.num.172. vers. Si convicium f.64.

Inimicitia.
Quæ præsumitur levis, quæ capitalis? rit. 265. num.161. vers. Quæ verò causa f.59.
Oritur capitalis ex lite maioris partis bonorum, ibid.
An ex testimonio lato, vel repudiatione matrimonii? ibidem.

Inimicus.
Inimicus vocatur pestis, rit.265.num.159.f.58.
Assiduè cogitat malum moliri inimico, ibid.
Stultus est, qui in iudicem approbat inimicum suum, d.num.159 vers. Tamen expers, ibid.
Inimicus non obstringitur comparere coram iudice inimico, etiamsi salvus conductus offeratur, num.160.f.59.
Inimico æquipollet amicus reconciliatus, ibid.
Inimicus, vel alterutri, vel utrique parti iudex potest recusari, rit.265.num.160. ibidem.
Usque ad quem gradum? rit. 265. num.161. ibid.

Injuria.
Iniuria nova afficitur, qui illam remittit, accepta pecunia, rit.272.num.50.f.197.
An facta uxori Officialis, censeatur facta Officiali? rit.272.num.27.f.190.

S. Inquisition's Tribunal.
An adsit Neapoli, & quæ eius sit iurisdictio? Vide verb. Neapolis.

Instrumentum.
Instrumentum an creditor possit liquidare absque curatoris interventu, suo patrimonio dati? rit.265 num.181.f.68.
In instrumenti liquidatione quilibet admittitur ad opponendam citati absentiam, nisi exceptioni absentiæ fuerit renunciatum, & locum citationis designaverit, rit.266. num.9. f.72.
Quid servetur, quando liquidandum est contra infirmum? rit.267.num.2.f.80.

Interesse, vide Divitiæ.

Interpretatio.
Ea, quæ sunt in lege interpretata, censentur repetita in lege interpretante, Rit.269.num.23. vers. Quinimò f.112.
Lex interpretans debet intelligi iuxtà terminos legis interpretatæ, ibid.
Non sunt immutanda, quæ certam habuerunt interpretationem, rit.270.num.58.f.155.
Quæ hic desiderantur, vide in verb. Consuetudo.

Invidia.
Invidia comitur egregios viros, rit. 274. num. 103. vers. Par Jani.
Torsit Baldum contra Bartolum, & alios, rit. 274. num.103 fol.316.

Ioannes.
Joannes III. Rex Portugalliæ in paritate voto- rum tulit suum ad absolutionem inquisiti, rit.274.num.154.f.339.
Dom. Joannis Baptistæ de Luca recensentur laudes, rit.272.n.57.f.203.
Dom. Reg. Joannes Hieronymus de Philippo memoratur, rit.265.num.21. vers. A quo quidem. f.13.
Dom. Consil. Ioannes Baptista Hodierna laudatur, rit.265.num.1.f.6.
D. Ioannes Baptista Marchesius Advocatus pauperum commendatur, rit. 270. sub num. 80. f.164.

Ioseph.
Dom. Consil. D. Ioseph Ledesma effertur præconiis, rit 269.num.28. f.116. Præfectus aulæ M. C. post Auctorem ibid.
Dom. Consil. Ioseph de Rosa laudatur, rit.265.n.1. fol.6.

Iteratio.
Iteratio enixum animum ostendat, rit.270.n.66. f.158 Per quot actus habeatur? eod. rit.270. num 68.f.158.
Iteratus actus an mereat veniam? rit.275. num. 33.f.360.

Iudex.
Iudex potest cognoscere de exceptione incompetentia, non de recusatione, rit.265.num.17. fol 9.
Iudex causæ præparantis, est iudex causæ præparatæ, ibid.
Iudicis incompetentia, vide Incompetentia.
Iudex suspectus, vide Suspectus.
Delegatus ad universitatem causarum, est ad instar ordinarii, rit. 265. num.86. vers. & nullus f.35.
Qui nihil sibi conscius est, non ægrè fert, si recusetur, num.104 f.38.
Nemo iudex valet de proprio interesse iudicare, nec partis accedente consensu, n.108. f.39.
Ne de sportulis quidem sibi competentibus, num. 109 f.39.
An possit plectere sibi injuriam irrogantes? num. 110.ibid.
Cognoscit per jus Regni, tum de iniuria actoria facta suo famulo, tum de facinore patrato à famulo, rit.265.num.110.ibid.
Cognoscit de delicto commisso coràm se pro Tribunali sedente sivè processu, & probatione, ibid.
An autem in hoc casu possit iudex recusari, ut suspectus? ibidem.
Iudices civiles fuerunt instituti, vel ab incunabulis Orbis conditi, num.114.f.40.
Potiuntur potestate ordinaria cives iudices M. C., criminales delegata, nu. 116. vers. Dat etiam, f.41.
Iudex, quando migrat de uno Tribunali ad aliud; migrat cum præcedentia à die pristinæ possessionis, num.121 f.42.
Iudex perstrictus statuto adhibere consilium sapientis, non teneretur in casu claro, num.123. f.41.
Scitum adducitur S.C. in themate enarrato, nu. 124.f.42.
Contraria S. C. determinatio in proposita thesi, num.125.f.43.
Secundum alligata, & probata debet pronuncia- re,

re, etiam si ut privatus, rem sciret aliter se habere. rit.265 num.145 f 50.

Iudex suspicionum causas declinabit, si litigantes in contubernium, vel amicitiam admittat memor moniti Biantis, num 146 f 51.

Iudici maximè in Regno, nihil penitùs licet accipere, rit.265. n 147. vers Quamobrem f 52.

Consuetudo oppositum rejicitur, num. 149 f 52.

Accipiens munera iudex, peccat lethaliter, & tenetur ad restitutionem, num.149 ibid.

Iudices in Regno non possunt petere à Baronibus pro eorum consanguineis officia, nec obiatu recipere sine Principis placito r.t.265. n.150, vers Quibus f 53.

Iudex præsumitur habere pro pensionem ad tuendum votum, quod emisit non iudex, rit. 265 num.153 f 54.

Non prohibetur, legatum sibi ex testamento relictum recipere, rit 265 num.158 f 57.

Iudici an liceat mutare decretum, vel sententiam postquam partibus innotuerit, n.170 f 63.

Iudex plus æquo severus, & crudelis repellitur à iudicando rit.265 num.17 f 63.

Ita si inurbanus, num.172. f 64 Si convicium parti dixerit, Si indiscretus. Si ingratus; ibid vers. Si convicium.

Iudex est ara, & miserorum asylum ibidem.

Iudex crudelis credit vilescere, si reum absolvat, ibid. in fin.

Si peccandum sit iudici, peccet potiùs absolvendo, quàm perdendo, ibid. in fin.

Iudex sit affabilis etiam pessimis, num.172. vers. Si convicium f.64

Nefas est, maleficos puniri à iudice pari facto inquinato, rit.265. num.173 vers. Si parti, ibid.

Iucundissimæ de hoc Patrum referuntur sententiæ, ibid Non sit aliquo vitio fædatus, aut asper, sed humilis. Et Cicer. sententia probatur, Eundem vultum semper induat, num. 174. f.65.

Non debet esse præceps in sententiis ferendis; & refertur effatum Demosthenis, num. 175, fol.65.

Nec deses, aut piger, sed lentè festinans, n.175. fol.66.

Non est immunis à peccati labe, si litigantibus audientiam consuetis horis neget, eod.n.176. vers Hinc D Leonard.

Si inducat reum ad confessionem metu carceris, extorquet, rit.275 num.14. vers. Itaque, f 353. Compescat partem petentem immodicam summam pro taxatione, rit. 275, n.19. f 354.

Iudex & si non debeat esse garrulus, non omnino obmutescat; sed suppleat defectum advocatorum, rit 265 num. 80.

Iudex si vel legem, vel Doctorem suggerat, aut addat patrono peroranti, non est suspectus; decisum in MC rit.265. num 58 f 58.

Iudex inferior, qui iudicavit in prima, non iudicat in secunda appellatione, cum non præsumatur corrigere suum errorem, num. 183 ibid.

At quid, si iudex à quo fuerit ad.ptus locum iudicis ad quem. ibid.

Iudex in criminalibus iudiciis cautiùs, & prudentiùs incedere debet, quàm in pecuniariis, rit.265. num.175. vers. Et Ammian. f 66.

Quatuor modi recensentur quibus iudicis mens everti potest, rit 265 num.138.

Iudex quid debeat observare, quando quis carceratus ostendit fide medici suam infirmitatem? rit.267. num.47 f 87.

Iudex tenetur dare parti petenti Advocatum, rit.269. num 8 f 96.

Competens iudex in omni negotio est adeundus, rit.269. n 26 f.114.

Excusatur iudex, qui in abstrusioribus iuris apicibus in errorem labitur, & si non in causa facili, in qua cuivis licet esse diserto, rit.267 n.83 f 93.

An possit iudex ab actuariis processus auferre, & secum habere? rit.271. num.12. f.175.

Iudex loci delicti si cuperit insequi delinquentem in suo territorio, non potest capere in extraneo. rit.273 num.160 f.169. Licèt iudex loci, ad quem fur confugit, debeat remittere eum ad judicem loci delicti, rit.273. nu. 16 f 169.

In concursu, qui iudex præferatur? d.num.161. ibid.

Iudex ipse cognoscit, an sua sit iurisdictio. Rit. 274. n.30 vers. In dubio, f 291.

Iudex sit diligens in iure dicendo, vide Diligentia.

Iudex delegatus, vide Delegatio, Delegatus.

Auro corrumpitur, vide Divitiæ.

Cætera vide in verb. Iurisconsulti.

Iudicare.

Nequit Religiosus rit.265 f.7. Malè iudicant, auro corrupti, vide verb Divitiæ.

Iulius.

Dom Iulius Cæsar Caiafa, iudex M.C.V. laudatur, rit.265 n.1 f.6.

Reg. Iuncta.

Iunctum Excell. D. Petrus Antonius ab Aragonia Prorex instituit ad occurrendum fraudibus vini ad minutum, rit. 65 n. f.6.

Quæ geruntur à Consiliario in Regia Iuncta, impertinenter se habent ad officium Consiliarii, rit.273 n.73 f 241.

Iuncta fuit instituta Regis iussu, qua Francisci Corradi R.C. Rationalis crimen assassinii discuteret, rit.269 num 50 f.128.

Factique series de eodem narratur, ibidem, & ubi iis, rit.274. num.124. cum seqq f.327.

Iuramentum.

De iuramento in genere, de illius synonymia; definitione, speciebus, cui deferendum, an requiratur tactus scripturarum, & aliis fusè ad rem, rit 270. n.6. f.135.

Iuramentum Homagii, *vide* Homagium.

Iuramentum in litem.

Quid, & quotuplex sit, à quo, contrà quem, quando dandum? rit.270. n.6. vers. Deque eo, f.135.

Iurisconsulti.

Iurisconsultorum quæ sit dignitas? rit.273 num. 83. cum seqq f 243.

Recensentes ibid. an excusentur si dictionis elegantia

gantia non utantur? rit.270.num.14.Carpit. f.142. Budaus non utentes,ibid.

Tuetur Auctor, distinguendo iuxtà genus materiæ,n.15.& 16.ibid.

Quibus titulis decorentur ab Imperatore? rit. 273.num.83.f.143.

Vocandi sunt domini ab omnibus quavis dignitate fulgentibus,ibidem.

Dicteria in Jurisconsultorum nobilitatem rejiciuntur,rit.273.n.85.vers. Nec dicant.f.243.

Hac tempestate à nostro invictissimo Rege Jurisconsulti titulo Magnifici decorantur, quo nec Reges ipsi de dignati sunt uti, rit.273.n 86. f.243.Titulus Magnifici an sit præstantior titulo illustris? d. num.86.vers.Quia hujusmodi, f.244.

De privilegiis Doctorum, qui dicant? remissivè, ibid.

An Jurisconsultus præferatur militi? ibid.

Et præclarum Sigismundi Imperatoris effatum refertur,ibidem.

Jurisconsulti non debent iurare in multos, sed sequi libenter pauciorum vestigia, si pauciores magis iuri consona edoceant; rit.274 nu. 83 f.311.

Jurisconsultorum alter alterius vitia reprehendit,rit.274.n.103.f.318.

Vide reliqua in verb. Advocati.

Iurisdictio.

Jurisdictionis defectus potest opponi etiam elapso termino à Statuto præfixo ad proponendas nullitates,rit.265.num.33 f.18.

Id roboratur decis.S.C.ibid.

Prorogata in aliqua causa coram judice incompetente,minimè extenditur ad alias, d. rit. 265.n.45 vers.Prorogata,f.22.

Idem iudex, de cujus iurisdictione ambigitur, iudicat, an causa ad se pertineat, rit.265. n.16 f.9.

Cuius sit iurisdictio in mari; & quando, & quibus competat remissio delinquentium in illo? rit.275.num.63 f.337.

Jurisdictio delegata, vide verbo Delegatio,Delegatus.

Iurisprudentia.

Quid operetur boni in convictu politico? rit.272. n.61.vers. Re iterum f.208.

Ius.

Jus semel acquisitum etiam vi donationis nequit tolli, aut revocari absque voluntate acquirentis,rit.273.num. 182. vers. Servandi, f.279.

Juri de futuro an, & quando possit renunciari? rit.270,num.6.vers.Fuit etiam f.136.

Jus congrui.

An competat vicino, quando quis emit cum pacto de retrovendendo? rit. 273. num. 175. f.277.

Justitia.

Justitiam cur orbam manibus depinxerint veteres? rit.265.num.147 f.51.

Auro corrumpitur,vide verb. Divitiæ.

Latro.

L*Atro quis dicatur? rit.270.num.46. f.152 Qui publicus? rit. 270. num. 69. In quo differat à grassatore? num.65.f.157. A fure? n.73 f.160. Quæ requisita debet habere, ut possit pœnis subjici tanquam bannitus, vide* Bennitus.

De multiplici latronis acceptione,remissivè, Rit. 270.num.54 f.154.

Concedit pragm.5.præventionem omnibus in itinerum grassatores,Rit.270.num.57.f.155. An denegetur remissio baronibus? num.58 f.155. Rejecta opinione Foll. in tit. audiantur excusatores,num.89.Validissimis eisque rationibus adhæreret Auctor, nisi praxis opposita vigeret, d.num.58.vers.primo quia,& num.59.f.156. Rationes tamen expendit,num.58.vers.primò, & num.59.cum seqq f.156.

An qui unicum patrat furtum in itinere publico, dicatur latro publicus ad finem, ut cesset remissio petita per Baronem? rit.270.num.55. f.155.Rationes affirmantium, num.63. cum seqq f.157.Negantium,num.65.vers.pro opposita f.158. Affirmantium argumenta diluuntur,num.74 cum seqq.f.160.

Latro offendens, vel spolians iter facientes, offendit Regiam protectionem; Rit. 270. num. 63. f.157.

Latrones habentur pro diffidatis, & rebellibus, ideò possunt ab unoquoque occidi. Rit.270. nu. 74 f.160.

Latrones, licèt propter unicum furtum suspendi possint,non tamen dicuntur famosi,ut à Baronis iurisdictione auferantur.Rit.270.nu.75 f.160.

Latrones plures per campaneam incedentes, qua pœna plectendi sint; & an, & quando dicantur famosi? Ris.270.num.76.f. 61.

Si inter quatuor per campaneam armatos repertos adsit fœmina, veste masculina induta, coma arctata, cum armis, an vendicet locum pragm.1? Et casus ab Helisæo Danza relatus recensetur,Ris.270.num 77.f.162.

Vide Armans,Bannitus,Fur, Ductor exulum.

Laudator.

Laudator alicuius criminis eadem pœna puniendus, qua patrans.Ris.274.num.85. vers. Imò f.312.

Vide Suasio.

Lectores Reg. Studiorum.

Lectores,cui subsint? Ris.265.n.80.f.33. Optant per concursum Cathedras, Ris. 265. num 82. f.34.

Quinam in admissione concurrentium dent suffragia,& quomodò ferant? Ris.265. nu.81. vers.peracto f.33.An quia præstent suffragium dicantur habere ullam iurisdictionem? Ris. 265.num.85 vers.Nec refragatur f.34.& eod. Ris.num.87 f.35.

Lectores, quibus insignibus utantur? d.num.82. vers.Verùm f.33.Suffragia laturi. possunt recusari,si sint suspecti,Ris.265. num.83. f.33. An verò requiratur depositum, vel sola satis sit iurisiurandi religio? Ris.265.num.84 Quid in hoc servet praxis. Ris.265. num 86. f. 34.

Vide in verb. Cappellanus Major.

Legatarius.

Legatarius validè est testes in testamento;

Rit. 265. num. 158. f. 57.
Non adimplens modum à testatore impositum, an absque interpellatione amittat legatum? Rit.272.num.89.vers.Sed quamvis.f.192.

Legatum.

Legata pia diminutionem inter se patiuntur, si hæreditas non sit solvendo omnibus. Rit.272. num. 62. vers. Itaque f.208. Et servatur in Regno,d.num.62.vers.Et hanc eandem, f.209. Quid si esset legatum Missarum? d.n.62.vers. Neque obicem,f.209.

Legitima.

An per constitutionem census factam per hæredem gravatum super bonis fideicommissi censeatur facta electio in causam legitimæ? Rit. 272.num.74.f.225.Et Caphal.cons.189. discutitur,num.97.vers.Cæterùm,f.227.An autem ea una res, super qua constitutus est census, dicatur electa pro legitima,vel potius electa super omnibus bonis quantitas, pro qua constitutus est census? num.76.f.226.
An constitutio census super quadam re operetur effectus actionis realis simpliciter ad rem? Rit.272.num 97.vers.Sicuti,f.227.

Lex,

Lex quamvis iusta sit, mutatur per tempora; Rit.267 num.46.vers.Hinc si in tritico.f.86. Ubi lex non distinguit,nec nos distinguere debemus.Rit.269.num.23.vers.Et primò.f.111.
Ubi lex dixit, voluit; noluit ergo, ubi non dixit,d.n.23 vers.Et primò f.111.
Non adaptatur lex ad ea, quæ rarò accidunt, Rit.270.num.77.f.162.
Ubi una lex non distinguit,alia distinguit; Rit. 274.num.63.vers.Istam.f.302.
Lex pœnalis an sit odiosa? Rit.274.num.86.vers. Respondent, cum seq. f. 312. Ad quem finem tendit? num 87 f.312.An extendenda? d. n. 87.vers.Germana f. 312. Maximè si secùs sequeretur absurdum? Rit.265.num.21 f.10.
Ratio ex lege pœnali, licèt suadeat pœnam, non arctat ad pœnam, d.num 87. vers. Germana, f.312.
Vide Pœna Extentio.

Libellus.

Libellus qualis debeat esse, Rit. 265. num. 19. f.10.Si capita,causasque suspicionis plectitur, non debet esse obscurus,Rit.265. nu. 10 f.10.
Libellus accusationis,quæ continere debeat? Rit. 271.num.1 f.169.An in Regno servetur hodiè libellus,ibidem.

Liber,

Parochi libro habetur fides de ætate, Rit. 269 num.34.f.124.
Scribæ portionis liber fidem habet, Rit. 270. n.80.vers.Igitur f.165.
Liber votorum in S. C. conficiendus est à novissimo Consiliario,Rit.265.n.66 f 88.
Confici debet in M. C. in quo describantur querelæ,Rit.271.num.9. f.170.Et acta; ibidem, Quæ?ibidem; A quo debeant scribi? ibid.
Liber actuarii, qui vocatur Bastardellus, habet vires Bastardelli Notarii publici,Rit.271.nu. 10.vers Et quod dicatur.f.172.
In libris Civitatis,Episcopi,Monasterii, Ecclesiæ procedunt omnia, quæ de Archivio, Rit.271. num.14 vers Huic conclusioni ,f.177. An isti plenè probent rem esse censualem, ibidem. Affirmat Auctor quoad possessorium,d.n.14.vers. Huic conclusioni, ibid. Quia est levis præjudicii ibid.
Tabula,vel charta in quibus Clerici scribunt anniversaria celebranda, fidem faciunt, ibidem.
An libri tutorum pro ipsis ullam faciant fidem Rit.272.num 52.f.198.
De libris mercatorium,remissive ibid.
Cætera vide in verb.Scriptura,Archivium.

Liberalis.

Liberalis nemo est in necessitate, Rit.265. num. 150.vers.Quibus confert.f.53.

Linea.

Inter lineas descendentes ex uno,tractu temporis nulla adest sanguinis conjunctio,Rit.272. n. 69 vers.Et ratio est f.214.
Descendens ex linea unius filii, non dicitur descendens ex linea alterius, Rit.272. num.62, f.207.
Liquidatio instrumenti,vide Instrumentum.

Lis.

Lis, quæ dicatur magna quæ parva? Rit. 265, num.66.vers Cum modica,circa fin.f.61.
Quot modis dicatur contestari,Rit.265. nu.92. f.36.
Litis victoria dependet ab instructione processus Rit.265.num.145.f 50. Adeòque à Scriba, Rit.265 num.140.vers.Contradicere,f.50.
Vide in verbo Causa,

Literæ.

Literæ anteponendæ sunt militiæ. Rit. 273. nu. 85 cum seqq. f.243.
Vide verb. Jurisconsulti,Studium, Scholaris,Scientia.

Litigatores,

Legum commoda in fraudis, ac dilationis argumenta convertunt,Rit.265 num.3 f.6.
Dolosi sæpissimè in Senatoriam Maiestatem effutiunt,Rit.265.post num.6.f.6.
Si sint Rei,& obærati pessimam causam foventes,sperant,vel evadere,vel certè differre solutionem,proposita aliqua suspicione, Rit. 265. num.12 f.8.
Non probantes suspicionum capita, depositi jactura puniuntur;num.10.f 8.Si ea non scribant, debita reverentia,puniuntur; Rit.265. nu.9 f.8.
Litigantes an valeant iudicem recusare ab altero recusatum? Rit.265. num.51. f.13. Cum satis crucientur ab incerta judicii alea, non sunt affligendi; ut coram suspecto iudice litem agunt,Rit.265.num.104.f.38.
Vide in verb. Actor Reus.

Locus.

Loci non tuti exceptio an possit opponi per procuratorem? Rit.268. n.10. f.97. Quid de exceptione temporis æstivi? num.11.ibid.
Locus insolitus inducit indicium contra inquisitum,Rit.270.num.46 f.152.
Ratio loci facit delictum,quod non erat, d.nu. 46.f.152.Et quod erat,alterat; ibid.
Locus religiosus dicitur, ubi caput hominis humatum est.Rit.273.n.12.f.235.

Quan-

Quando res invenitur in loco secretiori, præsumitur dolus, Rit.274.nu.148. vers.aderant, f.336.

Longobardorum jus.

Jus Longobardorum cognatos non agnovit, eosque excludit fiscus, Rit.272.num.21. vers.alia est, f.189 An autem concubina fiscum excludat, sicut uxorē d.rit.272.nu.22.f.189.

Ludovicus.

Ludovici XII. Regis Galliæ præclarum apophtegma in milites, Rit.273.n.182.vers Quis enim, f.280.

Malus.

MAlus semel præsumitur semper malus, in eodem genere mali, an etiam in re diversa? Rit.274.num.161.f.342.

Mandans aliquem vulnerari, sed non occidi; si ex vulnere sequatur mors, an teneatur de homicidio? Rit.270.num.10.f.137.

Mandans non tenetur, si mandatarius fines excessit mandati, ibidem.

Mandans, fictè dicitur agere; rit.274.n.164.f.343

An mandans patrari delictum armis igneis, comprehendatur sub prag. de ictu scoppictæ? remissivè, rit.274.n.164.ibid.

An possit puniri mandans, non constito de mandatario? rit.274.n.165 f.343.

Mandans non tenetur ex mandato, sed ex delicto sed ex delicto sequuto, ibidem.

Mandans non tenetur, nisi constet de mandatario, quomodò intelligatur? num. 166. f. 344.

De primo, & secundo mandante in homicidiis & utrùm secundus mandans dicatur mandatarius respectù primi? n.167 f 344.

Deficiente mandatario, deficere corpus delicti, non est simpliciter verum. Et quando possit, & dicatur constare de mandatario per coniecturas, si constet de mandato, & possit deveniri ad sententiam contumacialem, sivè forjudicationis, ibidem.

Mandatum.

Mandatum est revocabile ad libitum mandantis ante litis contestationem, Rit.265, n.94.f.37. Vide in verb. Procurator.

Marcellus.

Dom.Præs.Marcellus Grassus laudatur, rit.265 n.18 f.68.

Marcus.

Dom.Præses Marcus Antonius de Risiis laudatur, rit.265.sub num 9 f.8.

Marcus Antoninus Philosophus omnia crimina minori punienda supplicio existimabat, rit.265 n.21 f.10.

Mare.

An cui ad territorium sit prohibitus accessus, intelligatur etiam prohibitum mare? rit.275. num.58 f.371.

An mare veniat appellatione territorii? ibid.

Mare non venit in concessione feudi cum territorio, nisi exprimatur rit.275. n.6 f.361 et si exprimatur ad quantum spatium veniat mare? ibid. & n.62.

In mari cuius sit iurisdictio? rit.275.num.60. & 6 f.27.

Mare, qui usurpavint? Rit.275.num.62.vers. At si accuratè, f.27.

Maritus.

Maritus si agat tanquam procurator, non uti legitimus administrator, pro rebus uxoris; & non constet de mandato, iudicium esse nullum, censuit M.C.V.rit.266.num.42.f.76.

An possit accusare de nece uxoris, vide in verb. Uxor.

Martinus.

Dom.Consil.D.Martinus Diez de Pemienta, Comes Legardi laudibus celebratur, Rit. 273. num.71 f.240.

Masculus.

Masculus ex fœmina nupta in familia an faciat deficere conditionem, si decesserit absque filiis masculis? rit.265.num.154.vers.Hinc oborta, f 55.

Mater.

Mater impensiùs amat filios, quàm pater, rit. 265.num.168.f.62.

Matris maior in procreatione liberorum, quam patris ratio habetur ibid.

Vide Pater.

Matrimonium.

Matrimonium separatur ob alterutrius impotentiam coeundi, rit. 267.num.18.f.81.

In matrimoniis eousque excreverunt expensæ, ut exuperent pretium dotis, rit.272. num.59. vers.Ignoro tamen, f.205.

Medicus.

Medicus unus sufficit adfaciendam fidem ægritudinis de iure Regni, & generali omnium consuetudine, licèt de communi requirerentur duo, rit.267.num.15 f.81. Dummodò sit peritus, n.47 f 87. Ita servat praxis, num.20.f.81. Etiam si agatur de tortura inferenda, ibid. num.21. Quando debeat adhiberi tertius? eod. rit.267.d.num.15.f.81.

Medici, & Chyrurgi destinati ad visenda vulnera, non debent iurare de eorum iudicio: sed sufficit generale iuramentum initio deputationis, eod.rit.267.num.26 f 82.

Idem est adhibere medicum imperitum, ac non adhibere; rit.267.num.47. f.87. & rit. 272. num.51. vers.Ac in altera, f.198.

Medicus senex, ut mediocriter doctus, an, & quando præferendus sit iuniori doctissimo? rit. 267.num.51 f 87.

Medici juvenes, experimento destituti, licet ingenio fidentes, sunt fermè pestis in patriam. ibid. Recensentur lepida historia de medicis, rit.267.num.65 f 90.

Medicus commendatur ætate, eod. rit. num. 53. f.87. Cur veteres Æsculapium barbatum finxerint? ibid.

Medicorum, cui credendum si plures discordent? eod.rit.num.60.f 88.

Medicorum turba perdit ægrotos, d. num. 60. vers. Hadrianus f.88.

Medico præfertur Chyrurgus in cognitione vulneris, d. n.60.vers.si duo periti, ibid.

Utri sit credendum medico physico, an chymico si diversimodè de ægroto testentur? eod.rit.267. num.61. cum seqq. f.89. Auctoris sententia, num.71.f.91.

Medicæ, & chymicæ facultatis laudes, & censura; rit.267.num.62.f.89.

An medici malis ægroti remedia peiora adhibeant, vel artis ignoratione, vel turpi lucro? num.65.f.90.

Medicus, cuius meminit tex.in l. si medicus 3 ff.de var. & extraord. cognit. ut curaret levem morbum oculorum cuiusdam, pene eum obcæcavit, cur? ibidem.

Medici nunquam,in unam coeunt de ægroto sententiam,quare? eod.rit.267.n.66.f.90.

An medici quandoque mentiantur? ibid.

Quid Capac.in histor.Neap.lib.2.cap. 23. de medicis senserit? ibidem.

Medicis merces à defuncti hæredibus præstanda, eod.rit.167.num.68.f.90.

Salarium constitutum medicis à Consil.Regni, recissit ab aula,num.69.f 91.

Medicus Bononiensis diurnas operas aureis quadringentis locabat,ibidem.

Medici huius Civitatis laudantur,ibid.

Doctor medicus an præferatur Doctori Philosopho? rit.267.n.74.f.94.

Dicteria in medicos rejiciuntur. Gaudent nobilitate,eod.rit.167. num. 75. f.92. Quæ progreditur ad eorum filios, vel sint physici, vel Chyrurgi num.77. licet ea nobilitatem jurisperiti non attingat, num.79.cum seq.

Medicinam, à diis inventam, aiebant veteres, eod.rit.n.76.f.92.

Falsò medicos æquiparant obstetricibus, num, 78.

De medicorum privilegiis quis agat, remissivè? eod. rit. n.67 f.90.

Medicus debet esse bonis moribus imbutus, eod. rit.num.81.f.93.Peccat lethaliter, si medicamina inexplorata adhibeat,num.82. Si relictis tutis, applicet minus tuta pharmaca, reus est homicidij, num.83.f.93.

Gravius, quam Jurista, puniendus ex imperitia,eod.rit.num.83.f.93.

Debet esse fortunatus, sicuti advocatus, n. 84. fol.eod.Desperatam suscipiens curam, neminem lædit,Rit.272.num.51.vers.Idque etiam f.198.

Fides Medici,vide verb. Fides.

Medium.

Medii, & finis eadem est ratio, Rit.265. nu.145. f.50.

Media concessa censentur, concesso fine,ibid.

Medium tenere, prudentie est,rit.265.num.188. f.70.

Vide in verb. Finis.

Memoria.

Memoria in quibus flagitiis damnatur? remissivè,rit.269.num.4.f.100.

Mercetor.

Mercator unius Regni an valeat extrahere merces adaliud Regnum, cumquo bellum geritur; si alio qui se rebus bellicis non immisceat? remissivè, rit.274.num.119.f.324.

Messana.

Messana defecit à nostro clementissimo Catholico Rege ad Gallos, immemor trinæ miserrimæ direptionis, quas annis retroactis passa fuerat à Gallis,rit.274.num.91.f.313.

Vide Sicilia.

Miles.

Miles non potest conveniri, nisi coram suo judice.rit.269. num.26. vers.Pergebat, f.114.

In judicio tam civili, quàm criminali;ibid.

De militibus.& officiis militaribus,qui loquantur? remissivè, d.n.26.vers.Pergebat, f. 114.

Miles offendens iudicem non suum, potest à iudice offenso mulctari, Rit 269. num. 28. vers. Non omittam.f.118.

Tenentur populi, milites,Regi inservientes hospitio excipere,rit.273.num.180.f.278.

Vesana militum licentia, & populis perniciosa num.182.vers Quis enim.f.280.

Actiones honestas Alphonsus Siciliæ, & Neapolis Rex I. Ferdinando suo filio militaturo in Florentinos commendavit,ibidem.

Olim vocabatur latro, quem nunc militem dicimus,d.n.182.vers,Atqui multo, f.281. Cur? d.n. 182. vers. Ibique ibid. Et metator, nuncupatur,d.n.182.vers.Hisque confert,ibi. Sic latro vocatur à Virgilio venator, d.n.182. vers.Insuper,ibid. Militia nullo modo præfertur literis, rit. 273. num 87. & 88. f.244.

Miles est civis,ubi militat,rit.273. num. 173.f. 275.

Disertor militiæ, vide verb. Desertor.

Minæ.

Minitans se sumpturum ultionem, intelligitur de ultione juris in dubio,non facti; rit. 272. num.51.vers.Hinc cum hæredes f.197. Et an ista minæ faciant indicium ad torturam? ibidem.

Minima.

Minima an sint contemnenda? Rit.267. nu.46. vers.minuta,An sint consideranda? Rit.265. num.166.vers.Cum modica.f.61.

Minor.

In minoribus flagitiosis lenienda asperitas supplicii à iuribus indicta,Rit.269 num.31. Cur? d.n.31.vers.Adolescentia,f.122.ibid.

Minor minus peccat ætate, quàm maior: mitiùsque puniendus,ibid.

Minor operatur imprudenter ob ætatem,ibid.

Minores minimè sunt mali, sed circumveniuntur ab improborum hominum versutiis, ibid.

Minoris delictum ascribendum potiùs ætatis vitio, quàm malitiæ, d.num.31. vers. Adolescentia f.122.

Spes est, minores deposituros vitia cum adolescentia,ibid.

Minor est immunis à contumacia, eiusque pœnis,eod.Rit.num.32.vers.Cui communi, f.122.

Minor recusans respondere positionibus, an habeatur pro confesso? ibid.

Sententia etiam interlocutoria contra minorem carentem curatore, non sustinetur; ibid.

Minor non ligatur delicto in omittendo; d.n.32. vers.Quin contumacia.

Minor ætas, vel maior potest colligi ex aspectu; rit.269.n.34.f.124. Probatur ex libro Parochi,ibid. Ex libro Numerationis,ibidem.

An minor valeat cum auctoritate curatoris remittere offensam? Rit.272. num.53. f.199. Quid servetur in M.C.d.Rit.272.num.53.vers. Vidi tamen,ibid.

Minor restituitur in integrum, si eius curator expressè consenserit in iudicem suspectum; Rit.265.num.38.f.20.

An possit ab excusatore opponi, foriudicandum esse in minori ætate? Rit.269. num.33 f.123;

Quid

Quid in Regno ? ibid. Recensetur iucundissimus casus qui evenit in M... dum ibi praes. fit Auctor, ibidem.

Minor an possit foriudicari, vide verb. Foriudicati.

Molendinum.

Nequit Baro, licèt possit Universitas, proferre edictum, ne subditi ad aliud molendinum, quàm ad suam accedant; vel ne molendina, vel furnos construant, rit.273. num.140. fol. 260. Quando autem possit Baro id efficere? ibidem.

Molendini acquisitio, & furni praesumitur violenta in Baronibus, ibidem.

Molendina, excepto barone, vel Rege, nemo potest extruere in flumine, Rit.273. num. 144. f.261.

Monasterium.

Monasterio alicui si fiat legatum, duoque existant eiusdem nominis Monasteria, alterum virorum, mulierum alterum, utri debeatur? rit.272.n.64.f.209.

Moneta adulterina.

In crimine adulterantis monetam unus testis sufficit, rit.274.num.101.verf. Nulla, f.316.

In eo denunciator nullam facit fidem, ne ad inquirendum quidem, ibidem.

Est hoc crimen lasa Maiestatis, curè rit. 274. num 139.f.333.

Quot modis committitur? rit.274.num.140.fol. 334.

Qui laedantur ex adulterina moneta? nu. 141. ibid.

Maximè nostris temporibus hoc delictum viget; & festiva carmina pecuniae acriter conquerentis recensentur, Rit. 274. num. 142. fol. 334.

Emicuit Excell. Proregis solertia ad illud vitandum, eod.rit.num.143.f.334.

In hoc facinore probationes sunt privilegiatae. Et cap.iam saepè, 240.& pragm.2.§.12. & 13. de monet. dispunguntur, rit.274.n.144.f.335.

Quomodò probetur corpus delicti? Rit. 274. nu. 145.f.335.

An sufficiant indicia, & coniecturae? d.num.145. verf. Affirrebatur, ibid.

Instrumenta inventa domi alicuius, vel pecunia detonsa faciunt indicium ad torturam, d.n.145.verf.Et sicuti, ibid.

Quae indicia, vel quae probationes requirantur mala vita, & fama, ut deveniri possit ad poenam mortis, attenta pragm.2.§.13.Rit.274. num.148.f.336.

Perstringitur status causae, quae nuper discussa fuit, ibidem.

In quibus locum non habeat poena contra monetarios à iuribus indicta? Rit.274.nu.163. f.342.

An contra mandantem? num.164.ibid.

Mora.

Quando tempus, & dies non est praestituta, non contrahitur mora sine interpellatione, Rit.272 num.29 verf.Sed difficultas, f.191.

Si debetur aliquid sub poena, est necessaria interpellatio; at quis constituatur in mora, ib.

An in factis negativis, requiratur monitio indicis, ut fiat locus poenae? Rit. 272. num. 29. verf. Sed difficultas. f 191. & d.num.29. verf. Sed quamvis. f.192.

Fisco fit mora re ipsa, ibidem.

In dispositione legali poena non committitur propter delictum in omittendo, nisi praevia monitione, ibid.

Mors.

Mors iudici adimit potestatem in delinquentem, & delet crimina, Rit.269.num.51.f.129.

Mulier.

Mulier an valeat absentem excusare? Rit. 266. num.35.f.75 Excusatur citata ad comparendum ab unoquoque, etiam sine speciali mandato, si ferat utero, rit.267.in corp.& num. 9. f.80. Usquequò? ibidem.

Mulieris praegnantis poena etiam capitalis differtur post partum, Rit.267.num.10.f.81, Et si morti tradi illicò post partum possit, non tamen torqueri, ibidem.

Non omnis praegnans mulier excusatur, sed quae nequit sine periculo obtemperare, Rit.267.nu. 12.cum seq f.81. Non tamen à testimonia ferendo, etiam cum iuramento, si iudex eam adeat; num.14.f.81.

An comprehendatur sub statuto, seù banno prohibente armorum delationem? Rit.270.num. 77.verf. An mulier, f. 163. An sub prohibente nocturnam deambulationem? Vel sub bannis exfractationum, An sub hominis appellatione veniat, remissivè, ibidem.

Mulier accusans non auditur ob praecipitem festinationem, Rit.272.num.29. verf. Sed difficultas f.191.

Mulieribus non immeritò à statutis praescribitur vestimentorum ratio? Rit.272. num. 59. verf. Ignoro tamen f.205.

Mulier an forindicari possit? vide verb. Forjudicati.

Vide reliqua in verb. Uxor.

Multitudo.

Multitudo ubi peccat detrahitur severitati; cur? Rit.269.num.46. verf. Summoperè, f.127. Et plectendi tantùm principales, ibidem.

Mundus.

Mundus labitur semper in deterius, Rit. 265. num.4 f.6.& rit.eod.num.188.f.70.

Naturales.

Naturales, & spurii an admittantur ad prosequendum in iudicio vindictam suorum, & remittendum? Rit.272.num.19 f. 187. An veniant appellatione coniunctorum, & dicantur de Casata? remissivè, ibidem.

Neapolis.

Neapolim laudibus Auctor prosequitur, Rit.270. num.77 verf. Sed casus, f.162. Eius tellus supersutat fructus, & bis vernat quotannis, ibid Hic aeris clementia incolas imbuit bonis moribus, d.n.77.verf. Et per consequens f.163.

Neapolis semper extitit exemplo Orbi de cultu verae fidei; & assumptam à D. Petro, nunquam dimisit, Rit.274.num.27.f.291.

Commendatur Civitas haec à charitate in Deum, ibidem.

An Regnicolis sit communis patria, ut erat Roma?

ma? rit. 265. num. 39 f. 363.

In Regno Neapolis non adest, ut alibi, Tribunal S. Inquisitionis, sed tantum generalis Commissarius S. Officii? dict. num. 27. f. 358.

Quæ sit Neapoli jurisdictio Commissarii generalis S. Officii? d. num. 27. f. 358.

Universitas Civitatis Neapolis per quos representetur? vide Electi.

Neapolitanum Regnum, vide in verb Regnum Neapolitanum.

Neapolitani.

Neapolitani nequeunt conveniri alibi, quam Neapoli, rit. 270. num. 56. f. 155. Etiam si in alio Tribunali vellent ipsi consentire, ibidem.

An exteri possint obire officia, quæ Regnicolis conferenda sunt? vide Exteri.

Neapolitani equites aurei velleris, vide verb. Equites.

Necessitas.

Necessitas ingens est telum, & legem trucidat rit. 272. num 56 f. 202.

Necessitas facit licitum, quod non erat, ibidem.

Necessitate urgente, silet etiam ius naturæ, ibidem.

Necessitas, quæ provenit à lege, est maxima omnium, ibidem.

Si necessitate, vel temporis; vel loci cogente; à litigante excipiatur iudex hospitio, an ideo possit dari suspectus? rit. 265. num. 144. f. 50. Et Anton. Fabri effitum ad examen vocatur, rit. 265. num. 144. vers. contradicere, fol. 50. Auctoris opinio, rit. 265. n. 145. f. 50.

Necromantia.

Necromantia est species hæreseos? rit. 274. num. 12. f. 287.

Qui sint necromantes, & ad quæ tendant? dict. num. 12. & num. 13. fol. 288. Potissimum ad flectendam alicuius pudicitiam, num. 14. f. 289.

Ad quid conditæ sunt in hoc Regno Constit. incip. poculum amatorium, *alia incip.* pocula amatoria, *sub. rubr. de mal. & nox. med. num. 15. f. 289.*

Quæ fides adhibenda sit amatoriis poculis? d. rit. 274 num. 16 f. 289.

Solent dupliciter fieri, vel intra, vel extra corpus, n. 17 f 289.

Operationes necromantiæ innituntur pacto cum dæmone inito. num. 19. f. 289.

Pactum hoc quotuplex? num. 20. f. 289.

Necromantiæ judex, qui? Rit. 274. num. 30. fol. 291.

Nobilitas.

Nobilitas quid sit? Rit. 273. num. 123. vers. Siquidem, il 2. f. 255. Quæ vera? ibidem.

Non nascitur repentè, ibidem.

Nominatio testium.

Nominanti testes extrà Regnum defertur juramentum, quod hoc non faciat animo dilatandi, Rit. 268. num. 1. f. 95.

Nominatus.

An primò nominatus præferatur secundò nominato? rit. 272. num 62. vers. Præferendas, 346. & vers. Neque obicem f. 207.

In legatis an detur priùs, & posterius juxtà prænominationem? d. num. 62. vers. Retundebat, f. 208.

Notarius.

Notarius renuens cogitur rogare instrumenta? Rit. 267. num. 30. f. 82.

An sit dominus scripturarum, quas conficit, & possit eas secum ferre, quò pergat? Rit. 271. n. 11, f. 174.

Mulctatur Notarius, si penes se non reperiantur, etiam sine dolo, protocolla; d. n. 11. vers. Contrarium, f. 175.

Imò nec debet notam originalem, seù Bastardellum discerpere, sed perpetuò habere, ibidem.

Quid intersit in Notarium contractuum, & Actuarium? ibid. Discrimen Extracta inter utrumque, ibidem.

Notorium.

Notorium, quid sit? Rit. 265. nu. 41. vers. indubitatum autem, f. 21. Quotuplex, Rit. 269. num. 18. f. 65 Quot testibus inducatur? Rit. 270. num. 44. f 173 Qui in eo procedat? Rit. 265. num. 110 f 39.

In notoriis ordinem servare, est ordinem non servare, Rit. 269 num. 20. vers. Nam nullitates, f. 107.

Nullitas.

Nullitas, & recursus admittitur, quoties suspicionis causa non est ritè proposita, Rit. 265. num. 32. f. 17.

Proveniens ex jure naturali, nunquam censetur exclusa à Statutis, Rit 265. num. 33. f 18.

Quæ sit proveniens ex jure naturali? ibidem.

De nullitate sententiæ forjudicationis, qui possint dicere? rit. 269. num. 17. f. 104. An executionem impediat, ibidem.

Nullitas, quæ dicatur notoria, & quot modis? rit. 269. num. 18 f. 105. Innotescens ex revolutione chartarum appellatur notoria, rit. 269. num. 20. vers. Nam nullitates, f. 107.

Cum iudices vident aliquam nullitatem notoriam ex actis, etiam parte non opponente, debent ex officio; sententiæ executionem suspendere; rit. 269. num. 18. vers. & ista, f. 106.

An nullitas ex eisdem actis existens possit post executam sententiam, vel post cœptum exequi, produci? Et an sit dandus terminus pro discussione, vel statim prævia monitione sit de illa pronunciandum? rit. 269. num. 19. f. 107. Auctoris opinio, num. 20. f. 107.

Nullitas proposita post sententiam, dicitur nè proposita principaliter, an incidenter; Auct. opinio de hoc discutitur, rit. 269. num. 20. cum seqq. vers. & propterea, quo differunt intentari principaliter, vel incidenter, ibidem.

An nullitas ex iidem actis possit Statuto excludi? rit. 269. num. 23. fol. 109.

Nullitas est efficacior omnibus auxiliis in suspendenda executione, rit. 269. num. 23. vers. neque infringit f. 113.

In nullitatibus non est impertiendus terminus: si sententia, adversùs quam fuit de nullitate dictum, fuerit sine termino prolata: Servavit S.C. nuper, rit. 269. num. 24. f. 113.

Numerus.

Numerus ternarius sacer Pythagoræ, rit. 270. n.37.f.150.

Est perfectissimus omnium, licèt nonnulli extollant sextum, ibidem.

Cur quaternarius fuerit appositus in pragmat. Ducis Ossuni editu anno 1585. contra exules? ibidem.

De præstantia aliorum numerorum, remissivè; ibidem.

Numerus singularis, an & quando contineat pluralem, & è contrà? rit.275.num.36.vers. Urgebat.f.363.

Obligatio.

Obligatio antidoralis amorem gignit, & propensionem, rit.265.num.150.f.53.

Obligatio penès acta.

Obligatio penès acta an si capiatur in folio, repertu penès creditorem, vel alium, suas habeat vires, quamvis non sit posita in libro? rit.271 num.10.f.171. Si ei desit subscriptio actuarii, nec constet ab eo fuisse scriptam, licèt adsint testes, an nullitati subiaceat? rit.271.n.10. vers. Primus igitur.f.271.

An debeat, ut habeat vim, describi in libro? rit. 271.nu.10.vers. Et quod dicatur, f.172. Quid si per alium scribatur? d.nu.10. vers. Secundò indaga, f.174.

Obligationes penès acta in S. C. quomodò capiantur? ibidem.

Ad scribendas obligationes in libro statutus est terminus per pragm. Quid si scribantur, elapso termino, an nullitatem redoleant, vel detur purgatio moræ? rit.271.num.10.vers. Et quod dicatur.f.172.

Obstetrix.

Obstetrix una satis est de iure Regni, licèt duas exoptaret ius commune ad probandum, aliquam esse gravidam, rit.267. num.17.f.81. Septem ad ostendendam impotentiam coeundi, Ibid.num. 18. Quot ad probandam ætatem, vel vitam partus? num.19.f.81.

Obstetrici non creditur de integritate, vel corruptione hymenis, ne ultra crepidam progrediatur, rit.267.num.20.f.81.

Occisio.

Occisio sui ipsius omni iure vetita homini; rit. 269.num.51.vers. Et quidem, f.129. Sub qua pœna? d.n.51.vers. Pœna, f.130. & rit.274. nu. 138.f.333. Quid indicet? rit. 274. num. 138. f.333.

Occidens Consiliarium Regis ex odio privato, an in crimen læsæ Maiestatis incidat? rit. 273. num.30.f.237.

Odiosa, *vide* Statuta.

Offendens.

Offendens scribit in pulvere, offensus in marmore, rit.272.num.1.f.179.

Offensio.

Offensio alicuius cui licita est, an & licita sit occisio? rit.270.num.10.vers. Licet.f.138.

Officiales.

Officiales huius Civitatis laudantur, quia semper dant suffragia merenti absque personarum acceptione rit.265.num.65.fol.28.

Officialis, si videat, iura inopis opprimi à viribus potentis, qui petat in iudicio illicita, non debet refugere Tribunal ne pro potente illicita decernere cogatur, ut sentiebat Affl. sed ob hoc ipsum eat; oportet, ut præsenti animo, resistat potenti, legitimè certet pro veritate: arguat, obsecret, increpet, rit. 265. num.66. f.28. Et eiusdem Affl. opinio inopi non profutura respuitur, ibidem.

An contumelia facta uxori officialis, censetur facta Officiali? rit 272.num.27 f.190.

An sufficit, quod officialis successor ingrediatur regnum pro illius regimine, nisi locum, ubi prædecessor gubernium exercebat, ingressus fuerit? Et tex. in l. observare, de offic. proconsul, dilucidatur, rit.273.num.11.f.235.

Officialis allocuturus Principem, cur dimittat pallium, & sola toga indutus procedat? rit. 273.num.84.f.243.

Officialis ob malam administrationem debet officia privari, Rit.273 num.106. f.248. Ita servatum in Regia Iuncta vini ad minutum, ibidem.

Officialis, si delinquat in re non pertinente ad officium, potest à Barone capi, & puniri; non item si in re pertinente ad officium: tunc enim M. C. esset iudex competens, licèt Baro possit tantùm capere informationem, rit.273. num.138.f.260.

Officialis Baronalis est annalis, nec potest revocari, ne à successore quidem, aut conductore rit.273.num.153.vers. Advertimus.f.265.

Si Officiales negligit expedire causam, solent Superiores sub pœna avocationis præscribere illi tempus, quo expediat; rit.273. num. 155. f.266.

Officiales, qui tempore generalis visitationis, iubente Dom. Visitatore coguntur à Civitate abesse per duos menses, iis elapsis possunt redire sine eius licentia, rit.275.num.8.vers. Qui quidem, f.351.

Vide verb. Iudex.

Oppositum.

Oppositum idem debet operari in opposito, quod propositum in proposito, rit.274. num.109. fol. 320.

Pactum.

Pactum, nequit ingredi in aliquam Civitatem possit, an sustineatur? rit. 275. nu. 8. f.351.

An pactum firmatum cum ista clausula, sub verbo vero Principis, *vel* sub fide equitis, *habeat vim iuramenti? remissivè, rit.270.num. 6.vers. hinc indicavimus.f.135.*

Par.

Par in parem non habet imperium, rit.273. n. 77.f.241.

Paritas.

Paritas votorum an censeatur inducta quo ad mortem, si tres ex sex iudicibus pro morte, duo pro tortura, alter pro exilio suffragia præstent? rit.274.nu.137.fol.333.

Vide verb. Adiuncti.

Parricidium.

Parricidij pœna qua rit.169. nu.51. verſ. qu am ſapienter f.129.

Parua, *vide* Modica.

Patronus.

Patronus, quam pœnam ſubierit apud veteres, qui ut impenſiùs placeret clienti, adverſarium incantè perſtrinxit, rit.265. num.9. fol.8. Vide Advocatus.

Paſsio.

Paſſio, ſivè affectus animi quos effectus gignat? rit.265. num. 59. fol.58.

Pater.

Patri non officit culpa filij. rit.274. nu.75 f.307. Cur filius quandoque patris iniquitatem ſerat? remiſſivè. rit.274. n.75 fol 307.

Patris macula deſcendit in filium, rit.274. nu. 75. verſ & quod, fol.307.

Pater, & filius cenſetur una, eademque; perſona. rit.273. nu.123 fol.151. & rit.165. n.168. fol.62.

Iniuria facta alterutri iſtorum tranſit in alium rit.265. num.168. fol.62.

Patris appellatione continetur mater, d. num. 168. ibid.

Patris benemerita proſunt filio; rit.275. num.19. fol.352.

Vide in verb. Filius, Mater.

Patientia.

Patientia commendatur in miniſtro, qui nulla debet iniuria abripi, rit.265. nu.65. f.337.

Patria.

Patriæ amor omnibus præferri debet; Eam tenetur quiſque defendere tam laicus, quàm clericus; rit.275. n.43. f.365. An contra patrē? Quid ſentiat de hoc Auctor? rit.275. nu. 43. verſ. vndè, f.366,

An vaſallus contra patriam obſtringatur dominum iuvare? rit.274. num.44 fol.366 Quid ſi concurrant pater, Dominus, & patria, cui potius debeatur defenſio? rit.285 nu.44. verſ. & tanta, f.366.

An ſicuti tempore belli nullus, neque Clericus, neque laicus ſe excuſare valet à patria defenſione, ita & tempore peſtis? num.45 fol.366, Quid de Doctoribus, ibid.

An interdicta patria ſit interdicta Vrbs, & quid ſit, & è contra, rit.275. n.46. f.367.

Pauperes.

Pauperes opprimuntur à potentibus. rit.265. nu. 1. fol.6,

Pax.

Pax facta inter inimicos, quomodò probetur; rit. 265. n.160. fol.59.

A quo habenda, ut reus poſſit componi, rit.272, nu.11. verſ. alia eſt f.189.

Periculum.

Periculum vbi maius, ibi cautiùs agendum. rit. 270. n.31. f.148,

Peritus.

Peritis in arte ſtandum. rit.267. num.21. fol.81. & num.18 fol. 82. Etiamſi dicti nullam reddant rationem, ſi deponant cum iuramento per verb. credo, *ibid.*

Vni perito creditur magis, quam tribus teſtibus, rit.267. num.23 fol. 82. Etiam pluribus, ſi agatur de in nocentia Rei, ibid.

Peritis magis creditur iunioribus, quàm ſenioribus imperitis. Rit.267 n.22 f.81.

Periti in criminalibus eligendi à iudice cum conſenſu inquiſiti. rit .267. nu.24 fol.82. Quæ in peritis requirantur; nu.25 f.82.

Peritiores admittuntur etiam poſt proceſſus publicationem, quando cauſa terminanda eſt iudicio, peritorum. rit.267. num 27 f.82.

Peritorum conſilio lata ſententia an, & quando tranſeat in rem iudicatam; rit.267. nu. 29. fol.82.

Periti renuentes, coguntur deponere. rit.267. n. 30 Non autem contra amicum, vel inimicum. rit.269. n.8 f.96.

Si plures periti diſcordent, ſtandum peritiori. rit.267. num.60. verſ. ſi duo f.88. Quid ſi æqui ſint periti; ibidem.

Periurium.

Periuria hodiè faciilimè committunt homines, habita mercede rit.265 n.28. fol. 16.

Neapoli id non rarum eſt ob exterorum humillimæ conditionis frequentiam, rit.265. num. 28. f.16.

Periuria venduntur, & emuntur tanti à perditis, rit.270. nu.1. fol.132.

Noluit Plato iusiurandum à litigatoribus, ſed tantùm à iudicibus, cur? ibidem.

Periurij, perſtringitur enormitas, ibid. Qui de eo, eiuſque pœnis agant? remiſſivè, num. 2, fol. eod.

Vel ethnici magnum facinus periurium putabant. d. nu 2 f eod.

Periurium eliminandum acerrimis pœnis à foro. eod. rit. nu.3. in fin. fol. eod.

Periurij pœna in Regno erat olim manus mutilatio, num 4 fol. 133. Et poterat forjudicari, ibidem. Cur id non ſervetur? ibidem.

Periurij crimen an ſit publicum? nu.5. fol.133.

Perſonæ illuſtres.

Perſonæ illuſtres debent ſedere, an ſtare coram iudicibus? rit.268. num. 12. verſ. hinc comes. f 98. Quid ſervetur Neapoli in Tribunalibus? ibidem.

Petrus.

Dom. Conſil. D. *Petrus Cortes fiſci patronus in Regia Iuncta commendatur, rit.274. nu.100. fol.315. & rit.265 num.119 fol.41.*

Dominus Petrus de Fuſco, Fabius Crivella. Antonius Caraſa, D. Cæſar Natale, & D. Hector Caracciolo laudantur, rit.265. num.59. verſ. & cum in aula fol.26.

Philippus.

Philippus IV. invictiſſimus Rex Hiſpaniarum encomiis celebratur, rit.265. num.157. fol.57.

Philippus II. Mauros ex Hiſpania eiecit, rit.279. num.12. verſ. hinc ex anni, fol.339.

Vide Reges Auſtriaci.

Pictor, *vide* Decipere,

Piratæ.

Piratæ qui? Æquiparantur latronibus, & eadem pœna puniuntur. rit.270. num.5. fol.133. Excommunicantur ter quotannis, rit.270. n. 50. fol.154.

Piſcatio.

Piſcatio in flumine an interdici poſſit? rit.273. n.143.

num.143.fol.262. Quid in mari? d.num.143. vers.piscationem.f.262.

Piscatio num possit prohiberi cum herbis, & tu: nicis.rit.173.num.145.vers plures.f.263.

Pittacus.

Pittacus Mitilensis tulit legem, ut plecteretur maiori pœna delinquens ex ebrietate, quàm in sobrietate.rit.274.n.44.f. 295.

Pluralitas.

Pluralitas quandoque resolvitur in singularitates, & quando; rit.272.num.69. vers. hinc fit.fol.213.

Pœnæ.

Pœna indicta lege veteri, non tollitur lege nova imponente leviorem, vel graviorem, rit.265. post n.10.f.8.

In pœnis interpretatio mitior amplectenda, rit. 265.post n.21.f.10.

Pœnalis lex, quæ fit ad cavenda facinora, uti favorabilis, an extendenda; ibidem, vers.addas fol.12.

Pœna dilata facilè exigi potest, nequis exacta revocari, nu.175.vers.& Ammian.f.66.

In pœna maximè capitali infligenda cunctatio summoperè commendatur.rit.265.num. 175. vers.quamobrem.fol.66.

Pœnæ rigor cessat, si reus uti absens fuerit excusatus, rit.266.n.9.fol.72.

Pœna infligenda mulieri praegnanti, vide Mulier.

Pœnæ dilationem Deus contrà demerentes, gravitate supplicij compensat. rit. 270. num. 3. fol.132.

Omne malum manet pœnam, ibidem.

Pœnæ mutatio non dat mutationem delicti, n.4. fol.133.

Pœna mortis an iustè potuit à lege imponi; remissivè, rit 270 num.5 fol.136.

Perpetui carceris an morti æquiparetur? eod.rit. num.8. vers. & tandem. fol.137. Pro quibus delictis imponenda? ibidem.

Pœna insolita sequi debet delictum insolitum. rit.270.num.23.fol.146.

Si lex minetur pœnam gravissimam, de qua intelligatur; rit.270.num.25 fol.246.

Pœna reservata ad arbitrium, an possit extendi ad mortem? rit.274.num.79.fol.309 Comminata pro quanto caram Regiam gratiam hebent, *ad quid extendatur; rit.270. n.23. fol. 146. Quid comminata sub pœna iræ, & indignationis; num. 26. fol. 147. Sub pœna æris, & personæ; n.27 fol.148.*

Pœna gladii, comminata à lege, vel statuto an comprehendat pœnam mortis naturalis.d. rit. 170.n.28.f.148.

An judici pœnam à iure, vel statuto sancitam liceat alterare; d.rit.270.num.29 f.148.

Qua pœna puniatur stuprum inferens, vel passa; eod.rit.270.n.30.f.148.

An ultimo supplicio possit plecti, qui quam maxima apud omnes fama latronis laborat; rit. 279.num.41.fol.151.

Gratior victima, quàm iniqui punitio Reo offerri nequit.rit.270.n.79.f.163.

Inclemens pœnæ dilatio tot bannitos fovit hactenùs in hoc Regno; rit.270.nu.80. vers. insuper, fol. 156. Maximè in utraque Aprutina provincia; quæ nostra de re, vel Auctores, Germani ingemuerunt, ibidem Hodie verò solers nostri Proregis cura bannitos omnes expulit, eiecit, evicit, d.nu.80.vers.insuper fol. 166. Novissimaque pœna trium furum comprobatur, ibidem.

Pœna diversarum gratiam contra fures, d. nu. 8.fol.197.vers.ad servandum.

Perperam Par. de Puteo dat acrimonia notam Friderico ob conditam Constit. ultimi supplicij pœnas furanti quinque solidos minantem, d.num.80.vers. hinc perperam, Quam tuetur Io.Anton.de Nigr.fol.167.

Pœna talionis recessit ab aula, rit 272.num.49. fol.197.

Pœna suos debet tenere auctores. rit.274.nu.57. fol.299.

An pœna in l. quisquis, C. ad l. Iul. Maie. servetur de consuetudine; remissive, rit.274.n. 75.vers.non solùm f.308.

Quando pœna est à iure imposita, subintelligitur, etiamsi judex non exprimat; rit. 275. nu.48.f.367.

*Pœna demolitionis domus, in quibus delictis infligitur? vide verb.*Domus.

Damnati aliqua pœna putà triremium ad tempus, possunt, illo exacto, dimitti à Præfecto Classis absque alio superioris mandato, rit.275. nu 8.vers.qui quidem.f. 357.

Cætera vide in verb. Deportatio, Damnati ad Triremes, Supplicium.

Politica.

Politici an benè suadeant, ne una familia nimis potens evadat; rit. 273. num.104.fol.247.

Potestas.

Per potestatem ad modum belli potest Præses Provinciæ paria Auditorum vota dirimere, quamvis de paritate soleat certior fieri Prorex, & Collaterale Consilium.rit.273. nu.1.fol.233.

Potestas ad modum belli dicitur modus militaris, seù palatinus, de quo qui agant? remissivè, rit.274.n.130.f.329.

Potestas Pontificis est summa, & inenarrabilis. rit.273.n.64.fol.239. Nedùm regales dignitates, sed Regna potest conferre, ibidem.

Præcedentia.

In domo propria quæ præcedentia debeatur extero; rit.273.n.76.fol.241.

Pater privatus filium Magistratus munere fungentem in re domestica præcedit, non quando agitur res publica, rit.273.nu.78.f. 242.

Canonicus Episcopus an debeat præcedere Canonicum antiquiorem non Episcopum, vide Episcopus.

Consiliarij titulati in Regia Juncta an sedeant uti titulati? vide Consiliarij.

Titulati exteri electi à Summo Pontifice, vel Imperatore, an in Regno præcedant titulatis de Regno, vide Feudum.

Vide reliqua in verb. Dignus.

Præceptum.

Præceptum de non evulgando suffragio dato, est negativum, & obstringit semper, & ad semper.rit.265.n.178.vers.tertiò demùm.f.67.

Prælatus.

Nequit iudicare in causa sua Ecclesia, rit.265. n.100.f.39.

Vide in verb. Episcopus.

Præmium.

Sine præmio nemo laberat Reip.rit.272. num. 7. fol.182.

Florebit resp.in qua præmium administris bonis dabitur,ibidem.

Præmium, quod immerenti, dimitur Principi.rit.272.n.7.f.182.

Præscriptio.

Quæ sunt meræ facultatis, non præscribuntur, rit.273.num.140.fol.260.

Per non usum non aufertur faciendi facultas, ibidem.

Præses S.C. si suffragium præstitit in causa, & suboriatur paritas, nequit ipse dare adiunctos, sed dantur tunc à Prorege, quid in incidentibus?rit.265.nu.153.fol.54.

Præsumptio.

Qui pro se habet iuris præsumptionem, dicitur habere liquidam probationem, rit.270.nu.40, fol.116.

Præventio.

De præventione affectata in cognitione criminum nulla ratio habetur, rit. 269. nu.15. vers.hinc nil mirum.fol.104.

Præventioni an validè renunciasse debitor dicendus est absque iureiurando, dicens: renuntiendo à qualsivoglia prevenzione? Quid M. C. censuerit?rit.270.num.6. vers. hinc indicavimus f.135.

Pragmatica.

Pragmatica 40. de suspicion. official. imponenti pœnas temere recusantibus, non est derogatum per alias pragm.rit.265.n.10.fol.8.

Pragmatica edita 13. Septembris 1595. de confessione trium sociorum in furti crimine contra socium, enucleatur,rit.265.num.21.vers. Propter causa, f.12.

Pragmatica, odia litium, non complectitur causas claras, rit.265.num.123.f.42.

Pragmatica 15.§.6. de suspic. official, de quibus suspicionibus loquatur? rit.265. num.42. fol. 21.

Explicatur pragm.4.§.19.de dilat.disponens,quòd quando adsunt duo decreta conformia alicuius Tribunalis, non possit dici de nullitate primi decreti, à quo pars appellavit, rit.269. num.24.f.113.

Dat pragm. 1.de minor. habenas iudici puniendi pœna, etiam mortis,minorem,rit.269 num.32. vers.Nec officit, f.123. Quomodò intelligenda? ibid.

Pragm.1.de exulibus,non comprehendit contumaces morantes in Civitate, vel oppidis se abstinentes à Campanea? rit.270.num.47.f.153.

An autem fuerit innovatum aliquid per prag. delli 28.capi,ita ut in incessu per campaneam non requiratur etiam delictum,eod.rit.nu.48. f.153.

Pragm.1.de tit.abus.an locum vindicet in Clericis? rit.273.num.90. f.244. An in equitibus aurei velleris? rit.273.num.91.f.244.

In quo se extendat pragm.3.sub tit.de sodom.rit. 273. num. 41.f. 294.

Rescriptum directum uni iudici insertum in volumine pragm. facit ius quoad omnes iudices, rit.275.num.36.vers.Urgebat.f.363.

Princeps.

Princeps quid possit in Terris? rit. 275. num. 20. f.354.Cui iuri subsit? rit.275. num.21.f.354. An possit ius alteri quæsitum tollere? rit.275. num.21.f.354.

Princeps ex causa publica utilitatis propter alterius delictum non delinquentes un punire possit? rit.270.num.12. vers. Hinc est, f.139.

Debet esse clemens.rit.265.num.21.f.10.

Principis preces sunt mandata,d.Rit.265.nu.67. f.29.

Principis est, non modò vias, sed & civitates à latronum incursibus tueri, rit.270. num.80. vers.Quisquis f.166.

Valet Princeps derogare iuri positivo, cur? rit. 272.num.26.f.190.

Principis concessio præsumitur factà absque alterius præiudicio,rit.273,num 142.f.261.

Principi reservata an possint præscribi? rit.273. num.144.f.262.

An possit Princeps sine consensu populi moneta valorem mutare? remissivè .rit.274. nu.139. f.333.

Ex electione officialium arguitur integer, vel pravus animus Principis,rit.274.n.154.f.339.

Principis est posse indulgere delicta, rit.275. nu. 20.f.354.An & absque partis remissione? eod. rit.num.21.cum seqq.f.354.

Vide in verb. Rex.

Privilegium.

Inter privilegiatos eadem specie privilegii dantur magis,& minus: & quomodò? rit. 272. num.62.vers.Præferendas f.207.

Privilegium concessum ex persona mea, non est in me retorquendum, rit. 272. num.62. vers. itaque.f.208.

Probatio.

Probatio in re dubia quot modis possit haberi, rit. 274.num.148.vers.quod in re.f.337.

Probatio ea debilior est, qua habetur per testes, cur? rit.274.num.149.f.337.

Probatio tutior est per indicia, & quam fidem faciant? ibidem, Etiam in criminalibus ad infligendum mortem,d.rit.274.num.150 fol. 337.Et in crimine falsi, d. n. 150. vers. Et in crimine

An pro gemina coniectura mors infligatur? d. rit 274.num.150.f.337.

In criminibus difficillima probationis fit indago per indicia,d.n.150.f.337.

Vide in verb. Indicia, Confessio.

Processus.

Processus quomodò impinguandus in crimine hæresis? rit.274.num.31.f.292.

Ex verbis,an fuerint per ignorantiam, iram, iocumve prolata d.num.31.vers.Cum autem. Ex factis, num.32.f.292.

Qua solertia uti debet index ad indaganda maleficia? rit. 274.num.36.f.293.

An, & quando possit quis ex processu informativo torqueri? rit 274.num.130.f.329.

Et

Et quæ debeant concurrere? ibidem.

Procurator.

Procurator an, & quando revocari possit contestata lite? rit.265.num.92.f.36.

An possit quis accusare per procuratorem criminaliter? rit.269.num.2.fol.99.

Iudicis incompetentia, & fori declinatoria num opponi possit à procuratore, sive tertio? rit.269.num.25. f.114. Quid in citatione ad forjudicationem? eod.rit.num.26 f.114.

An procurator possit opponere, forindicandum esse in minori ætate? rit.269. n.33 f.123. An quod occisus poterat impunè occidi, quia bannitus? eod. rit.269. num.37. f.125. An exceptionem loci non tuti? remissivè, num.38.

Admittitur procurator, quando pro criminali causa agitur civiliter, rit.269.num.39. f.125. Quid si pro pœna civili imponatur criminalis? d.num.39 vers.Quin quando.f.125.

An admittatur procurator, si pro delicto posset imponi pœna, vel corporalis, vel pecuniaria arbitrio iudicis? d.rit.269.num.40. Quid circa causa media? num.41 f.126.

An pro Universitate accusata, vel accusante admittatur procurator? d. rit.269. num. 44. f.126. Quomodò delinquat, & mulctetur Universitas? ibid. An idem dicendum de Ecclesia, & Collegiis? eod.rit.num.46 f.127. Quid si citati criminaliter essent particulares excedentes numerum denarium? num.45.f.127.

An ad tuendam defuncti innocentiam admittatur procurator? rit. 269. num.49 f.128.

Prohibitum.

Prohibitum ad tempus, post tempus censetur permissum, rit.275.num.8.vers. Qui quidem, f.351.

Vide verb. Pœna.

Propter.

Propter quod unumquodque tale, & illud magis, rit.272. n.20 f.188.

Prorex.

Prorex pro coercendis fraudibus in vectigalibus vini ad minutum Janctam instituit, rit.265. num.1.f.6.

Prorex an valeat detinere Regnicolas, ne adeant Regem? remissivè, rit.273. num.155. f.266.

Prorex an possit in decisionibus causarum, si vota sint paria ferre suffragium? Quid servet in praxi? rit.274.num.154.f.339.

Prorex, si suffragium vellet ferre, ut dirimat paritatem, ad quam partem debeat deflectere? ibidem.

Prudentia,

Prudentia apprimè iudici necessaria, rit.265. num.188.f.70.

Prudentia duce, omnia benè accidunt, ibid.

Publica quies.

Quæ liceant pro publica quiete? An delicta indulgere sinè partis remissione: rit.275.nu.21. per tot.f.354.Vide Bonum publicum.

Pupillus.

Pupillo tutore carenti an currat tempus elargitum ad recusationem proponendam, & quando in integrum restituatur? rit.265. num.38. f.20.

Pupillus, neque habet velle, neque nolle, rit.272. num.46. fol.196. Hinc neque accusare potest, neque remittere, num.47.f.197.

Nec ipsi imputatur negligentia, num.48 f.197.

Pupillo expedit non habere lites, rit.272.num.53 f.199.

Purgatio moræ.

An quando statutus est dies, & pœna à lege; competat purgatio moræ? rit. 271. num. 10. vers.Et quod dicatur, f.172. Quid in præcepto iudicis, ibidem.

Infrà quantum temporis? d.n.10.vers. Non obstat.f.173.

Qualitas.

Qualitas, quam punit acriùs lex, vel inest delicto, & comprehenduntur complices, vel inest personæ delinquenti, & non comprehenduntur, rit.274. nu 88.f.313.

An quando qualitas requiritur, stetur assertioni iudicis dicentis, quod intervenerit? rit.275.num.6.vers.Ideò f.350.

Qualitas subiectum cui inhæret, informat. rit. 270.num.77.f.162.Et de eo disponit; d. n.77 f.162.

Qualitatem quoties iis perpendit, non solùm dicitùr de substantia probationum, sed facti, ibidem.

Vide in verb. Forma.

Quæstio.

In quæstione iuris non datur terminus ad probandum, sed tantùm ad allegandum, rit. 273.n.166. vers.Et tandèm, f.273.

Raphael.

Reg.Dom.D.Raphael de Vilosa laudibus celebratur, rit.274.num.120. f.324. & rit. 265.n.55 f.24.

Ratio.

Ratio ubi est eadem, eadem debet esse iuris dispositio rit.265 num.21.vers.Propter causæ f.12.

Quæ requirantur, ut identitatem adesse rationis possit dici? d.n.21. vers. Addas, f.12.

Ratio est anima legis, ibid.

Habenda est ratio illius quod fit, non quod fieri debuit, d.num.21.vers.Parùm verò, f.12.

Quoties ratio in lege est expressa, non est extensio, sed comprehensio, rit. 274. num. 87. vers.Germana, f.312.

Recusatio.

Recusatio inventa à iure naturæ, rit.265.n.52. f.23.

Est præsidium iustitiæ rit. 265.n.159.f.58.

Cardo defensionis, eod.rit.num.5 f.6.

An sit favorabilis? rit.205.num.53 f.24.

Ea adversæ partes ad dilationes & calumnias abutuntur, ibid.& num.159 f.58.

Quamobrem non facillimè admittenda, maximè verò recusatio iudicum supremorum, rit. 265.num.159 f.58.

Calumniosa reiicienda, rit.265.num.5.f.6.

Recusationis & incompetentiæ iudicis exceptio potest insimul proponi, rit.265. post num. 14. f.8.

An autem declinatoria debeat excuti priùs, recusatio? rit.265, num.15.f.9.

Re-

Recusans iudicem, proximus est calumnia. rit. 265.num.19.f.9.

A recusationis decretis admittitur iure communi appellatio non Regni, rit. 265 num.29. f.16.

Recusationis proponenda tempus, rit.265. nu.38. f.20.

Quod non currit in damnum pupilli tutore carentis, ibid.

Recusationi videtur tacitè renunciasse, qui comparet coram iudice recusato absque protestatione rit.265.num.44.f.21.

Non ita si compareat procurator absque domini scientia, vel mandato, rit.265.num.44. vers. Qua quidem, f.21.

In recusationis iudicio reus dicitur, contra quem iudicis suspicio deducta est, non verò reus in causa principali, rit 265.num.47 f.22.

Opposita huic opinio, refellitur, num. 48.cum seqq.f.22.

Recusari potest iudex non obstante principis rescripto, rit.265.num.52.vers.Et rescripto f.24.

Etiamsi esset adiunctus, rit.265.num.11.f.8.

Quomodò recusentur Consultores Cappellani Maioris, vel Rev. Fabrica, vide Cappellanus Maior.

Recusationem parvipendunt iudices, qui nihil sibi conscii sunt, rit.265.num 104.f.38.

Recusatio non lædit iudicem, si culpa absit: & gaudeat recusatus, quia levatur onere n. 105. f.39.

Recusatio iudicis, & declinatoria fori, in quo differant? rit.269.num.28. vers ex quo inducor, & vers. Recusatio, f.117.

Recusare valeo advocatum, vel procuratorem partis adversæ, si sit mihi inimicus, ne me calumniis vexet, rit.265.num.91 f.36.

Vide in verb. Suspicio, Suspectus.

Recusatus.

Recusari quinam possit? rit.265.num.70. fol.30.

An totus Senatus? ibidem, vers. an totus.

Recusatus an possit appellare à decreto recusationis? rit.265, num.36.vers.an autem iudici, f.19.

Ordinario iudice suspecto, locumtenens non est suspectus; d.rit.265.num.71.f 31.

Quid; suspecto Episcopo, an sit suspectus Vicarius illius? ibidem.

Quid de scholare habente suspectum aliquem Doctorem de Collegio? & tunc requiritur ne depositum, an sufficiat recusare cum iuramento? d.rit.265. num.72. cum plurib. seqq. f.31.

Magistri actorum S. C. quomodò recusentur? num.96.f.37.

Qua ratione recusari possint examinatores? num. 97.f.38. Calculatores, & alii similes? remissivè, num.98 f.38.

Assessor Principis quomodò recusetur? rit. 265. num.100 f.38.

Quomodò arbitri, vel syndicatores? num. 101. cum seq.f.38.

An litigator iustè recuset iudicem Civilem Universitatis, si cum ea litem habeat? 126.f.43.

An iudicem subditum possit litigator renuere, si cum eius domino litem exerceat? ibid.

Quid de hoc fuerit decisum in S.C. ibid.

Vide Suspicio, Suspectus.

Reges Austriaci.

Originem à quo ducant invictissimi nostri Reges Austriaci? remissivè, Rit.273. num.9.f.234.

Oderunt semper in eorum Regnis hæreseos labem Iudæosque, & Saracenos, verè Catholici, rit. 270.num.12.vers. Hinc ex anni, f.139.

Mauros fadè viventes eiecerunt ab Hisperia, ibid. Fuerunt oppidò clementia studiosissimi, rit.274.num.93.vers. Regia, f.314.

Vide in verb Carolus, Philippus Rex.

Regnum Neapolitanum.

Regni Neapolitani felicitas, & quies à duobus præcipuè legibus pendet, & quæ sint? rit. 269. num.28.vers. quod potissimum, f.117.

In Regno Neapolitano non adest, ut alibi, Tribunal S. Inquisitionis, sed tantum Commissarius generalis S. Officii, rit.274.num.27.fol. 291.

Cur inter Regni iura, nulla adsit condita lex agens de hæreticis; num.28.f 291.

Constitutio incip. inconsutilem, de hæret. abinam fuerit à Friderico condita; dict.num.28. f.291.

Inter cætera, quæ à Deo accepit beneficia, Regnum Neapolitanum, illud præcipuum est: quod Invictissimi Regis Hispaniarum Caroli dicto est audiens. rit.274.num 81.vers. Iulinus, f.311.

Totum hoc Regnum induit arma, qui insanientem Messanam ad pristinam nostro Catholico Regi obedientiam cogeret. rit.274.nu.91. f.313.

Regnum Siciliæ cur à Papa Carolo concessum? rit.270.num.20.vers. Sed de utroque. f. 145.

Vide verb. Neapolis.

Rei vindicatio.

Rei vindicatio datur etiam ei, qui neque directè, neque utiliter est dominus, sicuti est ille, cui impertitur Publiciana, rit.273. num.95. f.245.

Relegatus.

Relegatus à propria patria, vel ab aliis locis; intelligitur relegatus à loco, in quo residet Regni Prorex; & Reg. Rovit. effatum in pragmat. un. de contum. & aliis, ut non accedant ad Cur. examinatur. rit. 275.num.37 f.363.

Ad libellam revocatur tex. in l. relegatorum, §. constitutum, ff. de interd. & releg. ac Glos. ibidem effatum, num.38.f.363.

Magis est timenda interdictio accessus ad locum residentiæ Principis, quàm ad propriam patriam, rit.275.num.42 f.365.

Urbe, vel Italia interdicta, an sit interdicta patria? rit.275.num.46.f 367.

Iudices inferiores nonnisi à loco, in quo eorum extenditur iurisdictio, exilium imponunt, nu. 47.f.367. Et à loco ubi residet Princeps, n.48. f.367.

Undè descendit dispositio illa, quod relegatio à loco delicti, qui non patria sit, intelligatur, etiam à patria? rit. 275.num.50.f.368.

Relegatus à patria, an à tota territorio relegatus censeatur; num.51.f 368.

Examinatur decis. apud Grazar. & alios, num. 52.f.369.

Ac-

Accedens ad locum interdictum in die Paschatis pro adimplendo pracepto, an in pœnam exilii incidat? rit.275.num.53.f.369. Quid si per transitum? n.54.f.370.

In quo differant probibitio habitandi, & probibitio accedendi ad aliquem locum? num. 55. fol.370.

Ad pernoctationem non est extendendus concessus accessus per transitum, num.56 f.370.

Quomodò probetur, quod animus fuerit transeundi? rit.275.& n.57.f.370.

Guidati, vel relegati ab aliquo loco, an ad mare illi adiacens accedere valeant? d.rit. 275. num.58.cum seqq f 371.

An appellatione territorii veniat mare? num.59 f.371.

Si relegatus moretur in Ecclesia, an fines exilii fregerit, vel guidatici conditionem non servarit? rit.275.num.64.f.373.

An Ecclesia dicatur de territorio inquisiti? num. 65.ibid.

Scriptura à Civitate Beneventana transmissa ad huius Civitatis Tribunalia, an recipi absque venia Regiorum Officialium, ad quos spectat, possint? rit.275.num.66.ibid.

Remissio.

Remissio quotuplex? In quo differat à concordia, & pace? rit.272.num.6 f.180.

Ius remittendi proprio, an hareditario nomine competat? rit.272.nu.11.f.183. Proprio Bart. opinatur, ibid. Cancerius, hareditario, d. n. 11. vers. contradicentem.f.183. Utroque, ait Auctor. rit.272.num.12.f.183 in fin.

Pecunia perventa ex remissione an dicatur iure hareditario, vel sanguinis acquisita? d.n. 11. Reservanda à tutore pupillo, rit.272. n.54. f.200. An describenda in inventario? rit.272. num.11.f.183. An adiudicata vidua necem viri prosequenti, sit reservanda ab ea proli tanquam lucrum nuptiale? rit.272. num.11. f.183.

Num ius remissionis competat omnibus simul consanguineis, vel haredibus, an potius eorum maiori parti? rit.272.num.13. Quid in Regno rit.272.num.14.f.184.

Remissio competit ne haredibus de facto, an haredibus de iure, nempè qui deberent succedere? rit.272.n.14 f.185. Et pragm.8.de compos.extenteratur, ibidem.

An fœmina exclusa à statuto (stantibus masculis) sit exclusa iure communi ab accusando, & remittendo? rit.272. num. 15. Quid iure Regni? d.rit.272.num.16.vers.Intuitu.f.185.

Cum utrinque coniunctus, & uterinus concurrunt, uter in iure remittendi praferatur? rit. 272. num. 17. f. 187. Quid si cum utrinque coniuncto concurrat consanguineus? ibidem. Vel si pater, & filius in vindicanda nece matris? remissivè, ibidem. Quid si nepos cum patruo? Vel pater, filius, & uxor? nu.18.f.187.

An naturales, & spurii valeant prosequi vindictam suorum in iudicio, & remittere? rit. 272.num.19.f.187.

Uxori an competat ius accusandi de nece viri; & remittendi: & viro de nece uxoris? rit. 272.n.20.f.188. Quid si concurrat cum filiis d.rit.272.num.21.fol.188. Praferri filios S C. apud de Franch.dec.382.sensit. d. num.21. in princ. Uxorem alii, d.num.21. vers. Alteram, fol.188. Cunctos copulativè volunt reliqui, d. num.21.vers. Alia est, fol.189. Quid Auctor? Et enucleat d. decis. de Franchis, rit. 272. fol.n.24.189.

In indulto, in quo partis offensa remissio deposcitur, an posthabita uxore, sufficiat haredum institutorum remissio; rit.272.num.22. fol.189.

Servatur in Regno quòd tam mares, quam fœmina promiscuè ad accusandum admittantur; rit.272.num.23.fol.189. Etiam non habentes ius accusandi, cur; ibidem. Et procedit idem donec fuerit oppositum de non iure, d.rit.272.num.24.fol.189.

Uxoris querela non admittitur in Regno, si ei non sit delata hareditas; rit.272 num.25.fol. 190. admittitur in subsidium, quando ii; ad quos defertur hareditas, vel nulli adsint, vel nolint accusare, rit. 272. num. 29. fol. 190. An autem requiratur nolentium interpellatio; d.num.29. vers. Sed difficultas, fol. 191. Et quid si multum effluxerit temporis; d.num.29. vers. Sed quamvis, fol. 192. Non requiri interpellationem servant nostra Tribunalia, rit.272.num.29.vers.Ex quibus, f. 193.

An autem requiratur remissio partis in compositione, quando nulla partis accusatio pracessit? rit.272.num.30 f.194. Carav. affirmat; rit.272.num.32.f.194. Mastrill. negare videtur, num.34.vers. Oppositum f.194.

Auctor utrumque concordat, num.35.vers.quin Mastrill.f.194. Quid in indulto? d. num. 35. Quin Mastrill. f.194. Et Mastrill. effatum in comm. indult.cap.24.num.23. perpenditur, d. num.35.vers. Sed adversus, cum seqq f.195.

Remissio debet fieri in scriptis, & coram officiali d.rit.272.n.33.f.194. An & possit corā Actuario? ibidem, remissivè. Inter nobiles sufficit voce tenus, rit.272.num.34.f 194.

Qua alia requiruntur, ut consistat remissio? d. num.33 f.194.

An inquisitus de simplici insultu, licèt cum sclopo, emisso ictu, ex quo nemo lasus fuit, egeat partis remissione? rit. 272. num. 39. f.195.

Inolevit usus in M. C., fieri ab illius Regente gratiam contumacia absque partis concordia, cur? rit.272.num.39 f.195.

Si reperiatur externus cum affinibus, & coniunctis, quisnam ius querelandi habeat, & an inquisitus possit componi? rit. 272. nu.41. f 196.

Num possit iudex ad compositionem procedere, cum clausula (salvo iure partis) *quando non appareat querelans? rit.272.num.40.f.196.*

Mediolani Senatus gratias approbare consuevit ita, ut quandocumque appareat certus hares, qui gratiam obtinuit, obstringatur remissionem assequi, rit.272.num.43.f.196.

An possit obtineri gratia, in quibus offenditur nemo, nisi fiscus? rit.272.num.44.f.196. Et an tunc quilibet de populo admittatur ad accu-

san-

sandum? d.rit.272.nu.45 f.195.

Quando immedica summa pro remissione à parte deposcitur, arbitrio iudicis moderatur, rit. 272.num.51.f.197.& rit.275.num.19. Et an ab excessiua compositione liceat appellare? rit. 275 num 19.vers.Quin liceret, f.354.

Non ex eo, quod remittitur odium, & rancor, censetur remissum ius injuriam prosequendi rit. 272.num 54.vers.Etiamsi, f.200. Et an remisso iure prosequendi iniuriam, censeantur remissa damna? ibidem? Quæ sint damna? ibidem. Cui debeantur? rit.272.num.55.f.201.

Quid si adesset principalis offensi remissio, vel in testamento, vel in confessione? rit.272.num.54. f.200.

Quæ sint personæ habentes ius remittendi. rit.275.num. 5.f.349.

Interfecto monacho, qui debent remittere? num. 5.vers.Interfecto.f.350.

An remissio possit probari testibus? Quid in Regno? d.n.6.vers.Subsequitur, f.350.

An credatur iudici dicenti (stante remissione coram me.) rit.275.num 6 vers. Ideò, f.350.

Concessa gratia, dummodò infrà sex menses remissionem reus procuret, quibus elapsis sit irrita gratia: an si pars declararet, se nunquam remissuram, sit illicò ad condemnationem prosiliendum, vel tempus elargitum expectandum? rit.275.num.7 f.351.

An validum sit pactum, ne quis in aliquam Civitatem (quod sæpè fit) ingredi possit? Et elapso tempore an valeat recedere absque licentia? rit.275.num.8.f.351.

An Princeps possit remittere pœnas absque partis remissione, quidvè iusta concurrente causa & ob bonum publicum? rit.275 num. 21.fol. 354.

Quando possit concedi venia absque partis remissione? rit.275 num.24.cum seqq. f. 357.

Vide Compositio.

Renunciatio.

Iuri de futuro nequit renuntiari, quomodò intelligatur? rit.270.num.6.vers.Fuit etiam, f.136.Et quando possit? ibidem.

Res judicata.

Rei judicatæ auctoritas non patitur instaurari finita, rit.269. num. 23. vers. Reliquum est; f.111.

Residentes.

Residentes Principum, an sint immunes à vectigalibus: vel sint ut cæteri cives. rit.267 n.84 vers. Postquam, f 93. Et an à gabella, & dati vini ad minutum? ibid.

Resoluto.

Resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris, rit.274.num 56.f.298.

Restitutio in integrum.

Restitutio ex clausula generali citati, & impediti, plus operatur contra contumaciam, quàm restitutio minoris, ratione ætatis, cur? rit. 268.num.7.f.96.

Non datur minoribus, vel pupillis adversùs remissionem offensæ factã à tutore. rit.272. nu. 53 f.199. Nisi ex illa fuisset sibi illatum præjudicium honori, vel aliter, n.54.f.200.

Retractus.

Effatum illorum, qui dicunt, agentem ex retractu fingi dominum ab initio illius rei retractæ, an sit verum? rit.273.num.111. f.249.

Retractus pendet à mera voluntate retrahentis d.num.111 f 249.

Fructus percepti per emptorem ante retractum, an ad ipsum, vel retrahentem spectent, & quid de nostra consuetudine? rit. 273. n. 112. f. 249.

Reus.

In dubio paritatis pro reo decernendum à judicibus ordinariis. rit.265.num.55.vers. A judicibus, f.25.

In S.C. vel in Regia Iuncta dantur adjuncti ad dirimendam paritatem cum Consiliarii delegatam habeant iurisdictionem, rit.265.nu.56. f 25.

Quid servet mos in M.C. ibidem.

Reus, qui vel verè est reus, non debet longiori carcere exagitari, iuxtà Sen. placitum, num. 176.f.06.

Reus, quis dicatur in iudicio recusationis? rit. 265.num.47 f.22 Quis Actor? rit.265. num. 49 Quid sentiat Auctor, ibidem.

Oppositum sibi sententiam elumbat: rit eod. num. 48.f.22.

Reus necessarius non tenetur iudicio reconventionis, rit.266.n.47 f.77.

Reo an detur, producere alios peritos, adversùs adductos à fisco. rit.269 n 7 f 96.

Reus, ad hoc ut possit remitti, an requiratur, ut se constituat in vinculis? rit.269 n.28.vers. Citra enim, f.116.

Reus non existens in fortiis, an audiri possit ad remorandam citationem, rit. 269. num. 48, f 128.

Reus solvens injustè compositionem, appellat, & repetit solutum, rit.275.n.19 vers. Quin liceret, f 354.

Actore non probante; reus absolvatur ne simpliciter, an ab observatione iudicii? rit.271. num.5 f.170.

An reus absolutus à iudice domicilii, possit rursùs puniri ab alteri delicti? rit.273.num.162. fol.270.

An concedenda sit reo inquisito præsenti copia suæ depositionis ante processus publicationem? rit.274.num.97.fol.314.

Reus exemptus, vide Exemptus.

Vide reliqua in verb. Actor, Delinquentes.

Rex.

Regi proprium est, curare, ut ultimæ subditorum voluntates suum sortiantur effectum; rit.295.num.157 f.57.

Regis est, excubare pro salute singulorum. rit. 265.num.21 f.10.

Regum ira sit inermis, vel docente natura: quæ Regibus apum aculeos detraxit, ibidem.

Amicos comparare, imperatoria lus est. rit. 266.num.51.f.77.

Reges nascuntur publicæ incolumitati. rit.267. num.46.vers.Huius autem. f 87.

Regis literæ de claudendis monopoliis non descriptis in albo arrendamenti. rit.267.num.45. fol.85.

Regis verba, non juxtà vulgi, sed juxtà prudentium interpretationem intelligi debent. rit. 273. num. 32. f. 237.
Rex Hispaniarum omnes totius Orbis Reges antecellit, rit. 273. num. 80. f. 242.
Rex potest reddere aliquem Principem uno verbo, Doctorem non ita, rit. 273. num. 88. f. 244. De hoc Sigismundi Imperatoris apophtegma enarratur, ibidem.

Ritus.

An Ritus M. C. fuerint simul evulgati? rit. 275. num. 2. f. 349.
An sancita in rit. 271. serventur hodiè? rit. 271. num. 1. f. 169.

Roma.

Roma vocatur Urbs per antonomasiam, rit. 275. num. 39. f. 363. An hodiè sit communis patria? rit. 275. num. 39. vers. Ad confirmandam, fol. 364. Abscissa ab Imperio, & facta de patrimonio Divi Petri, ibid.
Roma est, ubi est Papa, rit. 275. num. 40. f. 365.
A Roma an possit Pontifex mutare sedem? rit. 275. nu. 40. f. 365.

Rustici.

An sint immunes à pœnis ex contumacia incursis? rit. 270. n. 79. f. 163. Et excusentur à delictis? d. nu. 79. ibid. Vel in quibus rebus excusentur? ibidem. An possint forindicari? d. n. 79. f. 164.
De privilegiis Rusticorum, & de vita rustica laudibus; & è contra de aulica vita molestiis, qui scripserint? remissivè, ibidem.
Sunt callidi, fures, fallaces, inimici nobilium; hinc inhabiles ad testimonium perhibendum contra Comites, aut barones, dict. num. 79. fol. 164.
Rusticorum iudicio standum in re rustica. rit. 267. num. 28. vers. In agricultura, f. 82.

Salernitani.

SAlernitani medici ob avaritiam balneos Puteolanos perdiderunt, rit. 267. num. 67. f. 90.

Scientia.

In Doctore eminentis scientiæ non procedit Statutum, quale est Neapoli, Salernitani, &c. jubens, ut in Collegium Doctorum, non possit admitti forensis, rit. 267. nu. 50. f. 87.
Scientia homines extollit, rit. 272. num. 61. f. 207. Quantoperè sit nobilibus viris necessaria remissivè, ibidem.
Vide verb. Studium Literæ, Jurisconsulti.

Scholaris.

Scholaris notoriè peritus potest doctorari, absque examine, rit. 267. nu. 48. f. 87.
Si in examine habeat suspectum aliquem Doctorem de Collegio, potest eum recusare, rit. 265. num. 72. f. 31. An tunc requiratur depositum? d. nu. 50 cum seqq. ibid.

Schoti.

Schoti solebant mittere in Angliam medicos iuvenes, ut ibi medicam artem exercerent in gravem hostium perniciem, rit. 267. num. 53. fol. 87.

Scriba.

Scribis non est fidendum de actis, & libris, rit. 271. num. 13. vers. Verùm hoc, f. 176.
A Scribis dependet litis victoria.
Vide in verb. Lis.

Scriptura.

Quam fidem faciat scriptura in folio præsentata, ab alio, quàm à Notario. Actuario, vel Archivario? rit. 271. num. 10. vers. Tertius, & ultimus. f. 174.
Scripturæ ordo ordinem indicat voluntatis, rit. 272. num. 62. vers. Præferendas, f. 207.
Scriptura inventa in archivio.
Vide in verb. Archivium, Liber.

Secretum.

Qui teneantur præcipuè ad secretum? rit. 265 nu. 178. vers. Nonnulla f. 68.
Qui tenentur, & non servant secretum, peccant contra justitiam, & tenentur ad damnorum restitutionem, ibidem.
Vide in verb. Voti publicatio.

Seditio.

Seditio, quæ excitetur non ad Reip. detrimentum, sed per accidens in civitate, an plectatur pœna indicta in l. 1. Cod. de sedit.? rit. 274. num. 119. f. 324.
In seditione puniuntur auctores, ducesque ac parcitur multitudini, rit. 269, num. 47. f. 127
Vide in verb. Multitudo.

Senex.

Senes non dedignetur sequi opinionem juvenum peritiorum, rit. 267. num. 56. f. 88.

Sententia.

Non debet accelerari temerè, rit. 265. nu. 175. vers. Quamobrem, f. 65. Vide de hoc, verb. Celeritas.
Accelerata est nullitati obnoxia, ibidem. vers. Et Ammian. Marcell.
Sententia excedens summam ducatorum biscentum, debet in S. C. habere tria vota conformia, num. 184. f. 69.
Lata ex iudicio peritorum, vide Peritus.
Sententia est ferenda in scriptis, etiam si procederetur sola facti veritate inspecta, rit. 265. num. 85. vers. Nec refragatur, f. 34.
Quando sententia est nulla, non potest dici quisquam condemnatus, rit. 269. num. 18. vers. Restringitur f. 106.
Sententia ubi ipso iure non tenet, non est appellandum, sed de nullitate dicendum; Quid si appelletur, & deseratur appellatio? rit. 269. num. 23. vers. nec sibi, f. 110.
An deserta appellatione, censeatur deserta nullitas? remissivè, rit. 269. num. 23. vers. Allegat. f. 110.
An sententia, per quam sententia declaratur nul-

nulla, sit interlocutoria, vel definitiva? ibidem.

An iudex ad quem, qui declaravit sententiam nullam, possit de iustitia actionis cognoscere? ibidem.

Sntentiarum trium conformium non impeditur executio, nisi per nullitates ex iisdem actis, rit.269.nu.23. vers. Insuper, f.112. Quid per restitutionem in integrum, & qua sit in hoc S.C. praxis? rit.269.num.23. vers. Neque infringit, f.113.

Sententia contra minorem.
Vide verb. Minor.

Severitas.

Severitas, nisi se intra congruentes nocentium pœnas coerceat, sit sæva crudelitas. rit. 265. num.21.f.10.

Sicilia.

Ter direpta à Gallis? rit.274. num.91. f. 313.
Regnum Siciliæ cur à Papa Carolo concessum? rit.270.num.20.vers.Sed de utroque, f.145.
Vide Regnum Messana.

Singula.

Singula, quæ non prosunt, multa iuvant, rit. 265.num.104.f.38.

Socius criminis.

Socius criminis de se confessus an possit interrogari de aliis, & in quibus casibus? rit. 274. num.98.f.315.

An ex depositione socii criminis possit in crimine læsæ Maiestatis deveniri ad pœnam mortis consocii? rit.274.num.99.f.315. Ad rem narratur causa Dominici Novorani, ibidem. Recensentur DD. affirmativam sustinentes aliam, rit.274. num.100. f.315. Debuit negare Auctor electus Rei patronus à Prorege, d. num.100. usque ad n. 114. ibid. Quid in hoc Iuncta decreverit? nu.115 f.322. & nu. 119. fol.324. Quibus rationibus ducta? num. 120. f.324.

Socius criminis censetur in secundo delicto, qui assensus fuit primo, rit.274 num.105. f.319.

Confessio socii, si est spontanea, non tenet. rit. 274.num.106.f.319. Secùs si haberetur in tormentis, rit.274.num.107.f.319.

Quid si depositio sit facta sub spe impunitatis? rit.274.nu.108 f.319.

In Regno adest peculiaris lex, ut in peculiaribus casibus plenè credatur sociis criminum, rit.274.num.128 f.329. Non revelans statim, reus dicitur, rit.274.num.104.f.319.

In socio criminis necessaria est tortura rit.274. num.107.f.319.

Socius criminis probat in crimine falsæ monetæ, rit.274.num.152.vers. Salvater, f.338.

Solemnitas.

Solemnitas gravis an vitiet actum? rit. 271 num.10.vers. Et quod dicatur, f.172.

Ob solemnitatem requisitam post actum vitiatur actus ope exceptionis, etiam quod à lege dicatur, quod actus sit nullus, ibid.

Vide Forma, Qualitas.

Solidus.

Solidus quanti valeat? rit. 270. num. 80. vers. Hinc perperàm, f.167. Quanti uncia ibid.

Solitus.

Solitus delinquere an veniam, vel indultum possit promereri? rit.275. num.33. vers. inconcussi. f.361.

Sortilegium.

Sortilegium quot modis sumatur? rit 264. n.9. f. 287. Quotuplex sit? num.10. f.287.

Dæmon tot sortilegiorum genera invenit, ut iis utatur ad hominum perniciem, rit.274.n. 11.f.248. Exemplum pulcherrimum Nataleci Regis Scotiæ recensetur, ibidem.

Sortilegii iudex qui? rit.274. num.29. f.291. Quid? si nullam sapiat suspicionem hæresis? num.30.vers. bodie tamen f 291.

Sortilegii pœna quæ? num.38 f.294.

Specialia.

An plura specialia possint simul concurrere? rit.265.num.32.fol.17. & rit.274. num.114. f.322.

Spes.

Spes est in fructu, rit.274.num.75.vers. & quod, f.307.

Sportulæ.

Sportulæ nullæ solvuntur in Regno, rit.265.num. 147.vers. In hoc autem Regno. fol 52.

Statuta.

Sunt stricti iuris, & ideò arctè interpretanda, rit.265.post num.21.f.10.

Statuta maximè pœnalia, non sunt extendenda de casu ad casum, ibidem.

In statutis sunt verba magis, quàm mens attendenda, ibid.

Statuti verba sunt intelligenda in propria significatione, & naturaliter, non fictè. rit.269. num.32.vers. Cui communi, f.122.

Statuta exorbitantia à iure communi, debent restringi, ut ius commune lædant quàm minùs possint. rit.269.num.32. vers. Nec efficit, f.123.

Statuta nimis rigorosa mortis pœnam imponentia pro quavis re levi, sunt coercenda. rit. 270. num.80.vers. Hinc perperam, fol.167.

In Statutis, & aliis, ubi est eadem ratio, ibi eadem dispositio non est extensio, sed comprehensio, & permissa. rit.265.num.21.vers. Propter, fol.12.

Striges.

Striges, quo alio nomine dictæ, quæ? rit.274. n. 21 fol.190. Et de his fabulâ poetarum narratur. ibidem. Quid agant ibidem.

Studium.

Studii causa an præferatur causæ dotis? rit.272. num.62. cum seqq f.207. An sit causa pia? d num.62. vers. Neque esse f.207. & d. num. 62. vers. Clamabat, fol. 208. & vers. reiterum ibidem. Quid si in uno legato concurrent Studenti

d ente

dentes, ac Doctores, qui praeferendi? rit.272. num 63.f.209.
Studentibus miseretur Imperator; & eorum labores levat privilegiis: ibidem.
Studendum privilegia, qui enumeret? remissive, rit.272. num. 62. vers. Quin studii? fol. 209.
Vide in verb. Literae, Jurisconsulti, Scholaris, Scientia.

Stuprum.

Stuprum qua poena plectitur? rit.270. num.30, f.148.
An attentas mulierem de domo Regis, incidat in crimen laesae Maiestatis? num.31.f.148.

Stylus scribendi.

Stylus scribendi in iure debet variari iuxta materiam. rit.270.num.16.fol. 142. Sic legentes iuris volumina alliciuntur, dict.num.16. ibidem.

Suasio ad malum.

Acriori poena plectendus suadens ad malum, quàm malum ipsum patrans. rit. 274. num. 84. vers.Tenetur, fol.311. & num 85 f.212.
*Vide in verb,*Damnum, Laudatoe.

Subditus.

Subditus naturali iure tenetur ad obedientiam Principi suo; rit.274. num. 80. vers. Ratio f.310.
An quis fiat subditus alicujus loci ratione delicti ibi patrati? rit.274. num. 81. vers. Hinc patet, f.310.
Quid intersit inter fieri subditum, & sortiri forum alicuius loci ibidem.
An dicatur subditus Statutus, qui ibi habet feudum? ibidem.

Substitutio.

An facta substitutione reciproca inter filios institutos, si sinè liberis decesserint: & prohibita alienatione, ut bona conserventur, semper, & in perpetuum in familia, censeatur eadem substitutio reciproca repetita inter descendentes, ita ut bona debeant transire, una extincta; ad aliam lineam? Huiusmodi facti series in elogio Alphonsi de Summa recensetur, rit.273. num. 66.f. 210. Rationes negantes, num.67. f.210.& num.69.fol 211. Quid decreverit Senatus noster; num.70. fol. 217.Quibus rationibus fretus, num.71.cum seqq.f.217.
Ad inducendum fideicommissum simplex sufficit sola voluntatis conjectura, rit.272. num.68. vers.itaque f.211.
Non inducitur tamen reciprocum inter liberos, maximè de linea ad lineam, nisi constet verbis testatoris, rit.272. num.67.f.210. An & ex mente possit id colligi, ex eo saltem quod fuerit ultimo substitutum? d.num.67.& 68. f.210. & f.211.
Et tex.in l.vel singulis, ff. de vulg. & pupill. & l.Titia Seia, §. Seia libertis, ff.de leg.2.discutiuntur, ibidem.
Ut possit ex mente colligi tacita reciproca substitutio, qua requiratur; rit.272.num.68. vers. Itaque, f. 211. Ac autem ea procedant tam inter extraneos, quàm inter liberos; rit. 272;num.67.cum seqq. f.210. alterum iis ex requisitis desit? num.69. fol.211. Vel si desint ista, at adsint alia conjectura; num.73. verso neque ad fugandam; f.222.
Substitutio qualibet continet duplex genus personarum, activum nempè, & passivum, & qua sint; rit.272.num.69 vers.duplex, fol. 212. Neque licet extendere gravamen ab activo ad passivum; ibidem.
In dubio an adsit reciproca inter substitutos, respondendum est contra reciprocam; d. num. 69.vers.Duplex ibid.
Si filii testatoris fuerunt mutuò inter se, expressè substituti, an & ita dicendum est de descendentibus inter se de linea ad lineam? d.num 69.vers.Duplex,ibid.
Substitutio, & institutio non debeat censeri diverso jure: imò & substitutio ab institutione declaratur ibidem.
Tot sunt substitutiones, quot sunt personae onerata, rit.272. d.num. 69. vers. Hinc fit, fol 213.
Si plures ad successionem vocentur, adsitque post omnium mortem sinè liberis substitutio: praedefuncto uno sinè liberis, an illicò fiat locus substituto, vel expectandus obitus omnium sinè liberis? d. rit. 272. num.69. vers. Hinc fit, ibid. Et tex. in Lucius Titius, 78. §. Cato, ff. ad Trebell. explicatur, num. 73, vers.Neque ad fugandam, f.222.
Et si expectandus: cui interim deferenda esset portio deficiens? d.rit.272. num.69. vers. Disceptatio, f.213. Substituto, aiunt nonnulli, d.num.69. vers. Existere, f.213. Descendentibus, alii; d.num. 69.vers.Caeteris f.213. Sentiunt secùs reliqui, quomodò? d. num. 69. vers.Devium longè f.214.
An pater, institutis filiis, iisque invicem substitutis, si absque liberis decesserint, censeatur, eandem substitutionem reciprocam repetiisse inter eorum descendentes? rit. 272. nu. 69.vers.Niquicquam, f.216.
Substitutio non extenditur de persona ad personam ex coniecturata mente testatoris, ne per maioritatem quidem rationis, ibidem.
Substitutio pupilla, an possit fieri in feudis titulatis? rit.273.num.124. f.257. Et facta, an validetur assensu generali vi gratiae in prag. 33.de feudis? rit.273.num.122.f.252.
Species hujuscemodi facti narratur in successione Status Andriae, ibid.
Opinio asserentium recensetur, d. num. 122. vers.Militantes f.252. & num.123.vers. Hujusmodi, cum seqq. f.254. Negantium, num. 123.vers.Caeteri f.253.& vers. Declinabant, f.257.Quid fuerit decretum; rit.273.nu.127. f.258.
Jure patriae potestatis licet patri vi pupillaris substitutionis uti eadem facultate, qua filio, si esset pubes, competeret; rit.273. num 122. vers.Quapropter f.252. Etiam si patri alioqui esset vetita, d. num.122. vers. Et propterea, f.252
Si statuto Dominus deberet succedere Vasallo

decedeati absque testamento ,vel liberis , pater substituenda aliquem pupillariter impuberi , excludit Dominum,Rit.273. num.122. vers.Quapropter.f.252,

An idem in officio regali cum facultate nominandi alium ? ibidem.

Substitutio pupillaris , an censeatur testamentum filii , quoties ita expedit ad eius firmitatem? rit.273.num.123.f.252.Et num. 123. vers.Cateri.f.253.

An autem possit dici pupillaris esse duo testamenta ? rit.273. num.123. f.252. & d. num. 123.vers.Cateri f.253. An duae haereditates ? num.123.ibidem.& d.num.123.vers. Cateri , ibidem.

Pupillaris, impropriè substitutio appellitatur; propriè institutio vocanda.rit.273. num.123. f.252.

Substitutio pupillaris , quando incipit habere vires ? rit..273.num.123 vers. Hinc tabula , f.253.

Potest pater substituere pupillo posthumum fratrem, & haeredem ipsius, qui respectu fratris non esset haeres necessarius,rit.273. num.123. ibid.

Per pupillarem potest matrem pupilli excludere à legitima,ibidem.

Vide reliqua in verb. Fideicommissum.

Succedere.

Verbum , Succedere , *intelligitur de successione legitima,rit.272.num.69.vers.Duplex.f.212.*

Suffragia.

An praestantes suffragia in concursu Cathedrae Regiorum Studiorum, ullam exerceant iurisdictionem ? rit.265 num 85. vers. Nec refragatur, & num.87.f 34 f.35.

Vide Lectores, Voti publicatio .

Supplicium.

Supplicio afficere reos , non est inhumanitas , sed humanitas . cur ? rit.274. num .86. vers. respondeat ,f.312.

Supplicium non datur , quia peccatum est : sed ne peccetur , ibid.

Praeclara aliqua alia de afficiendis supplicio sontibus ; ibid.

Supplicium unius est metus multorum;rit.274. num.87.vers.Licet,312.

Vide in verb. Pœna.

Suspectus.

Suspectus in una , in nulla recusantis causa judicare valet , ne accedente quidem illius consensu ex vi pragm. 20. de suspic. rit. 265. post num. 6. fol. 7. Etiam Ecclesia recusante , ibidem . Nec officit temporis lapsus , nec requiritur depositum , ibidem.

Tenetur remotus , ut suspectus in una , ex officio in caeteris se abstinere , rit.265. ante num.7. f.7.

Sponte se excusans in una causa ob aliquod scrupulum , potest intervenire in aliis ; rit. 265.num.7 f.7.

Iudex adiunctus quomodo allegatur suspectus? rit.265.num.11.f.8.

Iudex allegatus suspectus , si cogitur deponere super capitibus suspicionis praesentatis , ex retardata depositione habetur pro confesso ; rit. 265.num.20.f.10.

Suspectus quandoque non intervenit , iussu Proregis , etiam nullo facto deposito , vel patefactis suspicionum capitibus , d.rit.265.nu.23. f.13.

Iudex suspectus non removetur pravis tela judicaria;rit 265.num.24.f.14.

Propositus , ut suspectus , & habilis declaratus , nequibit ex aliis capitibus recusari. rit. 265.num.35 f.19.

Non recusatus in prima instantia , nequit arceri in secunda, rit.265.num.41.vers.Eodem modo , f.20.

Suspectus non potest allegari iudex , cognoscens de notorio facinore coram se patrato , num. 110 f.39.

Suspectus est iudex , si habeat causam consimilem . Elucidatur tex. in cap. causam quae il 2. de iudic.rit.265. num.122 f.42.

Suspectus est iudex consanguineus , num. 127. vers. Consanguinitas ,f 44. Ad quem usque gradum , & quo iure computandum ? num. 129 f.44. Num satis sit quartus gradus cum quinto ? num.130 f 44.

Iudex consanguineus patroni an arceatur à iudicando? Et pragm.16.de suspic.offic.sanciatur , num.131 f 43.

An , si patronus , qui erat conjunctus iudici in prima instantia , causam deserat , & alius assumatur patronus , possit ille iudex amplius recusari ; num.132 f.45.

Ex gratiis huic Civitati elargitis iudex removetur , si filii , vel eius coniuncti non sint advocati in ea causa , sed in aliis , num. 133. f.45.

Ita censuit etiam S C.ibidem.

Removetur iudex , si eius coniunctus sit testis in causa criminali . Ita M.C. decrevit d.nu. 133.vers.& si conjunctus ,f.45.

Affinitas , & coniunctio spiritualis iudicem reddunt suspectum; Quid si elevavit , ut procurator alterius ? rit.265.num.134. cum seq. f.46.

Decisiones S.C. referuntur , num.135.

Quid,dissoluta coniunctione , vel affinitate ? d. num.135.vers.Restringitur.f.46.

An recusari possit iudex in causis Ecclesia cujus Rector est illius consanguineus ? Et an tutor recusare valeat in causis pupilli iudicem suum inimicum , num.136 f.46.

Suspectus est iudex , si alterutri parti sit , amicus , num.137.f.46.

Quid si utrique simul amicus ? dict.num.137. fol.46. Vel utrique inimicus ? num. 161. fol. 59.

Magis amicitia,quàm sanguinis conjunctio suspectum reddit iudicem , num. 139. fol. 47.

Est suspectus iudex ludens cum parte , vel faveat parti , d.num.139.ibid.

Quid de inquilino ? rit. 265. num. 139. ibidem.

Si Judex remittat sportulas, est suspectus, ibidem.
Judex removetur inste à causis illius, qui beneficia contulit Ecclesiastica eius filiis, etiam præsentanda, num. 150 f. 53.
Advocatus factus iudex non iudicat in causa patrocinata, ne utriusque partis accedente consensu, num. 151 fol. 54.
Quid si fuerat tantùm consultor, vel procurator? num. 152. f. 54.
Decisiones Senatus Neapolitani de hoc recensentur, ibidem.
Quid si esset arbiter, aut arbitrator, vel tertius electus in casu dissentionis? num. 153. cum seq. f. 54.
Decisum refertur in S.C. ibidem.
Num suspectus erit iudex, vel arbiter, qui patronus olim tuendam suscepisset aliam causam similem illi, de qua nunc iudicat? num. 154. vers. Hinc eborta. f. 55.
Rationes negantium, d. num. 154. ex vers. Urgebat dux. f. 55.
Affirmantium: 155 f. 56. Decisio de Franch. 87. examinatur, ibidem. Quid de ambarum partium consensu? ibid.
Procurator nequit esse iudex, num. 156 f. 56.
Executores testamentarii an possint iudices esse in causis hæreditatis? ibidem.
Refertur Reg. Valenz cons. 60. à num. 5. lib. 1. negans, d. num. 155 f. 57. vers. His concinunt. Quid decreverit Senatus noster, & litera Regia interpretantur, ibidem, vers. Accedebat, fol. 57.
Judex inimicus, maximè capitalis arcetur à iudicando, rit. 265 num. 159 f. 58.
Quid, si sit iudex supremi Tribunalis, an possit recusari? eod. num. 159 per totum.
An si inimicitia meritò orta fuerit? num. 160. f. 59.
Quæ autem inimicitia requiratur? ibid.
Est suspectus in causis advocati contra ipsum patrocinantis, num. 167. f. 62. Decisum sæpius per S.C. ibidem.
Judex recusatus à patre, vel matre, est filio suspectus, num. 168. fol. 62.
Consiliarius, qui vacante Præsidis S.C. officio, illius munus supplet, uti decanus, an recusari possit? num. 169. f. 62.
Suspectus est judex, si leges patriæ non observet, si non det aures, vel minetur parti, num. 173. f. 64.
Recusatur judex, si vitiosus, asper, num. 174. fol. 65. Si procedat in causa audacter, num. 175. f. 65. Vel votum propalarit, rit. 265. num. 177. f. 67.
Quo tempore votum propalatum suspicionem iniiciat? num. 177. f. 67.
Quid si referat ad Principem? num. 185. n. 113.
Tiberius Decianus resp. 26. tom. 1. discutitur, d. num. 185. vers. Quibus non refragatur.
Adsint iudici sex virtutes, quæ recensentur, n. 187. f. 70.
Judicem ipsum recusatum esse reum in judicio recusationis, aiunt nonnulli, rit. 265. nu. 50. fol. 23.
Vide in verb. Recusatus, Iudex, Inimicus.

Suspicio.

Suspicionis remediis abutuntur litigatores, rit. 265. num. 8 f. 7.
Suspicio si sit scripta absque debita reverentia, plectendus est arbitrariè scribens. rit. 265. n. 9. fol. 8.
An probari possit causa suspicionis unico teste? rit. 265. num. 182. f. 68.
Suspicio, vel ab homine est, vel à lege; quæ ab homine, opportunè proponenda; quæ à lege, habetur pro notoria, nulloque præscribitur tempore, rit. 265. num. 41. f. 10.
Non probans suspicionum capita, depositi iactura, & alia pœna extraordinaria punitur. rit. 265 num. 10 f. 8.
Proposita suspicione simul, & fori declinatoria. Vide verb. Declinatoria.
Suspicionis capita inverisimilia, vel non concludentia, reiicienda rit. 265. post num. 18. f. 9.
Libellus suspicionem complectens, debet esse clarus, rit. 265. num. 19 f. 10. Et continere locum, & loci locum, diem, & horam deiure Regni, rit. 265. post num. 19. f. 10.
Suspicionis caput denigrans Officialis dignitatem, non admittitur, nisi priùs certior fiat Prorex. rit. 265. num. 23 f. 13.
Suspicionis causa exquirit claras probationes, rit 265 num. 26 f. 15.
Suspicionis capita semel reiecta, nequeunt denuò proponi rit. 265. num. 34. f. 19.
Limita, nisi caput sit, quod iudex fuerit quondam eiusdem causæ patronus, ibid.
Suspicionis causa, vel nova, vel etiam præterita, sed recèns ad notitiam recusantis deducta, admittitur post data suspicionis capita, rit. 265 num. 35 f. 19.
Suspiciones notoriæ, & claræ, possunt quandocumque proponi, rit. 265. num. 39 cum seqq. f. 20. Plerisque S.C. decisionibus id roboratur, ibid. vers. at non recedendum, & num. 41. f. 20.
Suspicio, quæ habet causam successivè existentem admittitur; non ita, quæ licèt fuerit, desierit esse, rit. 265. n. 42 f. 21.
An propositis suspicionum capitibus infra 40. dies; possint, illis elapsis, alia addi? d. rit. 265. n. 43 f. 21. Recensentur hac de re decis. S. C. ibid.
Ad proponenda suspicionum capita exigitur speciale mandatum, rit. 265 num 44. vers. Quæ quidem, f. 21.
Interventus iudicis in una causa, an pariat præiudicium parti, quominùs in aliis suis causis suspicio obstet? rit. 265. n. 45 f. 22.
Suspicionis causa, & principale iurgium, sunt iudicia seiuncta, rit. 265. num. 48. vers. At verò f. 23.
Suspicionis iudicium, non agitur in aula causa principalis, sed in alia, nu. 48. vers. Hinc usus, f. 23.
Suspicionis causam non licebat antiquitùs litiganti depellere, nunc verò maximè, rit. 265. num. 50. f. 23.
Non est satis iudicis assertio, & scrupulum, ut à causa iudex se abstinere possit, rit. 265. n. 59. f. 26. Fallit, quando iudex est vita integerrimus

mus , d. rit. 265. num. 61. fol. 27.

Suspicionis durante iudicio quisnam procedat in causa principali? rit. 265. num. 68. f. 29.

Causa , in quibus Regii Consiliarii eiusdem aula habent interesse, committuntur arbitrio Dom. Præsidentis. rit. 265. num 69. f. 30.

Quomodò recusentur Lectores publicorum Studiorum: an adhibita tantùm iurisiurandi religione? rit. eod. num. 83. cum seqq. f. 34.

An iura Regni de ratione recusandi procedant in Curia Cappellani Maioris? rit. eod. num. 84. f. 34.

In Regno præ modo recusandi vi pragmat. Joanna II. incip. item si contingat , *utimur iure Canonico requirente causam suspicionum probatam, ibidem.*

Jure civili causa non est probanda , rit. 265. nu. 85. f. 34.

In Curia Cappellani Maioris modus recusandi præscribitur iure Cæsareo? d. n. 85. vers. Cum ergo f. 34.

Curator patrimonii decocti datus à iudice an possit removeri , ut suspectus? rit. 265. nu. 91. f. 36. Refertur decisio S.C. de hoc, num. 93. f. 36.

Suspiciones officialium Baronis , qui cognoscant? num. 103. f. 38.

Suspicionis causa ad duo reducuntur , amorem rem scilicèt, & odium, n. 104. f. 38.

Si singula causa non sufficiant ad recusandum , possunt coniungi, ibid.

Amor , vel odium probatur per coniecturas, ibid.

Judex suspectus faciliùs removetur, quàm testis num. 106. f. 39.

De suspicionum causis, qui agant? remissivè, ibidem vers. De recusationis causis.

Plerasque earum recenset Auctor à nu. 108. cum seqq. f. 39.

Suspicioni est obnoxius index , qui litem habet apud illum , cum quo quis litigium habet rit. 265. nu. 127 f. 43.

Suspicionis indicium est commensalitas, nu. 140. f 48.

Ad excludendam suspicionis causam , qua in amicitia timeatur in iudice probo, iudicit arbitrium prævalere debet, num. 142 f. 49.

Suspicioni segetem præbens munera , si qua accipiat iudex, rit. 265. num. 147. f. 51. Quid si fuerint esculenta? ibid. vers. An autem. Vel xenia nomine sportularum? ibid. vers. Quid verò, f. 51.

Suspicio pullulat ex inimicitia , n. 159. f. 26.

Suspicionem facit cessare par affectio in utrosque litigantes, non par odium, rit. 265. n. 161 f. 59. Decisum ita in S.C. ibid.

Ad quem usque gradum inimicitia urgeat suspicionem , ibidem, vers. At quem usque.

Lis cum iudice illum in suspicionem adducit , etiamsi lis agitetur cum Ecclesia , num. 162. fol. 60.

Crebra decisiones S.C. referuntur, ibid.

Suspicio generalis, & vaga non est admittenda: sed solùm qua certa sit, & certa causa obstare videatur, n. 164. f. 61.

Lis facit iudicem suspectum , etiamsi dignitatem , & officium concernat ; n. 165 f. 61. Non ita si lis sit modici momenti, n. 166. f. 61.

An qui protulit votum in uno iuris articulo valeat paritatem dirimere in gradu reclamationis, & appellationis? n. 183. f. 68.

In suspicionis materia multùm defertur iudicis arbitrio , n. 188. f. 70.

Notoria, patentesque suspiciones semper possunt proponi ex inconcussa observantia Regni. rit. 265. n. 39. f. 20.

Vide Suspectus, Recusatio, Judex.

Tabularius .

Tabularius unus sufficit hodiè , licèt de iure communi requirerentur duo , instar testium. rit. 267. n 16. fol. 73.

Tabulariis standum de valore prædiorum. rit. 267. num. 28. vers. in agricultura f. 82.

Taciturnitas.

Taciturnitas earum rerum , qua sint in comitiis, confert ad servandam Rempublicam, rit. 274 num. 81. vers. Has, atque alias, in fin. fol 310.

Nonnulla alia de taciturnitatis beneficio , ibid.

Tarditas.

Tarditate negotia putrescunt , rit. 265. n. 176. f. 66.

Nil ea perniciosiùs, rit. 265. n. 176 vers. Propterea f. 66.

Perincanda sententia de tarditate recensentur; ibid.

Vide verb. Celeritas.

Tempus.

Tempus indeterminatè positum intelligitur pro uno anno. rit. 270. num. 12. f. 139.

Tempus anni longam moram significat , ibidem

Quando tempus non sit præstitutum , an mora contrahatur sine interpellatione? rit. 272. nu. 29. vers. Sed difficultas , f. 191. Quid in factis negativis? ibid. Et quando requiritur interpellatio, rit, 272. n. 29 f. 191.

Terminus.

Terminus indeterminatè positus in solutionibus intelligitur pro uno anno, rit. 270. num. 12. fol. 139. In pœnis? rit. 272. nu. 29. vers. sed quamvis, f. 192.

Terminus debet statui excipienti absentiam coniuncti. rit. 266. nu. 5. f. 71.

Terminus 40. dierum præfixus ad removendum iudicem , currit à die invalida subscriptionis, rit. 265. num. 49. f. 23.

Terminus trium dierum est sufficiens ad probandum, qua incontinenti sunt probanda, rit. 270. num. 37 f. 150.

De peremptoriè remissivè , rit. 271. num. 15 fol. 177.

Vide in verb. Dilatio , Tempus.

Territorium.

An de territorio loci sit Ecclesia ibi sita? rit. 275. num. 65. f. 337.

An territorii appellatione veniat mare? rit. 275. num. 58. cum seqq f. 371.

Tertius in causa.

Tertius in causa an valeat iudicem recusare? remissivè, rit. 265. num. 37. f. 19. Quid si esset citatus tanquam coniunctus in citatione ad

fer-

foriudicandum aliquem? Vel si tunc vellet fori declinatoriam pro reo absente opponere? rit.269.num.27 f.115.

Quid in hoc decreverit Collaterale Consilium? rit.269 num.28.f.116.

Potest provocare à decreto recusationis inter colli- tigantes prolato, rit.265.num.37.f.19.

An si quis sit inquisitus de aliis delictis, & citetur pro alio crimine, possit excusator opponere, quod detur securitas? rit. 269. num. 29. f.118.

Testis.

Testis singularis quis sit, & an probet? rit. 265. num.27.f.15.

Deponens praemeditata oratione an probet? ibid.

Inverisimilia deponens, falsitatis suspicionem praefert, rit.265.num.26.f.15.

Testi neganti magis creditur, quàm affirmanti: si ille verisimilia deponat, rit.265. nu.26. f.15.

Testis conditio est ingenti solertia inspicienda, rit.265.num.28.f.16.

Testis quis dicatur falsus? rit.265.nu.28. vers. Et per paucos, f.16.

In recusationis iudicio examinandus, an debeat examinari coram Fisci patrono? rit.265. nu. 25.f.14.

Primus testis examinatus habetur pro denunciatore, & an faciat fidem? rit. 274. num. 101. vers.Et quod, f.316.

An multiplici testis ineptitudini medeatur tortura? rit.274.num.109 f.320.

Testis, qui est famulus, & deponit factum domi, & clàm, an admittendus, rit. 274. num.148. vers.De quibus.f.336.

Testi minori, doli capaci, an habenda sit fides, ibidem.

Testis potest, vel decipi, vel corrumpi. rit.274. nu.149 f.337.

Depositio testis pro reo, praefertur testi pro fisco, rit.274.num. 162.f.342.

Testibus an possit probari animus alicujus? rit. 275.num.57.f.370.

Vide in verb. Verisimile.

Theatina Civitas.

A quo, & quando condita? rit.273.num.3.fol. 233.

Eius patronus est Divus Justinus, ibidem.

Titulatus, vide Feudum.

Titulus.

Titulus unde dicitur? rit.273.num.81. f.242.

Titulis non utebantur veteres, sed epithetis ibidem.

Titulos, inventum Hispanorum credunt nonnulli rit.273.num.81.vers.Vel quia, f.242.

Titulorum abusum in Regno Prag.compescuit, ibidem.

Quibus titulis fuerunt Jurisconsulti ab Imperatore vocati? rit 273.num.38.f.243.

Titus.

Titus Imperator aegrotantes non invisebat modò, sed & per se ipsum reficiebat.rit.267. num.1, f.79.

Tortura.

Torturam hodiè parvipendunt Rei.rit.274.num. 135.f.332 Testium maculas depurat, rit.274. num.98.vers.Hanc tamen, f.315.

Vi torturae confitetur quis multoties, quod non commisit; rit.274. num.158.f.341. Enarrantur de hoc duo exempla, alterum externum, alterum, quod evenit Neapoli ibid.

Transitus.

Per transitum an guidatis liceat accedere ad locum prohibitum; rit.275.num.54 f 370.

An prohibitus habitare, vel permanere, contraveniat per transitum; rit. 275.num. 54. f.370.

Arma, quae nequeunt intrà Civitatem gestari, possunt per transitum? rit.275.num.54. f.370.

Animalia, per quae solvitur gabella, si introducuntur, non ut ibi stent, sed ut transeant, non solvunt? ibidem. Quid de pannis? ibidem.

[*An transitus possit denegari copiis transeuntibus sine damno? ibidem.*

Tribunal.

Tribunal maius facit cessare minus. rit. 272. num.22.f.189.

Tribunal S. Inquisitionis.

*Vide verb.*S.Inquisitionis.

Tributa.

Tributa non dominantium libido, nam Regum sitis imponere debet, sed Reip.tuendae necessitas rit.273.num.18.f.236.

Tributa, quae modum excedunt, reprobantur, ut damna, & aerumnas gignentia, rit.273. num.18.f.236.

Tributorum diminutio, vel alioquin infamia laborantibus gloria est, ibidem.

Troianus.

Dom.Consil.D.Troianus Mirobello Dux Campimele laudatur, rit.267.num.46. f 85.

Turba.

Turba obstrepentium, silentia iudiciorum confundit. rit.265.num.178. vers. secundò f.67.

Turba medicorum Hadrianum Caesarem perdidit. rit.267.num.60.f.88.

*Vide verb.*Multitudo.

Tutor.

Tutori non deneganda impendia, quae erogasset, ut caperetur informatio de homicidio in patrem pupilli, licèt non constarent chyrographo. rit.272.num.52.f.198.

Tutor an admittatur ad accusandum pro nece patris pupilli? rit.272.num.49 f.197.

An possit tutor pupilli nomine, querelam remittere sine judicis decreto, & causa cognitione? rit.272.num.53.f.199. Quid de pupillo? ibid.

Non rarò tutores clàm ab inquisitis pecuniam pro remissione exigunt, nec pupillis impendunt, rit. 272. num. 53. vers. Summoperè, f.199.Ita Auctor est expertus; d.num.53. vers Id loquor f.199.in fin.

Vasalli.

Vasalli an teneantur contribuere, ut publica via custodiantur? rit. 270.n.80. vers.

Vicinitas Vicinus.

Vicinum spatium qdando dicitur; rit, 275. num. 62. f. 372. Arbitrio iudicis relinquitur, d. n. 62. vers. Vel dicamus, f. 372.

Vicinitas non operatur, quod res sit hujus, vel illius, ibid.

Quid in dubio? ibidem.

Vidua.

Perdurans in viduitate, censetur esse in coniugio, & nullum privilegium amittit; rit. 272. num. 21. vers. Alteram, f. 188. Et dicitur corpus viri, ibidem. Dicendum idem, si secundò nubat de consensu filiorum, ibidem.

Vide verb. Mulier, Uxor.

Viæ.

Viæ publicæ sunt Regis, rit. 270. num. 63. f. 157. An autem ideò offendens, vel depredans iter facientem via publica, possit dici lædere Majestatem? ibidem.

Vide verb. Vasalli.

Vincentius.

Dom. Consil. Vincentius Raetanus laudibus extollitur. rit. 265. num 125. f. 43.

Vindicta.

Angitur lusus vindictæ aculeis, cum impunè offensor transit, vel modica pecunia pœnam redimit. rit. 272. n. 2. f. 179. Quidam Athenis gaudebat depalmare homines, & solvebat libentissimè mulctam, quam paratam ferebat in crumena, d. n. 2. ibid.

Ius vindictæ ex duplici fonte promanat. rit. 272. num. 12. f. 183. Quia sunt æquiparata. rit. 272. num. 28. f. 190.

Num ius vindictæ competat omnibus, vel hæredibus, vel consanguineis, an eorum maiori parti? rit. 272. num. 13. f. 184.

Præclarissimum vindictæ genus est, parcere. rit. 272. num 50. f. 197.

Si quis minetur, se sumpturum ultionem, intelligitur de ultione iuris in dubio, non facti. rit. 272. num. 51. vers. Hinc cum hæredes f. 197.

Vide in verb. Darius, Remissio, Ulcisci

Vinum.

Vini genera in agris Neapolitanis, quæ? rit. 167. num. 37. cum seqq. f. 85.

Vinum Caupones in doliis adulterant, ibid.

Vini ad minutum vectigal in hac Civitate Caupones ad exterminium perduxerunt. rit. 267. num. 44. f. 85.

Expediens esset perutile, si utrumque vectigal; vini scilicet ad minutum, & in singula dolia, uniretur: & esset cuilibet facultas vendendi vini ad minutum. rit. 267. num. 46. vers. Esset expediens, f. 85.

Recensetur utilitas, quæ hinc promanaret tum pupillis, viduisque, qui ex vectigali vini ad minutum aluntur, tum toti populo, rit. 267. num. 46. f. 85.

Vide verb. Caupones, Vectigal vini ad minutum.

Virtus.

Etiam juvenes, si virtute præditi, Consulatus & Dictaturas inibant apud veteres, rit. 267. num. 55. f. 88.

Virtus tendit in ardua. rit. 267. num. 65. f. 28.

Vide in verb. Scientia, Literæ, Studium

Ulcisci.

Ulcisci est vindicare, & non relinquere injuriam impunitam. rit. 272. num. 1. f. 179.

Id sibi reservavit Deus, ibidem.

Vide verb. Vindicta, Darius, Remissio.

Universitas.

Universitas inter miserabiles adnumeratur. rit. 265. num. 21. vers. & cum universitas f. 13.

An possit banniri? rit. 270. num. 8. vers. Sed ipsius, f. 143. Et bannita, an possit quilibet civis offendi? ibidem.

Universitate delinquente, auctores, & suasores plectuntur, & ignoscitur aliis. ibid.

Universitas ex decem hominibus constituitur. rit. 270. num. 44. f. 152.

Quando possit congregari sine licentia gubernatoris, rit. 273. num. 103. f. 247.

Universitas Baronis immanitate inducta ad petendum demanium, an sit condemnanda ad pretii cum interesse restitutionem, & Baro ad fructus medio tempore perceptos? rit. 273. num. 108. f. 248. Quid decreverit Reg. Camera? num. 109. f. 248. Et tex. in l. si prædium, C. de præd. min. refertatur, ibidem.

Quo iure Universitas admittatur ad demanium? rit. 273. num. 110. f. 248.

Ex Baronis sævitia duo remedia competunt, Universitati, num. 12. ibid.

Universitas nequit se obligare, vel aliquid promittere sine Regis assensu. rit. 273. num. 140. fol. 260.

An possit aliquid etiam annuum promittere Baroni, quo eligatur Camera reservata? rit. 273. num. 181. cum seqq. f. 278.

An possit facere obligationes antidorales. rit. 273. num 181. cum seqq. f. 278. & num. 182. vers. Nequid id, f. 280.

An Universitas, quæ ut constitueretur Camera reservata, promisit solvere aliquid Baroni, deinde renunciare possit huic iuri, & non solvere amplius promissum? Rationes pro negativa. rit. 263. num. 182. vers. In doctissimorum cum seqq. f. 278.

An, & quando Universitas proponens suspicionis capitu adversus iudicem, excusetur à deposito, vide Depositum.

Universitas Neapolis per quos repræsentetur.

Vide verb. Electi.

Universitas Reg. Studiorum.

Consuetudo in Neapolitana Studiorum Universitate, vel etiam aliorum admittens ad gradum Doctoratus absque punctis taxativis scholares, qui publicè disputarunt, iustificatur, rit. 267. num. 48. cum seqq. f. 87.

Vide Cappellanus Maior, Lectores.

Vo;

Vocatus.

Quid in fideicommissis intersit inter vocatum, & gravatum: & an simpliciter vocatus, censeatur gravatus? rit.272.num.69. vers. Ergo minimè, f.211. Et an gravatus simpliciter censeatur vocatus? remissivè, ibidem.

Censentur vocati, at non rogati, qui sunt in genere activo substitutionis, quomodò? d. rit. 272.num.69.vers.Duplex f.212.

Vide verb. Nominatus.

Voluntas.

An sit semper verum, quod voluntas coacta, voluntas est? rit.275.num 8 f.357.

Vota.

Vota causarum, quomodò, in quo libro, quando, & à quo debeant scribi in quibusvis Tribunalibus huius Civitatis? rit.271. num.9. fol. 370.

Vide reliqua in verb. Suffragia.

Voti publicatio.

Votum proditur iisdem modis, quibus sacretum.rit.265. num.178 vers.Quibus.f.67.

Quot modis dicatur vulgatum, ac publicatum, ibidem.

Servandum à Ministris, ne dùm in iis, quæ dicta non prosunt, ibid.

Voti propalatio, quæ non est intempestiva, neque impertinens, non inducit suspicionem, n.184. fol.69.

Vide in verb. Secretum.

Vsura.

Vsuraria pravitas rapinæ, & furto æquiparatur, rit.274.num.148.vers. Examinavit, fol. 337.

Vide Capitale.

Vsusfructus.

Vsusfructus est pars dominii? rit.273. num. 96. f.245.

Vulnera.

Vulnera non dantur ad mensuram, rit.270. nu. 10.f.137.

Vxor.

Vxor an possit accusare de nece viri? rit.272.nu. 20.cum seqq.f.188 Soceri? ibid. Quid concurrentibus filiis? rit. 272.num.21. f.188. Quid in Regno? rit.27 .num.23. cum seqq. f.189. An debeant priùs requiri heredes? rit. 272. num.29.vers. Et nedum, f. 191. An accusare pro iniuria mariti? rit.272. num.27. f.190. An maritus pro uxoris iniuria? d. rit. 272. num.28 f.190.

Vide in verb. Mulier. Vidua.

FINIS.



